UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum

In Qvo Dvo Priores Decretalivm Libri Continentvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

Liber Primvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-95263

Visual Library

l. sed & posteriores, ff. de legibus, Castro *in l. sciendum, n. 5. ff. quis satisdare cogantur*, Alexand. *in auth. ex testamento, n. 1. C. de collationibus*, Aymon *de antiquitate temp. §. absolut. n. 44 fol. 174.* Rebuff. *in dict. proœm. n. 129.* Perez *d. q.*

46 Lex vltima tollit primam contrariam, licet de ipsa contraria non faciat mentionem, *c. 1. de constit. in 6. l. pacta nouissima, C. de pactis*, Rebuff. *dict. proœm. n. 130.* Henriquez *consil. 27. n. 5.* nisi distinctione concordari possint, vt asserit Rebuff. *d. n. 130.* Quando verò in antiqua est clausula derogatoria ad sequentem, vel quando antiqua est facta in priuilegium alicuius, ex vltima non tollit antiquam contrariam, Castr. *in l. fin. n. 4. C. si contra Ius.* Si duæ tamen leges sint contrariæ, & non constet de prioritate, illa est seruanda, quæ est magis æqua, & iusta, Iason. *in l. 1. n. 10. ff. ne quis eum qui*, Rebuff. *d. proœm. n. 108.* De decem modis ad dissoluendas difficultates, quæ inter aliquas leges & Canones poterunt obuenire, vide late Morl. *in emporio Iuris tit. de legibus q. 12. ex n. 10.* vsque ad *n. 34.* & quod Canones inter se pugnantes possint ad concordiam reduci quatuor modis, nempè ratione causæ, personæ, loci, vel temporum, quia leges hac varietate mutantur, tradit Couar. *in c. alma mater, p. 2. in initio n. 1.* quem refert Illustriss. D. meus Rodericus à Cunha *in com. ad c. 1. n. 1. dict. 18.*

47 In glos. [In iudiciis] ibi (*nam modica res, &c.*) An modica res inducat simoniam? vide Tiraq. *de iudicio in rebus exiguis, vers. 30. fol. 32.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 23. n. 166.* Soar. *de Relig. tom. 1. lib. 4. de*

48 *simonia, cap. 3. n. 5. cum seq.* Aloys. Ricc. *in decisionibus Curiæ Archiep. Neap. decis. 208. n. 6. cum seqq.* vbi resoluit modicam rem non efficere simoniam, vide *in collect. ad c. etsi q. 18. num. 3. in fin. de simon.* Vide in vsura ratione paruæ quantitatis peccatum dari posse tantummodo veniale resoluunt D. Thom. *2. 2. q. 66. art. 6.*

49 *ad 2.* Couar. *lib. 1. var. c. 3. n. 12.* Et in iuramento idem tenent S. Antonin. *p. 2. tit. 10. cap. 4. §. 2. in 3. col.* Syluest. *verb. iuram. 4. q. 1. ad fin.* Sot. *de iust. lib. 8. quæst. 1. art. 7. in 7. col.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 11. cap. 5. quæst. 3.* Fr. Emman. *q. Regular. tom. 3. q. 50. art. 2.* Sayr. *in claui Regia lib. 5. c. 46. num. 28.* quicquid contrarium teneat Caietan. *2. 2. q. 89. art. 7. ad 1. dub.* cui subscripsit Nauar. *in*

50 *man. c. 12. n. 10.* De modico enim non est curandum, *l. si oleum, §. fin. cum l. sequenti, ff. de oleo legato, l. in rebus, §. possunt, §. commodati, l. res, ff. de contrahenda emptione, leg. scio, ff. de in integr. restit.* Aloys. Ricci. *in praxi fori Ecclesiastici, decis. 39. n. 3. in 1. editione, resolut. 36. in 2. editione* late ego ipse *in tract. Axiomatum Iuris vsufrequent. Axiom. 151. ex n. 7.* vbi plures casus narrantur in qui-

51 bus modica attenduntur. Et modica non nocent, *glos. 1. in c. si proponente 41. de rescriptis*, Tiraq. *in l. si vnquam, verb. donatione largitus, n. 107. C. de reuocandis donationibus, & in tract. de iudicio in rebus exiguis, vers. 19.* Azor.

52 *instit. moral. p. 1. lib. 6. cap. 10. vers. 3. quæritur.* Et minima non sunt in consideratione, Brun. à Sole *in locis communibus, verbo, minima*, Ego ipse *d. tract. Axiomatum Iuris vsufreq. Axiom. 150. n. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hanc rubr. & eius materiam scribentes.*
2 *Declaratur auctoritas Apostoli ad Roman. 14. Omne quod non est ex fide peccatum est.*
3 *Diffinitionis vtilitas ostenditur.*
4 *Argumentum à diffinitione validum est.*
5 *Symbolum vnde dicatur.*
6 *De Symbolo Fidei, qui doctores tractent, referuntur.*

De Summa Trinitate, & Fide Catholica.

TIT. I.

SVPER hanc rubr. scripserunt Card. Zabarell. Ioan. Andr. Imol. Innocent. Panormit. Felin. Butr. Petrus Greg. Petrus Alphonsus de Vasconcellus *in harmonia rubricarum iuris Canonici*, Petrus de Rauenna *in compendio Iuris Canonici*, Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canonum*, Martinus Masnartius *in epitome Decretalium*, Guillermus Durandus, Speculat. *in breuiario aureo Iuris Canonici*, Alexand. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretalium*, Goffred. & Hostien. *in summa huius tit.* Daniel. Venator. *in analysi methodica Iuris Pontificij.* Carthag. *in exposit. tit. Iuris Canon.* Zapæ *in analytica postrem. Iuris Ecclesiast. enar.* nouissimè Ioan. Honor. ab Alex. *in summa siue compendio lib. 1. Decret.* omnes sub hac rub. & vol. *1. rep. in Iure Canonico ad primam Decret. libr.* Franciscus Peruschus, & de titulo latè egit Camil. Borell. *in summa omnium decis. tit. 1.* & Nauar. *tom. 1. consiliorum.* 1

In glos. rubricæ, ibi (*Fides enim &c.*) Vide Perez *l. 1. tit. 1. lib. 1. Ordinam. pag. 16.* Camil. Borel. *in summa omnium decisionum tit. 1. n. 18. cum seqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 17. cap. 1.* Facit auctoritas Apostoli *ad Romanos 14.* ibi, *omne quod non est ex fide peccatum est*: quasi diceret non solum id esse peccatum, quod est contra conscientiam, seu fidem, qua creditur aliquid esse peccatum, sed etiam quod non procedit ex fide, id est iudicio, quo actu vel virtute putat id licere, ita Nauar. *in c. si quis autem, de pœnitentia, dist. 7. n. 84.* Daniel Venator *in analysi Iuris Pontificij lib. 1. tit. 1. axiomate 3.* eleganter Fructuosus Bisbey Vibal. *en la pratica contra mascharas, y otras vanidades. fol. 7. verso*, Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 2. c. 8. q. 3.* 2

In ead. glos. ibi (*quia vera diffinitio conuertibilis debet esse cum suo diffinito.*) Vide quæ dixi *in tract. Axiomatum Iuris vsufr. Axiom. 67. n. 1.* & procedit quia vt ibicunque sit definitio, possit ibi esse & definitum, & è contra vbi definitum, ibi & definitio, oportet enim, inquit *Arist. lib. 6. Topic. cap. 1.* hominis definitionem de homine verificari, & si aliquid formaliter alij competat, eandem cum alio eodem instanti habebit naturam cum illud naturaliter sit tale, cui competit definitio talis, Vlp. *in l. 1. §. 1. de dolo, & in l. Quintus Mutius 29. §. cum aurum, ff. de auro, & argento legato*, prosequuntur Cagnol. & Decius *ad l. omnis definitio 202. ff. de reg. Iur.* Ias. *in rubr. n. 22. ff. solut. matrim.* Abb. *in rub. de sent. excom.* Tiraq. *de iure primog. q. 1. n. 1.* Mendoça *lib. 1. disp. c. 8. n. 1.* Pichard. *ad rub. Inst. de oblig. n. 9.* & latius *in disp. de Mora, n. 14.* Flamin. *de resignationibus, lib. 1. q. 1. n. 31. cum seq.* definitio enim ad id totum, quod differtur inprimis est adhibenda, quæ quasi inuolutum euoluit id de quo quæritur, quod definitum explicat, & quid sit ostendit quàm breuissimè, ac cuiusque rei proprias amplectitur potestates breuiter & absolutè, vt apud Ciceron. *lib. 1. de oratore, primo de finibus, secundo de inuentione, & in topicis*, Quintilian. quoque *lib. 7. c. 4.* Arist. *lib. 1. & 2. Topicor.* Gellium *lib. 4. c. 1.* Petrus Velleyum de Gueuara *ad Topic. Ciceronis §. 2. n. 3. & §. 19. num. 1.*

Hinc argumentum à definitione validum est in Iure, *l. 1. §. dolum*, vbi Bart. not. *ff. de dolo, l. fin. iunct. glos. ff. de verb. signific. c. dudum 2. post princ. de elect.* Euerad. *in topic. leg. loco 44.* Cantiunc. *loco 2.* Ioan. Apell. *de ratione* 4

explicandi Dialecticam, c.1.à definitione vocis, Pet. Andr. Gammar. *in Dialectica legali, lib. 1. loco 1.* Surd. *conſ. 104. n.3.* Ioannes Petrus Monet. *tract. de diſtribut. quotid. p. 1. q.4. n.4.* Tobias Nonius *ad principium Inſtit. de teſtam. n.23.* Ego ipſe *in tract. de locis communibus argum. Iuris loco 33.*

5 In ead. gloſ. ibi *(vnde dicitur ſymbolum.)* Dicit hæc gloſſ. quod Symbolum dicitur a Syn, quod eſt ſimul, & bolus, quod eſt morcellus, quia vnuſquiſque Apoſtolorum ſuum morcellum, id eſt, partem ſuam appoſuit: vel dicitur ſecundum Dionyſium à Syn, quod eſt con, & bolyn, quod eſt ſententia, vel conuenientia, quia de omnium Apoſtolorum conuenientia ſtabilitum fuit: ita Gregorius Lopez *lib. 1. verbo, Bocados, tit. 3. part. 1.* ſed melius dicitur à ſymbolo verbo Græco, quod ſignificat confero, & ſimul trado, vt bene tradit Illuſtriſſ. D. meus Roderic. à Cunha poſt primam huius libri impreſſionem à me viſus *in com. ad cap. 1. n. 36. diſt. 15.* nam Symbolum nihil aliud eſt niſi breuis collectio credendorum facta ab Apoſtolis, cum in vniuerſum mundum prædicaturi Chriſtum crucifixum vellent ire à Spiritu ſancto miſſi. Plura de Symbolo vide apud D. Auguſt. *de tempor. in ſerm. 181.* Cardin. Araceli *in tract. de Symbolo Apoſtolorum*, Ruffin. *eod. tract. de Symbolo Fidei*, Repert. Inquiſit. *verbo, Eccleſia*, Bannez *in 2.2. D. Thom. q. 1. art. 9.* Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 8. c. 5.* Petrus de Ledeſma *in ſumma in fine, p. 1. tract. de doctrina Chriſtiana.*

SVMMARIVM.

1 *Articuli Fidei explicantur circa Summam Trinitatem.*
2 *Innocentius Papa III. quo tempore fuerit ad Summi Apoſtolatus apicem euectus, oſtenditur.*
3 *Concilium Lateranenſe IV. quando fuerit celebratum.*
4 *Dubius in fide infidelis eſt.*
5 *Credit qui nihil inuolucrum, vel duplicis intellectus profert.*
6 *Veritas non requirit prolixitatem, & adminicula, ſed ſimplicitatem.*
7 *Fidem implicitam qui habet, non peccat.*
8 *Decalogi præcepta remitti, & ſolui non poſſunt.*
9 *Decalogi præcepta ſunt Iura naturalia, & indiſpenſabilia.*
10 *Priuilegij, vel ſcripturæ verba, quando ſunt ita obſcura, quòd nullum habent intellectum, nec valet priuilegium, nec ſcriptura.*
11 *Deus Opt. Max. non ſolum habet omnium notitiam, imò eſt ipſa ſui, ac omnium ſimplicium notitia.*
12 *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.*
13 *De Vnitate Catholicæ Eccleſiæ librum edidit Sanctus Cyprianus.*
14 *Chriſtus conſtituitur ſub ſpeciebus per tranſſubſtantiationem panis in corpus, & vini in ſanguinem.*
15 *Panis qualis ſit propria materia Sacramenti Corporis Chriſti.*
16 *Vinum ex vite eſt materia propria Sacramenti ſanguinis Chriſti.*
17 *Conſecrationis miniſter eſt ſolus Sacerdos.*
18 *Baptiſmi forma ſunt hæc verba, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij & Spiritus ſancti.*
19 *Baptiſmi materia remota eſt aqua naturalis ad abluendum.*
20 *Baptiſmi ſubiectum eſt quilibet homo exiſtens in hoc mortali corpore.*
21 *Baptiſmi miniſter poteſt eſſe omnis homo habens vſum rationis, potenſque & ſciens debitam formam proferre, & materiam explicare.*
22 *Sacerdotes an ſolo verbo poſſit facere Papa?*

CAP. Firmiter. I. *Innoc. III.*

ARticuli Fidei explicantur, quos credere debemus, circa ſanctiſſimam Trinitatem, veluti quod Deus ſit vnus in eſſentia, omnipotens, æternus, & creator omnium corporalium, & incorporalium, ſit trinus in perſonis, itavt Pater à nullo ſit, ſed ſit ſemper generans, & ſpirans, Filius à ſolo Patre ſit genitus, ſed ſemper ſpirans, & Spiritus ſanctus ab vtroq; procedens, & quod Filius à tota Trinitate incarnatus & Spiritus ſancti cooperatione ex Beatiſſima Virgine Maria conceptus, ex eaque natus ſecundùm carnem paſſibilis, impaſſibilis autem ſecundùm diuinitatem, pro noſtra omniumque ſalute mortuus ſit, & reliqua provt in Symbolo. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Andr. Imola, Anania. Hoſt. Panor. Felin. Compoſtel. Petr. Rebuff. Pet. Greg. Viuian. *in ration. primi libri Iuris Pontif. pag 5.* Alagona *in compen. Iuris Canon. pag. 3.* remiſſiuè Ximen. in concord. *p. 1.* & 2. refertur ab Anton. Auguſt. Tarraconenſi Præſule omni antiquitatis genere, & veritatis indagatione excellenti *collect. 1. Decret. lib 1 tit. 1.* viro ſanè pro eius ſumma eruditione, pietate, & vitæ integritate mirificè laudato à Couar. *lib. 4. var. c. 11. poſt princ. & de ſponſalibus p. 2. cap. 1. n. 7.* Pinel. *in rub. C. de bonis mat. p. 2. n 14.* Menoch. *remed 15. recup. n. 559.*

Innocentius III] Anagninus patria, ante dictus Lotharius ex Comitibus Signæ Tranſimundi filius, Diaconus Cardinalis à Clemente III. factus creatus Romæ à 23. Card. anno 1198. ſexto Idûs Ianuarij, Cæſar. Henrico Sexto, Otho. I V. & Frederico I I. ſeditque annos 18. menſes 6. dies 9. ex Platina refert Petr. Gregorius *in Decretal. ad cap. paſtoralis 13. num. 1. inf. de reſcriptis.* 2

In Concilio Generali] Hoc Concilium fuit Lateranenſe I V. & ſub d. Innocentio I I I. celebratum Romæ in Laterano, anno 1215. & Pontificatus prædicti Innocentij 18. fuit Conc. 12. œcumenicum contra errores Abbatis Ioachimi, cui interfuit ipſe Innocent. III. duo Patriarchæ, Conſtantinopolitanus, & Hieroſolymitanus, Archiepiſcopi Græci, & Latini 70. Epiſcopi 400. Abbates, & Priores Conuctuales 300. actumque in eo de 70. capitibus contra hæreſes, & ad mores ac ſtatum Eccleſiæ pertinentibus, tractatumque de recuperanda Hieroſolyma, *tom. 3. Concil.* & de hac I V. Lateranenſi Synodo, ac aliis eius nominis agunt Petrus Gregor. *ſyntag. Iuris lib. 18. cap. 9.* & Azor. *inſtit. moralium p. 2. lib. 5. cap. 17.* & nouiſſimè Fr. Franc. Longus à Coriolano *in compendio de Conciliis generalibus à pag. 209.* 3

Firmiter.] Oportet Fidem firmam eſſe, & ſine dubitatione, dubius enim in fide infidelis eſt, *cap. 1.* vti dicemus, *de haret. omne 22. q. 1.* oportet fide plena accedere ad Deum, *Apoſt. ad Hebr. 10.* & perſeuerandum, *idem ad Coloſſ. c. 1.* Scientia enim, & fides, ſiue credulitas in eo conueniunt, quod vtraque eſt certa, & firma ſine vlla vacillatione. Nauar. *ad rub. de iudiciis, §. hactenus, n. 43 verſ. ex quibus infertur.* 4

Simpliciter.] Credit qui nihil inuolucrum, vel duplicis intellectus profert, ſimplicitas enim veritatis amica, & refertur *in c. veritatis 14 de iureiur.* vbi dixi, Veritas enim non requirit prolixitatem, & adminicula, ſed ſimplicitatem ſecundùm *Neuiz. ſylua nupt. lib. 1. n. 13.* & alios citatos per Cened. *ad Decret. collect. 119. n. 1* Non peccat igitur, qui habet fidem implicitam, ſcilicet quòd credit quicquid Eccleſia credit, licet naturali ratione motus aliquid falsò opinetur, dummodo nec defendat, nec credat, ex reſolutis per *Cottam in memorabil. verbo hæreticus.* 5 6 7

In

8 *Incommutabilis.*]Notatur ad hoc,quod præcepta De-
9 calogi remitti,& solui non possunt,Azor.*instit.moral.*
p.1.lib.6.cap.1.q 3. Sunt enim Iura naturalia, Nauar.*in*
tract.de spoliis cleric. §.2 *n.*3.*&* *in tract.de redditibus Eccles.q.*3 *mon.*2.*n.*2. Azor.*instit.moral.p.*3.*lib.*1.*c.*3.*col.*12.
in fine. Et sic indispensabilia , Martha *de iurisdict.p.*4.
casu 93. *à num.* 6. Sayr. *in claui Regia , lib.* 3. *cap.*2.
*num.*12.

10 In glos. [Simpliciter] ibi (*sic est qualibet scriptura.*)
Notatur ad hoc,quod quando verba priuilegij , vel
scripturæ obscura sunt,quod nullum habent intellectum, nec valet priuilegium, nec scriptura, Gregor.
*l.*3,*verbo,que no nuestre bien,tit.*4 *p.*1. Gironda *de priuilegiorum explicat.n.*912.

11 In glos. [Simplex] ibi (*compositio.*) Notatur ad hoc
quod Deus Opt.Max. non solùm habet omnium notitiam,imò est ipsa sui,& omnium vna simplicissima
notitia , & in Deo nec est compositio illa , quæ est
partis ad partem , nec illa , quæ est formæ ad subiectum,nec illa, quæ est generis ad speciem,ita Nauar.
*in cap.nouit notab.*1.*n.*17.*de iudiciis.*

12 In glos.[Ordinatissimam]ibi (*quod tibi vis fieri,&c.*)
Notatur ad hoc,quod ex lege naturali dependet illud
naturale præceptum,quod tibi non vis fieri,alteri ne
feceris;& è contra, quod tibi vis fieri,alteri facias,vt
per Marant.*de ordine iudiciorum,p.*3.*num.*6.Pichard. *per*
text. ibi *in* § *Iuris præcepta n.*30.*Inst.de iustit.*metipsum
*in tract.Axiom.Iuris vsufreq Axiom.*196. *n.*14.

§. Vna.

13 De vnitate Catholicæ Ecclesiæ librum in lucem
edidit S.Cyprianus, quem refero *de officio & potestate*
*Episcopi, p.*1.*tit.*2 *glos.*17.*n.*19.

14 *Transsubstantiatis pane in corpus &c.*]Christus constituitur sub speciebus per transsubstantiationem panis
in corpus,& vini in sanguinem,Concil.Trid. *sess.*13.
*cap.*4 Henriquez *in sum.lib.*8.*c.*22.*in princ.*Vasq.*in* 3 *p.*
D.Thom. *tom.*2.*q* 75. *disp.*181. Ægid.*de Sacram.q.*75.
*n.*49.*cum seqq.&* *à n.*171.*tom* 1.Valer.Reginald.*in praxi*
*fori pœnitent. lib.*29 *à n.*34. Chamer.*de Eucharist.cap.*6.
Valent.*tom.*4.*disput.*6 *q.*3. *puncto* 2 Petrus Ledesma *in*
*summ p.*1.*tract.de Eucharist.c.*6.*concl.*1.*cum seqq* Iodoc.
Cocci.*in thesauro Catholico tom.*2 *lib.*6. *art.*1. plures per
Bonacinam *de Sacram di p.*4.*q.*2.*puncto* 6. §.2.*à num.*1.
quibus addo *Molfes.in Theologia Morali, tract* 3.*cap.*5.
*n.*14.Collusit.nostrum Anton.Fernandez de Moure *in*
*examine Theologiæ Moral. part.*2.*c.*4 § 10 Filliuc. *tom.*1.
tract. 4.*ex n.*124. Consecrationis verbis cum debita
intentione à Sacerdote prolatis panis & vinum (vt
verbis S.Thomæ *opusc.*4 vtar) in Corpus,& Sanguinem Christi transsubstantialiter conuertuntur , &
Christus Deus,& homo perfectus, & in tanta quantitate quanta fuit in Cruce, & est in Cœlo, sub modici panis specie taliter continetur,vt manducetur à
fidelibus, & minimè laceretur. Taliter continetur,vt
diuisis speciebus sub quavis diuisionis particula totus
Christus Dominus integer perseueret. Taliter continetur vt accidentia etiam sine subiecto in eodem existant,& absque panis,& vini substantia eundem effectum habeant ac prius,saiando,& inebriando. Taliter continetur , vt fides locum habeat, dum visibile
inuisibiliter sumitur ab aliena specie occultatum , &
sensus à deceptione reddantur immunes,qui de accidentibus iudicant sibi notis. Quid igitur hoc mysterio mirabilius,in quo tot,tantaque admirantur mysteria ? Qui hoc Sacramento salubrius,quo purgantur
peccata,virtutes augentur,& mens omnium spiritualium charismatum abundantia impinguatur ? Quid
hoc conuiuio suauius,in quo Christus sumitur,recolitur memoria Passionis eius,mens impletur gratia &
futuræ gloriæ nobis pignus datur?O insigne miraculum ! O admirabile & diuinissimum Sacramentum !
quæ mens non expaueat ? quis intellectus non deficiat ? omnis sensus hebescit , omnis ratio euanescit,
prorsus Dialecticorum inquisitio absit,hoc sola fides
probat, & agnoscit.

Sub speciebus panis.] Panis triticeus confectus aqua 15
naturali,& coctus igne per modum assationis,est materia propria Sacramenti Corporis Christi;non verò
millium, auena, seu spelta , lolium, far, & hordeum,
quia specie differunt à tritico,ita citati à Bonac.*d.disp.*
*4.q.*2.*puncto* 1. Anton.Fernand.*d.p.*3.*c.*4.§.2.

Et vini.] Vinum ex vite est materia propria Sacra- 16
menti sanguinis,quamvis sit album,vel mustum non
fæculentum, aut impurum; non ita acetum,agresta,
ceruisia , vel vinum ex malogranatis impressum , aut
satis decoctum;colliges ex resolutis per citatos à Bonac.*d.q.*2.*puncto* 2. Anton.Fernand.*d.p.*3.*c.*4.§.3.

Nisi Sacerdos]Minister consecrationis est solus Sa- 17
cerdos,Concil.Trid. *sess.*23.*c.*1.*&* *can.*1 D.Thom.*p.*3.
*q.*82.*art.*1.Chamer.*de Sacram.tract.*4.*de Eucharist.c.*9.
*de Ministro,dub.*1.*disp.*3 Barthol.ab Angelo *in examine*
Confess.dialogo 5.*de Missa,& de Ministro sacrificij ipsius*
Missæ, §.125. Henriquez *in summa lib.*9. *de vero Missæ*
*sacrificio,c.*18.§.2.*in princip.* Anton.Fernand.*d.p.*3.*&* 4.
§.7.Azor.*instit.moral.p.*1.*lib.*10 *c.*23.*in princip.*quos refero Ego ipse *de officio;& potestate Episcopi.p.*2.*alleg.*24.
*num.*1.Probat enim hic text.in concessione Clauium
Apostolis à Christo Domino facta , datam fuisse Sacerdotibus potestatem consecrandi , & conficiendi
Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum , & definit
Trid. *sess.*5.*de reform.c.*2.*&* *sess.*23.*c.*1 multis comprobat Card.Bellarm.*tom.*2.*de Sacramento Eucharistiæ lib* 4.
*c.*16.Soar.*tom.*3.*disp.*2.*sect.*1. Viuald.*in candelabro aureo*
*de Sacram Eucharist.num.*55.Sebast.Cæl.*de Eccles.Hier.*
*p.*2.*disp.*8.§.210. Sed difficultatem facit, quia potestas
Clauium est ligandi & soluendi, vt definit Magist. *in*
4.*dist.*18. quem sequuntur Scholastici omnes, S.Th.
ad 3.*p.q.*17.*art.*2. originaliter sumentes ex D.Hieron.
in glos. 6. *Matth.* 16. & eandem definitionem tradit
Summus Pont.*in Extrauag. quia quorundam , col.*4. *de*
verborum significat. Ioan.xxij. Planè Sacerdos conficiens
hoc Sacrosanctum Sacramentum , non ligat , nec
soluit ; sentiunt difficultatem Victor. *de Clauibus n.*7.
Sot.*in* 4.*d.*20.*q.*1.*vers. quocirca,* ex quorum mente aduerte inter nobilissimos huius Sacramenti effectus illum esse conferendi gratiam, Concil. Trid. *sess.*13. *de*
*sanctiss.Euchar.Sacram.cap.*2.*&* *can.*5. comprobat ex D.
Thom.latè Sot. *in* 4.*dist.*11.*q.*2.*art.*4. *cum seqq.* & alij
de quibus Viuald. *in candelabro de Sacram. Eucharist.*
n. 162. Aduerte deindè , quod quemadmodum clauis
materialis,ita & spiritualis actus proprius,& adæquatus est aperire,& claudere, remouere,vel ponere impedimentum, vt pateat, vel ne pateat aditus, hæc ita
ligandi nomine in clauibus potestas claudendi , nomine verò soluendi potestas aperiendi significatur,
idque idiomate Hebraïco , quo Christus Dominus
vtebatur,esse certissimum,& notare omnes Isaïæ expositores scribit Bañez *in* 2.2.*D.Thom.q.*1.*art.*1. *dub.*4.
versic 4. *vero partic.* Cum ergo constet per Sacramentum hoc aperire Sacerdotem sumentibus aditum ad
gratiam,gloriam, regnúmque cæleste,at ligare atque
soluere significet aditum huiusmodi aperire iam meritò sequitur potestatem hanc sub verbis definitionis
Clauium rectè comprehendi.Vnde constat impudentissimum esse illorum errorem,qui potestatem conficiendi huiusmodi Sacrosanctũ Eucharistiæ Sacramentum cuilibet Christiano non Sacerdoti concedunt,
contra quos post VValden.latè scribit Sot.*in* 4.*dist.*12.
*q.*1.*art.*1.& alij de quibus Vinal.*vbi sup.n.*55.latè Card.
Bell.& Suar.*citatis loc.*Illud tamen non est omittẽdum

quòd licèt conficere solius sit Sacerdotis, ministrare tamen Sanguinem ex officio, Panem verò certis casibus ad Diaconum pertinere notat glos. *in c. Diacono 93. dist.* recepta ex Victor. *de Sacram. num.* 89. Sot. *in 4. dist. 1. quæst. 2. art. 3.* ex D. Th. Durand. & aliis comprobant Vual. *n.* 8. 9. Bellarm. & Soar. *dictis locis.*

18 *Patris, & Filij, & Spiritus sancti.*] Forma Sacramenti Baptismi sunt hæc verba. *Ego te baptizo, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, Matth. 28. Alex. III. *in c. 1. infra de Baptismo*, D. Thom. *p. 3. q. 66. art. 1.* vbi Coninch. & Nugnus, S. Antonin. *3. p. tit. 14. c. 13. num. 1.* Nauar. *in man. c. 22. num. 2.* Henriq. *in sum. lib. 2. cap. 8. num. 1.* Valent. *tom. 4. disp. 4. q. 1. puncto 3. in princip.* Cardin. Bellarmin. *lib. 2. de Baptismo, cap. 3. & 6.* Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 27. cap. 4. num. 23.* Iacob. de Graffis *in aureis decis. part. 2. lib. 1. cap. 3. n. 19.* Soar. *in 3. p. disp. 21. sect. 1.* Anton. Fernand. *d. p. 3. c. 2. §. 4.* & plures citati à Bonacina *de Sacram. disput. 2. quæst. 2. puncto 3. à n. 1.*

19 *In Aqua.*] Materia remota Baptismi est aqua naturalis ad abluendum, quamvis maris, putei, fontis, pluuiæ, balnei, vel ex sulphure, cinere, niue, gelu, aut sale defluat, hæc enim videtur aqua naturalis, & hoc verum est, siue aqua calida sit, siue frigida, siue tincta colore, sine densa, &c. Colliges ex D. Thom. *q. 66. art. 4.* vbi Nugnus *dub. 1.* Sot. *in 4. dist. 3. quæst. 1. art. 4.* Reginald. *lib. 27. num 11.* Valent. *tom. 4. disp. 4. quæst. 1. puncto 2.* Iacob. de Graffis *d. p. 2. lib. 1. c. 3. n. 16.* Viuald. *de Baptismo, cap. 2. n. 2* Posseuin. *de Baptismo, num. 2. & 3.* Chamerot. *de Baptismo, c. 2. dub. 2.* Fr. Emman. *in sum. p. 1. c. 25. n. 1.* Petr. de Ledesma *in summ. p. 1. tract de Sacram. Baptismi, art. 3. vers. primera conclus.* Anton. Fernand. *d. p. 3. c. 2. §. 3.*

20 *Tam paruulis quàm adultis.*] Subiectum Baptismi est quilibet homo natus existens in hoc mortali corpore, siue sit infans, siue sit adultus, siue sit vir, siue fœmina. Ita Card. Bellarm. *lib de Baptismo, cap. 8.* Valent. *tom. 4. disp. 4. q. 1. puncto 1.* Bonacina *de Sacram. disp. 2. q. 2. puncto 6.* Anton. Fernand. *d. p. 3. c. 2. § 6.*

21 *A quocumque.*] Minister Baptismi in necessitate potest esse omnis homo habens vsum rationis, potensque & sciens debitam formam proferre, & materiam explicare. Ita D. Thom. *d. q. 66. num 1.* Barthol. ab Angel. *de Baptismo, §. 139* Iacob. de Graffis *d. p. 2. lib. 1. c. 8.* Fr. Emman. *d. p. 1. cap. 25. concluf. 2. num. 1.* Chamer. *de Baptismo, cap. 8. dub 2.* Anton. Fernand. *d. p. 3. cap. 2. §. 5.* Sayr. *de Sacramentis in genere lib. 2. cap. 8. quæst. 2. art. 1.* Bonacina *d. q. 2. puncto 5. n. 4. cum seqq.* qui omnes vno ore tenent vrgente periculo licere Baptismum petere à quocumque, quamvis peccator excommunicatus, paganus, aut hæreticus sit, dummodo credatur ministraturus cum intentione vera faciendi, quod facit Ecclesia Christi.

22 In glos. [*Clauos,*] ibi *(nota hic quod non potest conficere Corpus Christi nisi fuerit ordinatus in forma Ecclesiæ.)* Abb. hic *n. 1.* censet Papam solo verbo non posse facere Sacerdotes, cum hoc ob excellentiam potestatis soli Deo reseruatum sit, sequuntur Anton. Pret. *de præstantia Clericorum c. 1. n. 6.* Blas. Nauar. *de sacro Ecclesiæ principatu lib. 2. c. 12. in fine*, Dominic. Rutilius Benzon. *de Anno sancto Iubilæi lib. 3. c. 37. in fine.* Video tamen alios contrarium sentientes, præcipuè copiosam *addit. ad Abb hic in verbo, sis Presbyter.* Hippol. Rimin. *in rep. rub. de constit. n. 125.* & ibi Quintil. Mandos. *n. 42.* Marc. Ant. Cuch. *in inst. maior lib. 4. tit. 11. n. 70.* Flamin. *de resignat. benefic. l. 8. q. 5. n. 70.* & nonnullos existimantes Papam solo verbo posse creare Episcopum, & electum sic per Papam vna voce in Episcopum, dici Episcopum absque alia consecratione, ex quorum numero sunt Felin. *in cap. meminimus, n. 2. vers. limita, de accusat.* Burfat. *cons. 393. n. 4. vol. 4.* Flamin. *d. q. 5. num. 34.* Card. Tusch. *tom. 3. lit. C. concl. 233. n. 10.* Et ideò in re tam graui meam interponere sententiam non audeo, neque vni, aut alteri in præsentiarum adhærere intendo, post primam verò huius libri impressionem vide Illustriss. D. meum Rodericum à Cunha *in comment ad c. 2. dist. 68.* qui pro opinione Abb. & sequacium aliqua adducit fundamenta.

SVMMARIVM.

1 *Pater, & Filius, & Spiritus sanctus vera vnione, non collectiua, seu similitudinaria sunt vna essentia, substantia, seu natura.*
2 *Ioachim Abbas non fuit damnatus, sed tantùm eius libellus, & fuit prophetiæ dono præditus.*
3 *Hæreticus pertinax non dicitur qui cognoscens errorem se corrigit, vel corrigi paratus est.*
4 *Perseuerantia, pertinacia, & obstinatio in quo differant remissiuè,*
5 *Protestationis vis, & effectus in Doctore disputante, vel scribente qualis.*
6 *Romana Ecclesia omnium aliarum, omniumque fidelium mater est, & magistra.*
7 *Almarici impij quæ fuerint peruersissima dogmata remissiuè.*
8 *Hæreticorum omnes libri absque vllo delectu sunt vitandi.*
9 *Auctore damnato libri quoque eius damnati censentur.*
10 *Auctoris damnati libri licet non valeant allegari tanquam authorizabiles, possunt tamen aliquando vt rationabiles adduci.*

Cap. Damnamus. II.

ABbatis Ioachimi doctrina existimantis vnitatem Trinitatis non esse veram ac propriam, sed quasi collectiuam & similitudinariam, damnatur, & alia Petri Lombardi recipitur, dum asserit, quod quædam summa res, (id est natura) est Pater, Filius, & Spiritus sanctus, & illa res, id est, natura, non est, generans genita vel procedens, sed est Pater qui generat, Filius qui gignitur, & Spiritus sanctus, qui procedit, & quamvis alius sit Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus, non tamen aliud est Pater, aliud Filius, aliud Spiritus sanctus, sed id, quod est Pater, est Filius, & Spiritus sanctus, idem omnino. Doctrina Almarici tãquã hæretica, & insana damnatur. Colligunt ex ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Ægid. Bellarm. Ioan. Andr. Imola, Innoc. Anania, Panorm. Butr. Host. Per. Greg. Bernard. Compostel. Ægid. Romanus, Viuian. *in ration. prim. libr. Iuris Pontif. pag. 10.* Alagona *in compen. Iuris Canon pag. 3.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 4. Decretal. lib. 1 tit. 1. c. 2.* 1

Quem Abbas Ioachim edidit, &c.] Aduerte, quod libellus solus Ioachimi de vnitate, seu essentia Trinitatis quem edidit contra Magistrum sententiarum damnatus fuit à Concilio Lateranensi sub Innoc. anno 1215. non ipse Auctor, nec alia eius opera, maximè cum idem Abbas Ioachim, omnia scripta sua Papæ assignari mandauerit, Apostolicæ Sedis iudicio approbanda, seu etiam corrigenda, ita Fr. Franc. Longum à Coriolano Capuccinus *in compendio de Conciliis generalibus, vbi de Concilio Lateranensi. I V. pag. 259.* Ægid. Roman. super hunc tex. *p. 2. in fine*, Card. Tusch. *tom. 1. litt. A. concl. 3. n. 24.* Anton. Posseuin. *in Apparatu Sacro, tom. 2. verbo Ioachimus*, Blasius Vregas *in Apocal. c. 3 sect. 3.* Fuisse enim Ioachimũ prophetiæ dono præditũ attestatur Guillel. Paragin. *in libello de virtut.* S. Antonin. *p. 1. tit. 17.* 2

tit.7.c.1.§.12. Martin.Polac.*in historia sub Federic. I & Eugenio III.* Sixtus Senensis *l.4.Bibliothecæ* Fascicul. temporum *in Alex. III. anno* 1164 Matth.Palmer.*in chron. anno* 1186. Robert.Aurel. *l.1. rerum medicarum c.3.* Illesc.*in historia Pontif.lib.5.c.27.*

Hic est ille Ioachimus, qui ante institutos Ordines Dominicanorum, & Franciscanorum, iussit S. Franciscum, & S. Dominicum Venetiis depingi in templo S. Marci supra ostium ærarij publici eo habitu, quo postea vsi sunt, addidit præterea S. Francisco quina Christi vulnera, provt ista omnia adhuc videntur in eodem Templo opere musiuo, referunt Possevin.*vbi supr.* Chronic.Minor. *p.1.l.10.c.3.* Ribaden.*in vita S.Francisci 4. Octobris.*

3 Vnde notatur hic text.ad hoc, quod si aliquis cognoscens errorem se corrigat, vel corrigi paratus sit, non potest dici hæreticus pertinax, nec vt talis Curiæ seculari relaxari, vt per Palat. *in alleg. hæresis §.4.col.2. post med.* quia vt quis censeatur in hæresi perfecta lapsus, inter multa, quæ requiruntur illud præcipuum est, quod in ea hæresi sit pertinax, nam quousque pertinacia non adest, forma hæresis non est perfecta, non obstante quod adsit error intellectus voluntarius, concordant text.*in cap.dixit Apostolus 24.q.3 cap. vnic.hoc tit in 6.Clem.vnic.eod.tit.* Turrec. *lib.4.de Ecclesia.p.2.c.1.&* 11. D.Antonin. *in sum. p.2.tit.12.cap.1.in princ.* Simanch.*de Catholicis instit tit.31 n.7.* Franc.Torreblanca *in epitome delict.lib.3.c.8.n.23.* Ant. Ricciul. *de Iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium, l.5.c.1.n.14.* Sanctarel.*de hæresi c.1 à n.7.* Menoch.*cons. 82.n.171.& n.174.* resoluit, quòd asserens se paratum emendare & corrigere, & quod vult credere quod credit Ecclesia Catholica Romana, fugit hoc pertinaciæ vitium. In quibus autem differant perseuerantia, pertinacia, & obstinatio disserit Ricciul. *d. l.b.5. c.2.in principi* Hinc Abbatis Ioachimi errores permultos damnauit Eccl sia, eius autem personam non vtique, eo quòd suis litteris, (vt habetur in hoc text.) omne peruersum damnauit dogma, seque illam fidem tenere confessus est, quam tenet Romana Ecclesia, & ideò licèt opinio fuisset erronea, nihilominus ex quo eam subiecit Ecclesiæ, fides est eadem, quam habet 5 Ecclesia, Anton.Ricciul.*d.lib.5.c.4.num.3.* Hinc etiam proficiscitur illud aliud, quod Doctores consulunt, vt expediat semper protestationem antecedere, aut subsequi disputationem, aut aliquam compositionem, namque disputantem, aut scribentem illa iuuat, eximitque ab hæresi, vt docent Albert. *de assertionibus Cathol.q.12.n.10.& q.19 n.13.* Zabarel.*in Clem.1.§.porrò,n.5 de Sum.Trinit.* Barthol.Verona *caut.* 155. Rojas *de hæretic.p.1.n.62.* Nauar.*cons.6.incip.Hypotheses n.14. de hæreticis.* Decian.*cons.8.incip. grauia sunt,n.128.vol.1.*

6 *Quæ cunctorum fidelium mater est & magistra.*] Notatur ad hoc quod Romana Ecclesia omnium aliarum, omniumque fidelium mater est, & magistra; ideoque Concil.Florent.sub Eugenio IV. pro Græcorum vnione celebratum hanc protulit sententiam *Definimus sanctam Apostolicam Sedem, & Romanum Pontificem in vniuersum orbem tenere primatum, & ipsum Romanum Pontificem successorem esse D. Petri Principis Apostolorum, & verum Christi Vicarium, totiusque Ecclesiæ caput, & omnium Christianorum patrem, ac Doctorem existere.* Vide Cordub.*in quæstionario l.4.q.1. art.2.* Mendoç. *in quæst.quodlibet.q.4 Scholast.§.4.* Turrec.*de potestate Ecclesiæ, lib.2 cap.36.* Can.*de locis Theologicis lib.2.cap.4.* Couar.*lib.4.variar.c.14.num.1.* Bann.*in 2.2 Thomæ q.1. art 12.concl.1.* Card.Bellarm.*tom.1.de Romano Pont.c.12. cum seqq.* Card.Tusch.*practic.concl tom.7.lit R.concl.363.* Card.Mantica *de coniecturis vltim.volunt.lib.8.tit.6 n.4.* Iacob.de Graffis *tom.2.consil.lib.1.tit. de clericis non residentibus cons.1.n.3.* Valer.Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.1.n.22.* Fr. Paulin. Berti Lucensis *in praxi criminali Regularium tit.2.c.14.n.4.* Ego ipse *in meo tract.de officio & potestate Episcopi p.1 tit.3.c.2.n.14.* Quod quidem Primatum super aliis Ecclesiis Romana accepit non ab Apostolis, & Conciliis, sed ab ipso Domino; *cap. Sacrosancta 20 dist cap quamvis 21.dist. cap rogamus 24. q.1.cap per venerabilem, qui filij sint leg. cap fundamenta de elect.l.6.* Can.*de locis Theolog.lib.6.c.1.vers.10.* Couar. *in reg. peccatum, p.2.§.9.n 5.vers quanto ratione,* Bursat. *cons.109.n.2.cum seqq.* Nauar.*de Indulgent notab.23.n.10.* Greg.Lop. *l.2 glos.2.tit.5 part.1.* Azor. *instit moral.p.2. lib.3.c.30.vers.secundo obiicies & lib.4.cap.11.vers.deinde Pelagius,* Soar.*de legibus lib.4.c.3.n.10.* Quicquid hæretici, & nouatores in Christum ac Diuinum eius Vicarium, Ecclesiæ Principem, ac omnium nostrorum Rectorem, patrem atque pastorem canina rabie perfusi blasphemiis, & conuitiis lacessere non desinant huiusmodi potestatem ei denegantes quo se sua crimina tueri arbitrantur, quorum primus (quod ego scio) fuit Ioannes de Hus, cuius defensionem postea susciepiens Martinus Lutherus, eo quod in Concil. Constantien. concrematus fuisset, in ipsum Pontificem Diuinæ Maiestatis Vicarium, & vices Dei in terris gerentem blasphemo ore ogganit, sed illum strenuè confutauit Episcopus Ioan.Roffensius *art.25.* qui eo fuit ab hæreticis decollatus, vt tradit Alphons. à Castro *de iusta hæret.punit.lib.5.c.4.*

Dogma imp.j Almaric.] Quæ fuerint ista peruersis- 7
sima Almarici dogmata refert Fr. Francisc. Longus *loco proximè citato.*

In glos. [Florensi Monasterio.] Notatur ad hoc, 8
quod omnes hæreticorum libri absque vllo delectu prorsus sunt vitandi, vt per Couar. *variar.lib.4.c.17.in princ.* Ant.Ricciul. *d.tract.de Iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium, lib.5.c.21. & c.23. n.1.* vbi regulam constituit quod Auctore damnato libri quoque eius damnati censentur, & resoluunt Doctores *in* 9
cap.fraternitatis.de hæretic. Albert.*q.2.de haretic. n.13.* Penia *in directorium Inquisitorum p.2. comment.3.vers.1. damnato.* At libri Auctoris damnati licèt non valeant 10
allegari tanquam auctorizabiles, possunt tamen aliquando vt rationabiles adduci, si boni sint, Albert. *d.q.12.n.13.* Alphons.de Castro *de iusta hæreticorum punitione cap.17. vers.quidam forte dicent.* Quicquid aliud censeat Penia *d. commento 3.* Illud tamen verum est, Auctore damnato eius libros damnari, siue boni, siue mali sint, Butr.*in dicto cap fraternitatis sub n.3. vers. solutio.* Albertin.*de agnoscend.assert. q.12. ex n.13.* Rojas *singul.224.* Torreblanc.*de Magia lib.3.de criminis punit. c.15.num.5.* & procedit siue libri circumferantur impressi, siue manuscripti, vt per text. *in cap. nouerit, de sent.excomm.* resoluunt Vgolin.*de censuris p.2.glos.verbo, ac eorundem libros, vers. quarto in excommunicationem incidunt,* Sanch.*in præcepta Decalogi l.2.c.10.n.28.* Farin. *in tract.de hæresi q.180.n.3.*

De Constitutionibus.

Tit. II.

SVPER hanc rubr. scripserunt Collect. Zabarell.Bellam. Io.Andr. Imola, Mantua, Barbat.Ripa, Martin.Vrani. Innoc. Felin.Panor.Burr.Petr.Greg.Aret. Petr. Alphons.de Vasconcel.*in harmonia rubr.* Alex.de Neuo, Petr.de Rauenna *in compend. Iuris Can.* Ioan.de Londris *in Breuiario Sanctorũ Canonum,* Steph. Ranchin.*in continuat.titulor.Decretal.* Dan.Venator.*in analysi*

annali si metodica Iuris Pontif. Martin. Mesnartius *in epitome Decret.* Guillelm. Durand. Specul. *in Breuiario aureo Iuris Canon.* Goffred. & Host. *in summa huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Carthagen. *in expos. Iuris Can.* Zipæ *in analytica postrema Iuris Ecclesiast. enarrat.* nouissimè Ioan. Honor. *lib. 1. Sum. in Decret.* omnes sub hoc tit. & *to. 2. repetitionum in Iure Canonico ad 1. Decretal. librum.* Boschius Codecha Papiensis, Ioan. Bapt. Ferretus, Vincent. Anton. Burgos Hispanus, Franciscus Coscius Senensis, Andreas ab Exea, Quintil. Mandos. in appendice, Hip Riminald Ferrariensis. Nouissimè Lœl. Mancin.

De constitutionibus tractatus in lucem ediderunt Albertus Brunus, & Cornelius Beninca sius, de constit. Galliæ cum com. Petr. Rebuff. & Nauar. *tom 1. cons. sub hoc tit.* Sayr. *in floribus decis. sub eodem.*

SVMMARIVM.

1 *Iuris Canonici statuta ligant omnes.*
2 *Canonum statutis omnes ligantur.*
3 *Amplia, procedere etiam in ipsis S.R.E. Cardinalibus.*
4 *Leges, & constitutiones à superioribus stabilitas omni Iure vnusquisque adstrictus est seruare.*
5 *Leges iustæ quantumcumque humanæ à superioribus iustè stabilitæ habent vim obligandi in foro animæ ad culpam mortalem, vel venialem iuxta materiæ grauitatem.*
6 *Princeps licèt quoad vim coactiuam suis legibus solutus sit, quoad vim tamen directiuam leges suas in conscientia seruare tenetur.*
7 *Iudex non ad libitum, sed secundùm communem, & magis receptam Doctorum opinionem tenetur iudicare.*
8 *Opinio illa præsumitur verior, quæ à maiori parte Doctorum recepta existit.*
9 *Opinio communis non est præferenda illi opinioni quæ validioribus, ac melioribus rationibus nititur.*
10 *Opinio communis non præfertur illi opinioni, quæ fauet animæ.*
11 *Matrimonialibus in causis propter illarum fauorem possumus recedere à communi opinione.*
12 *Opinio à præceptoribus recepta potest sequi, communi omissa.*
13 *Consilia an sint lecturis anteferenda.*
14 *Opinio probabilis in foro Conscientiæ sequi potest, relicta probabiliori.*
15 *Bartholi auctoritas maxima est.*
16 *Bartolus lucerna, & Iuris Ciuilis illuminator.*
17 *Glossarum auctoritas & fides præstantissima est.*

CAP. Canonum statuta. I.
Ex Concil. Melden.

1 CAnones ligãt omnes excepto Papa, & in iudiciis Ecclesiasticis, & actionibus ciuilibus nemo suo sensu, sed horum auctoritate duci debet. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Collect. Bellarm. Zabarel. Innoc. Ioan. Andr. Imola, Barbat. Aretin. Bernard. Compostel. Panorm. Anania, Butr. Felin. Dec. Host. Anchar. Beroi. Henric. Martin. Vranius, Mantua, Petr. Greg. Alex. de Neuo, Cened. Collect. 82. nouissimè Lœlius. Mancinus Viuian. *in ration. primi libri Iuris Pontif pag.* 17. Alagona *in compen. Iuris Canon. pag.* 4. remissiuè Ximen. in concordant *p. 1. & 2* & Casal. *in annot. & tom. 2. repetitionum in Iure Canonico ad 1. Decret. librum.* Petr. de Anchar. Ioan. Baptista Ferrer. Antonius Burgos, Andr. ab Exea, Benedict. Canophilus Sangrinus. Quintilian. Mandos. in appendice, & Hippol. Rimin. Desumptus est ex *Concil. Meldensi c.* 11. refertur à Burchard *lib. 1.* 61. In *c. 171* & ab Ant. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 1. titul. 1. cap. 1.*

Ab omnibus.] Notatur ad hoc quod Canonum statutis omnes ligantur, vt per Duen. *reg.* 79. Bernard. *reg.* 383. Menoch. *de arbitr. casu* 380. Azeued *lib. 4. n. 6. tit. 16. lib. 2. nouæ recop.* Morla *in emporio Iuris p. 1. tit. 1. in prælud. n.* 60. Cened. *ad Decret. collect. 84. n. 1.* vbi *n. 2.* subdit, quod non dicuntur transgressores legum non seruantes leges vsu non receptas. 2

Amplia principalem conclusionem, vt procedat etiam in ipsis S.R. Ecclesiæ Cardinalibus, Azor. *instit. mor. p. 1. lib. 5 cap. 11. q. 5.* Iure enim tam Diuino quàm naturali, & humano obligatus & adstrictus vnusquisque est ad seruandas leges, & constitutiones à suis superioribus stabilitas, & sancitas, Castr. *de lege pœnali lib. 2. c. 13. conc. 1.* Nau. *in rub. de iudic. n. 99.* Farin *in praxi crimin. p. 1. q. 17. n. 4.* Fr. Emman. *q. Regul. tom. 2. q. 11. art. 3.* Aldrete *de religiosa disciplina tuenda, l. 1. c. 14. n. 2.* Et 5 ipsæ leges iustæ, quantumcumque humanæ à superioribus iustè stabilitæ habent vim obligandi in foro animæ ad culpam mortalem, vel venialem iuxta materiæ grauitatem, vt resoluunt D. Thom. *p. 2. q. 96. art. 4.* Nau. *in man. c. 23. n. 48.* Cou. *in reg peccatum, p. 2. §. 5. n. 3. & de sponsalibus p. 2. cap. 7. §. 7. n. 8.* Castr. *lib. 1. de lege pœnali, c. 4.* Alciat. *in c. cum contingat, num 98. de iureiur.* Victor. *relect. 3 à n. 15.* Surd. *cons. 301. n. 42. & 43.* Medina *de restit. q. 24.* Tiraq. *in præfat. retractus lig. num. 74.* Gom *lib. 1. Tauri n. 5 & 4. & lib. 40 n. 56.* Mench. *controuers. lib. 1. c. 29. n. 1.* Rebuff. *de pacificis poss. n. 10.* Gutier. *Canon. lib. 1. c. 7 n. 20. cum seq.* Cardin Bellarm. *to. 1. lib. 3. de laicis, c. 11.* Molina *de iust. tract. 2. disp. 27.* Morla *in emporio Iuris p. 1. tit. 1. q 1. n. 10. & q. 10. per totam,* Mich. Salon. *in 2. 2. D. Thomæ to. 2. q. 77. art. 1. controu. 7. de lege pœn. à n. 7.* Fr. Emman. *q. Regul. tom. 1. q. 6. art. 13.* Sayr. *in claui Regia lib. 3. c. 7. n. 14.* Azor. *instit. mor. p. 1. lib. 5. cap. 5. col. 375.* Soar *de legibus l. 3. c. 21. cum seqq.* Sanchez *in præcepta Decalogi, l. 1. c. 1. n. 4.* Varer. Reginald *in praxi fori pœnit tom. 1. l. 15. c. 6. & lib. 13. c. 18.* Vasquez *1. 2. disp. 158 c. 2. &* 3. Illustriss. D. meus Rodericus à Cunha post primam huius libri impressionem à me visus *in com. ad c. 1. dist. 4. & ad c. quis autem, n. 1. dist. 10* plures ex antiquioribus refert Cened. *ad Decretal. collect. 2. num 2.*

Vnde Princeps omnino liber non est à legis suæ obseruatione Sayr. *in claui Regia, lib. 3. c. 4. num. 3. & 4.* Nam licèt quoad vim coactiuam, & pœnas in foro exteriori suis legibus solutus sit, *l. Princeps ff. de legibus, l. digna vox, C. eod. tit.* ex Iure tamen & æquitate naturali Diuinâ quoad vim directiuam leges suas in Conscientia seruare tenetur, D. Thom. *1. 2. q. 96. art. 5. ad 3.* Sot *de iustit. lib. 1. art. 7. concl. 3.* Corras. *lib. 2. miscel. c. 25.* Couar. *in c. alma, p. 1. §. 7. n. 3. & 4.* Nau. *in c. si quando, de rescript. excep. 8. n. 12. & 13. & in apolog. de redditib. q. 1. n. 32. & in rubr. de iudiciis, num. 100.* Roland *cons. 13. n. 33. cum seqq. vol. 3.* Granad. *in p. 2. controu. 7. tract. 3 p. 1. disp. 6. sect. 1. n. 6.* Becan *in Sum. Theolog p. 2. tract. 3 cap. 6 q. 12.* Ioan. de la Crux *in direct. Conscient. in proœm. dub. 3. concl. 2.* Diana *resol. moral. p. 1. tract. de legibus resol. 10.* Mendoza *de pactis lib. 5. c. 5 q. 2. à n. 28.* Calistus Ramirez *de lege Regia §. 23. n. 30.* Menech. *cons. 332. n. 64. & de arbitr. q. 7. n. 70.* Mench. *illustr. lib. 1. cap. 1. n. 19. & sequent. & cap. 2. num. 1. & cap. 6. num. 13 & vsufr. lib. 1. cap. 1. num. 19.* Ioseph. Ludou. Perus. *decis. 42. num. 16.* Mexia *in tr. tassæ panis, conclus. 5 n. 52.* Bellug. *in speculo Principum, rubr. 11 §. restat. n. 1.* Cujac. *l. 15. obseru. 25.* Fachin. *lib. 1. controu. c. 2.* Brun. à Sole *in locis communibus, verbo Princeps* Io. Seraphin. *de priuilegiis Iuram. priuil. 146. n. 1.* Surd. *de alimentis, tit. 1. q. 1. n. 10. cum seqq* Matiens. *ad l. 3. glos. 2. num. 2. tit. 10. lib. 5 nouæ recopilat.* Flan in. *de resignat.*

resignat. lib. 3. q. 1. n. 26. cum seqq. Sayr. *in clavi Regia lib. 3. c. 4. n. 10.* Bobadil. *in sua politica, lib. 2. c. 10. n. 5.* Morla *in emporio Iuris, p. 1. tit 2. q. 1. per totam.* P. Ioan. Pineda *in Iob. to. 2. c. 34. vers. 18. pag. 637.* Azor. *d. lib. 5. c. 11. col. 396.* Soar. *de legibus, lib. 3. c. 32.* Gonzal. Mendez de Cabed. *diuersorum Iuris argum. lib. 3. c. 1. sub n. 3.* Georg. de Cabed. Lusit. *decis. 78. p. 2.* nouissimè Illustriss. D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad c. dist. 9.* & me citato in hoc loco *D. Mari Cutel. de donat. inter patr. & fil. tract. 1. disp. 2 p. 6. n. 13.*

7 *Nemo suo sensu, &c.*] Ergo Index non ad libitum, sed secundum communem & magis receptam Doctorum opinionem tenetur iudicare, vt per Guid. Papæ *q. 277.* Bernard. *reg. 107.* Gratian. *reg. 252.* Anton. Corac. *in tract. de commun opin. in præfat. ex n. 27.* Hoied. *de incomp. benefic. part 2. cap. 1. ex num. 6.* Burg. de Pace *in proœm. legum Tauri ex num. 151.* Alciat. *reg. 1. præs. 51.* Petr. Magdalen. *de numero testium in testam. p. 1. c. 16. ex n. 50* Cott. *in memorab. verbo opinio communis, pag. 625.* Rebuff. *in auth. habita, C. ne filius pro patre, verb. examinatione vers. 5 pag. 579 in fin.* Fichard. Villah. Soar. & alij *commun. opin. lib. 1. tit. 17. num. 421. cum multis seq.* Viui. *tom. 2. commun. opinion. l. 7. tit. 12. n. 20 in princ.* Menoch. *de præsumpt. lib. 2. q. 71. num. 72.* Seraphin. *de priuileg. Iuram. priuil. 17. num. 16.* Surd. *de aliment. tit. 9. quæst. 44. num. 60.* Gutier. *pract. lib. 3. q. 13. num. 34.* Petr. Cauall. *in tract. de omni genere homicidij, num. 373.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. part. 4. collect. 802.* Amat. Roder. *in pract. de modo & forma viuendi, seu examinandi processum cap 10. num. 14.*

8 Etenim opinio illa præsumitur verior, adeóque in iudicando sequenda erit, quæ à maiori parte Doctorum recepta existit, pulcherrimi in id tenus sunt *in l. athletas 4 in princ* ibi, *& generaliter ita omnes opinantur, ff. de his qui not. infam. l. ita vulneratus, in princ.* ibi, *dicitur vulgo. ff. ad leg. Aqu. vnic.* ibi, *sanè crebrior apud veteres opinio est ff. de offic. quæstor. l. diui fratres 17.* ibi, *plures etiam iuris auctorum. ff. de iurepatron. Princip. Instit. de hared. instit* ibi, *secundum plurium sententias.*

9 Communis tamen opinio non est præferenda illi opinioni, quæ validioribus, & melioribus rationibus nititur, Fichard. *d. tit. 17. n. 424. pag. 251.* Farin. *in praxi crimin. p. 1. q. 15. n. 56.* Marta *de Iurisdict. p. 2. c. 6. num. 6, & 7.* vbi subdit nullum Doctorem posse fundare opi-
10 nionem contra Ecclesiam. Nec est præferenda illi opinioni, quæ fauet animæ, idem Marta *d. p. 2. c. 7. num.*
11 29. In causis etiam matrimonialibus propter illarum fauorem possumus recedere à communi opinione. Felin. *in c. 1. n. 1. vers. singularis, vt licite non constet.* Cott. *in memorab. verbo nuptiarum pag. mihi 618.* Menoch. *de*
12 *præsumpt. l. 1. præs. 71. n. 30.* Sic denique omissa recepta communi Doctorum opinione possumus in iudicando sequi opinionem illam, quam aliquando Præceptores colendissimi veram esse affirmarunt secundum Ferret. *cons. 31.* Rebuff. *de priu. Scholar. priuil. 72. & in auth. habita Cod. ne filius pro patre, verbo examinationem, vers. nonum, pag. 180.* Menoch. *d. lib. 2. præs. 71. num. 51.*

13 Et quia Doctores legendo magis nituntur veritati quàm consulendo, quia in rectura cessat affectio, & cupiditas æris, ob id si reperiuntur opiniones contrariæ, potius standum est opinioni, quam Doctor in legendo sequitur, quàm ei, quam in consulendo tenet, vide *Cauet. de antiq tempor p. 1. §. 1. n. 50. in fine & in §. propositum nostrum principale n. 48.* Neuiz. *in sylua nupt. lib. 5. n. 26* Boer. *decis. 155. n. 24.* Brunor. à Sole *in q. legalibus, q. 44. n. 6.* Menoch. *d præs. 71. ex n. 48.* Fichard. *d. tit. 17. n. 419. pag. 251.* Flamin. Paris. *de resignat. benef. to. 2. l. 11. q. 10. n. 31.*

14 Quando tamen super aliquo dubio sunt diuersæ Doctorum opiniones, vna probabilis, alia verò probabilior, licet tam Iudici quam cuiuis priuato in foro Conscientiæ sequi probabilem, relicta probabiliori. Vnde Neuizan. *in Sylla nupt lib 6. n. 4.* Aym. Cauet. *cons. 135. n. 40. in princ.* Burg. de Pace *in proœm. legum Tauri n. 162. & n. 402.* Menoch. *de arbitr. casu 177. n. 7. & casu 339. n. 19.* Armil. *in sum. verbo opinio, num. 2. vers. nam qui sequitur.* Sot. *de Iustitia lib. 3. q. 6. art 6. ad 4 arg.* Medin. *1. 2. q. 19 art. 6.* vbi Lorca *disp. 39.* Gutier. *Canonic. lib. 1. c. 13. ex n. 23.* Arag. *2. 2. q. 63. art. 4.* vbi Salon. *controu. 2 &* Bañes *q. 10. à 1.* Salas *tr. 8. disp vnica sect. 6.* Valent. *tom. 3. disp. 5. q. 7. puncto 4.* Soar. *tom. 4 de Pœnit. disp. 22. sect. 9. & to. 5. de censur. disp. 40 sect. 5. n. 6.* Sanch. *de Matrim. lib. 2. disp. 41. n. 30. & lib. 3. disp. 20. num. 4. & lib. 8. disp. 6. n. 18.*

De auctoritate opinionum Bartoli, & de eius lau- 15
dibus plura tradunt Tiraq. *in l. si vnquam, princ. n. 154. C. de reuoc. donat. & ad l. 3. connub glos. 1. n. 9.* Grammat. *decis. 63. num. 15.* Cott. *in memorabilibus verbo Iurisperiti pag. 486* Auil. *ad c. 1. Prætor. fol. mihi 32.* Syluan. *cons. 9. n. 18.* Viui. *tom. 1. commun. opinion. lib. 7. tit. 12. n. 20. vers. ex quo auctoritas* Bartoli. Amat. Roder. *in pract. de forma, & modo videndi seu examinandi processum c. 10. n. 23.* vbi dicit fuisse Lucernam, & Iuris Ciuilis Illuminatorem: Mart. *de Iurisd part. 1. cap. 26. num. 71. & in votis nouiss. decis. voto 6. num. 6.* vbi attestatur adesse constitutio- 16
nem in tota Hispania quod Bartoli doctrina habetur pro lege, & apud nos est *Ordin. Regia lib. 3. tit 64. §. 1.*

De glossarum authoritate, & fide præstantissima 17
vide Franc. Viui. *lib. 2. opin. 398. ex n. 38.* Roland. *cons. 14. ex n. 39. & cons. 73. n. 13. vol. 3.* Petr. Magdalen. *de numero testium in testam. p. 3. c. 2. n. 87.* Mascard. *de probat. concl. 842. & concl. 1138. n. 15. cum seq.* Plures refert Cened. *ad Decretal. collect. 18. n. 6.* quibus addo Viui. *tom. 2. commun. opinion. lib. 7. tit. 12. de pœna Iudic. qui malè iudic. n. 20. vers. & licet similiter,* Barthol. Bolognin. *de iudic. n. 20. vers. & licet similiter,* Barthol. Bolognin. *de repet. auth. habita n. 258. C. ne filius pro patre,* Auil. *ad c. 1. Prætor verbo fil. n. 15.* Morl. *in emporio Iuris, p. 1. tit. 1. q. 12. n. 3.* Ceuall. commun. contra commun. *in præfat. n. 61. cum seqq.* Cened. *pract. & can. q. lib. 1. q. 8. n. 19.* Amat. Roderic. *d. c. 10. n. 33.* Carrasc. *in explicat. ad aliquas leges Recopil c. 11. p. 2. num. 122. cum seqq.* Franc. à Sousa *in repet. l. fœminæ ff. de regul. Iuris p. 1. n. 252.* vbi multa de glossis Acursij.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio respicit futura, & non præterita.*
2 *Lex non extenditur ad præterita, sed trahitur ad futura.*
3 *Lex noua Iuris antiqui declaratoria quando extenda-tur ad præterita.*
4 *Lex non obligat ignorantes.*
5 *Decretum irritans ligat etiam ignorantes quoad actus nullitatem, non verò quoad pœnam.*
6 *Lex seu constitutio non habens decretum irritans, vt liget, necessarium requisitum est, vt fiat illius publi-catio.*
7 *Refertur decisio Sacræ Rotæ.*
8 *Lex ligare non potest nisi à die publicationis, vel post duos menses postquam fuit promulgata.*
9 *An ante duorum mensium lapsum scientes liget, osten-ditur.*
10 *Leges Summi Pontificis vim habent obligandi quam-primum in Curia Romana publicantur.*
11 *Lex non præsumitur promulgata nisi id probetur.*
12 *Pœnam non meretur quod legitimè factum est.*
13 *Pœna præsupponit culpam.*
14 *Culpa vbi non est, non potest esse delictum, nec pœna.*
15 *Peccata suos tenere debent auctores.*
16 *Nemo priuatur Iure suo sine culpa.*

Cap. Cognoscentes. II. *Greg.*

CONstitutio respicit futura & non præterita. Colligunt ex Ordinat. Abb. antiq. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Anchar. Imol. Innocent. Anania, Dec. Host. Felin. Panorm. Barbar. Aretin. Butr. Beroi. Alexand. de Neuo, Henric. Martin. Vranius, Mantua, Petr. Grego. Compostel. Cened. *collect.* 1. Viuian. *in ration. primi libri Iuris Pontif. pag.* 17. Alagona *in compendio Iuris Can pag.* 5. remissiue Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. & *vol.* 2. *repetitionum in Iure Canonico ad primum Decretalium librum*, Anton. Burgos, Andr. ab Exea. Franciscus Coscius, Quintilian. Mandos. in appendice. Desumptus est ex D. Gregor. *lib.* 7. *epist.* 35. *ad Fortunatum Episcopum*, refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretalium lib.* 1. *tit* 1 *c.* 2.

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc tex. desumunt & multipliciter declarant Bernard. Diaz *reg.* 136. *alias* 137. Burs. *cons.* 214. *n.* 21. *cum seq vol.* 2. Ruin. *cons.* 76. *n.* 10. *vol.* 5 Magno Lucensi *dec.* 88. Alderan. Mascard. *de interp statut. q. vlt.* Bellug. *in specul. Principum rub.* 41. §. *leges Regni*, *n.* 15. *vers primum est*, Capallin. *milleloq.* 607. Burg. de Pace *l.* 3. *Tauri*, *n.* 37. Calcan. *cons.* 15. *n.* 13. & *seq* Canaler. *dec.* 125. *n.* 9. Castren. *cons.* 341. *in princ. lib.* 1 Sylueст. *verbo lex*, *q.* 23 Garc. *reg.* 195. Tiraq. *in præfat. de retractu lig à n.* 18. & *de Iure primog. q.* 43. *n.* 17. Menoch. *de arbitr. lib.* 2 *casu* 185. *n.* 1. & 26 Cou. *lib.* 3. *var. cap.* 13. *n.* 4. Sebast. Med *in tract. de legibus*, *part.* 4. *q.* 15. Nau. *in c. cum contingat*, *de rescript excep.* 14. Brun. à Sole *in locis communibus*, *verbo*, *lex.* 13. & *verbo*, *statutum* 63. Matiens. *lib.* 3 *glos.* 16. *tit.* 10. *lib.* 5. *nouæ recopil.* Arastas. Germon. *animaduers. lib.* 1. *c.* 1 Perez *lib.* 10 *glos.* 1 *col.* 2. *ante finem*, *tit.* 1 *lib.* 3. *Ordin.* Azeuedo *ad l.* 6. *tit.* 1. *lib.* 2. *recop pag. mihi.* 157. Morla *in emporio Iuris*, *part.* 1. *tit.* 1. *q.* 6. *per totam.* Castill. *l.* 48. *Tauri*, *glos. de aqui adelante*, Fr. Emman. Roder. *q. Regular. tom.* 1. *q.* 6. *art.* 17. Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 5. *c.* 16. *q.* 13. Cardoso *in praxi iudicum*, & *aduocat. verbo lex*, *num.* 13. Henriquez *consil.* 75. *num.* 1. Flamin. *de confident q.* 12. *num.* 2 Ferrer. *in constitut. Cathaloniæ glos.* 4. *n.* 28 Armendariz *in præmio additionis ad recop legum Nauarræ num* 26. Bernard. Greuæ *ad practicam Cameræ imper lib.* 2. *concl.* 9. *n.* 4. Don. Christophor. de Pace *in Scholiis ad leges Styli*, *l.* 200. *n.* 1. Ego ipse *in tr. Axiom. Iuris vsufreq Axiom.* 136. *n.* 22. Illustriss. D. meus Rodericus à Cunha *in comment. ad c. præterea* 7. *num* 3 *dist.* 28. & *latius ad cap.* & *antiquis ex n.* 7. *dist.* 28. vbi per conclusiones materiam optimè disponit, & exponit, Ioan. de Salas *de legibus*, *quæst.* 97. *tract.* 14. *disp* 11. *sect.* 7 *n.* 17 & 18. *cum seqq* Rot in Sabinen. Castri Montis rotundi, 8. Februarij 1627 coram Reuerendiss. D. meo Coccino Decano, statim post princ. *in vers. quamuis*, vbi dicit secus esse quando nominatim de præterito, & adhuc pendentibus negotiis cautum sit. Farin. *in praxi crimin. p.* 4. *decis.* 10. *num.* 15. *in fine*, & *ibi addit lit. F.* & *latè fragm*, *crimin. p.* 2. *lit. L. num.* 25. *cum seqq.* Soar. *de legibus lib.* 3. *cap.* 14. plures antiquioribus refert Cened. *ad Decretal. col.* 1. *n.* 1, nouissimè Octau. Glorit. *resp.* 7. *num.* 26. & 27. vbi cum Magon. *d. decis.* 88 *num.* 1. dicit legem non extendi ad præterita iam perfecta, & non extendi ad præterita iam perfecta, & non expectantia perfectionem de futuro, quod quidem ampliat cum Menoch. *cons.* 240. *n.* 2. & 4. & *cons.* 499. *n.* 21 etiamsi effectus actus præteriti adhuc pendeat, licet aliàs secus quando actus de præterito spectat perfectionem de futuro, ad not. per glos. verbo possessum *in Clem.* 2. *de ætate* & *qualit.* Felin. *in cap. vlt. num.* 11. *in* 5 *fallent. inf. hoc tit.* Magon. *d. decis.* 88. *num.* 12. Hieron. Gabr. *cons.* 42. *vol.* 2. Honded. *cons.* 16. *num.* 19. & *seqq. vol.* 1. Et quod lex non trahatur ad præterita iam decisa, puta per sententiam, rem iudicatam, transactionem, iuramentum, solutionem, quietantiam, præscriptionem, & similia, quamuis in eadem lege nominatim & expressa fiat mentio de præteritis, dixi *d. Axiom.* 136. *n.* 23. Quando verò lex noua Iuris antiqui declaratoria, extendatur ad præterita, vide Cald. Pereira *de potestate eligendi c.* 11. *d.* 30 Morla *d. q.* 6. *n.* 11. *cum seqq.* P. Ribadan. *in l. pro defensione Societatis* IESV, *c.* 15. Don Christoph. de Pace *d. l.* 200. *n.* 2. & 29. *vers. oritur.* Armendar. *vbi proximè n.* 45. Alderan. Mascard. *de gener. stat. interp. conc.* 13. *n.* 41. Card. Tusch. *lit. L. concl.* 264. *n.* 45. & *concl.* 265. *n.* 4. latè Farin. *fragment. crimin. p.* 2. *lit. L. n.* 51. *cum multis seqq* vbi conclusionem firmat quod lex, constitutio, seu statutum Iuris antiqui declaratoria trahitur non solùm ad futura, sed etiam ad præterita, & *n.* 52. quadrupliciter limitat, & metipsum *d. Axiom.* 136. *num.* 24. Illustriss. D. meus Rodericus à Cunha *in comment. ad cap. ex antiquis* 9. *n.* 7. *cum seqq. dist.* 54.

Ignorantes.] Notatur ad hoc quod lex non obligat 4
ignorantes, Henriq. *d. cons.* 71. *à num.* 7. Aloys. Ricc. *in collectan. decis p.* 5. *collect.* 1580. nisi apponatur in ea decretum irritans, cuius natura est ligare etiam ignorantes quoad actus nullitatem, non quoad pœnam, *c.* 1. *de concess. præbendæ in* 6. *cap. si eo tempore*, *de elect. eod. lib.* 5
Bonacos. *commun. opin. lib.* 1. *tit.* 18. *n.* 5. Rota *in vna Dertusen. parochialis* 12. *Februarij* 1593. *coram Penia*, apud Garc. *de benefic. p.* 4. *c.* 3. *n.* 90. Mar. Antonin. *var. resolut. lib.* 1. *res.* 7. *num.* 15. Aloys. Ricc. *in collect. decis p.* 4. *collect.* 1276. vbi resoluit constitutionem in qua adest decretum irritans ligare ante publicationem, Flamin. *de resignat. lib.* 5 *quæst.* 6. *num.* 220. *cum seq* & *l.* 11. *q.* 4. *num.* 44 & *quæst* 13. *num.* 86 Francisc. Galler. *in margarita casuum conscientiæ*, *verb clausula.* Fr. Emman. *q. Regular. tom.* 2. *q.* 73. *art.* 2. Farin. *fragmentor. crimin litt. C. n.* 672. Ceuall. *communium contra commun. quæst.* 903. *n.* 14. Cald. Pereira *q. forens. lib.* 1. *quæst.* 6. *num.* 30. & 31. Martha *de clausulis*, *p.* 1. *claus.* 191. *n.* 12. & *de Iurisdict. part.* 4. *cent.* 1 *casu* 94. *n.* 32. cum aliis per me citatis *in tr. de clausul. vsufreq. claus.* 40. *n.* 7. & 13 Ad hoc enim, 6
vt lex, seu constitutio non habens decretum irritans liget, necessarium requisitum est, vt fiat illius publicatio solemnis, & publica, quia lex humana neminem obligat priusquam promulgetur, etiam data scientia, *cap. in istis*, §. *leges dist* 4. *d. fin. ff. de decretis ab ordine faciendis*, *l. leges sacratissimæ*, *C. de legibus.* Nauar. *consil.* 2. *n.* 3. & 4. *de constit. in vtraque edit.* Sebast. Medices *in repet. c.* 11 *erit autem lex*, *dist.* 4. *num* 67. Anton. Gabriel *communium*, *tit. de legibus concl.* 4. Azor. *d. l.* 5. *cap.* 3 *quæst.* 1. Greg. de Valentia *tom.* 2. *disp.* 7. *q.* 5. *punct.* 5. Cened. ad Decretum *collect.* 1. *num.* 5. & *ad Decretal. collect.* 1. *num.* 3. Nicol. Garcia *de benefic. p.* 5. *c.* 8. *n.* 14. Soar. *de legibus*, *lib.* 3. *cap* 16 & 17. Sayr. *sub tit. de constit. decis.* 1. Anton de Moure *in examine Theologiæ moralis*, *p.* 2. *c.* 3. §. 1. Steph. Gratian. *Marchiæ decis.* 200. *num.* 10. & *seqq* Camil. Borel. *in summa omnium decis. tit.* 13. *n.* 22. Illustriss. D. meus Roderic. à Cunha *in comment. ad d. cap. in istis* §. *leges*, *n.* 3. Francisc. Coriolan. *post tract. de casibus reseruatis*, *vbi de absolutione à casibus Bullæ in Cœna Domini n.* 1. Et ad hoc propositum placet tran- 7
scribere Rotæ Romanæ optimam. *decisionem in vna Calaguritana beneficij SS. Iacobi*, & *Andreæ* 17. *Maij* 1593. coram Card. Blanchetto, quæ sic ait: Domini steterunt in decisis, cum enim beneficium, de quo agitur, vacauerit de mense Februarij 1587. & Motus proprius fuerit publicatus de anno 1519. non 8
potuit ligare, nisi à die publicationis, vel post duos menses, postquam fuit promulgatus, *gloss. in proœmio Clement.* & ibi Doct. Dec. *in cap.* 2. *de constit. n.* 15. & ibi Beroi. *num.* 50. Roland. à Valle *cons.* 8. *num.* 21. *cum seqq. l.* 3. Gabr. *cum tit. de legibus concl.* 4. *n.* 6. idque

etiam

etiam procedit quoad scienter, Bald. *l vni. §. fin. C. de caducis tollend.* Non obstat quod hæc procedunt in lege vniuersali, quia ista, vel est lex vniuersalis illius diœcesis, & intrant prædicta: vel est particularis constitutio respiciens fauorem Episcopi, & Episcopus potuit illa non vti, vt fuit decisum: vel saltem requirebatur publicatio, licet ligaret statim ante lapsum duorum mensium, vt loquitur Felin. *in c. 2. de const. n. 7.* allegatus pro Franc. Non obstat quod decretum irritans ligat etiam ignorantes, quia est verum, vbi in aliquo loco est facta publicatio, provt de regulis Cancellariæ tradit Sarnen. *in proœmio regularum.* Et decretum irritans 9
semper sequitur naturam dispositionis super qua apponitur, Put. *decis. 1 l. 1.* Hactenus decisio. Ex qua apertè colligitur, & Iuris est exploratissimi, superioris Principis constitutionem post duos menses à die publicationis ligare subditos, sed non abs te dubitari potest, an ante duorum mensium lapsum scientes liget; affirmatiuam tenent partem in præsenti Bald. *n. 5. vers. ex prædictis* Panor. *n. 7. vers. disceptatio*, Imol. *n. 5. vers. & aduerte*, Felin. *col. 4. n. 7.* Bero *n. 50.* & alij plures, vt per Feder. Senis, Franc. Domin. Præpos. Panorm. quos referunt, & sequuntur Rendina *in promptuario recept. sent. in fine tom 1. in miscel n. 1.* & Azor. *d. cap. 3. q. 8.* quicquid contrarium velint Butr. *hic col. 3. n. 17. vers. puto de mente Iuris*, Dec. *lect. 1. num. 16. col. 6.* Menoch. *de arbitr. casu 185. num. 10.* Mau. *cons. 1. n. 8. de constitut.* Leges verò summi 10
Pontificis vim habent obligandi, quam primùm in Curia Romana publicantur, & in acie campi Floræ, & ad valuas Basilicæ Apostolorum affixæ sint, & in Cancellaria Apost. pro publicatis habentur, Siluest. *verbo, lex, q. 6. vers. 3.* Gomez *in proœm reg. Cancell. q. 2. ante fin.* Valent. *d. puncto 4 dub. 2.* Azor. *dict. cap. 3. quæst. 3.* Fr. Emman. *q. Regul. tom. 1. quæst. 6. art. 2. in fine.* Vtrum autem legis promulgatio in Curia Principis sufficiat ad omnes subditos obligandos; vide Soar. *de legibus lib. 3. cap. 17.* Salas *in simili tractat. disput. 12. sect. 2.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. libro 13. cap. 16. num. 151.*

Illud in præsentiarum aduertere oportet, legem non 11
præsumi promulgatam nisi id probetur, quia promulgatio est quid facti, Menoch. *de præsumpt. l. 2. præs. 1. n. 2. & præs. 2. n. 2* quem refert & sequitur Emman. de Valle de Moura *de encant. & ensalmis, sect. 1. c. 5. n. 13* reprobans opinionem Nicolai Garc. *de beneficiis. part. 2. c. 1. n. 44.* contrarium tenentis.

In glos. [Culpa.] ibi (*quia quod legitimè factum est* 12
pœnam non meretur.) Vide Card. Tusch. *pract. concl. tom. 6. lit. P. concl. 208.* Campan. *in diuersorio Iuris Can. rub. 11. c. 33. n. 26. vers. insuper*, Flamin. *de confident. q. 5. n. 47.* Marc. Anton. *var. lib. 1. resolut. 42. n. 2.* Nam pœna
præsupponit culpam, D. Thom. *2. 2. q. 108. art. 4. in solut.* 13
& cap. 2. q. 87. tit. 7. & 8. Sot. *de iustitia lib. 1. q. 6. art. 5. col. 2. vers. profecto, & vers. verumtamen*, Syluest. *verbo, pœna, num. 25.* Cou. *var. lib. 2. cap. 8. in princ. & num. 1. vers. tertio.* Surd. *decis. 277. num. 19.* Guttier. *canon. lib. 2. cap. 30. num. 12. cum seq.* Cened. *ad Sextum collect. 1. num. 2.* citati per me *in tract. Axiomatum Iuris vsufr.*
Axiom. 181. n. 1. Et vbi non est culpa, non potest esse 14
delictum, *cap. cum voluntate, de sentent. excom.* Perett. *in Extrau. ambitiosæ, de rebus Ecclesiæ non alien. pag. 94. n. 30.* & per consequens nec pœna, *l. si putator, ff. ad legem Aquil. c. sine culpa de regulis Iuris in 6.* Thom. de Thomassetis *reg. 283.* Ioseph. Aldrete *de religiosa disciplina tuenda, l. 2. cap. 10. num. 8. citati per me Axiom 62. num. 2.*

In ead. glos. ibi *(& peccata suos debent tenere auctores.)* 15
Vide Cald. Pereira *q. forensium in comment. ad l. vnicam, C. ex delictis defunctorum, part. 3. num. 8.* Surd. *de alimentis, tit. 1. q. 38. n. 20.* Farinac. *in praxi crimin. part. 1. q. 23. num. 1.* Bertazol. *in repet. l. si quis maior, C. de transact. num. 111.* Escobar. *de ratiocin. cap. 42. num. 7.* Cardin. Tusch *tom. 6. lit. P. concl. 212.* metipsum *d. Axiom. 62. num. 1.*

In ead. glos. ibi, (*Nemo priuatur Iure suo sine culpa.*) 16
Vide *in libello de principiis vtriusque Iuris tit. I. num. 50.* Sanch. *de Matrim. lib. 9. disp. 32. num. 6.* Ex causa tamen, etiam absque culpa, diuino & humano iudicio pœna infertur, vt in Iuribus hic citatis, quæ adducit Couar. *lib. 2. var. c. 8. n. 1. vers. 1.* An iustè, & quando innocens ob alterius crimen & delictum puniri valeat, vide plenissimè citatos per Cened. *d. collect. 1. n. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Connexorum de vno statutum ad aliud connexum extenditur.*
2 *Declaratur auctoritas Apostoli ad Hebræos, cap. 7.*
3 *Ab vno connexorum fit extensio ad alterum.*
4 *Connexa dicuntur indiuidua, & reputantur vnum.*
5 *Vbi est eadem ratio, ibi debet esse idem Ius.*
6 *Vbi est eadem ratio, ibi dicitur adesse eadem lex non extensiuè, sed comprehensiuè.*

CAP. Translato. III. *D. Augustin.*

EXtensio fit ab vno connexorum ad aliud, ex quo, 1
translato Sacerdotio, legis translatio fit colliguit ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabarel. Bellam. Ioann. Andr. Imola, Innoc. Anania, Dec. Hostiens. Felin. Panor. Barbat. Aretin. Anchar. Butr. Alexand. de Neuo, Henric. Martin. Vranius, Mantua, Petr. Greg. Compost. Vivian. *in ration. primi libri Iuris Pontificij, pag. 18.* Alagona *in compen. Iuris Can. pag. 6.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* & Casal. *in annot. & vol. 2 repetitionum in Iure Canon. ad primum Decret. librum.* Quintil. Mandos. in appendice, refertur ab Antonio Augustino *collect. 1. Decretal. lib. 1. tit. 1. c. 4.*

Translato Sacerdotio, &c.] D. Paul. *ad Hebr. c. 7.* quem 2
explicant. Sot. *de Iustit. lib. 2. q. 5. art. 4. & q. 6. art. 1.* Cou. *lib. 1. var. c. 17. n. 1.* Perez *l. 3. vers. quæritur deinde vigesimo quinto tit. 4. l. 8. Ordin. à pag. 142.* Petr. Magdalen. *de numero testium in testam. p. 1. c. 1. n 27.* Alphons. Castro *lib. 9. aduersus hæreses verbo lex*, Gelati per Cened. *ad Decretal. collect. 85. n. 3.* Sacerdotij appellatione continetur omne Sacramentum, quo gratia confertur, ita Ioan. Andr. Anch. & alij in præsenti, teste Anton. Ricciul. *in tractu de Iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium, lib. 2. c. 1. n. 9.*

Quod de vno dicitur, necesse est vt de altero intelligatur.] 3
Quia ab vno connexorum fit extensio ad alterum *l. 3. §. iudicio contrario, ff. de contraria act. tutelæ, l. proindè, ff. ad legem Aquid. l. cum actum, ff. de negot. gestis, cap. præterea, infra, de offic. deleg.* Surd. *de aliment. tit. 9. quæst. 31. num. 16 cum seqq. & cons. 196. num. 9. & cons. 338. num. 3. & decis. 199 n. 13.* Hieron. Fernandez de Otero *in repet. cap. fin de pactis, num. 6.* Mar. Antonin. *var l. 3. resol. 9. n. 2.* Hippol. *sing. 251. num. 1.* Cott. *in memorab. verbo, connexorum, pag. 166.* Ioan. Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. part. 1. cap. 7. n. 71.* Scobar *de ration. cap. 13. n. 11.* Mendez à Castro *in praxi Lusitana lib. 5. cap. 1. num. 43.* Card. Tusch. *tom. 2. lit. C. concl. 626.* Gironda *de priuilegiorum, & exemptionum explicat. n. 751.* Connexa dicuntur indiuidua, Surd. *d. decis. 199. num. 13.* Ego ipse *in tract. de Axiomat. Iuris vsufreq. Axiom. 51. num. 2.* Et reputantur 4
vnum, Sigismund. Scacc. *de appellat. q. 17. limit. 21. sub num. 25.*

In glos. [Quod de vno.] ibi (*vbi est eadem ratio, ibi de-* 5
bet esse idem Ius) *illud, ff. ad legem Aquil. l. illud, C. de Sacrosanct. Eccles. l. si postulauerit, §. 2. ff. ad legem, Iuliam, de*

Adult. l. quidam numularios, ff. de edendo, §. pari notatione, Inſtit. quibus modis Ius patriæ poteſtatis ſoluitur. Portol. *in tract. de conſortibus & fideicom. legal. c. 5. n. 14.* Surd. *conſ. 301. n. 19. & deciſ. 52. n. 10.* Thom. de Thomaſ. *reg. 199.* Narbona *de appellat. à Vicario ad Epiſcopum, p. 2. n. 6.* Cæſar. Argel. *de contradictore legitimo, q. 10. n. 115.* Trentacinq. *var. lib. 1. tit. de ſtatutis reſol. 1. ſub n. 2. §. 1.* Vgolin. *de officio & poteſtate Epiſcopi, c. 13. §. 27. n. 1. verſ. quid igitur, & c. 49. §. 4. n. 2.* Farin. *in praxi crimin. p. 7. fragment. lit E. n. 51. cum ſeqq.* Ego ipſe *in tract. de Axiom. Iuris vſufreq. Axiom. 197. n. 3.* Vbi enim eſt eadem ratio, ibi dicitur adeſſe eadem lex non extenſiuè, ſed comprehenſiuè, *d. l. illud, C. de Sacroſ. Eccleſ. l. his ſolis, §. ſatis etiam cautè putamus, C. de reuocand. donat.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. §. 7. proœm. n. 105.* Surd. *deciſ. 276. n. 8.* Guttier. *pract. l. 3. q. 17. à n. 84.* Ego ipſe *d. Axiom. 197. n. 7.*

SVMMARIVM.

1 *Lex, quæ vno malorum prohibito, cætera exinde orientia prohibet, bona eſt.*
2 *Concupiſcentia dicitur à concupiſco, & traditur definitio.*
3 *Legiſlator non debet legem promulgare punientem omnia crimina, ſed quædam ſub ſilentio pertranſire.*
4 *Præcepti tranſgreſſio eſt mortale peccatum.*
5 *Vno prohibito omnia prohibentur per quæ peruenitur ad illud.*
6 *Cupiditas eſt radix omnium malorum.*

CAP. Nam concupiſcentiam. IV.

1 LEx, quæ vno malorum prohibito, cætera exinde orientia prohibet, bona eſt. Abb. antiq. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Anchar. Imola, Innoc. Anania Dec. Hoſtienſ. Felin. Barbat. Aretin. Butr. Alexand. de Neuo, Henric. Martin. Vran. Petr. Gregor. Compoſtel. Viuian. *in ration. primi libri Iuris Pontif. pag. 18.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 5.* remiſſiuè Ximen. *in comment. p. 1. & 2.* Deſumptus eſt ex D. Auguſt. *ſuper epiſtolam ad Romanos, c. 7.* refertur ab Anton. Auguſt. *Collect. 1. Decretal. lib. 1. tit. 1. c. 7.*

2 *Concupiſcentiam.*] Concupiſcentia dicitur à concupiſco, & eſt appetitus delectabilis ſenſitiuè, & ſubiectiuè in appetitu ſenſitiuo, ac omnium malorum radix, vt ex D. Thom. & aliis tradit Perez *l. 1. in gloſ. verbo, cobdicia, tit. 2. lib. 8. Ordin. pag. 37.*

3 *Omnia.*] Notatur ad hoc quod legiſlator non debet legem promulgare punientem omnia crimina, ſed quædam ſub ſilentio pertranſire, Rebuff. *in proœm. ad leges Galliæ, gloſ. 1. n. 37. cum ſeqq.* Nam multa à legibus & Canonibus permittuntur, quæ licèt impunè fiant, non tamen carent vitio, & dedecore, quia non omne illicitum punitur, ſed id tantùm quod ſtatuit lex eſſe delictum, *l. 3. §. non perpetuo, verſ. Diuus ff. de ſepulchr. viol. l. militis, C. de Relig. & ſumpt. funer. & ideò inter præcipuas legis virtutes permiſſio connumeratur, cap. omnis, diſt. 3. vbi dixi,* Soar. *de legibus, lib. 1. cap. 15. ex n. 5. vſque ad n. 12. & c. 16. à n. 4. vſque ad 8.* Salas *eod. tract. diſp. 3. ſect. 4. n. 15.* Vaſq. *1. 2. q. 92. art. 1. n. 9.*

4 Notatur etiam ad hoc quod præcepti tranſgreſſio eſt mortale peccatum, vt per Nau. *in cap. negotium, n. 7. cum ſeqq. de Pœnit. diſt. 5.* Cened. *ad Decretal. collect. 1. n. 2.* poſt Azorium, & Molinam idem tradit Sanch. *in præcepta Decalogi, l. 1. c. 1. à n. 4.*

5 In gloſ. [Vnde:] ibi, *(vno prohibito omnia prohibentur, quæ ſequuntur ex illo.)* Item & omnia per quæ peruenitur ad illud, *l. oratio, ff. de ſponſal. l. pupillus, ff. ſed ſi per interpoſitam, ff. de auctorit. tut. l. legem, in fin. ff. de naturalibus liber. c. cum quod prohibetur, de regulis Iuris in 6.* cum ſimilibus citatis per Maſcard. *de probat. concl 102.* Surd. *conſ. 301. n. 74.* Franc. Gallet. *in margarita caſuum conſc. verbo prohibere.* Vital. de Camban. *tract. clauſularum, pag. mihi 293. n. 12.* Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt. p. 1. c. 15. n. 20.* D. Barboſa *in l. 1. p. 3. n. 57. ff. ſoluto matr.* & per metipſum *in tr. de Axiomat. Iuris vſufreq. Axiom. 193. n. 3.*

In gloſ. [Oriuntur.] ibi, *(cupiditas eſt radix omnium malorum.)* S. Gregor. *lib. 7. Epiſt. 110.* relatus *in cap. bonorum 47. diſt.* ita ait: Bonorum auctori inhærere aliter non valemus, niſi cupiditatem à nobis, quæ omnium malorum radix eſt, abſcindamus, refero Ego ipſe *in tr. de officio, & poteſtate Epiſcopi part. 1. tit. 2. de Epiſcopali munere, gloſ. 15. n. 9.* vbi *à n. 1.* totus in oſtendendo ſum, qualiter dicatur cupiditas. 6

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutiones Decretorum ſingularibus ſunt opinionibus præferendæ.*
2 *Sapiens non debet quis eſſe apud ſemetipſum.*
3 *Papa in deciſionibus cauſarum maior eſt omnibus Sanctis, qui Summi Pontifices non fuerunt.*
4 *Periti ſemper conſulendi ſunt, vt quis valeat excuſari.*

CAP. Ne innitaris. V. *D. Hieron.*

COnſtitutiones Decretorum ſingularibus ſunt opinionibus præferendæ. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Barbar. Imola, Innoc. Anania, Dec. Hoſt. Felin. Panor. Butr. Alex. de Neuo, Henric. Boich. Martin. Vrani. Anchar. Aretin. Petr. Gregor. Compoſtel. Viuian. *in ration. primi libri Iuris Pontif. pag. 19.* Alagona *in compen. Iuris Canon. pag. 5.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* Deſumptus eſt ex D. Hieron. *in parabolis c. 3.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decretal. lib. 1. tit. 1. c. 6.* 1

Non debet quis eſſe ſapiens apud ſemetipſum, vt probat text. *in præſenti,* quem ad hoc propoſitum refert Aloyſ. Ricc. *in collectaneis deciſionum p. 4. collect. 977. in princ.* Non fiat Abbas, inquit S. Greg. qui ſibi ſapiens eſſe videtur, nec eſt in ſuo ſenſu humilis, refero Ego ipſe *in tract. de officio, & poteſtate Epiſcopi, p. 1. tit. 2. gloſ. 6. n. 7.* Nam Sanctorum Patrum dicta ſunt imitanda, & exempla ſequenda, vt ait Concil. Trid. *ſeſſ. 4. paulo poſt princip.* Bernard. *reg. 658.* imo eorum dicta haberi pro lege in deciſionibus cauſarum tenent Felin. *hic num. 2.* Gregor. Lop. *l. 6. gloſ. 1. tit. 1 p. 1.* Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom. 1. q. 6. art. 2. verſ. quoad primam,* Illuſtriſſ. D. meus Rodericus à Cunha *in comment. ad cap. Dominus 25. num. 1. diſt. 19. vbi n. 2.* intelligit procedere, niſi dictum vnius Sancti, dicto alterius reperiatur contrarium; in deciſionibus verò cauſarum maior eſt Summus Pontifex omnibus Sanctis, qui Summi Pontifices non fuerunt, Abb. *in cap. qualiter & quando, lib. 2. n. 2. de accuſat.* Ludou. Gomez. *in repet. c. 1. n. 17. de conſtit. in 6.* Maſcard *concl. 191. num. 11.* Dionyſ. Paul. *de vera qual. Patriarchal. ſedium erectione c. 16. n. 14.* & in dubiis ad finem, vt quis excuſari valeat, ſemper conſulendi ſunt periti, Rubin. *deciſ. 99.* & ideò conſulens ſuperiorem credens illum habere ſufficientem ſcientiam, etiamſi erret, non peccet, Sayr. *in floribus deciſ. ſub tit. de pœnit. deciſ. 10.* 2 3 4

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio Collegij antiquam conſuetudinem auferens, quæ redundat in damnum aliquorum, & commodum aliorum, ceſſante rationabili cauſa non valet.*
2 *Quod quiſque Iuris in alterum ſtatuit, ipſe debet vti.*

4 *Factum*

4 *Fructum à maiori parte in rebus Collegij, vel communitatis valet.*

5 *Maior pars Collegij decernere, & statuere potest in præiudicium minoris, quod limita vt ibi.*

6 *Factum à minori parte in iis, quæ sunt communia pluribus vt singulis, etiamsi essent mille non valet nisi omnes consentiant, intellige vt ibi.*

7 *Citatio eius cuius principaliter interest, est necessaria non autem illius, qui in consequentiam lædi potest.*

8 *Capitulum non potest statuere super iis, quæ tangunt statutum generale Ecclesiæ, vel Iura Episcopi sine consensu eiusdem.*

9 *Lex vel statutum Episcopi non valet sine consensu Capituli.*

10 *Consuetudo valet quod quis in absentia, seu non residens percipiat fructus suorum beneficiorum, non autem distributiones quotidianas.*

11 *Mandatum de manutenendo dandum non est vt quis lucretur distributiones in absentia.*

Cap. Cùm omnes. VI. *Innoc. III.*

1 Constitutio Collegij antiquam consuetudinẽ auferens, quæ redundat in damnum aliquorum, & commodum aliorum, cessante rationabili causa non valet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Anchar. Imola, Innoc. Anania, Dec. Host. Felin. Barbat. Aretin. Panorm. Butr. Bero. Alex. de Neuo, Henric. Boich. Martin. Vtan. Mantua, Petr. Greg. Compostel. Alagona *in compen. Iuris Canon. pag.* 5. Viuian. *in ration. primi libri Iuris Pontif. pag.* 19 remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord p.* 1 *&* 2. *& vol.* 2. *repetitionem in Iure Canonico ad primum Decretalium librum*, Ioan. Bapt. Ferrer. Anton. Burg. Andr. ab Exea, refertur ab Antonio August. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 1. *tit.* 1. *c.* 1.

2 *Quod quisque Iuris in alterum statuit ipse debeat eo vti*] *L.* 1. *ff. quod quisque Iuris.* Cardin. Tusch. *tom.* 6. *litt. Q. concl.* 49.

3 *Coæquetis*] Secundùm cuiusque Canonici dignitatem, & conditionem, Surd. *de alimentis, tit.* 4. *q.* 18. *n.* 72.

4 In glos. [Constitutum. 1.] ibi (*sed numquid est verum, &c.*) Notatur ad hoc quod factũ à maiori parte in rebus Collegij, Vniuersitatis, vel communitatis valet, vt

5 per Duen. *reg.* 296. Caputaq. *decis.* 192. *&* 203. *p.* 3. Bucçaron. *de different. inter iudicia ciuilia & crimin. differ.* 162. *n.* 13. *& n* 14. Subdit quod cum negotia vniuersitatis de facili non possunt expediri, si omnes deberẽt consentire, idcircò factum est, vt quod à maiori parte agitur ad vniuersos referatur, & ex *n.* 15. probat secus esse in criminalibus, & in arduis, quia in huiusmodi non sufficit maior pars Decurionum, seu Consiliariorum, sed debent omnes consentire, & factum à maiori parte Capituli, Collegij, aut Vniuersitatis quod dicatur latè Ioan. Baptista Costa *de facti scient, & ignor. in* 3. *p.* 30. *per tot* Et notatur ad hoc tex. hic, quod maior pars Collegij decernere, statuere, & derogare potest in præiudicium minoris partis, vt per Felin. *hic num.* 17. quod limita nisi collegium, seu Capitulum vellet aliquid statuere contra priuilegium seu exemptionem, tunc enim vnus solus potest contradicere, atque illud impedire, Abb. *in c. veniens, num.* 21. *post princ. inf. de præscript.* vbi etiam Felin. *n.* 4. *vers. dum allegat* idem Felin. *hic n.* 18. *vers. fallit. secundo*, quos refert Erasm. à Cochier *de Iurisd. Ordinarij in exemptos p.* 3. *q.* 16.

6 In ead. glos.] ibi (*sed vt singulis.*) Notatur ad hoc quod factum à maiori parte in his, quæ sunt communia pluribus vt singulis, etiamsi essẽt mille, non valet nisi omnes consentiant, Duen. *reg.* 295. Gomez *tom* 2. *var. c.* 3. *n.* 14. Azeued. ad Curiam Pisanam, *lib.* 2. *cap.* 14. Villag. *in tract. de rebus Eccles. non alien l.* 1. *p.* 1. *cap.* 101. *n.* 7 *&* 8. *&c.* 102. *n.* 7. me citato in hoc loco, Diana *in res. Moral. p.* 1. *tr.* 3. *res* 29. & intellige de singulis, de quorum præindicio principaliter agitur, secus si secundario, *glos. vlt. in cap. quamuis pactum, de pactis in* 6. recepta communiter, vt per Tiraq. *in tr. res inter alios in princ. n.* 10. *&* 11. & ita contradictio vnius sufficit 7
in his quæ competunt Iure singulari, vt per Abb. *n.* 7. *vers. & dico*, Butr. *n.* 18 *&* Beron. *n.* 58. Card. Caualer. *decis.* 134. *n.* 5. Vnde in simili citatio eius cuius principaliter interest, est necessaria, non autem illius, qui in consequentiam lædi potest, vt per glos. *in l. de vnoquoque, ff. de re iudic.* resoluunt Bellacomb. *t.* 2. *communium opinion. pag* 285. *v.* 4. Perez *ad l.* 1. *tit.* 2. *lib.* 2. *Ordin. pag.* 93. Menoch. *cons.* 311. *n.* 24. Gam. *dec.* 195. *n.* 3. *& dec.* 207. *n.* 2 Hippol. *cons.* 113. *à n.* 54. Surd. *dec.* 256. *n.* 1.

In ead. glos. ibi (*quia sine consensu Episcopi facta fuit.*) 8
Notatur ad hoc quod Capitulum non potest statuere super his, quæ tangunt statutum generale Ecclesiæ, vel iura Episcopi sine consensu eiusdem, vt per Innoc. *hic n.* 1. Abb. *n.* 4. Butr. *n.* 45. Felin. *n.* 9. Bero. *n.* 36. *&* 46. Calderin. *cons.* 2. *sub hoc tit.* quos refert, & sequitur Rota *decis.* 21. *apud* Farin. *p.* 2. *recent.* Benedict. Capra *tom* 1. *communium opinion. lib.* 1. *tit.* 2. *de Episcopis, &* 9
Clericis, n. 24. *pag.* 154. Maresc. *var. lib.* 2. *c.* 32. *num.* 22. *&* 23. Greg. *decis.* 66. *n.* 11. Vnde etiam lex, vel statutũ Episcopi non valet sine consensu Capituli, Abb. *in c. quanto, n.* 4. *de his, quæ fiunt à Prælato*, Armendar. *in prooem. additionum ad recopilationem legum Nauarræ, n.* 128. Intellige illam glossæ resolutionem procedere, vbi statuta non fuerunt Iuri communi cõtraria, tunc enim non sufficeret consensus Episcopi, sed requireretur beneplacitum Apost. quia Capitulum nec etiam interueniente consensu Episcopi potest statuere contra Ius commune Oldrad. *cons.* 259. *num.* 9. Feder. de Senis *cons.* 17. *per tot.* Alex. *cons.* 106. *n.* 2. *l.* 2 & fuit resolutum in Hispal. proportionis de Ossuna 10. Februarij 1623. coram bonæ mem. Patriarcha Manzanedo, in qua fuit dictum fuisse inualidum statutum à Capitulo conditum, quod descendentes ex genere infecto, non admittantur ad beneficia Ecclesiastica, cum huiusmodi statuta sint contra ius commune *in c. eam te, de rescript.* optimè Ferentil. *in annot. ad decis.* 758 Buratti.

In glos. [Consuetudinem vlt.] Notatur ad hoc quod 10
valet consuetudo quod quis in absentia, seu non residens percipiat fructus beneficiorum suorum, vt per Duen. *reg.* 134. Selu. *de benefic. p.* 4. *q.* 2. *n.* 1. Cou. *lib.* 3. *var. c.* 13. *n.* 9. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 5. *n.* 107. Moneta *de distribut. quotid. p.* 2. *q.* 12. *à n.* 31. vbi tenent id procedere modò Ecclesiæ Cathedrales, & Collegiatæ præsertim insignes non paterentur defectum ministrorum, aut talis consuetudo non præbeat occasionẽ vagãdi. Non valet tamen quod habeat distributiones quotidianas, vt probat tex. *in c. vni. de clericis non resid. lib.* 6. innouatus, & in vsum reuocatus à Concil. Trid. *sess.* 24. *de reformat. c.* 12. *vers. distributiones vero*, Selu. *d. q.* 2. *n.* 8. *in fin.* Cou. *d. c.* 13. *n.* 2. Duen. *d. reg.* 134. *limit. vlt.* Azor. *instit. mor. p.* 2. *lib.* 7. *c.* 3. *q.* 2. *&* 4. Moneta *d. q.* 12. *n.* 37. Nicol. Garcia *de benefic. p.* 3. *c.* 2. *n.* 430. vbi etiam 11
id intelligit de consuetudine immemoriali; & hinc Rota apud Seraphin. *decis.* 1140. *n.* 1. infert non esse alicui dandum mandatum de manutenendo; vt quis lucretur distributiones in absentia.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio laicorum Ecclesiam seu eius bona non astringit.*

2 *Clerici & Ecclesia non ligantur statutis laicorum.*

3 *Laici ex vi consuetudinis Ius, potestatem in Clericos habere non possunt.*

4 *Præscriptio immemorialis non æquiualet priuilegio vbi adest incapacitas ex parte præscribentis.*

5 *Lex Ciuilis iusta obligat in foro Conscientiæ.*

6 *Lex pœnalis etiamsi ipso facto, vel ipso iure pœnam constituat, minimè potest non obtemperantibus gignere obligationem qua debeat reus luere, & soluere pœnam in foro Conscientiæ ante Iudicis sententiam.*

7 *Paupertas illa maximè nocet, quæ culpa alicuius prouenit.*

8 *Feudi alienatio valet sine consensu domini, quando vnus vassallus infeudat alium de feudo, & recognoscitur à domino.*

9 *Vassallus feudum filiæ suæ non potest in dotem dare.*

10 *Feudum potest à vassallo domino renuntiari sine alia facultate.*

Cap. Quæ in Ecclesiarum VII.

1 Constitutio laicorum, quod ipsis ob inopiam liceat feudum Ecclesiasticum alienare, facta sine legitimo consensu Ecclesiasticorum non valet, & venditio facta est ipso iure nulla. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Collect. Zabar. Anch. Bellam. In. Andr. Imola, Innocent. Anania, Dec. Host. Felin. Panorm. Butr. Beroi. Barbat. Aretin. Alexãd. de Neuo, Henric. Boich. Martin. Vranius, Mantua, Petr. Greg. Compostel. Cened. *Collect.* 2. Alagona *in compen. Iuris Can. pag.* 6. Vinian. *in ration. lib.* 1. *Iuris Pontif. pag* 20. remissiuè Casal. *in annot. &* Ximen. *in concord p.* 1. *&* 2. *& vol* 2. *repetitionum in Iure Canonico ad primum Decretalium librum*, Anton. Burgos, & Hippolyt. Reginald. refertur ab Antonio Augustino *collect. Decretal. lib.* 1. *tit.* 1. *cap.* 2.

2 Collige ex tex. Clericos, & Ecclesiam non ligari statu is laicorum, vt per Tiraq. *de iure primog. q.* 43. *à princip & in præfat retractus lib. n.* 14. *&* §. 1. *glos.* 13. *n.* 4. *& de iudicio in rebus exiguis n.* 63. *vers.* 43. *& in legibus connub. glos.* 8. *à n.* 171. Mol. *de primog lib.* 2. *c.* 10 *num* 78. Mench. *quæst. frequent. c.* 5. *num.* 5. Nau. *in cap. nouit notab.* 3. *corol.* 17. Greg. Lop. *l.* 56 *glos.* 10. *tit.* 6 *p.* 1. Rebuff. *ad leges Galliæ, t.* 1. *in præm glos.* 1. *n.* 57 Marant. *disp.* 8. *ex num.* 8. Lancel. Gallia, *in consuetud. Alexand. glos. maritus, q.* 4. *ex n.* 6. Soar. *de legibus, lib.* 3. *c.* 34. *n.* 15. Ioan. Garc. *reg.* 292. Caualcan. *p.* 2. *decis.* 9. *à n.* 79. Perez *l.* 7. *in glos. porque todo esto seria, tit.* 2. *l.* 1. *Ord.* Seraph. *de priuil. iuram. priuil.* 77. *n.* 24. Mexia *in tr. tassæ panis, concl.* 5. *n.* 13. Surd. *cons.* 2. *à n.* 3. *& cons.* 301. 1. *à num.* 1. *&* 112. Menoch. *de interdictis, remed.* 14. *recup. n.* 54. *cum seqq.* Matiens. *l.* 1. *glos.* 1. *n.* 1 *tit.* 25. *l.* 5. *nouæ recop. late* Morla *in emporio Iuris, par.* 1. *tit.* 1. *quæst.* 16. *per totam*, Molina *de iustitia, tract.* 2. *disp.* 31. *concl.* 6. Azor. *instit. moral p.* 1. *lib.* 5 *c.* 12 *q.* 2. Valasc. *de Iure emphyt. quæst.* 20. *num* 6. *col.* 4. D. Barbosa *in l. Titia, num.* 32 *ff soluto matr.* Cald. Pereira *de renou. emphyt q* 17. *n.* 11. *& de nominat. q.* 7. *n.* 5. Oliban. *de Iure fisci, cap.* 14 *num.* 128. plures per Castil. *lib.* 2. *quotid. cap.* 5 *num.* 26. *&* Cened. *ad Decretales collect.* 2. *n.* 1. Vnde nec ex vi consuetudinis Ius, & po-
3 testatem in Clericos laici habere possunt, vt per Surd. *cons.* 301. *num.* 54. *& decis.* 129. *num.* 5. Guttier. *canon lib.* 1. *c.* 34. *n.* 22. Azor. *d. c.* 22. Farinac. *in praxi crimin. part.* 1. *tit. de Inquisit. q.* 8. *num.* 5 Ceuall. *communium contra communes, t.* 4. *q.* 896. *n.* 57. Nam cum Laici sint incapaces iu-
4 risdictionis Ecclesiasticæ, illis non proficit consuetudo, nec præscriptio immemorialis, quæ non æquiualet priuilegio, vbi adest incapacitas præscribentis, Card. Tusch. *lit. I. concl.* 453 *n.* 46. *& litt. L. concl.* 342. *num.* 117. Ioan. Beltran. de Gueuara *in propugn. Ecclesiasticæ libertatis, & Pontificiæ potestatis, §.* 7. *primæ assertionis, num* 37. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 1 *cap.* 1. *n.* 37. Intellige supradicta procedere in constitutione particulari Laicorum circa bona clericorum disponente, non sic in generali, quæ non concernit personas principaliter, nec accessoriè Clericorum, sed bonum publicum totius communitatis ad eorum mutuam societatem, & vniformitatem, & sic in hoc casu omnes Clerici obligantur quoad vim directiuam, vt latè tradit Soar. *de leg. bus lib.* 3. *c.* 34. Lex enim temporalis ratione directiua obligat etiam Clericos quatenus vniuersaliter tangit, & respicit bonum publicum, & commune Laicorum, & Clericorum, quia iustum est, & rationi consonum, vt pars subiiciatur conseruationi, & vtilitati totius vniuersi, provt est Respublica in communi, Cou. *in reg. possessor, l.* 2. *§.* 9. *vers.* 3. Menoch. *cons.* 800. *&* 1000. Surd. *cons.* 301. Hieron. Gabr *cons.* 37. *n.* 5. *lib* 2. Vincent. de Franch. *decis* 9. *n.* 3. Bobadil. *in sua politica, lib.* 2. *c.* 18. *n.* 122. *cum seq* Mart. *de Iurisd p.* 4. *casu* 7. *n.* 6. Carol. de Graffis *de effectibus Cleric effectu* 2. *n.* 130. *& ex n.* 166. *& à n.* 265.

In glos. [Constituerunt.] Notatur ad hoc quod lex 5 ciuilis iusta obligat in foro Cõscientiæ, & in hoc cõmuniter recipitur ab omnibus, vt per Cou. *de sponsal. par.* 2. *c.* 6. *§.* 8. *num.* 12. *& c.* 7. *§* 7. *n.* 9. *& in reg. possessor. p.* 3. *§.* 2. *n.* 1. *& in reg. peccatum, par.* 2. *§.* 3. *n.* 10. *&* §. 5. *à n.* 1. *& in cap. cum esses, num.* 6. *de testam. & lib.* 3. *var. cap.* 14. *n.* 5. *in med* Nau. *in man. c.* 23. *à num.* 35. Tiraq. *in præfat. retractus lig. n.* 74. *& in legibus connub glos.* 4. *num.* 20. Rebuff. *de pacificis possess. n.* 10. Anend. *de exequendis mand. l.* 1. *c.* 19 *n.* 12. Perez *in præmio Ordin. q.* 10. *& in l.* 1. *vers. Secundo quia lex, tit.* 2. *l.* 5. *pag.* 105. *& l.* 2. *vers. præterea lex, tit.* 15. *l.* 8 *pag.* 304. Matienso *l.* 6. *glos.* 1. *n.* 12. *tit.* 8. *lib.* 8 *nouæ recop.* Azeu. *l.* 2. *num.* 3. *tit.* 9. *l.* 3. *recop.* Mench. *quæst frequent. c.* 10 *n.* 20 Molina *de primog. l.* 2. *c.* 1. *num.* 7. Mexia *in tr. tassæ panis, concl.* 6 *num.* 2. Menoch. *de præs. lib.* 1. *præs.* 80. *n.* 8. *in princ.* Gomez *l.* 1. *Tauri, à num.* 3. vbi Burg. de Pace *à num.* 453. Bobadil. *in sua politica, lib.* 3. *cap* 4. *n.* 79. Morla *in emporio Iuris, par.* 1. *tit.* 1. *q.* 1. *n.* 10. *&* 9. 7. Medices *de legibus & statutis, par.* 4. *quæst.* 9. Petr. Magdalen. *de numero testium in testamento requisito p* 3. *c.* 3 *n.* 44. Guttier. *canon. l.* 1. *c.* 7. *n.* 20. *cum seq.* Cened. *ad Decretal. collect.* 2. *num.* 2. *& pract. ac Canon. quæst. lib.* 1. *quæst.* 17. *num.* 8. Ex Theologis, D. Thom. 1. 2. *q.* 96. *art.* 4. *&* 2. 2. *quæst.* 184. *art.* 1. 5. *&* 6. Sor. *de iustitia, lib.* 1 *q.* 6. *art.* 4. *ad* 8. Victor. *relect.* 3. *à num.* 15. Castro *de lege pœnali, lib.* 1. *c.* 4. *&* 5. Cardin. Bellarmin. *tom.* 1. *controu.* 5. *lib.* 3. *cap.* 11. Valent. *tom* 2. *disp.* 7 *q.* 4. *punct.* 6. §. 1. Vasquez 1. 2. *disp.* 152. *c.* 2. *& disp.* 158. *c.* 2. Molina *de iustitia, tract.* 2. *disp.* 27. Mich. Salon. *in* 2. 2. *D. Thomæ. tom.* 2. *quæst* 77. *art.* 1. *controu.* 7. *de lege pœnali à num.* 7. Fr. Emman. Roderic. *quæst. Regul. tom.* 1. *quæst.* 6. *art.* 13. Azor. *instit. moral part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 5. *col.* 375. Sayr. *in claus Regia lib.* 4. *c.* 7. *num.* 14. Soar. *de legibus, lib.* 3. *c.* 21. *cum seqq. & lib.* 4. *c.* 17. Sanchez *in præcepta Decalogi, tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 4. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. tom.* 1. *lib.* 15. *num* 39. Salas *de legibus disp.* 10. *sect.* 5. *& disp.* 15. *sect.* 1. *n.* 13. Lessi. *de Iustit lib.* 2. *c.* 33. *dub.* 8. *num.* 59. Duard. *in Bullam Cœnæ, lib.* 3. §. 8. *q.* 2. *n.* 32. Ioan. Valer. *de differ inter vtrumque forum, verb. lex, diffic.* 7. *num.* 3. Diana *resolut. Moral part.* 1. *tract. de legibus resol.* 17.

Lex tamen pœnalis etiamsi ipso facto, vel ipso Iure 6 pœnam constituat, minimè potest non obtemperantibus gignere obligationem, qua debeat reus luere, & soluere pœnam in foro Conscientiæ ante Iudicis sententiam, vt per Cou. *de sponsal par.* 2. *c.* 6. §. 8. *num.* 9. *&* 10. Anton. Gomez *d. l.* 1. *Tauri, n.* 4. *& var. tom.* 3. *c.* 2. *num.* 5. *& c.* 14. *n.* 3. Menoch. *de arbitrar. casu* 220. *n.* 6. *&* 7. *& de interdictis remed.* 5. *recup. à n.* 68. *cum seqq.* Card. Mantica *de coniecturis vltim. volunt l.* 10. *tit.* 4. *n.* 16. Matienso *l.* 10. *glos.* 4. *tit.* 9. *lib.* 5. *nouæ recop.* Perez *l.* 6. *tit.* 6. *lib.* 2. *Ordin. pag.* 272. Mexi. *in tract. tassæ panis, concl.* 1. *num.* 105. *cum seqq* Spino *in speculo testam. glos.* 7. *princ. num.* 50. Guttier. *Canon. lib.* 1. *c.* 1. *num.* 23. *& pract. lib.* 2. *q.* 180. *n.* 2. Sot. *de instit. l.* 1. *q.* 6. *art.* 6. Cordub. *in suis quæstion. l.* 1. *quæst.* 6. Mench. *illustr. lib.* 1. *c.* 7. *à n.* 17. *&* 20. Penia *in direct. Inquisit. p.* 3. *schol.* 161. *vers. sed cum ex benignitate.* Nau. *in man.*

*man.c.23.n.66.& 67.*Ceuall. *communium contra commun. q.687.& seq.*Sayr.*d.lib.3.cap.8.& cap.9.num.5.cum seqq.* Stephan.Gratian.*discept.forens.c.52.n.4.*Morla *d.titul.1. q.8.& 9.* Nicol.Garc. *de benef. p.11. cap.10.n.8.* Azor. *d.lib.5.c.6.col.367.& seq.& c.7.quæst.1.*Molin. *d.tract.2. disp.95.vers contrariam,* Cened. *d. collect.2. n.3.& pract. quæst.lib.1.q 29.n.1.*Sanch.*de Matrim.lib.7.disp.91.an.2.*

6 Farin.*in praxi crimin.part.1 q.10.n.70.* nouissimè Diana *d.tract.de legibus,resol.23.*Quod etiam de pœna conuentionali apposita in aliquo contractu est dicendum, illam animante Iudicis sententiam non esse soluendam resoluunt Vasq.*in p.2.tom.2.disp.173.c.1.n.2.& 3.* Less. *de iustit lib.2.c.20.dub.15.n.136.* quicquid dicat Molin. *tom.2.tract.2.disp.317.n.3.*Valer.Regin. *in praxi fori pœnit.lib.25.c.12.n.224.*Rebell. *de oblig.iustit.p.2.lib.8.q.9. n.6.* An autem qui per legem pœnalem priuatur ipso facto voce actiua, & passiua,teneatur in conscientia hanc pœnam subire ante Iudicis condemnationem, quæstio est dubia, in qua affirmatiuam partem sustinent,Vasq. *d. disp.173. cap.2.n.12.*Salas *de legib.disp.15. sect.2.num.29.*Soar. *eod.tract.lib.5.c.9.n.5.*Becan. *in sum. Theolog.2.tract.3.c.7 q.3.concl.1.num 5.*Villalob. *in sum. tom.1.tract.1.dub 25.n.4.*Verùm contrarium quoad vocem actiuam resoluunt Molin. *d. tr.2.disp.96.n.8.*Sousa *in explicat Bullæ Clement VIII. de largit mu.§.9.*Granado *in p.2.controu.7 tract.3.p.1.disp.13.sect 2.n.15.*Malder.*in p.2 q.96.art.4.memb.4.pag.401.col.1.*

7 In glos. [Ad inopiam.] Notatur ad hoc, quòd paupertas nocet, quæ culpa alicuius prouenit, Tiraq. *in l. si vnquam,verbo,bona, n.5. C.de reuocandis donat.* Couar. *lib.2.var.c.16.n 9.& pract.cap.6 num.13. vers. sed si quis,* Mexi. *in tr. tassæ panis, concl.1.n.10 cum seqq.* Matienzo *l.15.glos.3.n.2.& tit.10.lib.5.& l.6.glos. 3.n.32. ad med. tit.7.eod.lib.5.nouæ recop.*Azeu. *l.7. num,4.tit.2.lib.1.nouæ recop.*Menoch.*de arbitr lib.2.casu 96.num.10.*D.Barbosa *in l.maritum, num.73 ff.solut. matr.* plures per Cened.*ad Decretal.collect.2.n.4.*

8 In glos.[Alienandi feudum.] Notatur ad hoc,quòd feudi alienatio valet sine consensu domini quando, vnus Vassallus infeudat alium de feudo, quod ipse habet, & recognoscitur à domino,vt per Duen. *reg.* 40. *vers. primo limita,*Clar. *in §. feudum, q.32.*Valasc.*de Iure emphyt.q.13.n.11.col.5.* Cald.Pereira *de renouat.emphyt. q.13.n.20.* plures vt per Cened.*d.collect.2.n.2.*

9 In ead.glos.ibi,*(dari potest in dotem.)*Notatur ad hoc, quòd Vassallus filiæ suæ non potest feudum in dotem dare sine consensu domini, vt per Duen. *reg.*40.*ampl.* 8. & per plures quos citat Camill. Borel. *in summa omnium decis.tit.34.cum seqq.*

10 In ead.glos.ibi,*(renuntiare autem feudo,&c.)* Notatur ad hoc,quòd feudum potest à Vassallo domino renuntiari, vt per Capel.Tholos. *decis.*404. Tiraq. *de retract. lig.§.34.glos.1.n.6.*

SVMMARIVM.

1 *Dignitas sublata de Ecclesia per statutum Capituli confirmatum per Papam, vlterius non censetur vocare, nisi per contrarium actum statutum fuerit reuocatum.*
2 *Primiceriatus est beneficium.*
3 *Instrumentum probat euidenter.*
4 *Statuentes possunt renuntiare & agere contra statutum in eorum fauorem conditum, declara,vt ibi.*
5 *Priuilegia in eo valent & tenent in quo vsitata & obseruata fuerint.*
6 *Vtrùm actus contrauentionis sufficiat, vt priuilegium amittatur, ostenditur.*
7 *Quoties in actu aliquo alia, quàm renuntiationis capi potest coniectura,ea potius sumenda est quàm renuntiationis.*
8 *Intelligitur text. in præsenti.*
9 *Solemnitas requisita in actu conficiendo non requiritur in actu reficiendo.*

CAP. Cùm accessissent. VIII.

DIgnitas Primiceriatus per statutum Capituli confirmatum à Papa sublata de Ecclesia, vlterius 1
non vacat,nisi per contrarium actum Capituli tale statutum fuerit reuocatum.Colligunt ex Ordin.Abb.antiq. Collect.Zabarel.Anchar. Bellam. Io.Andr.Imola, Innoc.Anania,Dec.Host.Felin.Panorm.Barbat.Aretin. Butr. Alex.de Neuo, Henric. Boich.Martin.Vranins, Mantua,Petr.Greg.Composstel.Viuian. *in ration. primi libri Iuris Pontif. pag.*2c.Alagona *in compen.Iuris Canon. pag.*6.remissiuè Casal.*in annot.*& Ximen. *in concordant. part.1. & tom.2. repetitionum in Iure Canonico ad primum Decretalium librum.* Ant. Burgos refertur ab Ant.Aug. *collect.3.Decretal lib.1.tit.1.c.4.*

Ne Primiceriatus dignitas, iuncto ibi, *Primiceriatus* 2
cesset officium.] Primicerij officium quod sit, & alia plura circa sui nominis ethymologiam, & locum ei tribuendum diximus *infr. ad rub. de officio Primicerij,& plenius de Iure Eccles lib.1.c.28.*

Propter quod euidenter apparet]Notatur ad hoc,quòd 3
instrumentum probat euidenter, vt per Tiraq. *de retract.lig.§ 2.glos.1.n.20.cum seq.* Menoch. *cons.29.n.1.& cons.380.n.4.*Mascard.*de probat concl.906.& concl.1326. n.7.* Surd.*cons.144.n.15.* Flamin. *de resignat.lib.11.q.14. n.42.*Gonzal.*ad reg.8.Cancell.glos.64.n.4.&* 5.Matienz. *l.9 glos.4.in tit.17 lib.5.nouæ recop.*Cald.Pereira *q forens. lib.1.q.4.n.3.*Castill. *quotid. lib.2.c.16.n.4.* Card.Tusch. *tom.4.lit I.conclus.237.*Card.Mantic. *de tacitis & ambig. conuent lib.13.tit.19.n.5.*

Nisi postea dicti Canonici contrauenerint.] Notatur ad 4
hoc,quòd statuentes possunt renuntiare,& agere contra statutum in eorum fauorem conditum,etiam confirmatum per Romanum Pont. ad quod dicit optimum text.Cou.*in cap. quamvis pactum, part.2.§ 2 ante n.6 de pactis in 6.* vbi declarat id non procedere,si confirmatio habeat clausulam decreti decernentis irritum quicquid in contrarium actum sit.Declara etiam in principalem resolutionem limitari, si statuentes faciant in bonum commune, vt faciunt Episcopi constitutiones suas emittentes, quæ si Pontificia auctoritate confirmatæ fuerint,in eis postea dispensare aut eas ex parte tollere nequibunt, Bottæ. *de Synodo Episcopi, p.2.art.4. n.12.*Azor.*instit.moral.part.1. lib.5. c.15. q.7.* Sanch.*de Matrim.lib.8.disp.17.n.30.*

Notatur etiam ad hoc,quòd priuilegia in eo valent, 5
& tenent,in quo obseruata, & visitata fuerunt, vt per Molin.*de primog.lib.2.cap.7.n.17* Bobadil.*in sua politica, lib.5.c.10.n.10.*Garc.Gironda *de priuilegiorum, & exemptionum explicat.n.265.*Priuilegia namque ob nō vsum amitti,tenent Felin. *in præsenti, n.25.* Capic. *decis.134.* Dec.*cons 638.n.24.*Socin.*cons.164. n.21. vol.2.* Decian. *cons.25.n.106.vol 1.*Tap.*in l.sin p.2.c.1.n.5. ff.de constit. Princip.* nisi ob benemerita sint concessa,Tap.*vbi prox. n.8.*Hieron.Gabr. *cons.151.num.11.vol.2.*Surd.*cons.419. n.30.*Beret.*cons.13.n.10.*Bald.*cons.22.n.38.*

Vtrùm vnicus actus contrauentionis sufficiat,vt pri- 6
uilegium amittatur,controuertunt Doctores præcipuè inter personas priuatas,quæ priuilegio suo libere possunt renuntiare,in quibus illam sufficere communiter constituūt per text.in præsenti,& aliis Iuribus,de quibus Rebuff.*de decimis,q.13.n.113.* Marc.Ant.Genuens. *in practicabil.6.Ecclesiast q.134.n.1.* Card.Tusch. *tom.6. lit.P.concl.656.n.10.* In aliis verò personis,quæ liberè priuilegio renuntiare nō possunt,contrariū resoluunt;

& in particulari de Prælatis agentes constituunt valere renuntiationem quoad eorundem vtilitatem, non quoad ipsarum Ecclesiarum præiudicium; verùm Soarez *de legib. lib.* 8. *cap.* 35. *num.* 12. *cum seqq.* ab huiusmodi recedit resolutione, contendens etiam contrarium vsum priuatorum non inducere amissionem priuilegij quoad futurum tempus, quamvis inducere fateatur renuntiationem quoad illum actum particularem, vel causam, in qua facit contra priuilegium, motus præcipuè auctoritate text. *in l. voluntariè C. de excusat. tut.* dum probat tutelam voluntariè susceptam non derogare priuilegiis quoad munera suscipienda: sed nihil concludit si aduertas text. agere de eo, qui excusationem habet à pluribus muneribus, nam si vnum voluntariè suscipiat, non propterea excusationibus, quas habet respectu aliorum, videtur renunciare voluisse, breuis autem & præsens disputatio versatur circa vnam muneris excusationem, verùm scilicet, qui illud sponte semel susceipit pro vno actu, aut etiam quoad alios sequentes in futurum
7 sibi præiudicet? mouetur deinde quia quoties in actu aliquo alia, quàm renuntiationis capi potest coniectura, ea potius sumenda est, quàm renuntiationis, iuxta *reg. cap. super eo, de renunt.* cum similibus, de quibus Gutier. *de iurament. confirm. p.* 3. *c.* 19. *n.* 21. Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præs.* 41. *à princ.* Et ex eadem ratione semper renuntiatio præsumitur vt minus præindicet: planè in nostro proposito rectè capi potest ea coniectura, quod priuilegio renuntiare voluerit quoad actum præsentem tantùm, non simpliciter, & in totum futurum, vt in similiter notat *glos. verbo, partibus, in Clem.* 2. *de iudic.* Quare resoluendum est si actus fiat priuilegio directe contrarius à persona habente sufficientem potestatem ad renuntiandum, (siue priuatus sit, siue Episcopus, aut monasterium) tacitè quoad illum actum ei videri renuntiatum, non tamen in futurum, & simpliciter, quantumcumque persona sit, quæ liberè possit priuilegio renuntiare, ita post Bart. *in dict. l. voluntariè*, Alexand. Gregor. Lop. ac alios contra Felin. adducentem exemplum de Doctore habente priuilegium non disputandi, seu legendi, quòd si semel disputet, seu legat, illud amittat, melius explicat Soar. *d. c.* 35. *num* 13. exemplum ponens in habente priuilegium non soluendi vectigalia, si enim patiatur se scribi in libro gabellarum, & similium grauaminum, quod non impediatur in futurum suo vti priuilegio: quamvis enim hæc patientia satis sit ad constituendam quasi possessionem, & inducendam præsumptionem contra eum ex *reg. l. circa ff. de probation.* minimè tamen huiusmodi possessio, seu præsumptio sufficit ad amittendum priuilegium in totum, seu in futurum.

Restat nunc respondere textui in præsenti, dum in
8 eo ex vnico actu electionis deducit Pontifex Canonicos amisisse, seu renuntiare voluisse priuilegio, quod habebant, vt non esset in Ecclesia dignitas Primiceriatus. Non satisfacit Abb. & communis hic dum respondet in hoc text. non agi principaliter de vtilitate Ecclesiæ, sed Canonicorum, & ideo de eo censendum esse sicut de priuilegio priuatæ personæ. Sed conuincitur partim ex dictis, quia etiam vnicus actus contrauentionis in priuata persona non sufficit, vt in totum priuilegium amittat; partim quia quod est habere Ecclesiam plures dignitates, vel certum earum numerum, & Canonicorum primò, & principaliter vtilitatem, & commune Ecclesiarum bonum videtur respicere, licet secundariò respiciat singulorum vtilitatem. Melius igitur respondebis cum Bart. Gregor. Lop. quos refert, & sequitur P. Soar. *d. cap* 35. *num.* 17. priuilegium, de quo in hoc text. non habuisse tractum successiuum, sed vnico effectu constitisse, & ideo per vnicum actum contrauentionis tolli potuisse, quia scilicet renuntiatio quoad vnum actum importat simplicem renuntiationem quoad totum priuilegium, agebatur enim hîc de extinguenda quadam dignitate, vt in ea Ecclesia amplius non esset. Quare Canonici contrauenientes iterum illam videntur exigere, & ideo sicut extinctio dignitatis vnico actu perficitur, ita contrauentio vnico actu facit, vt ea de nouo erecta, & priuilegium reuocatum censeatur.

In glos. fin. ibi: (*Sed ex consequentia.*) Notatur ad hoc 9
quod solemnitas requisita in actu conficiendo non requiritur in actu reficiendo, vt per Boër. *decis.* 211. *n.* 21. Cald. Pereira *de renouat. emphyt. q.* 14. *n.* 21.

SVMMARIVM.

1 *Receptis vltra numerum, non obstante certo Canonicorum numero etiam per Papam confirmato, prouidendum est de superexcrescentibus fructibus, maximè si voluntariè per Canonicos fuerint recepti.*
2 *Canonici alij recipi possunt, si superexcrescant Ecclesiæ facultatem, non obstante Constitutione iurata de certo numero Canonicorum. &c.*
3 *Prouentuum appellatione comprehenduntur ex illis prouenientia.*
4 *Protestatio contraria facto non suffragatur.*
5 *Solita apponi in contractibus, etsi non apponantur pro expressis habentur.*
6 *Clausula consueta si non fuerit apposita habetur pro expressa.*
7 *Argumentum valet ab vsitato, seu à solitis, vel consuetis fieri.*
8 *Lex potest facere vt non scriptum pro scripto habeatur.*
9 *Distributiones quotidianæ propriè non veniunt appellatione reddituum.*
10 *Canonica aliud est, & aliud Præbenda.*
11 *Canonicatum impetrans vtrùm teneatur in impetratione facere mentionem de Præbenda, ostenditur.*
12 *Electus in Canonicum an debeat habere Præbendam, remissiuè.*
13 *Beneficium datur propter officium.*
14 *Præbenda in quantum est temporalis potest conferri laico.*
15 *Villaloborum familia nunc Marchiones Astorgiæ ex priuilegio Pontificio in Sede Legionensi sunt Canonici, prout & Rex huius Regi, & Comes Barchinonen. in Ecclesia illius Ciuitatis, & Rex Franciæ in Ecclesia S. Hilarij Pictauiensis.*
16 *In Canonicum quis sine præbenda recipi potest vltra numerum Canonicorum, dummodo non sit certus auctoritate Papæ.*
17 *Receptus in Canonicum vltra numerum an habeat vocem in electione Episcoporum, remissiuè.*
18 *Vocem & locum haberi in Capitulo competit ratione Canoniæ, exercitium verò non competit nisi Subdiacono.*
19 *Simoniæ crimen non patratur si aliquid Iure concessum deducitur in expressum pactum.*

CAP. Cùm M. IX.

CAnonicis receptis supra numerum confirmatum 1
etiam à Papa, est prouidendum de fructibus excrescentibus quomodocumque fuerint augmentati, licèt per industriam anteccessorũ, eo quia in reductione Canonicorum ad certum numerum semper intelligitur claus. Nisi in tantum facultates Ecclesiæ excreuerint, quod pluribus sufficere competenter possint. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Innocent. Anania, Deci. Host. Felin. Panorm. Butr. Barbat. Aretin. Anchar. Ripa, Alexand. de Neuo, Henric. Boich, Martin. Vranius, Mantua, Compostel.

postel. Viuian. *in ration. primi libri Iuris Pontif. pag.* 21. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 7. remissiuè Xim. *in concordant p.* 1. *& 2. & tom.* 2. *repetitionum in Iure Canonico ad* 3. *Decretal. librum* Ioan. Baptista Ferret. Quintil. Mandosi. in appendice, refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 1. *tit.* 1. *c.* 5.

Notatur text. hic ad hoc, quòd non obstante constitutione iurata de certo numero Canonicorum per Papam cum decreto irritanti confirmata, si superexcrescant Ecclesiæ facultates, possunt recipi alij Canonici, vt per Boer. *decis.* 62. *n.* 7. Suar. *in l. quoniam super declarat. legum Regni, limit.* 4. *num.* 2. Lara *in l. si quis à liberis, §. sed si filius, num.* 82 *cum seqq ff. de liberis agnosc.* Læli Zechi. *de Republ. Ecclesiast. cap.* 24. *num.* 4. *vers. causa verò.*

2

Suos reddituus] Notatur ad hoc, quòd prouentuum appellatione comprehenduntur omnia ex illis prouenientia, vt per Boer. *decis.* 224. *n.* 6. Nomen enim, *prouentus*, generale est ad omnem redditum vndecunque obuenientem, *annonam, ff. de extraordin. crimin.* Monet. *de decimis c.* 9. *n.* 78. etiam ex facto hominis, vt funeralia, oblationes, vel quæ ex sigillo, aut similibus obueniunt. Boer. *d. decis.* 22. *n.* 5. Gutier. *cons.* 8. *n.* 3. quia nomen *redditus*, *& prouentus* idem important. Rip. *in præsenti. n.* 14. Molign. *tract. de appell. verb signif. n.* 943. quicquid aliud tenuerint Rebuff. *ad frugem, vers. prouentus, ff. de verb signif.* Surd. *cons.* 162. *n.* 1. & ideò prouentuum Ecclesiasticorum nomine absolutè & simpliciter prolato veniunt distributiones quotidianæ, vt apertè decidit Bonif. VIII. *in Extrauag. vnic. de decimis inter communes*, nomine prouentuum beneficij quotidianæ distributiones non continentur, quia immediatè à beneficio non proueniunt, sed ratione laboris, & operæ in Ecclesiæ seruitio impensæ, vt per Rip. *hic n.* 16. Molign. *d. n.* 943. Monet. *de distribut. quotid. part.* 1. *q.* 7. *n.* 7. primò appellatione tamen fructuum, reddituum, & prouentuum regulariter non veniunt distributiones quotidianæ dum de corpore beneficij non sunt, sed percipiuntur ratione seruitij personalis, *cap. licet vobis, cum glos. de præbend.* Cæsar. de Crass. *decis.* 9 *eod. tit. de præbend.* Achil. *decis.* 8. *n.* 2. *de pension.* Monet. *d. p.* 1. *q.* 6. & idem fiat firmatum in Reatina pensionis 10. Iunij 1588. coram Card. Pamphilio, & in Calaguritana pensionis 26. Decemb. 1589. coram Penia, & in Lucana pensionis 10. Ianuar. 1622. coram R. P. D. meo Pirouano.

3

Sine præiudicio, &c.] Notatur ad hoc, quòd protestatio contraria facto non suffragatur, Mantic. *decis.* 100. *n.* 2. Surd. *decis.* 246. *n.* 4. Farin. *part.* 4. *consil.* 30. *num.* 111. Campan. *in diuersorio Iuris Canonici rub.* 11. *c.* 13. *num.* 185. Marc. Anton. *var. resol. lib.* 1. *resol.* 55. *num.* 9. latè ego ipse *Axiom.* 194.

4

Sicut consueuit.] Notatur ad hoc, quòd in contractibus apponi solita, etsi non apponantur, pro expressis habentur, vt per Bernard. *reg.* 147. Surd. *decis.* 223. *num.* 9.

5

Valasc. *consult.* 72. *n.* 12. Et clausura consueta si non fuerit apposita, habetur pro expressa, & censetur apposita, etiamsi non sit adscripta, plures refero Doctores. Ego ipse in meis *Remiss. de dictionibus, & clausulis claus.* 111. *num.* 2.

6

Notatur etiam ad hoc, quòd valet argumentum ab vsitato, seu solitis, vel à consuetis fieri, Menoch. *cons.* 121. *n.* 50. *& cons.* 122. *num.* 73. *& de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 7. *num.* 5. *& præs.* 11. *num.* 13. Surd. *decis.* 231. *num.* 18. *& cons.* 173. *num.* 88. *& cons.* 432. *n.* 45. *& cons.* 540. *n.* 26. Vgolin. *de officio & potest. Episcopi, cap.* 36. *§.* 6. *num.* 1. Seraphin. *de priuilegiis iuram priuil.* 1. *à n.* 35. *& priuil.* 33. *num.* 56. Strach. *de mercat. part* 2. *num.* 29. *& tit. de nautis part.* 3. *num.* 28. Cald. Pereira *de potestate elig. c.* 6. *n.* 2. Farin. *in praxi crimin. part.* 3. *q.* 103. *n.* 170. Rota *Rom. apud eund. decis.* 596. *num.* 1. *tom.* 2. *part.* 1. Card. Tusch. *tom.* 1. *lit. A concl.* 507. *n.* 31. Seraph. *Rota Rom. decis.* 201. *num.* 8.

7

Vel fuerit, vel esse debuerit.] Notatur ad hoc, quòd lex potest facere vt non scriptum pro scripto habeatur, vt per Tiraq. *constitut. part.* 3. *limit.* 7. *n.* 46.

8

Superexcrescentes redditus.] Communes scilicet totius mensæ Capitularis, Moneta *de distribut. quot. part.* 2. *q.* 1. *num.* 7. *pro. & fin.* nam *part.* 1 *q.* 4. *num.* 1 asserit distributiones quotidianas propriè non venire appellatione redditus.

9

In glos. [Receperunt] ibi *(& nota quòd aliud est Canonia, & aliud præbenda.)* Vide Abb. *hic n.* 22. Host. *à num.* 4. Innoc. II. Felin. *à num.* 13. Dec. 99. & Ripa 170. Marc. Anton. Cuch. *in instit. Canon. paruis, lib.* 2. *tit.* 6. *de præbendis, §.* 2. quos refert Nicol. Garcia *de benefic. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 8. Rota *decis.* 321. *num.* 5. *part.* 1. *recent.* apud Farinac. *& decis.* 366. *n.* 4. *part.* 2. *recent.* optimè Azor. *inst. moral. part.* 2. *lib.* 3. *c.* 11. *quæst.* 1. *& 2.* Illustriss. D. meum Roderic. à Cunha *in comment. ad cap. sanctorum* 2. *n.* 22. *dist.* 70. Massobr. *in sua praxi habendi concursum præl.* 19. *secundùm Romanam impress.* vbi quid sit præbenda, & quotuplex, ostenditur, *& dub.* 1. quòd Canonia, & Præbenda differunt origine & effectu, *& dub.* 2. quòd Canonicus ante adeptam præbendam dicitur Canonicus in herba, seu in aëre, & quod tamen recipit distributiones quotidianas, & vocem habet in Capitulo, potéstque eligere, & esse delegatus Papæ. Ex quo inferunt Doctores impetrantem sibi Canonicatum teneri in impetratione mentionem facere de præbenda, ita quòd si hoc tacitum fuerit, impetratio subreptitia censeatur, Rot. *decis.* 2. *incip. Vtrum si Canonicus in tit. de præbendis in antiq. & decis.* 33. *hoc tit in nouis* Panorm. *in cap. cum adeò, infra de rescript. notab.* 3. vbi Barbat. *col.* 1. *n.* 18. Ioan. de Anania *n.* 1. Felin. *col.* 1. quos refert, & sequitur Rendina *in prompt. recept. sent tom.* 1. *tit.* 9. *n.* 8. quicquid contrarium tueantur Anchar. *in reg. accessorium, col.* 26. *n.* 14. *vers. licet.* Dec. *in d. c. cum adeo, col.* 1. *num.* 2. Seln. *de benef. p.* 3. *q.* 15. *vers. vigesima sexta qualitas*, secus si fieret mentio de præbenda sine Canonicatu, tunc impetrato vitio subreptionis non laboraret, vt cum Rota resoluit Rendina *vbi proximè*. An & quando quis electus in Canonicum debeat habere præbendam, vide Innoc. *in cap. vlt. num.* 1. *circa finem, de cleric. non resid.* Abb. hic *num.* 31. quos refert Rota *decis.* 366. *num.* 4. apud Farin. *p.* 2. *recent.*

10

11

12

In ead. glos. ibi: *(Ex quo quis facit officium debet percipere beneficium.)* Vnde dici solet quod beneficium datur propter officium, Moneta *de distribution. quotid. p.* 2. *q.* 2. *n.* 40. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 1. *c.* 2. *n.* 60. *& p.* 7. *c.* 11. *n.* 1. Ego ipse *Axiom.* 36. *n.* 7.

13

In ead. glos. ibi; *(vnde & laicus, vt dicit Vincent. potest habere præbendam.)* Notatur ad hoc, quòd præbenda, seu Canonia in quãtum est temporalis, seu continet temporalitatem, conferri potest laico, vt per Ant. Oliban. *in comment. ad vsaticum, c.* 13. *num.* 15. Paul. de Roman. *de pension. cap.* 3. *n.* 5. Irried. *de incompat benef. p.* 1. *n.* 21 *&* 18. Garc. Falcon. *reg.* Petr. Greg. *rei benefic. cap.* 11. *num.* 15. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 5. *§.* 1. *n.* 1. Quintan. *Eccles. lib* 1. *cap.* 3. *n.* 7. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 1. *c.* 1. *n.* 8. Soar. *de Relig. tom.* 1. *lib.* 4. *de simon. c.* 24. *n.* 21. Sebast. Cæs. *de Eccl. hierarchia p.* 3. *disp.* 12. *§. vlt. de Canonic n.* 29. vt habet familia Villaloborum, nunc Marchiones Astorgnæ, qui in Sede Legionensi Canonici sunt, refert, Athanas. Lobera *in tract. de Ecclesia & Ciuitate Legionensi fol.* 212. vbi simile priuilegium à Papa concessum dicit Regibus illius Regni, & quod asserunt Palat. *in repet. c per vestra, n.* 28. *fol* 4. Petr. Henriq. *cons.* 9. *n.* 11. Et idem Comiti Barchionen. pro Ecclesia illius Ciuitatis concessum testatur Oliban. *d. c.* 13. *n.* 6. Ita etiam Rex Franciæ est Canonicus in Ecclesia S. Hilarij Pictauiensis, Abb. *in cap. extirpandæ, §. quia verò, in repet. colum.* 12. *de præbend.*

14

15

In glos. [Vltra numerum.] Hinc notant Doctores

16

posse aliquem vltra numerum Canonicorum, dummodò non sit certus auctoritate Papæ ille numerus confirmatus, in Canonicum recipi sine præbenda, vt per Panorm. *hîc n.* 50. *& in cap. relatum, n.* 2. *& in cap. dilectus* 1. *& 2. de præbend.* Azor. *d. c.* 11 *q.* 3. *vbi q.* 4. cum Ludou. Roman. *cons.* 447. resoluit præceptum vltra numerum spe futuræ præbendæ habere beneficium, *& q.* 6. tenet sine præbendis posse plures in Canonicos eligi. An autem distributiones quotidianæ debeantur Canonicis supernumerariis non leuis est controuersia, pro qua sedanda plures casus distinguit Menoch. *cons.* 1179. *n.* 7. & regulam cum limitationibus ponit Monet. *de distrib. quotid. p.* 2 *q.* 1. *n.* 4. *concl.* 3. Breuiter tamen (circumscripta consuetudine cuiusque Ecclesiæ, quæ primas in hac re sibi vendicat partes. Franc. Marc. qui alios cumulat *decis.* 1045. *n.* 4. *p.* 1. Felin. *in præf. num.* 21. *in fine*, Monet. *d. q.* 1. *n.* 10.) distinguendum est, aut receptio soluit numerum, & hoc casu debentur; aut non soluit, & non debentur; nam sicut primo casu receptus ex ea receptione consequitur omnem commoditatem in Collegio, & ita commoditatem lucrandi distributiones ex rationibus benè ponderatis per Castrens. *cons.* 170. *n.* 1. *lib* 1. ita in secundo casu nullam commoditatem consequitur, habétque tantùm ius quoddam ventosum, & hoc est totum illud, quod docuit Abb. *in cap dilectus, num.* 10. *de præbend.* vbi clarius Anch. *num.* 6. *& 8.* Intelligitur autem solui, vel non solui numerus, cum id verbis, vel factò declaratur, si enim verba deficiant, non est existimandum, receptionem factam esse animo soluendi numerum, & sic cæteris iam receptis præiudicandi, Castrens. *d. cons* 170. *sub n.* 2. *in vlt. col. vers. præterea non videtur.* Ad coniecturam ergo facti recurrendum est, quæ in assignatione loci in Choro, & installatione in Capitulo consistit, tunc enim demum habetur pro Canonico, etiam quoad distributiones quotidianas, nec aliter reputatur possessor, ita elegantèr consulit Castr. *cons.* 365 *n. m.* 3. *lib.* 1. nisi forte in eo etiam actu declarasset Capitulum se non intendere frangere numerum, sed eum tanquam simplicem supernumerarium habere, quia tunc censetur illi dumtaxat constituere quoddam ius extraordinarium, Abb. *in præsenti sub n.* 31. *vers. nec Canonici*, quem sequitur Felin. *hîc n.* 23. *vers. hanc conclusionem limita*; & idem dicendum est, in recepto de mandato Papæ, nisi visum fuisset recipi cum plenitudine Iuris Canonicalis, vt Abb. & Felin. docuerunt locis proximè citatis, & Butr. *hîc sub num.* 66. *vers. ego autem*, Franc. Marc. *decis.* 1045. *n.* 8. & ideò inoleuit stylus semper hanc clausulam apponendi, provt aduertit Staphil. *de expectat. sub num.* 38. *vers. & quod dictum est de distributionibus.*

7 In ead. glos. ibi, *(hîc potest quæri, vtrum isti, qui quotidie recipiuntur vltra numerum habeant vocem in electione Episcoporum, vel aliquorum Prælatorum?)* Vide Felin. *hîc n.* 23. Firmian. *de elect p.* 2 *à n.* 21. Biax. *in director. elect. p.* 1. *c.* 17. Aloys. Ricc. *in praxi aurea resol.* 263. Ant. Raguci. *de voce Canonicorum in Capitulo, q.* 1. *n.* 2. Azor. *d. c.* 11. *q.* 5. Monetam *de distributionib. quotid p.* 2. *q.* 1. *num* 5. remissiuè Ego ipse *in tract. de officio & potestate Episcopi, p.* 1. *tit.* 1. *cap.* 3. *num.* 23.

18 In ead. glos. ibi, *(nec quicumque habet Canoniam habet vocem in Capitulo.)* Imò habere vocem & locum in Capitulo competit ratione Canoniæ, exercitium verò non competit nisi Subdiacono, ita Moneta *de distribut. quotid. p.* 2 *q.* 19. *à n.* 1.

19 In glos. [Nihil perciperent.] Notatur ad hoc, quòd simoniæ crimen non patratur si aliquid Iure concessum deducitur in expressum pactum, vt per Crau. *de antiq. temporum, q.* 4. *§. circa præmissa, n.* 30. quem refert, & sequitur Campan. *in diuersorio Iuris Canonici rub.* 11. *c.* 27. *n.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc text. scribentes.*
2 *Leges, & statuta Laicorum Ecclesias, & earum bona nullatenus ligant.*
3 *Statuta generalia Laicorum, quæ simpliciter disponunt, nec Iuri Canonico contradicunt, si honesta sint, Ecclesiasticas personas saltem vi directiua ligant.*
4 *Clerici vtrum pretio à statutis Laicorum taxato res à se venales expositas, vendere teneantur, ostenditur.*
5 *Leges Ciuiles Imperiales tacitè, vel expressè Clericorum mentionem facientes, eos ligare minimè valent.*
6 *Statuta Laicorum pœnarum condemnationem, & exactionem imponentia aduersus eos, quorum pecora damnum dederunt, aut in fructibus, vel in pastibus veritis fuerunt inuenta, non ligant Clericos, nec Ecclesiasticas personas.*
7 *Proponitur quæstio, an possint adiri regij Auditores, & Consiliarij ab iis, qui à Iudicibus Ecclesiasticis vi, & censuris opprimi conqueruntur, vt eos compellant ab ea vi inferenda cessare.*
8 *Pro parte affirmatiua fundamenta adducuntur*, & num. seqq.
10 *Consuetudo tanti temporis, cuius non est memoria, vim priuilegij, constitutionis, seu dispensationis, habet.*
11 *Papa potest priuilegio, seu concessione certas Clericorum causas committere Iudicibus Secularibus, & fori priuilegio derogare*, & n. 12.
13 *Pro parte negatiua, quæ verior est, adducuntur fundamenta.*
14 *Principes seculares de causis Clericorum cognoscere quam perniciosum sit, ostenditur ex Sanctis Patribus.*
15 *Intelligitur text. in cap. filiis, vel nepotibus 16. q. 7.*
16 *Declaratur text. in cap. Regum 23. q. 3.*
17 *Consuetudo immemorialis licèt habeat vim priuilegij, non tamen est verum priuilegium.*
18 *Præscriptio immemorialis non æquiualet priuilegio vbi adest incapacitas præscribentis.*
19 *Clerici, (vt verior tenet opinio) sunt de Iure Diuino exempti à Ciuilibus Principum legibus.*
20 *Consuetudo, quæ est contra ius Diuinum, non valet.*
21 *Papa non potest in totum, & generaliter fori priuilegio Clericorum derogare, potest tamen illud interpretari, mutare, &c.*
22 *Consensus Principis probatur taciturnitate longi temporis.*
23 *Papa nunquam asserta consuetudini cognoscendi Laicos de aliquibus causis Clericorum consensum præstitit, imò quotidie eius officiales pœnis, & censuris afficiunt Laicos, qui talia facere audent.*
24 *Summi Pontificis scientia non excusat, si non tollat in totum huiusmodi statuta, quia ea inuoluntariè tolerat ad euitandum scandalum, & maius malum.*
25 *Ecclesia aliquando crimen tolerat propter scandalum, vel multitudinem peccantium.*
26 *Consuetudo in vim priuilegij allegata in his casibus non sufficit, nisi probetur priuilegium per scripturam.*
27 *Verba (sub prætextu) significant etiam veram causam.*
28 *Proponitur casus & facti contingentia, ex qua colligi potest damnum quod Ecclesiasticæ Iurisdictioni euenit ex recursibus ad Seculares Iudices.*
29 *Lex siue constitutio Ciuilis alienari prohibens bona immobilia Ecclesiis, siue personis Ecclesiasticis, omnino licita est.*
30 *Statutum in quærendis in præiudicium Ecclesiæ valet si Laici non odio, sed bono Zelo faciant.*
31 *Ordinationes Regiæ Lusitanorum confirmatæ, fuerunt in concordatis in Curia Romana inter Clericum, & Regem Dionysium.*

32 *Statutum*

32 *Statutum Laicorum super feudis in præiudicium Ecclesiæ non valet.*

33 *Statuta Laicorum feudalia, etiam generalia, non prosunt Clericis, & Ecclesiis.*

34 *Bona patrimonialia Clericorum gaudent priuilegio bonorum Ecclesiæ.*

35 *Sententia lata sine probationibus, vel sine causæ cognitione, est ipso Iure nulla.*

36 *Sententia lata tam leui tempore, quòd acta verisimiliter videri non potuerint, est ipso Iure nulla.*

Cap. Ecclesia S. Mariæ. X.

1 STatutum Laicorum generale tam circa temporalia quàm circa spiritualia in præiudicium Ecclesiæ, vel personæ, vel rei Ecclesiasticæ, non tenet, speciale verò nec in eorum commodum valet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Innoc. Anchar. Anania, Dec. Host. Felin. Panorm. Butr. Alex. de Neuo, Henric. Boich. Martin. Vranius, Mantua, Compostel. Viuian. *in rationali primi libri Iuris Pontij, pag.* 22. Alagona *in compendio Iuris Canonici, pag.* 7. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordat. p.* 1 *&* 2. *& tom.* 2. *repetitionum in Iure Canonico ad* 1. *Decretal. librum*, Ant. Burgos refertur ab Ant. August. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 1. *sub tit. de foro comp. cap.* 5.

2 Collige ex text. quòd leges & statuta Laicorum Ecclesias, & earum bona nullatenus ligant, vt per Grammat. *decis.* 100. *n* 7. Rebuff. *ad leges Galliæ in proœm glos.* 1. *n.* 55. *& à n.* 65. *& à n.* 71. Armendar. *in proœm. addit. ad recopilationem legum Nauarræ num* 93. Perez *in rub. tit.* 2. *glos.* 1. *vers. quæri potest, lib.* 8. *Ordin.* Morla *in emporio Iuris, p.* 1. *tit.* 1 *q.* 16. Cald. Pereira *de nominat emphyt. q.* 12. *n.* 22. *& tract de empt. & vendic. c.* 1 *n.* 10. nouissimè Ioan. Ho-
3 nor. *in summ. in Decretales sub hoc tit. n* 15. *pag.* 7. Statuta tamen generalia Laicorum, quæ simpliciter disponunt, nec Iuri Canonico contradicunt, si honesta sint, etiam Clericos, & personas Ecclesiasticas saltem vi directina ligant, Tiraq. *de retractu lign. §.* 1 *glos.* 13 *n.* 4. Cotta *in memorabil. verbo, Clerici ligantur.* Ioan. Garcia *reg.* 292. Matienzo *l.* 7. *glos.* 1 *n.* 17. *tit.* 11. *& l.* 1. *glos.* 1. *n.* 2. *tit.* 25. *lib.* 5. *nouæ recopil.* Mexi. *in tract tassæ panis, concl.* 5. *à num.* 3. Card. Bellarm. *in resp. ad epistol. incerti auctoris pro defensione Venetor. contra censuras.* Paul. V. *pag* 6 Filliuc. *tom.* 2. *tract.* 35. *cap.* 4. *n.* 94. Vigranius *tract. de immun. Eccles. disp.* 2. *concl.* 2. Portel. *in dub. Regulor. verbo lex, n.* 2. Barthol. à S. Fausto *in speculo Confess. disp.* 6. *q.* 44. *num.* 3. me citato in hoc loco Diana *resolut. moral. p.* 1. *tract.* 2. *resol.* 7. Hiero. Portoles *in tract. de consortibus, & fidei com. legalibus, cap.* 31. *num.* 3. vbi *num.* 4. etiam resoluit illos arctare statuta, regimen & politiam Ciuitatis respicientia, quod exemplificari potest, quando iusta rerum venalium pretia taxantur per statuta Laicorum, tunc enim si Clerici, vel Ecclesiæ frumentum, vinum, vel oleum suum vendiderint, obligantur huiusmodi Laicorum statutis pretia taxantibus, Sot. *lib.* 1. *de iust. q.* 6. *art.* 7. Nau. *in man. c.* 23. *n.* 88. Bann. 2. 2. *quæst.* 67. *art.* 1. *dub.* 2.
4 Eodem modo consuetudinem communem Clericorum & Laicorum, Clericos ligare resolunt Tiraquell. *d. glos.* 13. *à num.* 2. *& in tract. le mort. part.* 3. *declarat.* 8. *n.* 4. Menoch. *de interdictis, remed.* 14. *recip. num.* 54. *cum seqq.* Cald. Pereira *de nominat. emphyt. quæst.* 7. *num.* 12. Verùm credo cautiùs dicendum obligationem, qua tenentur Clerici, & Ecclesia, iusto pretio res à se venales expositas vendere, non oriri ex vi statuti Laicorum ea taxantis, sed ex ipso Iure naturali, & diuino, quo obligamur res nostras iusto pretio vendere, ita vt si Principis lege pœna sit constituta in eos, qui pluris vendiderint, eius pœnæ Laicus fit reus, & non Clericus, ita Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 12. *q* 4. Nam statuta Laicorum, 5
Ciuilesque leges Imperiales tacitè, vel expresè Clericorum mentionem facientes eos ligare minimè valent, quia Imperator, vel Rex in Clericos, & Ecclesias iurisdictionem non habent, nec Imperiales leges in titulis, *C. de Summa Trinit. & de sacros. Eccl. & de Episcop. & Cleric.* ac similibus, speciáliter de Clericis, vel Ecclesiarum rebus, & bonis aliquid constituentes, nullam vim, & locum habent nisi quatenus Iure Pontificio approbantur, vel recipiuntur, ita omnes in præsenti, Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 2. *c.* 6. *quæst.* 4. & melius *p.* 1. *lib.* 10 *cap.* 7. *quæst.* 9 Cald. Pereira *de nominat. emphyt. quæst.* 16. *num.* 28. Honded. *cons.* 20. *num.* 18. *vol.* 2. optimè Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 7. *l. cap.* 9. *à num.* 4. Surd. *cons.* 301 *num.* 9. Steph. Gratian. *discept. forens. c.* 164. *num.* 22. *&* 23. Soar. *de legibus, lib.* 3. *cap.* 34. Card. Cæsar. Baron. *tom.* 7. *annalium. Ecclesiæ anno Christi* 565. *pag.* 486.

Ex quibus infertur, statuta Laicorum pœnarum 6
condemnationem, & exactionem imponentia aduersus eos, quorum pecora damnum dederunt, aut in fructibus, vel in pastibus vetitis fuerunt inuenta, non ligare Clericos, & Ecclesiasticas personas, quia indistinctè sæcularibus prohibetur Clericos distringere, aut condemnare, *c.* 2. *de foro comp.* tùm quia causa quamuis sua natura merè temporalis sit, ratione personæ Clerici contra quem mouetur manet Ecclesiastica. Quicquid contrarium resoluant Greg. *l.* 24. *verbo, el ganado, tit.* 15. *part.* 6. Castil. *l.* 70. *Tauri, n.* 18. Auendan. *de exequendis mand. part.* 1. *c.* 4. *n.* 30 *&* *c.* 13. *n.* 7. *& part.* 2. *c.* 14. *num.* 13. Guttier. *pract. lib.* 1. *q.* 4. Alder. Mascard. *de gener stat. interpret. concl.* 1. *num.* 115. *& seq.* Bellet. *disquisit. Cleric. p.* 1. *tit. de fauore reali*, §. 6. *num.* 5. Ceuall. *commun. contra commun. q.* 897. *à n.* 620. *& in tract. de cognit. per viam violentiæ, part.* 2. *q.* 23. *n.* 18. *cum seqq.* idque suadere conantur ex eo, quia quando onus impositum est rei, potest sæcularis iubere, vt executio fiat in re, quæ in suo territorio, & iurisdictione est non habito respectu an persona, cuius res est, pertineat ad suum forum, vel iurisdictionem, *arg. l. viros* 12. *in princ. C. de Palat. sacrarum larg. lib.* 12. *c. si tributum* 11 *q.* 1. Bart. *in l. Imperator, ff. de publican.* Bald. *in l. de iis, vers. ego credo, C. de sacros. Eccles. & in auth. sed & periculum. C. sine censu.* Guttier. *d. q.* 4. *num.* 2. *decis. Pedem.* 68. *n.* 34. Azeued. *ad l.* 12 *n.* 2. *tit.* 3. *lib.* 1. *nouæ recop.* confirmatur hæc ratio, quia hoc pacto persona Clerici non condemnatur à Iudice sæculari, nec eius statuto ligatur, quia in persona Clerici nulla dirigitur executio, sed onus reale rei impositum à Clerico exigitur, sicut aliquid quodcunque tributum reale. Sed ratio hæc non euincit, cum omnino oporteat sententiam ferri, & condemnationem pœnarum fieri in personam, quia animalia minimè sunt capacia, quod conueniantur, vel condemnentur, *argum c.* 2. ibi, *rem quæ culpa caret in damnum vocari non conuenit, hoc tit. cap. mulier, vers. quæritur* 15 *quæst.* 5. ibi, *nec vllo modo capax legis sit, bonus text. in l.* 1. *post princ. ff. si quadrupes pauperiem feciss dicatur*: ergo fundamentum prædictum contrariæ opinionis secundùm Iuris rigorem stare non potest, vt bene aduertit Auiles *ad c.* 17. *Prætorum. glos.* 1. *n.* 12. & se pluries consuluisse testatur Salzed. ad Bernard. *reg.* 55. *vers. septimo*, refert me citato in hoc loco Diana *resol. Moral. p.* 1. *tract.* 2. *resol.* 80.

In aliquibus Prouinciis (proh dolor) illud obserua- 7
tissimum est posse adiri Regios Auditores, & Consiliarios ab his, qui à Iudicibus Ecclesiasticis vi, & censuris opprimi conqueruntur, vt vim comprimant, eósque compellant ab ea inferenda cessare, horum recursum Iustitiam tueri nituntur citati per me *in collect. ad d. c Regum officium augens, n.* 2. *& infiniti propemodum, quos refert*, Ludouic. à Sarauia *de Iurisdict. Adiunctorum, q.* 30. *ex n.* 1. Torreblanc. *de Magia, lib.* 3. *c.* 23. *per totum, plures*

plures citat Salgad. *de protect. Regia, p. 1. c. 1. per totum, & præcipuè n. 16.* Ceuall. *in tract. super hac materia edito, & præcipuè glos. 6 n. 57.* Gabr. Pereira *de Minu Regia p. 1. c. 4. & q. 7.* Calixtus *in tract. de Lege Regia, §. 10. n. 83.*

8 Cened. *Canonicar. q. 45 per tot.* Cui obseruationi propositæ dicitur suffragari text. *in filiis, vel nepotibus 16. q. 7.* qui habet, Archiepiscopis, vel Episcopis negligentibus obuiare Rectoribus, qui Ecclesiarum Iurispatronatus bonis abutuntur, Regem adiri posse, vbi *glos. verbo Regis*, addit hæc verba, vt corrigat eum, qui per Ecclesiasticum Iudicem cogi non potest: ad idem inducitur text.

9 *in c. Regum 23. q. 3. Regum*, inquit, *officium est proprium facere iudicium, atque iustitiam, & liberare de manu calumniantium vi oppressos, & in c. principis 23 q. 1.* quo in loco testimonium Isidori à Gratiano adducitur in hoc, vt sciamus Principes sæculi intra Ecclesiam etiam potestatem habere vt superborum ceruices comprimant, & quod fieri non potest per Iudices Ecclesiasticos, ab ipsis iuxta disciplinam Reipublicæ vtilem, executioni mandetur, cuius auctoritate scribit Guillelm. *in c. Raynutius, de testam. verbo nomine Adelasiam, num. 454.* quod vbicunque Ecclesiastica potestas deficit, aut quia non potest, aut quia Prælatorum dissimulatione non vult, sæcularis potestas se intromittit, ne delictorum atrocitate pax publica perturbetur.

10 Denique communiter habetur probari hanc iniustam praxim in prædictis Prouinciis ex obseruantia diu obtenta à tempore, quod memoria hominum excedit, quo supposito sic arguitur. Consuetudo tanti temporis, cuius non est memoria, vim priuilegij, constitutionis, concessionis, seu dispensationis, ac instrumenti publici obtinet, *l. 1. §. denique, l. 2. §. apud, vers. planè si fossa, ff. de aqua pluuia arcenda, hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quotid. c. super quibusdam, §. præterea, vbi glos. verbo non extat memoria, de verborum signif.* Dec. *cons. 85. n. 2. & cons. 117. in fine*, Ruin. *cons. 28. n. 11. vol. 1.* Cranet. *cons. 25. vol. 1.* Menoch. *cons. 42. num. 7.* Afflict. *decis. 254. n. 4.* Sed sic est quod priuilegio, seu concessione

11 potest Papa certas Clericorum causas committere iudicibus sæcularibus, & fori priuilegio derogare, *c. Mennam 2. q. 4. c. nos. etsi 2. q. 7. c. illud 10. q. 3. c. verum 22. dist.* Abb. *in c. litteras, num. 13. & 14. de restit. spol.* Felin. *in cap. Ecclesia S. Mariæ, num 6. vers. & pro limitatione, hoc tit. & c. 2. num. 2. & 3. de maiorit. & obed.* Socin. *reg. 56. fallent. 1.* Cou. *practic. c. 31. num. 4. & 6.* Clar. *§. fin. q. 41. n. 7.* Cassan. *in consuetud. Burgund. rub. 1. §. 5. vers. Archidiaconi.* Ergo sæculares Iudices consuetudine immemorabili in vim priuilegij allegata potuerunt de huiusmodi Clericorum causis cognoscere, & vi oppressos liberare, quod probare nituntur Cou. *practic. cap. 35. n. 5.* Ioan. Garc. *de nobilit. glos. 8. n. 48.* Salgado *de protect. Regia tom. 1. c. 1. prælud. 3. num. 138. cum seq.* vnde nonnulli moderatiùs loquentes existimarunt valere consuetudinem, per quam in certo casu clericus subiicitur foro Iudicis laici, Cou. *d. c. 31. sub n 5.* Clar. *q. 56 n. 2.* Aufrer. *de potest. Iudic. laici reg. 1 fallent. 12.* Decian. *tract. crimin. tom. 1. lib. 4 c. 9. n. 139 cum seq.* Farin. *in praxi crimin q. 8. sub n. 3. in fine*, Carol. de Graffis *de effectibus cleric. effectu 1. n. 388.* Ioan. Franc. à Ponte *decis. 9. n. 4.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 340 n. 39.* Cened. *pract. & Canon. q. lib. 1. q. 4. n. 3.*

12 Ea manifesta ratione hanc praxim, & antequam obseruantiam comprobari dicitur propter maximam eius vtilitatem, quæ Reipublicæ accedit, cum alioqui nisi remedium hoc, & auxilium aduersus Iudices Ecclesiasticos adhiberetur, grauissimè ab illis opprimerentur innocentes, eo quòd procul à Romana Curia ipsi Iudices Ecclesiastici iurisdictione, & potestate Ecclesiastica abuterentur.

13 Verùm iis non obstantibus prædicta praxis, & antiqua obseruantia vbi viget, omni ratione destituitur, sacrisque Canonibus aduersatur *in c. qualiter & quando, & in c. clerici, de iudiciis*: nam si praxim huiusmodi inspiciamus, constat laicos in hoc negotio esse meros Iudices, Ecclesiasticos verò merè exequutores, & ministros, cum compellantur sub pœnis à laicis vt excommunicatum absoluant, eisque remittant causæ cognitionem, quod quidem improbatur à Conc. Trid. *sess. 25. de reform. c. 1.* quod cum statuat formam ab Ecclesiasticis Iudicibus in excommunicationibus proferendis seruandam, his verbis inquit. *Nefas sit sæculari cuilibet Magistratui prohibere Ecclesiastico Iudici, ne quem excommunicet, aut mandare vt latam excommunicationem reuocet sub prætextu, quod contenta in præsenti decreto non sunt obseruata, cum non ad sæculares, sed ad Ecclesiasticos hæc cognitio pertineat.* Deinde hic vsus compellendi Ecclesiasticos cessare à vi inferenda quando tractatur de exequendo aliquo mandato Apost. & clarè impedire executionem literarum Apost. quarum impedientes incurrunt excommunicationes prolatas à Summis Pont. Clem. VII. Leone X. & Paulo V. in suis Constit. contra impedientes Bullarum Apost. exequutionem, etiam sub prætextu violentiæ prohibendæ, vt habetur in Bulla Cœnæ Domini casu 14. ibi, *vel executionem litterarum Apost. seu executorialium, & c. etiam prætextu violentiæ prohibendæ, vel quoad nos informandos, vt ipsi aiunt, supplicauerint, aut supplicari fecerint.* Quàm pernicioſum enim sit de causis Ecclesiasticis sæculares Principes cognoscere, ostendunt S. Athan. Patriarcha Alexand. *in epist. ad solitariam vitam agentes*, D. Ambros. *epist. 33. ad Sororem, & in oratione detrahendis Basilicis*, & D. Greg. *lib. 5. epist. 21.* Hinc S. Martinus Turonensis Episcopus, Maximo Imper. in faciem dixit, nouum esse, & inauditum nefas, vt causam Ecclesiæ Iudex sæculi iudicaret. Fulgent. *lib. 2. sacræ Historiæ*, & B. Gelasius Papa *in* 14 *epistol. ad Anastas. Imper. Nosti*, inquit: *Eli clementissime, quòd licèt præsideas humano generi dignitate rerum terrenarum, tamen Præsulibus diuinarum deuotus colla submittis.* Propterea Theodos. Iunior. Imp. *in epistol. ad Synodum Ephesium, Illicitum*, inquit, *est illum, qui non sit ex ordine sanctissimorum Episcoporum, Ecclesiasticis immiscere tractatibus.* Ex quibus & aliis liuidissimis fundamentis plures non contemnendæ auctoritatis viri recursus in rebus Ecclesiasticis ad Regia tribunalia enixè detestantur, ex quorum numero sunt Quintil. Mandos. *commis. 14. §. reuocandi, q. 4.* Azor. *instit. moral. p. 1 lib. 5. cap. 14 q. 2.* Marc. Ant. Genuens. *in praxi Archiep. Neapolit. cap. 21. ex n. 15.* Steph. Gratian. *discept. forens. cap. 238. ex n. 34.* Mar. Alter. *de censur. lib. 5. disp. 20. c. 2.* Layman. *in sum. Theolog. lib. 4. tract. 9. cap. 4. n. 4.* Duard. *in Bull. Cœnæ, lib. 2. can. 14. q. 9.* Bonacin. *de legibus, disp. 10. q. 2. puncto 1. §. 1. num. 10.* Diana *resol. Moral. p. 1. tract. 1. resol. 13.* Soar. *in libro pro defensione Fidei contra Anglicanæ sectæ errores, lib. 4. c. 34.* & Max. *n. 30.* Et Rota Romana Iuris Canonici obseruantissima cultrix huiusmodi recursus teterrimè detestatur, & signanter in vna Oscen. Pœnitentiariæ 10. Aprilis 1595. coram Card. Blanchetto, impressa per Farin. *p. 1. cens. 68. num. 10.* & in alia Oscen. Canonicatus 1. Decembris 1595. coram bonæ mem. Penia, impressa per eundem Farin. *tom. 2. crimin. decis. 103.* & per Sesse *de inhibit. c. 8. §. 3. n. 109. & in aliis impressis per ipsum*, Farin. *d. tom. 2. decis. 212. & 281.*

Qua sententia retenta non obstant in contrarium 15 adducta. Nam ad primum ex *d. cap. filiis*, respondetur illum tantùm probare quòd si Metropolitanus rebus Ecclesiasticis abutatur, mandat hoc Regis auribus intimari; non verò per Regem esse corrigendam, contra *d. c. qualiter, & quando, & cap clerici*, vt notant Archid. & Ægid. ibi Butr. *in d. c qualiter, & quando ad finem*, & ibi Panorm. *num. 7. ad finem*, & Imola, *num. 4.* dicentes intimationis, quam tex. requirit, effectum illum esse, vt Rex admoneat Metropolitanum, vel instet coram superiori

periori, vt illum reprehendat ; vel faciat instantiam alteri superiori pro illius correctione.

16 Ad secundum ex *d.cap.Regnum*, facilis est responsio, scilicet procedere circa subditos,& eos, qui eius curæ sunt commissi;nam cum ad rationem iudicij iurisdictio sit necessaria inter eos,Regis est Officium facere, quæ ad illius iurisdictionem spectant. Eodem ferè modo loquitur *d.cap.Principes*, vbi tantùm dicitur quod Principes sæculi à Christo tuendam Ecclesiam accipiant,cum illa suam disciplinam exercere non prævalet, tenentur sua potestate munire , & ita Ecclesiæ patrocinari , vt Bald.annotauit *in c.olim* 14.*de rescriptis*.Panorm.*in c.tua*, *n.*10.*de decimis*, Aufrer.*tr.de potestate sæculari super personas Eccles. reg.* 1 *n.*6.*fallent.*3.

17 Ad tertium respondetur, quòd licèt immemorabilis consuetudo habeat vim priuilegij, non est verum priuilegium,Sot.*cons.*160.*n.*21. cum multa possint acquiri per viam priuilegij , quæ non possunt per viam immemorabilis,Socin.*d.n.*22. Rota *diuers.par.*1.*decis.*744. *num.*6.Vel melius respondebis maiorem procedere data capacitate possidentis cum etiam immemorabilis præscriptio non æquiualeat priuilegio, vbi adest incapaci-
18 tas præscribentis,Abb. *in cap. nouit. num.*22. *de iudiciis*, Felin.*in cap.audientes,num.*6. *de præscript.* Cou. *lib.*1. *var. cap.*17. *num.*6. Menoch. *lib.*2. *illustrium. cap.* 89. Quod autem detur incapacitas ex parte laicorum ad inducendam consuetudinem , qua in clericos potestatem habeant,ex eo probatur,quia laicus est incapax Iuris , & potestatis spiritualis, nec potest illam ciuiliter possidere , ac per consequens nec vllo tempore præscribere, *cap.causam*,vbi omnes *de præscript.* Io. Andr.& omnes *in cap.2.de præbendis in* 6.Panorm.*in cap.quanto,n.*2.*de con-*
19 *suetud.*Dec.*in cap.decernimus,n.*38. *de iudiciis* : tum quia, vt verior tenet opinio , clerici & omnes Ecclesiastici Iure diuino,& naturali exempti sunt à ciuilibus Principum legibus,vt sentiunt Innocent.& Hostien.*in cap.* 2.*de maiorit.& obed.* glos.*verbo,discuti , in cap. si Imperator* 96.*dist.& in verbo diuino , in cap. quanquam , de censibus in* 6.vbi Domin.Anchar.Archidiac.& Franch.ac *in cap.Ecclesia S Mariæ de constit.*Abb.Felin.Dec.Butr.post Oldrad.Roland.Bursat. Aufrer. Aluar. Pelag. Alderan. Mascard. Thom. Baxium, Cou. Rebuff.& alios quamplures hanc opinionem sequitur Bellet. *disquisit. clericalium part.*1. *tit. de fauore clericorum personali* , §.1. *n.*18. Rota *in antiquis decis.*10. *de consuet.* Sylvest. *verbo immunitas*, 1.*quæst.*3 *vers. secundum ad munera* , Almain. *tract. de suprema potestate Ecclesiæ*, *cap.*8.*propos.*3. *ad fin.*Angel. *in sum.verbo , immunitas*, *num.*33. *vers.*11. Decian. *tract. crim. tom.*2.*lib.*4.*cap.*9.*num.*1. Pesant. *de immunitate Eccles.disp.*1.Card.Bellarmin.*lib.*2. *de membris Ecclesiæ militantis,lib.*1.*de clericis,c.*28 *prop.*5.Azor.*instit.moral.part.*1. *lib.*5. *cap.*12. *quæs.*1. Ottero *Roman. lucubrat. quæst.*30. Guttier.*in l.nemo potest ff.de legatis* 1.*num.*107.Viui.*tom.*1. *opin.*37.*in princ.* Surd.*cons.*361. *num.*16. *&* *num.*71. *vers. quamuis contradicant* , Molina *de iustit. tract.* 2. *disp.*31. *concl.*1. *&* 3. Mench.*illust.c.*22.*n.*8. Cened. *ad Decretum collect.*37 *num.*1 Io. Garc.*de nobilit.glos.*9.*num.*1. Ceual. *communium contra communem.quæst.*150. *vers. sed contrariam*, Farin. *in praxi crimin. quæst.*8. *num* 2. Vant. *de nullit. tit. ex defectu citat.num.*101. Ambros.*de immun.c.*10. *num* 4. Burg.*in tract.de laudem in* 3.*p. inspect.*1. *num.*4.*&* *in tract. de modo procedendi ex abrupto sent.*1.*quæst* 6 5.*n.*55 Carol. de Graffis *de effectibus clerical. effectu* 1.*num.*2. Cened.*d. quæst.*4.*in princip.* Mart. *de Iurisd. part.*2. *cap.*6. Comitol. *in tract.apologet. contra Venetos cap.*5. Cefuant.*in respons. immun.Eccles.contra Venetos prop.*5. *fol.*57. *&* *seq.* Philip. Maynard. *de priuil. Eccles. contra Venetos part.*2. *art.*12. Franc. Fagnan. *in tract. de instit. censur. Pauli V. part.*1. *fol.*8.*&* *p.*4.*fol.*93. Soar.*contra Regem Angliæ lib.*4 *cap.*9. Vgolin. *in respons. ad Iurisconsl. gymnasij Patauini cap.*2. Filliuc.*tom.*1.*tract.*16.*cap.*11 *num.*316. *&* *tom.*2 *tract.*25. *cap.vlt.n.*427. Layman.*in Theolog.morali,lib.*4 *tract.*9.*c.*8. *num.*1. Duard. *in Bull. Cœna, lib.*2.*vers.*15.*q.*18. *concl.*2. *num.*16.Marc.Alter.*de censur.tom.*1.*disp.*16 *lib.*5.*c.*2. Homobon.de bonis *de examine Eccles.part.*2. *tract.*11 *c.*4. *q.*4. quam quidem exemptionem nulla consuetudo quamuis longissimi temporis abrogare potest , vel reuocare Surd. *cons.*301.*num.*52. Pesant. *de immun. Eccles. disp.*2.*n.*2. Comitol.*in apologia contra Venetos*,*c.*3.*num.*8. Azor.*instit.moral.part.*1.*lib.*5.*cap.*12 *q.*1. *vers. sed dubitari posset* , Mart. *de Iurisd. part.* 4. *cent.*1. *casu* 101. Filliuc. *tom.*1. *tract.*16.*cap.*10. *num.*255. Duard. *in Bull. Cœne, lib.*2 *can.*15.*quæst.*9.*n.*8. Layman.*in Theolog. morali,lib.*4. *tract.*9 *cap.*10.*n.*1.Diana *resolut.moral p.*1.*tract.*2 *resol.*4. quia par in parem non habet imperium. *l nam & Magistratus* , *ff.de arbitr.* multò minus minor in maiorem, *l.minor ff.de minoribus,cap.inferior,cap.denique* 21.*dist.cap. cum inferior* , *de maiorit. & obed.* tum quia talis consue- 20
tudo contra libertatem Ecclesiæ,& Sanctorum Patrum instituta est inualida , *cap.*2.*de foro comp.*tum quia consuetudo , quæ est contra Ius diuinum non valet , Put. *decis.*365 *n* 2 Azor.*d.lib.*5 *c.*13.*q.*2. Surd.*cons.*301.*n.*52. *cum seqq.* Bellet.*d.tit. de fauore clericorum personali* , §.3. *à princip.*

Ad corroborationem verò prædicti tertij argumenti 21
supra adductam, videlicet posse Papam in certis clericorum causis fori priuilegio derogare , respondetur quòd hoc non tollit quin prædictum priuilegium sit de Iure diuino,quia licèt in totum ob hanc causam;& generaliter Papa illud derogare non possit,Abb.& Doct. *in c.*2.*num.*2.*de maior.& obed.* Felin. *hic.num.*6. Roman. *singul.*418. Grammat.*decis.*29.*num.*11.*&* *decis.*61.*n.*10. *&* *seq.* Clar.§.*fin.q.*41.*vers. sed quid dicendum*, Roland. *cons.*4.*num.*15.*vol.*1.*&* *cons.*12.*num.*46.*&* *cons.*23.*n.*11. *vol.*2.Cou.*pract.cap.*31.*num.*4.*vers.primum* , quos refert & sequitur Bellet.*d.* §.3. *num.*7. tamen cum facilius sit limitare legem in vno , vel pluribus casibus , quàm in totum abrogare , Felin. *in cap.quæ in Ecclesiarum,n.*19. *hoc.tit.* Rota *decis.*19 *.n.*7. *apud* Farin.*part.*1. *recent.*potest illud interpretari,mutare , declarare ; restringere, remittere,& amplificare . Abb.& Doct.*in c.fin. de consuet.*Cou.*de sponsal.part.*2.*cap.*6.§ 9. *num.*2.3.*&* 4. Balb. *de præscript part.*5 *princ.q.*7.*n.*11. Moneta *de decimis.c.*5. *à n.*87.Azor. *instit.moral.part.*2. *lib.*4.*c.*18. vbi conciliat cum Canonistis Theologos contrarium tenentes. Vel clarius responderi potest Iuris esse Diuini , ne laici quamuis Imperatores sint,siue Reges,propria auctoritate ciuili,quam habet,Clericorum causas tractent,cognoscant,& iudicent.At Romanus Pont.cum illis Clericorum certas causas demandat,non dat Ius vt id propria auctoritate faciant,sed vt id tanquam Ministri, & Legati Pontificij ; hoc est demandata sibi & commissa potestate,seu nomine , & auctoritate ipsius Pont. exequantur,& sic non cognoscunt causas Clericorum iure proprio , sed auctoritate delegantis , in cuius persona fundatur iurisdictio,*l* .§.*qui mandatam ff.de officio eius*, Innoc.*in c.quod sicut* , *&* *ibi* Host.& Card.*de elect.*Felin. *in c.de maiorit.& obed.* Dec.*cons.*83 *n.*2.& tanquam Ministri , & organi Papæ, *l. pater ex propria* , *ff. de manum. vind* Ign.*in l.necessarias*,§.*non aliàs*,*n.*336.*ff. ad S.Syllan.* Aufr.*in Clem.*1.*n.*92 *ff.de offic.ord.*

Nec obstat quod inconsideratè , & inconsultè multi 22
Doctores ad cohonestandam huiusmodi consuetudinẽ, seu potius corruptelam scripserunt,videlicet sæculares Magistratus de huiusmodi causis ex antiqua consuetudine cognoscere tacito Romanorũ Pont.consensu,quæ antiqua cõsuetudo excusare videtur,& habet vim legis *c.fin.de consuet.l.de quibus,ff.de legibus*, & cõsensus Principis probatur taciturnitate longi temporis , Menoch. *de præsumpt.lib.*2.*præs.*3.Marsil.*cons.*45.*n.*10. quia respõ- 23
detur Romanos Pont. huiusmodi consuetudini nunquam consensum præstitisse,immò quotidie reclamant,

conque

conqueruntur prohibent, pœnas constituunt, & censuris afficiunt laïcos, qui talia facere audent, sæpe sæpius videmus in actis iudicialibus Auditorum Cameræ, vbi expediuntur litteræ monitoriæ vt personaliter cõpareant hi, qui ita conueniunt, atque consentiũt, & contra illos pronuntiantur sententiæ condemnatoriæ lata etiam excommunicatione. Idem etiam constat ex pluribus decisionibus Sacræ Rotæ Romanæ in quibus omnino improbantur, & damnantur tales recursus, & ij, qui recurrunt declarãtur excommunicati, vt in pluribus relatis per me *de officio, & potest Episcopi, p. 3. alleg.* 79. *n.* 4. & apud Farin. *p.* 4. *cons.* 68. *& decis.* 212. *n.* 3. *in 1. collect.* Ratio autem quare Summus Pont. Conscius huiusmodi consuetudinis in aliquibus partibus eam vti paruam, & contra Ius Diuinum, libertatem Eccl. iasticã, & Sanctorum Patrum, Canonica institura in totum
24 non tollit, sed potiùs inuoluntariè tolerat, illa solùm est ad euitandum scandalum, & maius malum, quo etiam casu ipsius Summi Pont. scientia non excusat, vt post Io. de Lignan. & Calderin. tenet Abb. *& in c. clerici, n.* 6,
25 *de indic.* Surd. *cons.* 101. *n.* 57. *& seq. & cons.* 396. *n.* 32. nam propter scandalum Ecclesia aliquando crimen tolerat, *c. denique* 4. *dist. c. quoties* 1. *q.* 2. *c. ordinationes* 8. *q.* 1. *c ipsa pietas, c non potest* 13 *q.* Felin. *in c.* 2. *de præscript.* & eo maxime propter multitudinem peccantium, *cap. constitueretur* 50. *dist.* multi enim per tolerantiam sustinendi sunt quamuis sententia diuini iudicij sint condemnati, *c. vnius* 2. *q.* 1. Quanto magis iam dici non potest Summum Pont. conscium talis consuetudinis eam aliquando etiam inuoluntariè tolerasse, cum videamus quotannis in die Cœnæ Domini Pontificiam Bullam publico & solemni ritu publicari, vbi reuocantur tales consuetudines, priuilegia, & indulta etiam Imperatoribus, aut Regibus concessa, vt benè animaduertunt Ioann. Malder. *Episcopus Antuerpiensis, in p.* 1 *q.* 96. *a* 4. *pag.* 407. *col.* 1. Paul. Layman *in Theologia morali lib.* 4. *tr.* 9. *c.* 10. *n* 1. Vrgianius *tr. de immunit. Eccles. c.* 1. *cons.* 4. *pag.* 43. Ioan. Franc. Fagnan. *tr. de Iustit. censur.* Pauli V. *pag.* 4. *n.* 116. Vgolin. *in c. ad Iureconsg. gymnasij Patauini c* 7. *pag.* 93. Tanner. 2. 2. *disp.* 5. *q.* 5. *dub.* 4. *n.* 132. Me citato in hoc loco, Diana *d. tract.* 2. *resol.* 5.

26 Nec etiam obstat si aliquis dicat huiusmodi sæculares Iudices in his casibus non procedere vi alicuius consuetudinis, sed vi priuilegij, quod habet immemorabilis consuetudo: quia huic obiectioni vltra responsionem, quam supra præstitimus *n.* 17. potest etiam satisfieri si dicas solam consuetudinem etiam in vim priuilegij allegatam non sufficere, vt laicus habeat iurisdictionem in causis prophanis clericorum, nisi probetur etiam priuilegium, Rot. *diuers. p.* 3. *lib* 2. *decis.* 1027. *num.* 2 quod probari non potest nisi per scripturam, vt post Abb. Alex. & Alciat. tenuit Rota *in vna Spoletana beneficiorum* 31. *Ianuar.* 1594. *coram Illustriss.* Mantica *decis.* 260. *n.* 6. & tenetur ostendere, qui illud dicit habere, quando fit instantia, & vbi primum ostensum fuerit, considerandum est, an illud sit personale, an ad tempus, an ad particulares, an ad omnes personas, & quibus conditionibus munitum, & roboratum, item fueritne vnquam derogatum. Sed ego veriùs credo non esse fide dignum huiusmodi priuilegia fuisse vlli vnquam concessa in Pontificiæ auctoritatis detrimentum, & diminutionem, & contra Bullam in Cœna Domini, quòd si olim concessa fuissent, quis nesciat per huius publicationẽ penitus reuocari, & de facto tolli? Sed id expressè dicunt Philip. Maynard. *de priuileg. Eccles. p.* 2. *art.* 18. *n.* 10. Vgolin. *loco proximè citato*, Ioan. Beltran de Gueuara *in propugn. Eccles. libert.* §. 7. *n.* 43. *assert.* 1. Mart. *de Iurisd. p.* 4. *casu* 7. *n.* 11. Patres Theologi Religionis Seruorum *in defens. censur. Pauli V. c.* 8. *n.* 19. *in fin.* Diana *d. tr.* 2. *resol.* 6. quicquid dicãt Malder. *in p.* 2. *q.* 6. *art.* 4. *pag.* 407. *col.* 1. Salgad. *de protect. Regia, t.* 2. *p.* 3. *c.* 10. *n.* 96. *& 97.*

Minus obstat si sæculares dicant posse de Ecclesiasti- 27
corum causis cognoscere, easque indicare quando certa est consuetudo, non verò quando incerta, & simulata, id deducentes ex Canonibus, & Summorum Pont. litteris, & diplomatibus solùm prohibẽtibus ne laici ad sæcularia prætoria, & tribunalia Clericorum causas trahant prætextu consuetudinis, aut prætextu violentiæ, ex eo quòd prætextus velamen sit, quo moueri se aliquis simulat ad aliquid faciendũ, cum tamẽ alia causa moueatur: respõdebitur enim, Romanos Pont. quotiescunque in Bullis dicunt sub prætextu consuetudinis sæculares non audeãt Ecclesiasticorum causas ad se aduocare, eos nedum prohibere hoc illis, quando consuetudo est incerta, & subobscura, sed etiam quando est certa & manifesta, nam hoc nomine, sub prætextu, canones & leges significant etiam veram causam, vt *in sub prætextu, C. de transact.* vbi sic habetur. Sub prætextu instrumenti post reperti transactionem finitam rescindendi Iura non patiuntur, quæ lex confirmatur *in c inter monasterium, de sentent. & re iudic.* vbi dicitur sub nouorum instrumentorum prætextu lites non debent instaurari. *Et in c suborta, eod. tit* dicitur prætextu priuilegij de nouo reperti, &c. Quæ etiamsi in litteris, aut decretis Summorum Pont dicatur sub prætextu consuetudinis, aut violentiæ laici causas clericorum non iudicent, re vera prohibent ne iudicent, etiamsi vera aut euidens consuetudo sit, aut violentia, quoniam consuetudo est corruptela, & 28
violentia debet ad Ecclesiasticos Iudices non sæculares deferri, neque enim Canones permittunt, vt à Iudice Ecclesiastico ad profanum, & sæcularem appelletur.

Neque denique obstat aliquorum sententia, quæ te- 29
net posse illos, qui à Iudicibus Ecclesiasticis per vim & iniuriam censuris afficiuntur sæculares Magistratus adire, vt vim propulsent, & edicto cogant iudices Ecclesiasticos ab ea vi, & iniuria desistere, quia nisi Principes hoc remedio vterentur aduersus Iudices Ecclesiasticos, innocentes passim opprimerentur, & Episcopi, quoniam procul à Romana Curia distant, auctoritate sua Ecclesiastica sæpius abuterentur: respõdebitur enim Iudicem sæcularem non posse ad se aduocare causas ad Ecclesiasticos pertinentes, etiam quando Episcopi, & cæteri Ordinarij, & his Superiores Antistites fuerint negligentes in eis iudicandis, vt est expressus tex. *in d. c. qualiter, & quando* & idem constat *ex c si quis clericus, & ex cap placuit, & ex c. Christianus* 11 *q.* 3. Non propterea sequitur vt impunita maneant delicta, aut innocentes ab improbis hominibus opprimantur: nam si Episcopi negligenter se gesserint, ad Metropolitanos, & Primates recurrant, postea ad Legatos, vel Nuntios. & denique ad Summum Pont. quando enim dantur appellationes ad tantos Iudices & graues Prælatos, quis credet iustitiam non administraturos? Ego igitur illum, qui ad sæculare recurrens iudicium damnaris subterfugiis deserit Ecclesiasticum, calumnias astruere, & causam velle in mille protrahere annorum myriadas reputo. O bone Deus! quàm præstaret nebulones istos, moras harpyias dignitatis loco mouere, itavt Ecclesiastici Iudicis contemptor, Ecclesiasticorum emolumentorum propter ingratitudinum immeritus pronuntiaretur; indignum est enim illis subuenire ab Ecclesia, per quos constat scandalum in Ecclesia generari, *cap. Sacerdotibus, ne Clerici, vel Monachi.*

Noui quendam Clericũ de certo beneficio ab Apost. 30
Sede prouisum, contra quem inimicorum calumniis. & aliorum inuidia quædam friuola per certum Capitulum oppositа fuerunt impedimenta, ad finem malitiosè impediendi litterarum Apost. executionem, quarum executor illa sua sententia reiecit, prouisoq; possessionem esse dandam quibuscumque non obstantibus adiudicauit, quæ sententia in Metropolitano Senatu, & Legatia Apost. cõfirmata fuit, & sic eius vigore executor Apost.

contra

contra Capitulum possessionem obstinatè denegans, & nuncupatim quosdam alios illa impedientes, quasi alienæ felicitatis & honoris impatientes, excommunicationis, interdicti deambulatorij, ac pecuniariarum pœnarum per internalla temporum sententias protulit. Verùm in diabolica obstinatione adhuc perseuerantes falsis precibus obtinuerunt à Regiis gubernatoribus quasdam literas prædicto iudici executori directas, quibus ei mandabatur ab illatis censuris, & pœnis cessare, & excommunicatos absoluere, impositis ibidem pecuniarum, & exilij pœnis contra literarum Apost. seu prædictarum sententiarum iam per sacram Rotam confirmatarum executionem sollicitantes, & beneficij possessionem capientes, aut capi facientes; cessauit inuitus iudex huiusmodi literis secundò irrequisitus, eósque ad reincidentiam metu absoluit: quibus calumnijs impedimentis & dilationibus vexatus Clericus, cùm amplius ob plures litium impensas, & annuam pensionem 150. ducatorum auri de Camera, quam tribus annis de suo proprio persoluit, causam prosequi non valeret, nec iudex executor sententias prædictas prædictorum Magistratuum literis impeditus executioni mandare vellet, liti cessit, & beneficio. Videat ergo Christianus lector, ius & iniuria in iustitia administrãda an ab Ecclesiastico, vel sæculari in hoc casu facta sit, & intra se iudicet, non enim ad hoc pertentandum opus est Delio natatore, quilibet vel leuissimè tinctus literis si omnia inoffenso pede percurrat, dolebit iniustam sæcularium praxim in tot animarum dispendium, & Ecclesiasticorum iniuriam paulatim radices egisse. Meminerint huiusmodi impedientes in Papalem excommunicationem incurrisse, tum ob iniustè impeditam litterarum Apost. executionem, tum etiam ob recursus ad iudices sæculares factos. Sunt (ait Ailredus) in sanctæ Ecclesiæ firmamento à Domino creata duo magna luminaria, Sacerdotium scilicet, & regnum, Rex & Episcopus, Princeps & Clericus; dies spiritualia, nox sæcularia præfigurat, ita luminare maius Sacerdotium vt præsit diei, id est, spiritualibus, luminare minus regnum vt præsit nocti; id est, sæcularibus; contra naturam proinde est si sol nocti, si præsit luna diei, si princeps ad spiritualia se ingerat, si Sacerdos nimis sæcularium negotiorum tenebris conscientiæ suæ serenum obnubilet. Væ nobis qui in ista infelicia tempora incidimus, in quibus sol in tenebras est conuersus. Eia videant ipsi Pontifices, quorum vices gerunt, quorum obtinuerunt cathedras, quorum infulis gloriantur, & indicent ipsi si non est itavt cernimus; considerent quos scientiæ radios, quæ virtutum lumina, quæ charitatis scintillas, quæ spiritualium coruscationum fulgura suis emittebant temporibus Gregorius, Ambrosius, Augustinus, Hilarius, Martinus, & mille alij, felicia tempora, in quibus tam tarò malus, quàm nunc bonus in Ecclesia inuenitur: nunc etiam luna versa est in sanguinem, nam manus Principum plenæ sunt sanguine, exactionibus, & vectigalibus, effundentes viscera miserorum, iustificantes impium pro muneribus, & iustitiam iusti auferentes ab eo. Hæc Ailredus, super illa verba, *fecit Deus duo magna luminaria*, quem refert Ioan. Baptista Fin. *de regulis iuris homil. 12. cæterum.*

29 Infertur igitur ex dictis (vt ad rem redeamus) legem, siue constitutionem ciuilem alienari prohibentem bona immobilia Ecclesiis, siue personis Ecclesiasticis, omnino illicitam esse, itavt ea minimè Clerici, & Ecclesiæ ligentur restituere bona sibi tali existente prohibitione donata: ita Bart. *in l. filiusfam. §. Diui, num. 12. ff. de leg. 1.* P. Ludou. Miranda *in manu Prælat. tom. 2. quæst. 27. art. 7.* Marc. Anton. Genuens. *in practicab. Eccles. tricen. 13. quæst. 379.* Mart. *de iurisd. part. 7. casu 6. num. 16.* Filliuc. *tom. 1. tract. 26. c. 10. num. 272.* Duard. *in Bull. Cœnæ, lib. 2. can. 15. quæst. 19. num. 83.* Vigian. *de immun. Eccles. disp. 3. concl. 2.* Colleg. Bosson. *in resp. pro libertate Eccles. num. 18. & seq.* Comirol. *in apolog. contra Venet. cap. 1. num. 18. pag. 26.* Vgolin. *in resp. ad Iureconsl. Gymnasij Patauini, cap. 6. §. 1. & seq.* Maynard. *de priuileg. Eccles. contra Venet. part. 2. art. 22. ex num. 67.* Ioan. Franc. Fagnan. *de iustit. censur. Pauli V part. 3. pag. 42.* Quicquid huiusmodi constitutionem esse validam & licitam contendant Bald. *hic n. 6.* Perez *l. 7. tit. 2. lib. 1. Ord. pag. 44.* Mexi. *in tract. tassæ panis concluſ. 5. n. 27. cum seqq.* Molina *de iustitia tract. 2. disp. 140. vers. quin de iure, num. 18.* Ceuall. *commun. contra communes, tom. 5. quæst. 899. num. 175. cum seqq.* Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 1. quæst. 66. art. 4.* Anguian. *de legib. tom. 1. lib. 2. contr. 15. ex num. 33.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo vendidisti, num. 2. & de empt. c. 8. num. 27. 32. & 43. & quæst. forens. lib. 1. quæst. 23. n. 92.* Bened. Ægid. *in l. 1. C. de sacros. Eccles. p. 5. §. 2. à num. 5.* Quorum illud præcipuum est fundamentum quod in quærendis valet statutum in præiudicium Ecclesiæ, quando laici non odio Ecclesiæ, sed bono zelo, & pro familiarum conseruatione faciunt, Dec. *in auth. cassa, num. 17. C. de sacros. Eccles.* Cou. *in reg. possessor. part. 2. §. 4. num. 9. vers. tertium*, Mench. *vsufrequent. cap. 9.* Menoch. *cons. 350. numero 6.* Cald. Pereira *de empt. d. cap. 8. num. 31. & 37. & cons. 48. num. 22.* Cened. *pract. & canon. quæst lib. 1. quæst. 35. num. 19. & 20.* Deindè confirmat, quia non videtur quod prædicta constitutio, siue lex egrediatur limites suæ potestatis, disponendo de bonis temporalibus suorum subditorum in ordine ad bonum commune, cùm & quilibet priuatus de populo prohibere possit alienationem rei suæ immobilis in Clericos, Ecclesiam, siue monasteria, vt patet in contractu emphyteutico, vbi hoc licitè sæpissimè fit, vt tenet communis opinio: nec dicendum videtur quod non possit Respubl. seu Princeps sua lege in proprio ipsius Regno facere, quod quilibet in re sua particulari. Postremò adducunt Ordinationem Regiam *lib. 2. tit. 20. in Regno Portugaliæ*, qua prohibetur sæcularibus alienare bona immobilia Ecclesiis, Monasteriis, siue personis Ecclesiasticis. Sed his non obstantibus ab illatione proposita recedendum non est; contrariis verò respondendum Principes constitutionem, siue legem huiusmodi statuentes proculdubio excedere limites suæ potestatis contra immunitatem, & libertatem Ecclesiæ, quod quidem facere per Ecclesiasticam legem sunt prohibiti directè, ac indirectè. Nec eadem ratio est de personis particularibus in contractu emphyteutico; de quo adducitur exemplum, nam eiusmodi in re propria non sunt prohibiti facere, quod sibi libuerit; diuersáque est ratio de bonis propriis, & de bonis Reip. quæ cùm communia sint, in communi & absque distinctione omnibus debent distribui, nec in hac distributione personæ Ecclesiasticæ deterioris esse debent conditionis. Ad Ordinationem verò Regni Portugaliæ respondent aliqui (si hæc responsio sufficeret) scientes, & patiente Summo Pont. supra hominum memoriam ita semper fuisse obseruatam, vnde debent validæ censeri, ac si constaret speciali priuilegio fuisse confirmatas, *arg. l. 3. §. ductus aquæ, ff. de aqua quotid. cap. super quibusdam, §. præterea, de verbor. significat.* constat etiam prædictas Ordinationes fuisse confirmatas in concordatis in Curia Romana inter Clerum, & Regem Dionysium, provt referunt D. Barbosa *in primarius scholio ad l. filiusfam. ff. de legatis 1. vers. ad Ordin.* Bened. Ægid. *d. §. 2. num. 12.* Cald. Pereira *de empt. cap. 8. num. 36.*

30

31

32 *Alienandi feudum*, &c.] Procedit in alienatione feudi Ecclesiæ sine consensu ipsius Ecclesiæ, quo casu fit deterius ius Ecclesiæ cùm compellatur habere vassallum in sui contemptum, & præiudicium, & quia Ecclesia habet illud, priuilegium ne feudum ipsius alienetur absque consensu suo tunc statutum laicorum tanquam in præiudicium Ecclesiæ non valet, ita Ouid. de Amicis *de iure emphyteut. quæstione* 80. *num.* 10.

33 *Commodum, & fauorem.*] Notatur ad hoc quod statuta laicorum fauorabilia etiam generalia non prosunt Clericis, & Ecclesiis, vt per Gram. *d. dec.* 100. *n.* 9. Tiraq. *de iure primog. q.* 44. *n.* 3.

34 In glos. *personis* 2. Notatur ad hoc quod bona patrimonialia Clericorum gaudent priuilegio bonorum Ecclesiæ, de quo vide Nau. *cons.* 12. *de censibus, in antiq. & cons.* 5. *de immunit. Eccles. in nouis*, Perez *l.* 8. *tit.* 2. *lib.* 1. *pag.* 44. *& l.* 1. *tit.* 3. *eod. lib.* 1. *Ordin pag* 66. Guttier. *pract. lib.* 1. *q.* 3. *n.* 17. *& lib.* 4. *q.* 48. *n.* 17. Surd. *cons.* 10. *n.* 70. *& cons.* 260. *n.* 10 Sayr. *in florib. decis. sub tit. de censibus decis.* 12. Morla *in emporio iuris p.* 1. *tit.* 2. *in prælud. num.* 144. Soar. de Pace *in praxi tom.* 2. *prælud.* 2. *n.* 16 post Bobadil. Gironda *de priuilegiorum, seu exemptionum explicatione num.* 240. Beller. *disquisit. cleric part.* 1. *titul. de exemptionibus clericorum*, §. 5. *numero* 1. Et ideo super illa Principes gabellas imponere non possunt. Azor. *p.* 3. *lib.* 5. *cap.* 10. *quæst.* 7. Molin. *tom.* 3. *tract.* 2. *d. disp.* 671. *num.* 2. Molfes. *in sum. tom.* 2. *tract.* 12. *cap.* 22. *numero* 166. Soar. *contra Regem Angliæ, lib.* 4. *cap.* 24. *&* 25 Barthol à S. Fausto *in speculo Confess. disput.* 33. *quæst.* 13. *numero* 2. Duard. *in Bull Cœnæ, lib.* 2. *can.* 8. *quæst* 5. *num.* 4. Layman *in Theolog. moral. lib.* 4 *tract.* 9. *c.* 6. *n.* 9. Lessius *de iustit. lib.* 2. *c.* 33. *dub.* 3. *n.* 19. Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 16. *cap.* 11. *num.* 198

35 In glos. fin. ibi, *nisi conuictus*, &c. Non est verisimile quod iudex sententiam tulerit sine probationibus, Menoch. *consil.* 100. *num.* 234 *cum seq.* cum sententia lata sine probationibus sit ipso iure nulla, & pro ea non præsumatur, Mascard. *de probat. conclus.* 1296. *num.* 41. quicquid contrarium velint Surd. *decis.* 36. *num.* 6. Cald. Pereira *in l. si curatorem. verbo, lapsis n.* 165. Vnde sententiam latam sine causæ cognitione ipso iure nullam esse resoluunt Duen. *reg.* 186. *ampl.* 8. D. Barbosa *part.* 3. *tub. ff. solus. matr. numero* 52. Bernard. Grauæ *ad practic. Camerar. per. in procem. numero* 19.

36 Vel si tam leui tempore, vel cum tanta festinatione lata fuerit, quod acta verosimiliter videri non potuerant, Bonacos. *commun. crimin. verbo sententia, fol.* 150. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst* 42. Hippol. *cons.* 48. *n.* 34. Gregor. *l.* 16. *verbo acaban, titul.* 8. *part.* 5. Marant. *de ordine iudiciorum, part.* 4 *pag.* 197. *num.* 6. *cum seqq.* Bald. *tom.* 2. *communium opin. lib.* 6. *titul.* 8. *numero* 25. *pag.* 243. Put. *part.* 1. *decis.* 344 Mascard. *concl.* 240. *numero* 2. *& concl.* 1296. *num.* 26. Rota apud Farin. *decis.* 109. *num.* 3. *in* 1. *collect. nouiss.* aliàs *p.* 4. *diuers. & decis.* 121. *numero* 2. *p.* 2. *recent.* & in Bononien. Portoni, 8. Martij 1610. coram Card. Pamphilio iun. & in Romana pecuniaria 13. Februarij 1612. coram Sacrato, & in Mediolanen. bonorum 11. Aprilis 1622. coram R. P. D. meo Pirouano, Coualer. *decis.* 135. *num.* 1. Menoch. *de arbitr. quæst* 42. *n.* 9. *& lib.* 2. *de præsumpt. præs.* 7. *n.* 31. & Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel glos.* 46 *num.* 46 Alex. Trentacinq. *var lib.* 2. *tit. de iud. cap. ref.* 2. Emman. Roder. *in pract. c. vlt part.* 1. *à num.* 16. Bobadil. *in sua politica, lib.* 1. *cap.* 5. *num* 17. Steph Gratian. *discept. forens. cap.* 153. *n.* 1. vbi *n.* 3 resolnit procedere etiam in interlocutoria, arbitrariis, & sententia Principis, & *n.* 7. limitat quando iudex in tempore breui potest esse instructus de negotio.

Et hoc habet locum etiam quando breuitas temporis fuit talis, in qua iudex adhibere potuit aliqualem causæ cognitionem, licèt non plenam, vt notant Abb. *in cap. ex litteris, num.* 6. *de restit. in integ.* Put. *decis.* 4. *de iudic.* Mantic. *decis.* 84. *in fine.* Iudicis tamen arbitrio relinquitur quando sententia dicatur intra breue tempus & celeriter lata. Paris. *cons.* 79. *num.* 14. *lib.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Pœna simpliciter apposita propter contumaciam in dubio intelligitur temporalis, non perpetua.*
2 *Actus in dubio censetur factus secundùm illud, quod ius disponit generaliter, & eius ampliationes amplectitur.*
3 *Stylus Curiæ facit ius, & pro lege obseruatur.*
4 *Stylus iudiciorum circa processus ordinationem & iudiciorum vsum versantem pro lege in eodem iudicio obseruandus etiam in criminalibus.*
5 *Iudex iudicando contra stylum facit litem suam.*
6 *Sententia lata contra stylum est nulla.*
7 *Doctores multa de stylo agentes referuntur.*
8 *Suspensio inducta propter contumaciam censetur inducta ad tempus, quo durat contumacia.*
9 *Pœna imposita pro contumacia regulatur secundùm limites contumaciæ.*
10 *Contumacia cessante cessat effectus illius.*
11 *Contumax non dicitur qui non potuit comparere ex aliqua iusta causa, seu impedimento.*
12 *Contumax non dicitur quis nisi contumacia accusetur.*
13 *Contumacia non est propriè crimen.*

CAP. Ex litteris. XI.

PRiuatus ob contumaciam iuxta formam statuti communione aliorum, si deinde voluerit obedire, restituendus est, quia quando non apponitur in perpetuum, tollitur priuatio temporalis, tum ex iure, tum ex consuetudine. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Collect. Zabarell. Bellarm. Ioan. Andr. Anchar. Imola, Innoc. Anania, Dec. Host. Felin. Panormit. Barbat. Aretin. Butr. Alexand. de Neuo, Henric. Boich. Martin. Vran. Compostel. Viuian. *in ration. primi libri Iuris Pontif. pag.* 23. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 8. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 2. *tit. de iureiur. cap.* 12. 1

Tam iuris Canonici.] Notatur ad hoc quod actus in dubio censetur factus secundùm illud, quod ius disponit generaliter, Flamin. *resignat. lib.* 7. *quæst.* 3. *num* 6 Surd. *decis.* 170. *num.* 4 & tunc eius ampliationes debet amplecti, Tiraq. *in tr. le mort p.* 2. *declar.* 2. *n.* 2. D. Barbosa *in l.* 1. *ff. solut. matr. p.* 1. *n.* 61. Valasc. *cons.* 42. *num.* 7. 2

Quàm nostri moris.] Notatur ad hoc quod stylus Curiæ facit ius, vt per Guttier. *Can. lib.* 1. *c.* 33. *n.* 35. *in fine*, Nicol. Garc. *de benef. p.* 1. *c.* 5. *n.* 87. Modern. *de cognit. per viam violentiæ p.* 2. *q.* 135. *n.* 4 Et pro lege obseruatur, siue sit ad ordinationem, siue ad decisionem causarum, Cacher. *Pedem decis.* 22. *n.* 7 Stephan. Gratian. *Marchiæ decis.* 237 *n.* 18 Alex. Raudens. *Pisana decis.* 6. *n.* 67. Camil. Borell. *in summa omnium decis. tit.* 12. *de legib. & constit. n.* 108. Pereg. Iannin. *de reali cit. lib.* 1. *c.* 1. *num.* 19. Melch. Phœbos Lusit. *decis.* 4. *n.* 8. Flamin. *de resignat. tom.* 2. *lib.* 10. *quæst.* 2. *num.* 17. Et stylus, seu vsus sacri Apost. Palatij legis vim obtinet, Rot. *decis.* 2. *de appellat. in nouis, & decis.* 16. *de consuetud. antiq.* Mandos. 3

ad

ad reg. de annali q. 65. sub num. 2. ad med. vers & licet Rota, & quæst. 67. ad fin. Sanctarel. *var. resol. q. 42. num. 9.* nisi aliud particularis consuetudo, aut lex loci suadeat, vt declarat Menoch. *cons. 51. num 36.* cuius rei ea est ratio, quòd stylus huiusmodi perpetuò innititur iuri communi, vt tradit Specul. *de appell. §. 3. n. 3.* & ideo in opinionum conflictu ipsa Rota eam opinionem sequi consueuit, quam aliàs semel Curia fuit amplexa, vt *in rec. p. 2. decis. 656. num. 2.* Et stylum iudiciorum circa processus ordinationem, & iudiciorum vsum versantem pro lege in eodem iudicio obseruandum tenent Crau. *cons. 201 num 21.* Cacher. *d. decis. 22. n. 6.* Thesaur. *decis. 1. num. 9.* Menoch. *cons. 270. n 19. & cons. 110. n. 4. & cons. 38. n. 21 & lib. 2. de præsumpt. præs. 8. n 14. & 15.* Viu. Neapol. *decis. 297.* Marc. Anton. de Amatis *Marchæ decis. 32. num. 27.* & procedit etiam in causis criminalibus ex Pereg. Iannin. *d. cap. 1. num. 76.* & Menoch.
5 *d præs. 8. num. 15* Vnde iudex iudicando contra stylum facit litem suam, ac si faceret & iudicaret contra legem, Ludou. Rodolphin. *in tract. de brachio seculari,*
6 *num. 31.* quia sententia contra stylum lata est nulla, Camill. Borrell. *in summa omnium decis. tit. 14. de con-*
7 *suet. & stylo, n. 107.* Multa de stylo Card. Put. *decis. 353. lib. 3.* Ro. Genuens. *decis. 206.* Pinel. *in l. 2. C. de rescind. vend. p. 2. cap. 4. num. 2.* Bellacom. *tom. 1. commun. opinion. lib. 3. tit. 1. n. 44. pag. 262.* Ioseph. Ludou. Perus. *decis. 96. num. 7. cum seq.* Menoch. *de præs. 8. & cons. 187. num 55. & 56.* Perez *l. 28. tit. 4. lib. 2. Ordin. pag. 251.* Gama Lusit. *decis. 7. num. 7.* Mascard. *concl. 1041. & concl. 1338 à n. 3.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. part. 4. collect. 794. & part. 5. collect. 1858.* Stephan. Gratian. *d. decis. 227. à num. 18. & discept. forens. c. 100. n. 61 & c. 516. n. 32.* Soar. de Pace *in pract. in initio à n. 4.* Ignat. del Villar *in sylua responsorum, lib. 1. resp. 1. n. 3.*

8 *Communione priuatur.*] Notatur ad hoc quòd suspensio inducta propter contumaciam, censetur inducta ad tempus, quo durat contumacia, vt est communis intellectus secundùm Couar. *de sponsal. part. 2. cap. 6.*
9 *num. 15.* Nam pœna imposita pro contumacia regulatur secundùm limites contumaciæ, Bernard. *reg. 538.*

Restitutionem obtineat.] Notatur ad hoc quòd con-
10 tumacia cessante cessat effectus illius, vt per Tiraq. *in tract. cessante causa, part. 1. num. 59. cum seq.* Et qui non
11 potuit comparere ex aliqua iusta causa, seu impedimento, non dicitur contumax, Farin. *in praxi crim.*
12 *q. 18. n. 40. & n. 43* idem asserit si fuit citatus ad comparendum in loco sibi non tuto, quia contumax non dicitur quis, nisi contumacia accusetur, Rebuff. *tom. 3. ad leges Galliæ, tit. de contum. art. 1. glos. vnic. num. 23.* Thoming. Lipsensi *decis. 24. num. 10. & 11.* Camil. Borrel. *in summa omnium decis. tit. 46. num. 170.* Alia de contumacia tradunt Doctores *in l. delictum, §. contumacia, ff. de re milit.* Menoch. *de arbitr. casu 153.* Farin. *d quæst. 18. à num. 28.* Bonacos. *commun. criminalium, part. 1. verbo, contumacia,* Bernard. Græuæ. *in pract. Cameræ Imper. lib. 1. conclus. 60.* Camill. Borrel. *dicti. tit. 46. num. 44. cum sequent.*

In glos. *In perpetuum*, ibi, *hic enim ponitur*, &c.
13 Notatur ad hoc, quòd contumacia non est propriè crimen. vt per Cou. *in cap. Alma Mater, part. 1. §. 9. num 5. col. 4.* Tiraq. *de retract. lign. §. 2. glos. 2. num. 5.* Perez *l. 1. tit. 3. Ordin. pag. 519.* dicitur autem lato modo, & per se delictum, vt per Corn. *cons. 9. num. 3. & cons. 198. n. 6. vol. 4.* Buecazon. *de different. inter iudicia ciuil. & crimin. diff. 192. n. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Canonici non possunt sine causa restringere numerum Canonicorum, seu Præbendarum.*
2 *Præbendarum suppressio nunquam fieri debet nisi redditus Ecclesiæ diminuti probentur.*
3 *Beneficia de sui natura præsumuntur congrua.*
4 *Concil. Trident. quid statuat circa Præbendarum suppressionem ostenditur, & de eius materia DD. referuntur.*

CAP. Ex parte. XII.

Honor. III.

DIminutio numeri Canonicorum à Canonicis facta etiam à Papa confirmata, reuocanda est, si redditus Ecclesiæ non erant diminuti colligunt ex Ordin. Abb. ant. q. Collect. Zabar. Anchar. Bellam. Ioan. Andr. Barbat. Aretin. Imola, Innoc. Anania, Dec. Host. Felin. Panorm. Butr. Alex. de Neuo, Henric. Boich, Martin. Vran. Compostel. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag. 24.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 8.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1.* 1

Licèt non sint eius diminuti redditus.] Notatur ad hoc quòd suppressio præbendarum nunquam fieri debet, nisi redditus Ecclesiæ diminuti probentur. Felin. *in cap. constitutus, num. 1. hoc tit.* Aloys. Ricc. *in collectan. decis. part. 5. collect. 1560.* Et in dubio præsumuntur aucti potius, quàm diminuti, Angel. *cons. 274. num. 4. in fin.* 2
quia beneficia de sui natura præsumuntur congrua, 3
cap. nemo, de consec. distinct. 1. Caputaq. *decis. 62. num. 1. p. 2.* Rota *in vna Calaguritana beneficij del Iacono 9. Aprilis 1601. coram Illustriss. Seraphino*, est inter eius decisiones impressas *decis. 1385.* Hodie per Concil. Trid. *sess. 24. de reform. cap. 15.* in Cathedralibus, & Collegiatis insignibus, vbi frequentes, adeoque tenues 4
sunt præbendæ simul cum distributionibus quotidianis, nec illis vniri aliquot beneficia simplicia possunt, licitum est Episcopis, aliquibus ex his suppressis, cum patronorum consensu, si de iurepatronatus laicorum sint, quorum fructus & prouentus reliquarum præbendarum distributionibus quotidianis applicantur, eas ad pauciorem numerum reducere, ita tamen vt tot supersint, quæ diuino cultui celebrando, ac dignitati Ecclesiasticæ commodè valeant respondere; de cuius decreti materia egi ego ipse *in meo tract. de officio, & potestate Episcopi, p. 3. Alleg. 67.* & citaui Zerol. *in praxi Episcop p. 1. verbo, beneficia. §. 1. vers. 11.* Monet. *de distribut. quotid. q. 1. c. 5. à n. 27.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 5. §. 7. à num. 147.*

SVMMARIVM.

1 *Constitutio futura respicit, & non futura, nisi in ea de præteritis caueatur.*
2 *Lex debet esse clara, dubia enim sibi ipsi parat insidias.*
3 *Contrarietas nulla debet esse in iure.*
4 *Lex habens multiplicem sensum, non potest allegari ad decisionem causarum.*
5 *Interpretatio pertinet ad eum, ad quem pertinet constitutio.*
6 *Prointerpretatione priuilegiorum an ad alium, quàm ad concedentem recurri possit, remissiuè.*

Cap. Quoniam. XIII. & vlt.

Gregor. IX.

1 LEx & constitutio ita respiciunt futura, vt non trahantur ad præterita, nisi de his nominatim caueatur. Colligunt ex Ordinat. Abb. antiq. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Anchar. Imola, Innocent. Anania, Dec. Host. Felin. Panorm. Barbat. Areti. Casal. *in annotat.* Henric. Boich, Martinus Vranius, Compostel. Vuian. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 24. Alagona *in compend iuris Canon. pag.* 8. remissiuè Casal. *in annotat.* & Ximen. *in concordant. part.* 1 *&* 2.

2 *Et nihil debet obscurum, vel ambiguum continere.*] Notatur ad hoc quòd lex debet esse clara, nihilque obscurum, vel ambiguum continere, Castill. *in proœmio legum Tauri ad gloss. verbo, entendimiento fol.* 41. *in fine, l.* 61. *gloss.* 1. *col. in fine*, Morla *in emporio iuris Canonici, part.* 1. *tit* 1. *quæst.* 6. *num.* 10. Emman. do Valle
3 *de ensalmis & incantat sect.* 1. *cap* 5. *num.* 23. vbi etiam quòd lex dubia sibiipsi debet esse, *l. tanta*, §. *contrarium, C. de veteri iure conci.* Morla *dict. tit.* 1. *quæst.* 11. Castill. *quotidian. quæst. lib.* 1. *de vsufructu, cap.* 28. *n.* 14. *in med.* vide suprà ad proœm. harum Decretal. *num. cum seqq.*
4 Vnde *in d. l. tanta* §. *hoc autem* sub pœna falsi prohibetur ne quis leges per signorum obscuritates ausus sit conscribere, quia lex habens multiplicem sensum non potest allegari ad decisionem causarum, Emman. do Valle *d. c.* 5. *n.* 24.

Non ad præterita, sed ad futura tantùm extendi.] Dixi suprà *ad c.* 2 *hoc tit.*

5 In glos. *Declaramus*, ibi, *quia ad eum pertinet interpretatio ad quem pertinet constituere.* Notant Doctores per text. ibi *in l. vlt. C. de legibus*, & est apud Hispanos *l.* 14. *tit.* 1. *part.* 1. Fr. Ludouic. Miranda *de ordine iudic. quæst.* 3. *art.* 3. *concluf.* 1. Cardoso *in praxi Iudicum & Aduocat. verbo lex, num.* 6. Don Christoph. de Pace *in scholiis ad leges styli, l.* 19 *num.* 21. & alij per me citati *in tract. Axiomatum iuris vsufreq. Axiom.* 130. *num.* 1. quibus addo Salgado *de protect. Regia tom.* 1. *part.* 4. *cap.* 12. *à princ.* vbi *num.* 20. post Card. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib.* 1. *tit.* 16. subdit interpretationem generaliter sumptam in quinque species posse distingui, nempe in declaratiuam, intellectiuam, correg-
6 ctiuam, extensiuam, & restrictiuam. Vtrùm pro interpretatione priuilegiorum ad alium quàm ad concedentem recurri possit? vnde Gabr. *lib.* 6. *commun. tit. de regulis iuris, concluf.* 3. *à num.* 7. Burg. de Pace *in proœmio legum Tauri à num.* 307. Henriq. *in summ. lib.* 7. *cap.* 29. §. 3. Cardoso *verbo, priuilegium, num.* 36. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 52. *num* 35. An verò occurrente casu particulari, quo verba legis seruari non expedit, possit inferior propria auctoritate interpretari legem non obligare in eo casu, an teneatur adire ad Principem, vide Tiraquel. *de pia causa priuil.* 162 *& de retract. lig.* §. 35. *gloss.* 1. *num.* 7. 21. *&* 31. Mich. Salon. 2. 2. *quæst.* 60. *art. vnic.* Sayr. *in claui Regia, lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 3. Valent. *tom.* 2. *disput.* 7. *quæst.* 5. *punct.* 8.

De Rescriptis.

Tit. III.

SVper hanc rubr. scripserunt Zaba- 1
rel. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Butrius, Panorm. Felin. Dec. Martin. Vranius, Mantua, Petr. Gregor. per 55. capita materiam huius tit. tractat. Barbat. Bald. Petr. Alphonf. de Vasconcellos *in harmonia rubricarum*, Didac. Sahagun. Petr. Rebuff. *repetitionum var.* Petr. de Rauenna *in compendio iuris Canonici*, Martin. Mesnartus *in epitome Decretalium*, Guillelmus Durandus, Specul. *in breuiario aureo iuris Canonici, fol.* 5. Dan. Venat. *in analysi methodica iuris Pontificij, pag.* 19. Goffred. & Host. *in summ. huius tit.* Alexandr. Cassan. & Anastas. Germonius *in paratitlis ad quinque libros Decretalium, sub hoc tit.* Stephan. Ranchin. *in continuatione titulorum Decretalium*, Barth. Carthag. *in exposit. titul. iuris Canon.* Zipæ. *in analytica postremi iuris Canon. enarrat.* nouissimè Ioan. Honor. *lib.* 1. *summ. in Decretales omnes sub hoc titul.* & nouissimè Andreas Vallensis *tom.* 2. *repetitionum in iure Canonico ad* 1. *Decretal. librum*, Anton. Burgos & Quintil. Mandos. *in appendice.*

De rescriptis tractat. Villalob. Soar. Bonacos. & alij 2
tom. 1. *communium opinion. lib.* 1. *tit.* 10. *de diuersis rescript.* Nauar. *tom.* 1. *consiliorum*, Sayr. *in floribus decis. sub hoc tit.* Cuch. *instit. maior. lib.* 1. *tit.* 4. Staphil. *de literis gratiæ & iustitiæ in* 1. Mandos. *de gratiæ signatura*, §. 1. Petr. Rebuff. *de rescript. & priuileg.* Guid. Papæ *de rescript. tom.* 3. *tractatuum Doct. part.* 2. *fol.* 28. Alexand. Trentacinq. *variar. resolut. titul. de rescriptis*, Perez *l.* 3. *tisul.* 12. *lib.* 3. *Ordin. pag.* 685. Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 31. *cum seqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 30. *tract.* 3. *à num.* 165. Rendina *in promptuario receptarum sententiarum, tom.* 1. *titul.* 103. *de rescript.* Menoch. *de arbitrar. casu* 200. *&* 201. Ioan. Baptista Costa *de facti scientia, & ignorant. cent.* 2. *distinct.* 16. Card. Tusch. *tom.* 6. *litera P. concluf.* 207. *cum seqq. De rescriptis vtriusque signaturæ.* Ioan. Baptista Marchesant. *De rescriptorum subreptione.* Ioan. Baptista Leonel. *De rescriptis Apost.* Ioan. de Grassis *tom.* 3. *p.* 2. *fol.* 31.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegio generali secundùm ius commune obtento obstat rescriptum speciale etiam de eo mentionem faciens.*

2 *Clausula*, appellatione remota, *quos effectus habeat, remissiuè.*

3 *Rescriptum seu mandatum speciale derogat generali, etiamsi de eo nullam faciat mentionem.*

4 *Mandatum de prouidendo speciale derogat generali præcedenti, licèt de illo nulla mentio habeatur.*

5 *Priuilegium secundum non faciens de primo mentionem illi non derogat.*

6 *Priuilegium speciale non aliter derogat generali, nisi facta huius mentione.*

7 *Iurisdictionale mandatum speciale non derogat generali.*

8 *Generi*

8 *Generi per ſpeciem derogatur, remiſſiuè.*
9 *Gloſ. verbo,* vt liberè, *recepta.*
10 *Proteſtatio non eſt neceſſaria cùm aduerſarius non reperitur.*
11 *Impeditus debet poteſtari de impedimento.*

CAP. Sicut I. *Alex. III.*

1 PRiuilegium, ſeu mandatum ſpeciale derogat generali etiamſi de eo nulla fiat mentio. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Anchar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anania, Panorm. Bald. Butr. Barbat. Aretin. Felin. Dec. Ripa, Mantua, Beroi. Henric. Boich, Innoc. Martin. Vran. Didac. Sahagun, & Compoſtel. Cened. *collect.* 128. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag.* 27. Alagona *in compen. iuris Canonici, pag.* 10. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *& 2. & tom.* 2. *repetitionum in iure Canonico ad primum Decretalium librum*, Ant. Burgos, refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 1. *tit.* 2. *cap.* 1. & eſt poſt Concil. Lateran. *p.* 10. *c.* 11.

2 *Sublato remedio appellationis.*] De effectibus clauſulæ, *Appellatione remota*, eiuſque materiam tractant Doctores in præſenti, *& in cap. paſtoralis, in princ. de appellat.* & plures citati à Cened. *ad Decretal. collect.* 128. *num.* 10. quibus adde Rendinam *in promptuario receptarum ſentent. tom.* 1. *tit.* 16. *num.* 4. Menoch. *de arbitrar. caſu* 197. Martham *de clauſulis, part.* 1. *clauſ.* 12. Sigiſm. Scac. *de appellat. quæſt.* 16. *lim.* 1. *num.* 93. *cum ſeqq.* Ioſeph. Seſſe *de inhibit. cap.* 8. §. 2. *à num.* 10. Fr. Emman. *quæſt. regular. tom.* 1. *quæſt.* 8. *art.* 13. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 9. §. 1. *in annot. num.* 244. *cum ſeqq.* Card. Tuſch. *practic. concluſ. lit. A. concluſ.* 400. *cum ſeqq.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 41. *n.* 17. *&* 18. Mendez à Caſtro *in praxi Luſit. lib.* 2. *cap.* 11. §. 5. *num.* 18. Marcheſan. *de commiſſ. part.* 1. *cap.* 10. *num.* 19. Brunor. à Sole *in locis commun. verbo clauſula, num.* 5. *&* 6. Cardoſo *eod. verbo, num.* 2. Modern. *de cognitione per viam violentiæ, gloſ.* 6. *num.* 70. *cum ſeqq.* quos, & alios refero *in tract. de clauſul. vſufreq. clauſ.* 9.

3 *Quia ſpeciale mandatum derogat generali.*] Notatur ad hoc quòd reſcriptum, ſeu mandatum ſpeciale derogat generali, etiamſi de eo nullam faciat mentionem, vt per Roder. Xuar. *alleg.* 28. *num.* 16. Menoch. *de arbitrar. caſu* 97. *à num.* 2. *& conſ.* 36. *num.* 48. *& de præſumpt. lib.* 6. *præſ.* 40. Valaſc. *conſult.* 72. *num.* 2. Rebuff. *tom.* 2. *ad leges Galliæ in præfat. huius tit. à num.* 193. Me-
4 dices *de reg. iuris in reg.* 1. *num.* 44. Sic etiam mandatum de prouidendo ſpeciale derogare generali mandato præcedenti, licèt de illo nulla mentio habeatur, tenent Xuar. *d. alleg.* 28. *num.* 3. Cephal. *conſil.* 394. *à n.* 19. *lib.* 3. Valaſc. *conſ.* 72. *num.* 2. Mantic. *de coniect. lib.* 9. *tit.* 6. *num.* 22. Priuilegium tamen ſecundum non faciens de primo mentionem illi non derogat, Gironda *de priuilegiorum, & exemptionum explicat. n.* 324. Nam vbi ſunt
5 duo priuilegia, anterius ſemper præferendum, Bart. Perett. *in comment. ad Extrauag. ambitioſæ, de rebus Eccleſiæ non alien. in verbo, datum Romæ, n.* 1. *& n.* 4. reſoluit quòd vtrumque priuilegium ſiue ſpeciale, ſiue generale incluſum reperiatur in corpore iuris, ſecundum derogat priori.

6 Et quòd regula huius text. & concluſio ſupra cripta non procedat in priuilegiis, & in eis ſpeciale non aliter deroget generali, quam facta huius mentione probauit gloſ. *verbo, ſed ante in ſum.* 25. *quæſt.* 2. *gloſ. vlt. hic verſ. ſuper priuilegiis, gloſſ. in reg. generi, de regulis iuris lib.* 6. Abb. *hic num.* 10. & alij, vt per Felin. *num.* 3. *verſ. limita*, Rip. *num.* 74. & Beroi. 39. Alexand. *conſ.* 155. *num.* 1. *lib.* 6. Rebuff. *in d. præfat. num.* 105. Xuar. *alleg.* 28. *n.* 10. Loriot. *de Regulis Axiom.* 136. & alij per Menoch. *d. conſ.* 36. *num.* 48. qui velut communem ſequuntur ſententiam, reſoluentes in priuilegiis regulam negatiuam eſſe conſtituendam, quam conſtituunt & proſequuntur Rip. *hic à n.* 48. Bernard. *reg.* 580. vbi communem dicit. Quamuis text. hunc, & concluſionem ſimiliter procedere in priuilegiis, ita quòd ſpeciale deroget generali, cui opponitur, etiamſi de eo mentionem non faciat, teneant Hoſt. Innoc. Butr. & alij *hic*, communis ex Felin. *d. n.* 3. *in princ.* & ex Dec. Aret. & aliis quos refert & ſequitur Menoch. *d. conſ.* 36. *num.* 7.

7 Sic etiam text. in præſenti, & *d. reg. generi*, cum ſimilibus limitari ne procedat in iuriſdictione, vel mandato iuriſdictionali, in quo ſpeciale non derogat generali; probant Paul. *in l. ſi quis cùm procurator*, §. *Iulianus, n.* 2. *ff. de procurat.* poſt Bald. quem citat Loriot. *in tract. de regulis iuris, axi.* 136. Roland. *conſ. num.* 137. *lib.* 2.

8 Notatur etiam ad hoc quòd generi per ſpeciem derogatur, de quo dicam infrà commodiùs *ad c. generi* 34. *de regulis iuris in* 6.

9 In gloſ. *Vt liberè*, ibi, *poteſt ergo dici, &c.* Sequuntur Doctores *hic*, vt poſt Rip. & alios teſtatur Padil. *in lib.* 1. *num.* 13. *ff. de legat.* 2. Et ibi (etiamſi non grauetur) Beroi. *hic num.* 24. putat hæc vltima verba non eſſe Bernardi gloſſatoris, ſed deſumpta ex Hoſt.

10 In gloſſa magna, verbo, *mandatum*, ibi, *& optimè habes quòd proteſtatio, &c.* Notatur ad hoc quòd non eſt neceſſaria proteſtatio cùm aduerſarius non reperitur, vt per Tiraquel. *de retractu lig.* §. 9. *gloſ.* 3. *num.* 20.

11 In ead. gloſ. ibi, *niſi proteſtatio, &c.* Notatur ad hoc quòd ille, qui eſt impeditus, debet proteſtari de impedimento, vt per Afflict. *deciſ.* 50. *n.* 3. Menoch. *conſ.* 100. *n.* 118. quicquid dicat Cald. Pereira *de renouat. q.* 5. *n.* 23. *& q.* 7. *n.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula*, Si preces veritate nitantur, *in reſcripto Apoſt. ſubintelligitur, & ſi reſcriptum prohibet cauſæ cognitionem, eſt de falſitate ſuſpectum.*
2 *Dictio, & aliquando exponitur pro diſiunctiua,* vel, *ratione ſubiectæ materiæ.*
3 *Periurus an priuetur beneficio per ſententiam.*
4 *Per renuntiationem amittit quis beneficium.*
5 *Papa, quamuis non facilè nec frequenter faciat, poteſt definire, & exequi.*
6 *Litteræ obtentæ contra ſtylum Rom. Curiæ non cenſentur à Papa conceſſæ.*
7 *Dictio* præcisè, *habet vim ſpecialis derogationis, & ſignificat ſine vlla exceptione.*
8 *Clauſula*, ſi preces veritate nitantur, *intelligitur in qualibet gratia, & in omnibus precibus, & in quolibet reſcripto etiam Regis.*
9 *Reſcriptum Papæ, vel Regis intelligitur ſecundùm ſupplicationem.*
10 *Reſcriptum, vt valeat oportet fieri ſpecificam mentionem de ſtatu cauſæ.*
11 *Reſcriptum vbi copulat duo ad eundem effectum ſufficit vnum probare ob cuius probationem obtineri poſſet.*

Cap. Ex parte. II.

1 CLauſ. *Si preces veritate nitantur*, in reſcripto Apoſt. ſemper ſubintelligitur, licèt non apponatur in litteris. Colligunt ex Ordinat. Abb. antiq. Anchar. Zabarel. Collect. Barbat. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Panorm. Bald. Felin. Dec. Ripa, Mantua, Butr. Innoc. Henric. Boich. Martin. Vranius, Didac. Sahagun, Compoſtel. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag.* 27. Alagona *in compend. iuris Canonici pag.* 10. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1 *&* 2. *& tom.* 2. *repetitionum in Iure Canonico ad* 1. *Decretal. librum*, Ant. Burgos, refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 1. *tit.* 2. *cap.* 2. & eſt poſt Concil. Lateranen. *part.* 7. *cap.* 18.

2 *Et perpetuò.*] Notatur ad hoc quòd dictio, & aliquando exponitur pro diſiunctiua, *vel*, ratione ſubiectæ materiæ, vt per Octauian. Vulpell. *de præpoſitionum & aduerbiorum ſignificat. in dict* &, *num.* 2. Portoles *de conſortibus*, *cap.* 1. *num.* 30. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 3. *num.* 14. Cened. *pract. quæſt. ſing.* 50. *num.* 7.

3 *Amoueretur ab ea.*] Ex hoc text. paſſim colligunt Doctores priuari quem beneficiis obtentis ob crimen periurij, quod intelligi debet de vero, & proprio periurio, nempe de aſſertorio, in quo veritas non datur, & in alicuius iniuriam, ſeu præiudicium factum fuit, non ita de periurio ſecundùm quid, quando ſcilicet aliquis temerariè, turpiter, & iniquè iurat; de quo tamen vide quæ dicam *ad cap. querelam* 10. *de iureiur.* vbi latè, ſed interim conſule Dec. & Rip. *hîc*, Villalob. *tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 4. *tit.* 1. *num.* 184. *pag.* 451. Caſſan. *in conſuet. Burgund. rub.* 11. §. 12. *verbo, pource que ſouuent, num.* 33. *cum ſeqq.* Clar. *in* §. *periurium, num.* 4. Rebuff. *ſibi contrarium in praxi tit. de modis amittendi beneficia, num.* 58. Maiol. *de regul. lib.* 5. *cap.* 33. Guttier. *can. lib.* 2. *cap.* 5. *à n.* 65. Bernard. *in pract. cap.* 95. *in nouiſſ. impreſſ.* vbi Salzed. *lit. C.* Mandoſ. *de ſignatura gratiæ, tit. de priuat. verſ. impetratur etiam*, Flamin. *de reſignat. lib.* 4. *quæſt.* 5. *num.* 12. *& lib.* 5. *quæſt.* 6. *num.* 64. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 11. *cap.* 12. *quæſt.* 9. *&* 10. *& part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 18. Menoch. *de arbitr. caſu* 319. Soar. *de Relig. tom.* 2. *lib.* 3. *de iuram. cap.* 19. *num.* 21. Sayr. *in clauì Regia, lib.* 5. *cap.* 9. *num.* 9. Nicol. Garc. *de beneficiis, part.* 11. *cap.* 10. *num.* 167. Camill. Borell. *in ſumma omnium deciſ. tit.* 62. *num.* 23. Hinc fit vt aſſerant grauiſſimi Doctores ſignaturam non dare pro periurio priuationem beneficiorum niſi periurium ſit iudiciale, Staphil. *de litteris gratiæ tit. de variis modis vacat.* §. *quando quis veniat priuandus beneficio, num.* 8. Rebuff. *de pacif. poſſeſſ. num.* 268. *aliàs* 221. Maiol. *de irregul. lib.* 5. *cap.* 33. *num.* 2. Farinac. *in praxi crimin. part.* 5. *quæſt.* 160. *n.* 191. Nicol. Garc. *d. c.* 10. *num.* 168.

4 *Perpetuò illi renuntiaſſe.*] Igitur per renuntiationem amittit quis beneficium, vt notant Abb. & Doctores communiter hîc multipliciter declarantes, ſed text. hîc non probat hanc ſententiam, quia inſimul, & copulatiuè agit de periurio, & renunciatione, vnde melius deduces ex *c. ex tranſmiſſa*, cum aliis, *de renunciat. & ex c. accepta* 3. *cum ſeq. de reſtit. ſpoliat.*

5 *Abſque cauſæ cognitione.*] Aduerte quòd Papa non dicit ſe non potuiſſe ſic ſcribere, ſed non credere ſic ſcripſiſſe, & ita denotat difficultatem & defectum intentionis, non verò impotentiam, vel defectum poteſtatis. Vnde colliges Papam quamvis non facilè non frequenter faciat, poſſe definire & exequi, ſicut & definitionem, vel executionem aliquando committere abſque cauſæ cognitione, & conſequenter abſque citatione partis, intelligendo verbum, *non poſſumus*, de quo *in c.* 1. *de cauſa poſſeſſ.* provt ibi declaraui. Nec enim ſatisfacit ſi cum Rip. *hîc n.* 38. reſpondeas text. procedere in beneficialibus, in quibus Papa longè maiorem poteſtatem habet, iuxta text. & ibi tradita *in c.* 2. *de præbend. in* 6. nam ſecundùm veriorem ſententiam (quam re maturè diſcuſſa veriorem iudico, licèt aliter olim tenuerim) Papa in illis non donatiuam, nec abſolutam, ſed diſpenſatiuam, & ſic eandem, quam in reliquis poteſtatem habet, & nouè alibi, & non ſemel ſcripſi.

Secundùm prædictum modum, &c.] In integra addun- 6
tur hæc verba, *& ſi aliter ſcripſimus, hoc ex nimia occupatione contingit.* Ex hoc text. colligunt paſſim Doctores litteras obtentas contra ſtylum Romanæ Curiæ, & quæ habent clauſulas deuiantes à conſuetudine, & ſtylo ſimilium reſcriptorum, veluti quia cauſæ cognitionem omnino tollunt, in dubio non cenſeri à Papa conceſſas, & conſequenter ſuſpectas eſſe de falſitate, notant *gloſ. vlt.* Abb. Doctores communiter *hic*, vt per Dec. *num.* 6. Felin. *à num* 17. Rip. *à n.* 31. Aym. *conſ.* 28. *num.* 5 Rebuff. *ad leges Galliæ, tom.* 3. *tit. de conſuet. artic.* 2 *gloſ.* 13. *à n.* 32. *cum multis ſequentibus.* Perez *ad l.* 1. *q.* 14. *col.* 3. *tit.* 21. *lib.* 3. *Ordin.*

Præcisè.] Hæc dictio habet vim ſpecialis derogatio- 7
nis, vt per Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſ.* 166. *n.* 46 & ſignificat, vt ſine vlla exceptione, & vt vulgò dicimus, ſine remedio, & ad vnguem, & diſtinctè, ac ſine conditione id fiat, vt per Tiraq. *in l. ſi vnquam, verbo, reuertatur, n.* 79. *C. de reuocandis donat.* Octau. Vulpell. *de præpoſitionum & aduerbiorum ſignif. in dict. præcisè, pag.* 80. & alia de hac dict. vide apud metipſum *de dict. vſufreq. dict.* 275.

Si preces veritate nitantur.] Notantur ad hoc quòd 8
hæc clauſula intelligitur in vnoquoque reſcripto, & mandato, quia in litteris Apoſt. ex mente concedentis ſemper ſubintelligitur & cenſetur appoſita, licèt non exprimatur clauſula huiuſmodi, vel conditio, *ſi preces veritate nitantur*, id eſt, ſi ita fuerit, vel ſi vera ſint, quæ in precibus, ſeu petitione referuntur, vt per Hippol. *ſing.* 153. Perez *ad l.* 1. *q.* 14. *tit.* 12. *lib.* 3. *Ordin.* Lancel. *de attent. part.* 2. *cap.* 20. *limit.* 11 *à n.* 4. Menoch. *conſ.* 103. *num.* 22. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1210 *num.* 3. Martam. *de clauſulis, part.* 2. *clauſ.* 71. *num.* 1. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel gloſ* 8 *in annot. n.* 22. Alex. Trentacinq. *var. lib.* 11 *de reſcriptis reſol.* 7. *num.* 1. *&* 2. Melch. Phœbos Luſit. *deciſ.* 41. *num.* 2. *&* 3. Marcheſ. *de commiſſionib. part.* 1. *pag.* 164. *num.* 155 *& pag.* 448. *num.* 3. *in vlt. impreſſ.* Et in qualibet gratia Marcheſ. *dict. part.* 1. *pag.* 573. *num.* 2. *& part.* 2. *pag.* 544. *num.* 3. Campan. *in diuerſorio iuris Canonici rubric.* 11. *cap.* 13. *num.* 193. Et in reſcripto etiam Regis, Marcheſ. *part.* 3. *pag.* 374. *num.* 13. Azeued. *l.* 4. *num.* 2 *&* 3. *tit.* 26. *lib.* 8. *nouæ recopilat.* Et in omnibus precibus, Marcheſ. *part.* 1. *pag.* 71. *num.* 225. Et appoſita ſemper cenſetur, licèt omiſſa fuerit ex conſuetudine, Perez *ad l.* 5. *verſ. quæro* 14. *ibi, tamen ex conſuetudine, tit.* 12. *lib.* 3. *Ordin.* Viral. de Cambanis *in tractatu clauſularum, pag.* 20. *num.* 2. *& vlt.* ita vt eam adiici opus non ſit, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.* 3. *num.* 268. *in princ.* quia reſcriptum 9
Papæ, vel Regis intelligitur ſecundùm ſupplicationem, Gregor. *l.* 26. *verbo, la pueſta, tit.* 11. *part.* 5. Menoch. *conſ.* 180. *num.* 1 *& de præſumptione, lib.* 2 *quæſt.* 29. *num.* 2. Surd. *de alimentis, tit.* 9 *quæſt.* 31. *num.* 84. *& deciſ.* 268. *n.* 15. *& deciſ.* 291. *num.* 15. *& conſ.* 281. *num.* 28. Perez *l.* 6. *verſ. quæro* 28. *tit.* 12. *lib.* 3. *Ordin. pag. mihi* 701. Gutier. *lib.* 3. *practic. quæſt.* 17. *à num.* 43. Cabed. Luſit. *deciſ.* 72. *num.* 1. *part.* 1. *& de patronatib. Regiæ Coronæ, c.* 41. *num.* 7.

Priorum

10 *Priorum literarum.*] Notatur ad hoc quòd, vt valeat reſcriptum, oportet fieri ſpecificam mentionem de appellatione, & ſic de ſtatu cauſæ, vt per Palat *in repet.c.per veſtras, notab.4.num.16. de donat.inter virum & vxorem.*

11 In gloſ.*Et perpetuò.*] Notatur ad hoc quòd vbi reſcriptum copulat duo ad eundem effectum, ſi alterius probatio ſatis eſt ad victoriam, ſufficit vnum probari, ob cuius probationem obtineri poſſit, vt per Abb. antiq. *hic num.* 1. Hoſt. *circa princ.* Ioan. Andr. *col.1. num.* 4. Bald. *col.2.num.4.verſ. & iuxta*, Anchar. *num.3.verſ.ſunt duæ*, Panorm. *col.2.num.6.verſ.& vt habeas*, Imol. *col.2.num.5.verſ.in gloſſ* 1.Dec.*col.4.num.12. verſ.quinta concluſio*,Felin.*col.19.num.23.verſ.fallit tertio*, Pauin. *de poteſtate Capituli ſede vacante Præl.3. num.* 25. *verſ. quandoque autem ponitur*, quos refert & ſ.quitur Rendina *in promptuario recept. ſent.tit* 103.*num.4.tom.*1. Vnum enim ex copulatis probare ſufficit, cùm alterum non eſt neceſſarium, Tiraq. *in tract. ceſſante cauſa, limit.*22.*n.*14.Vnde reſoluit Sanch.*de matrim.lib* 8.*diſp.* 21. *n.* 42. quòd quoties in reſcripto quocunque plures narrantur cauſæ copulatiuè, quarum aliquæ veræ ſunt, aliæ falſæ,ſpectandam eſſe cauſam, qua nititur reſcriptum,atque ea exiſtente vera, non obſtare cæterarum falſitatem.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum primum & non ſecundum valet,ſi in ſecundo per aduerſarium impetrato non fiat mentio de primo,& ſi primum fuit impetratum communi conſenſu partium, non valet ſecundum impetratum per alteram partem hoc tacito.*

2 *Reſcriptum ad lites poſterius non derogat priori ſuper eadem cauſa ad alios iudices impetratum in quo illius mentio non ſit.*

3 *Amplia,licèt res integra exiſtat,& lis per prius nullatenus ſit inchoata.*

4 *Reſcriptum ad lites poſterius,vt deroget priori debet mentionem facere omnium clauſularum notabilium, quæ eo continentur.*

5 *Reſcriptum poſterius non faciens mentionem prioris an ſit ipſo iure nullum, oſtenditur.*

CAP. Cæterùm. III.

1 PRimæ literæ commiſſionis ab vno litigantium obtentæ attenduntur, ſi in ſecundis ab altero obtentis non ſit de illis facta mentio. Si verò primæ de conſenſu partium ſint obtentæ, & deinde vna pars inſcia altera tacens conuentionem ſecundas obtinet alteri iudici cauſam committentes, hæc gratia eſt nulla. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Anchar. Zabar. Collect. Bellam.Io.Andr.Imola, Anania, Hoſt. Anch. Innoc. Panorm. Bald. Felin. Dec.Butr. Henric. Boich, Martin.Vran. Didac. Sahagun Compoſtel. Caſal.*in annot.* Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 28. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 11. remiſſiuè Ximen.*in concord. part.*1.*&* 2.*& tom.* 2. *repetitionum in iure Canonico ad* 1. *Decretal. librum.* Anton. Burgos, refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decretal.lib.*1.*tit.* 2. *cap.* 3. & eſt poſt Concil. Lateranen. *part.* 7. *cap.*9.

2 *Nec ſecundæ literæ, &c.*] Probat hic tex. non valere, nec priori derogare poſterius reſcriptum ad lites, in quo non fit mentio prioris ſuper eadem cauſa ad alios iudices impetratum, vt notant gloſ. & communiter Doctores *hic, gloſ. vlt. in princ. in cap.* 1. *gloſ. in cap. paſtoralis* 14. *hoc tit.* & paſſim alibi, vt per Palat. *in repet.cap per veſtras, not.*4.Rebuff.*ad leges Galliæ.tom.* 2. *ſub hoc tit.in præfat.à n.* 91. Garc. *reg.* 404. Menoch. *de arbitr. caſu* 202. *à num.* 64. Feder. Scot. *conſ.* 18. *in princ.lib.*3.*tom.*2. Put.*lib.*2. *deciſ.*379. Hieron. Fernànd. de Ottero *Roman. Incubrat diſp.* 3. *à princ.* me citato in hoc loco Ferentil. *in annot. ad deciſ.* 74. *Buratti lit. B.* Similis text.*in c.cùm dilecta, & in cap.cùm contingat, hoc tit.c.*2 *de dolo.* Ratio autem eſt,quia ſic impetrans ſuppreſſit verum, quod exprimere tenebatur, ſcilicet reſcriptum prius,id quod ſi fuiſſet expreſſum,veriſimile eſt ſuperiorem vel nullatenus, vel ſaltem notabiliter difficiliùs poſteriores literas fuiſſe conceſſurum, quia præiudicium infertur priori impetranti, qui fruſtratur ſuo reſcripto, quod non ſine labore & ſumptibus impetrauit, & cogitur ad poſteriores iudices litigare: inſuper qualis iniuria irrigatur prioribus,à quibus cauſa trahitur ad alios,contra *l.litigatores, in princ ff.de arbitris.*

Intellige & amplia primò, regulam ſupradictam 3
procedere licèt res integra exiſtat, & lis per prius nullatenus ſit inchoata, ex text. *in cap. tibi qui*, ibi, *licèt prius*, &c. vbi *gloſ. verbo, receptus, & in cap duobus*,ibi,*Si non appareat*, &c. vbi *gloſ. verbo impetrauerit, hoc tit.in* 6. quamuis *gloſ.*1. *hic in princ & gloſ. magna in cap.*1 *ſup.hoc tit.*& paſſim aliæ reſoluant per *cap.cum debitus* 53. ibi, *prius quàm*, *de appellat.* declarari text.in præſenti, & hodie vſque adeò attendendam eſſe præſentationem literarum, vt poſteriores licèt priorum mentionem non faciant, & ita ſubreptitiæ præualeant ſi ante priores fuerint præſentatæ iudicibus, & per eaſdem prior citatio facta ſit, quam ſententiam ſequuntur multi *in eod. cap. vt debitus*. & *d. cap.* 1. teſtatur hunc eſſe communem intellectum illius *cap.* Nau.*in cap. cùm contingat, hoc tit. tertia cauſa nullitatis, num.* 1. Sed text. ille nihil facit, ſicut nec etiam facit *c.capitulum, tit. hoc*, ibi, *prius mandatum*, &c. Et ibi, *reportauit.* Nam reiecto intellectu gloſ. *ibid.* qui fuit communis antiquorum, vt per gloſ. *d. verbo, receptus*, verius intelligitur text. ille iuxta eandem gl. & Felin. *in d. c. capitulum, num.* 5. Bernard. *reg.* 443. communem dicentes ſi aduertas text.non agere de prioſi præſentatione, ſed de priori impetratione, & illam particulam, *prius*, non accipi tanquam aduerbium callificans verbum reportauit,quaſi text.loquatur de eo, qui priori loco reportauit mandatum, ſed magis tanquam nomen callificans particulam *mandatum*, quaſi dicat, qui mandatum prius,ideſt, priori loco impetratum reportauit.

Secundò intellige, & amplia non ſufficere prioris 4
reſcripti ſimpliciter,& abſolutè in poſteriori mentionem fieri,ſed omnium clauſularum notabilium, quæ in eo continentur, idque intendunt *cap. cùm dilecta* 22. *in princ hoc tit.*Felin.*hic num.* 5. Menoch. *de arbitr. caſu* 202 *à num.*69. Molin.*de primog lib.*4 *c.*4.*num.*31. Vnde ſi prius reſcriptum communi vtriuſque partis conſenſu impetratum fuit, id ipſum in poſteriori ab altera tantùm obtento exprimi debet, iuxta hunc text. iuncta *gloſ.verbo de commiſſione*, quam probant omnes *hic*, & *in c.ex litteris, de offic. deleg.* vbi Felin.*n.*3. Menoch. *vbi ſup num* 62. Item & litis ac proceſſus cuiuſcunque ſuper primo reſcripto pendentis mentio requiritur in poſteriori,ne alioquin ſit ſubreptitium, & inualidum. *c.inter monaſterium,de re iudic* late Palat. *in repet.c. notab.* 4.*à prine.* Lancel.*de attent part.*2.*c.*4.*n.*630. Menoch.*vbi ſup.à n.*4.

Obtinet alicuius roboris firmitatem.] Ergo reſcri- 5
ptum poſterius non facta mentione prioris, ſicut & quodcunque aliud ad lites, ſubreptitium eſt ipſo iure,nec requiritur quòd pars aduerſa contra illud excipiat, aut alleget, Panorm. *hic num.* 11. & 2c. intendit

tendit Berol. *in c. super literis, hoc tit. lect. 2. num. 10.* nam supradicta verba potentiam alicuius roboris vniuersaliter negant, ex traditis per Tiraq. *in l. si vnquam. verbo, reuertatur, num. 140. & 225.* Verùm licèt hæc sententia in rescriptis Gratiæ absque dubio ab omnibus admittatur; in his tamen, quæ iustitiæ sunt, & ad lites conceduntur (licèt in puncto iuris verior sit communiter tamen saltem in praxi reprobatur per *glos. vlt. verſ. tu dicas, in c. ad audientiã 11.* vbi Felin. *n. 17. hoc tit.* Nau. *in d. c. cum contingat, hoc tit. 1. causa nullit. n. 3.* Menoch. *d. casu 201. à n. 2. & n. 17. & 20.* Bernard. *reg. 444.* Cassad. *decis. 1. & 2. hoc tit* Put. *decis. 240. num. 9. & decis. 241. lib. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Papa si mandat in rescripto de duobus inquiri alternatiuè ad certum effectum consequendum sufficit alterum probari.*

2 *Sacerdotis filius potest dici ille, qui natus est ante patris Sacerdotium.*

3 *Rescripto, vel dispositione vbi duo, vel plura sub disiunctione, seu alternatiuè proponuntur, sufficit quodcunque ex illis in quo rescriptum verificatur.*

4 *In dictione disiunctiua ad verificationem illius sufficit alteram partem esse veram.*

5 *An text. procedat solummodo in disiunctione alternatiua affirmante, ostenditur.*

6 *Argumentum à similibus validum est si per omnia sint conuenientia, aut saltem conueniant in eo de quo agitur.*

CAP. Inter cæteras. IV.

1 PApa quando in rescripto mandat de duobus inquiri disiunctiuè ad certum effectum consequendum, sufficit alterum probari. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collet. Barbat. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Host. Anchar. Innoc. Panorm. Bald. Felin. Dec. Ripa, Butr. Henric. Boich, Martin. Vranius, Didac. Sahagun, Viuian. *in rationali libri primi iuris Pontificij pag. 30.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 11.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2. tom. 2. repetitionum in iure Canonico ad 1. Decretal. librum*, Anton. Burgos, refertur ab Ant. August. *collect. 1. Decretal. lib. 1. tit. 2 c. 4.* & est post Concil. Lateranen. *p. 41. c. 1.*

2 *Filius Sacerdotis, & in Sacerdotio genitus.*] Apertè insinuat text. Sacerdotis filium dici eum, qui natus est ante patris Sacerdotium, aliter enim satis foret in proposito dicere & probare filium esse Sacerdotis, & frustrà adiiceretur onus probandi fuisse genitum in Sacerdotio, vt notant Abb. *in princ.* Dec. *num. 3.* Rip. *num. 13.* & alij *hic*, idem probat *cap. ad extirpandas, de filiis præsbyt.* ibi, *filij præsbyterorum*, & ibi, *siue geniti sint in Sacerdotio, sine non*, Cened. *pract. & canon. q. lib. 1. q. 16. num. 15.* Nam, vt aduertunt Abb. Dec. Rip. & alij *hic in princip.* licèt regulariter, & à communiter accidentibus secundùm communem loquendi vsum filij Sacerdotum, & in Sacerdotio geniti censeantur illegitimi, iuxta hunc text. & ferè per tot. *tit. de filiis presbyt.* nihilominus tamen in rigore, & ex vi argumenti non valet hæc consequentia, est filius Sacerdotis, ergo in Sacerdotio genitus; sicut non sequitur, est filius Sacerdotis, & in Sacerdotio genitus, ergo illegitimus, datur enim instantia in multis casibus de quibus per Dec. *n. 5.* & Rip. *à n. 7. hic*, iuuat Concil. Trid. *sess. 25. de reform. c. 15.* ibi, *filij Clericorum, qui non ex legitimo nati sint matrimonio.*

Quodcunque istorum constiterit] Igitur vbi in rescripto, vel dispositione duo, vel plura sub disiunctione, seu alternatiuè proponuntur, sufficit quodcunque ex illis in quo huiusmodi rescriptum, vel dispositio verificatur, vt notauit glos. 2. & Doctores *in cap. 2. sub hoc tit.* tradunt Dec. & alij *in l. in eo, §. vbi verba, ff. de regulis iuris*, Ias. & communis *in l. cùm quadam, C. de verb. signific.* Duen. *reg. 235.* Staphil. *de literis Gratiæ forma 6. n. 6.* Mandos. *ad reg. 27. Cancel. q. 18. n. 3.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3 præs. 45. n. 24. & præs. 90. num. 5* quia in dictione disiunctiua ad verificationem illius sufficit alteram partem esse veram, vt per Rebuff. *in comment. ad l. ostenditur 38. ff. de verb signif. verſ. aut. pag. mihi 108. in fine*, Cened. *pract. sing. 6. n. 2.* & de dictionis disiunctiuæ vi, & effectu vide Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 5. c. 27. per totum.* 3 4

Sub disiunctione, &c.] Licèt Abb. *not. 2.* Cardin. & Bellam. *hic in fine.* Ias. *num. vlt. in l. cùm quidam, C. de verb. signif.* & Rebuff. *in l. sæpe, in princ. ff. illo tit. & tom. 2. ad leges Galliæ sub hoc tit. in præfat. num. 61.* Mascard. *de probat. concl. 1123 n. 11.* intelligant, & limitent hunc text. & similes procedere tantùm in disiunctione alternatiua affirmante, veluti in exemplo de quo hic, & similibus, vbi disiunctio ponitur inter duo, vel plura, quæ affirmantur, secus verò si disiunctio ponatur inter duas, vel plures negationes, scilicet si illud, aut illud factum non fuerit, in hac putant oportere vtrumque non fieri, per text. *in l. si quis ita 129 in fine, ff. de verb. oblig. & in l. si is qui, §. 1. verſ. vtrum, ff. de reb dub.* Nihilominus tamen longè veriùs videtur in proposito nullam esse differentiam inter has alternatiuas, vt obseruant Dyn. Ias. Andr. Franch. & alij *in reg. in alternatiuis. de regul. iur. lib. 6.* Imol. *ad finem*, Felin. & Dec. *hic n. 6.* Bart. & alios *in d. l. si quis*, Gerad. *loco 108. verſ. & istud. verum*, Put. *lib. 1. dec. 47.* & alij, secundùm quos sicut ad veritatem alternatiuæ affirmantis, & vt verificetur dispositio, quæ sub ea concipitur, satis est vnum fieri quamvis alterum non fiat, quia verum est dicere illud, aut illud factum esse, vbi alterum ex his factum est, sic ad veritatem alternatiuæ negantis, vt verificetur dispositio illam habens, sufficit vnum non fieri, quamuis alterum factum sit, vt satis probant *d. l. si quis ita, & d. l. si is qui, §. 1. verſ. vtrum*, in quibus ea differentia omnino reprobatur, & tam in alternatiua affirmante, quàm in negante sufficit vnum in illa affirmatiuum, in hac verò negatiuum. 5

Et idem in similibus iudicandum est.] Præcipuè si similia per omnia sint conuenientia, vel saltem conueniant in eo, de quo agitur, ita Thom. de Thomasetis *in floribus legum reg. 43.* Brunor. à Sole *in locis communibus, verbo, argumentum 4.* Surd. *cons. 200. num. 15. & cons. 259. num. 27.* Bertaz. *in repet. l. si quis maior. C. de transact. num. 761.* Non probata enim similitudine in eo de quo agitur, fragile est argumentum à simili, Socin. *reg. 47.* Surd. *de alimentis tit. 9. quæst. 1. num. 7.* Seraphin. *de primlegiis iuramenti, priuil. 85. num. 103. & seq.* quamvis daretur parua dissimilitudo, Bertaz. *vbi proximè num. 762.* Mar. Antonin. *var. lib. lib. 3. resol. 39. num. 34.* Cætera de argumento à simili pete ab Euerardo *in topicis legalibus loco 10.* Cantiunc. *loco 11.* Petr. Andr. Gambar. *in dialectica legali, lib. 2. loco à simili*, Cardin. Tusch. *practic. concl. tom. 1 lit. A. concl. 507. num. 29. & 30.* & ab allegatis *in libello de principiis vtriusque iuris litt. A. num. 221.* 6

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Reſcripto Papæ debet parere is ad quem illud dirigitur, vel cauſam rationabilem aſſignare quare parere non poteſt.*
2 *Præceptum ſuperioris iniuſtum nullo modo eſt exequendum, & tenetur illud impediens ſecundum iuſſionem expectare.*
3 *Inobediens dicitur qui iure contendit.*
4 *Dolo facere non videtur qui legib. & ſtatutis obtẽperat.*
5 *Obedientia eſt nauigatio tuta.*
6 *Reſcripta ob importunitatem petentium conceſſa non ſunt exequenda.*
7 *Princeps quandocunque per nimiam importunitatem potentium non concedenda concedit, videtur conceſſio ſubreptitia.*

CAP. Si quando. V.

1 REſcripto Papæ debet parere is, ad quem illud dirigitur, vel cauſam rationabilem aſſignare, cur non pareat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Barbat. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Imol. Hoſt. Anchar. Innoc. Panorm. Bald. Felin. Dec. Ripa, Butr. Henric. Boich, Martin. Vran. Didac. Sahagun, & D. Nauar. ſuper hunc text. relectionem fecit *tom. 2. ſuorum operum*, Cened. *collect. 3.* Viuian. *in rationali libri primi iuris Pontificij, pag. 30* Alagona *in compen. iuris Canonici pag. 11.* remiſſiuè Ximen. *in concord. n. 1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decretal. lib. 1 tit 3. c. 5.*

2 Probat hic text. quòd præceptum ſuperioris vbi iniuſtum, durum, ſeu aſperum apparet, vel ex eo ſequitur abſurditas, ſcandalum, vel inconueniens, nullo modo eſt exequendum, & tenetur illud impediens ſecundum iuſſionem expectare, vt per Cou. *pract. cap. 36.* latè Flamin. Carthar. *de execut. ſent. capto bannito. c. fin. ex num. 327.* Menoch. *de arbitr. caſu 334. num. 6.* Salgado *de protect. Reg. tom. 1. p. 42. cap 6. num. 58* Ioan. Baptiſta Fin. *de regulis iuris omel. 33 verſ. benigniſſima*, Padil. *in l. cauſas, n. 4. C. de tranſact.* Roder. Xuar. *alleg. 12. num. 49. & 50. in l. poſt rem iudicatam, caſu 12. per totum*, Marant. *diſp. 1. n. 19.* Boſſi. *in praxi crimin. tit. de homicid num. 96. cum ſeq.* Neuizan. *in ſylua nupt. lib. 6. num 49.* Clar. *§ fin. q. 60. num. 16. verſ. quæro modo, & q. 97. num. 3.* Ioan. Segura Danalos *direct. iudicum Eccleſiaſt. p. 2. cap. 3. ex num. 3.* Hired. *de incompat. benef. part. 1. c. 21. num. 5.* Perez *l. 29. gloſſ. 1. verſ. vnde contra prædictum tit. 4. lib. 2. Ordinar.* Azened. *l. 14. num. 33. cum ſeqq. tit. 3. lib. 1. nouæ recop.* Bobadil. *in ſua politica, lib. 1. cap. 13. num. 47.* plures refert VValdeſ. ad Xuar. *ad leges Regni, §. eſt alius caſus, notab. 12. verſ. aliud eſt euidenter pag. mihi 100.* optimè Iacob. de Graffis *in deciſion. aureis, part. 1. lib. 2. cap. 10. à num. 21.* vbi *num. 23.* aſſerit huius text. concluſionem videri procedere in iudice, qui cauſæ cognitionem adhibere debet, alios citat Cened. *ad Decretal collect. num. 2.* vbi *num. 3.* tenet quòd peccat obediens mandato iniuſto.

Rationabilem cauſam, &c.] Collige ex text. executorem ſuperſedentem in executione alicuius rei teneri reſcribere ad illum à quo executio delegata eſt, eidémque oſtendere rationem propter quam in executione non procedit; idem colligitur ex *auth. de mandatis Principum §. deinde competens, collat. 1. & in auth. vt nulli iudicum, §. & hoc collat. 9.* facit tex. *in cap. paſtoralis, 8. de fide inſtrumentorum*, tradunt omnes in præſenti, *in c. cùm teneamur: infrà de præbendis, gloſſ. vlt. in cap. 2. de filiis presbyterorum*, poſt alios Palat. *de beneficiis in Curia vacan. §. 4. cum ſeqq.* Sylueſt. *verbo obedientia, num. 5.* Soar. *alleg. 12. num. 50.* Couar. *practicarum, c. 35. num. fin. & in reg. peccatum p. 1. in princ n. 5.* Padil. *in l. cauſas num. 4. Cod. de tranſactionibus*, Cened. *in Decretal collect. 3.* Nec obſtat text. *in cap. de cætero, de ſententia, & re iudicata*, quia reſpondetur quòd licèt in illius ſpecie ab executore, de quo *ibi*, referantur exceptiones à parte oppoſitæ ad ipſum delegantem, vt per eundem terminentur, id tamen non tollit quominus poſſit & teneatur, conſiderans rem reſcribere deleganti, ſi intelligat in executione ſibi commiſſa dari iniuſtitiam, imminere ſcandalum, vel malum aliquod contra bonum publicum, exponendo eidem cauſam rationabilem, per quam mouetur delegantem certiorem reddere, vt ille vel malum reuocet, vel per ſecundam iuſſionem inbeat fieri executionem. Nec etiam obſtat quòd text. in præſenti agere videtur de mandato in quo aliquid ſuppreſſum, aut expreſſum non fuit, patet ex fine illius, ibi, *prauâ inſinuatione ſuggeſtum*, idque in ſpecie apertè ſupponit Gloſſ. & omnes in præſenti; conſtat autem executorem, ad quem dirigitur reſcriptum ſubreptitium, poſſe & debere pronuntiare illud eſſe omnino irritum, & in totum reiicere, nec teneri cauſam ob quam non exequitur, exprimere ſeu reddere deleganti, vt probat text. *in cap. reſcripta 22. quæſt. 5. & in cap. ſuper literis 20. in fine. hoc titul.* quia reſpondetur quòd verba illa huius text. ibi, *prauâ inſinuatione ſuggeſtum*, non cuincunt text. agere de reſcripto ſubreptitio, quod ad partis petitionem emanare ſolet, iuxta reg. text. *in d. cap. ſuper literis*, eo quòd text. hic loquitur abſolutè de reſcripto, patet ex principio, ibi, *ſi quando aliqua*, &c. quin in initio text. neceſſariò ſupponit validitatem reſcripti de quo agit, & ſuper quo vult vt reſcribatur, prout manifeſtè colligitur ex fine illius, ibi *patienter ſuſtinebimus*, &c. Quæ quidem patientia neceſſariò ſupponit mandatum mero iure validum, aliàs enim diceretur ſimpliciter, ne mandatum exequeretur, iuxta text. *in c. ad aures. infrà hoc tit.* Ad eundem modum intelligendus eſt text. *in dicto cap. cùm teneamur* ibi, *niſi forte*, &c. iunctis inferioribus verbis, ibi, *æquanimiter ſuſtinemus*, &c. vt procedat in terminis habilibus, & ita agat de mandato valido ſecùndùm iuris rigorem, veluti quia abſque partis petitione, vel licèt cum illa, valida tamen, & ſine ſubreptitione propter aliquam clauſulam, vel modum legitimum per quam ſecundum ius ſubreptio tollitur, Pontifex mandauit conferri beneficium habenti aliud ſufficiens, de quo mentio facta non eſt, cui tamen ſine ſcandalo prouideri non poterat: iuxta quæ explicabis text. in præſenti locum habere, ſiue ad partis petitionem, ſiue abſque illa motu proprio mandatum exequi iubeatur, ſi quidem in vtroque caſu procedit ratio ſupradicta.

Patienter.] Notatur ad hoc quòd qui iure contendit, non dicitur inobediens, vt per Menoch. *conſ. 28. num. 19.* dolo enim facere non videtur, qui legibus & ſtatutis obtemperat, ſed iuſtè agit. Tull. *lib. 1. de legibus*, Iuſtitia eſt obtemperare legibus ſcriptis, & inſtitutis populorum, quinimo dicebat Marcus Curt. vt refert Valer. Maxim. *lib. 6. c. 3.* non eſſe opus eo ciue Reipub. qui parere neſciret. Vnde Ioan. Climac. *cap. 4.* dicit obedientiam eſſe nauigationem tutam, ipſa enim etſi mare & fluctus pugnent, & intumeſcant, nihilominus dormitans in naui incedis; ſic qui non ſibi, ſed aliis obedit, ſine cura erit, totum enim ſe gubernanti committit, atque pericula ignorat.

Quæ animum tuum exaſperare videntur.] Hæc verba non ſatis verificantur in ſola iniuſtitia mandati, quam

quam ordinarius ex priuata scientia cognouerit, sed videntur requirere, & præsupponere graue aliquod scandalum, vt *in c. cùm teneamur, de præbendis*, vel notabile malum, præsertim publicum, itavt maius damnum timeatur ex mandati executione, quàm sit bonum ex ea prætensum, idque non ita contingere videtur in terminis *c. pastoralis, §. quia verò, de officio delegati*, vbi sola proponitur iniustitia quam Ordinarius ex priuata scientia nouerat. Deinde dici potest text. *in d. §. quia verò*, non cogere Ordinarium, vt præcisè exequatur, nec excludere, quin potiùs admittere rescribendi facultatem concessam in hoc tex. idque satis colligitur ex vlt. verbis *d. § quia verò*, ibi, *nisi apud eum*, &c. nam dum Ordinarius in hoc text. rescribit, & superiorem certiorem reddit, conatur, & prætendit apud illum eximere se ab huiusmodi executionis onere.

Ibid. in eod. text. ibi, *quare adimplere non possis.* Dubium est vtrùm rescribens, & differens executionem mandati incurrat pœnam, vel censuram in eodem mandato appositam? Pro parte affirmatiua faciunt verba huius text. dum dicunt posse suspendi executionem quando rescriptum est subreptitium, patet ibi, *quia patienter sustinebimus si non feceris, quod prava nobis fuerit insinuatione suggestum.* quibus verbis Pontifex ita solùm admittit impunitatem si constiterit rescriptum subreptitium fuisse, ac proinde alio casu, licèt iusta causa differendi executionem proponatur? pœna incurretur si executio mandati retardetur. In contrarium est text. *in c. cùm teneamur, de præbend. lib. 6.* ibi, *aut si non poterit*, &c. quæ verba alternatiuè prolata respectu præcedentium procedunt in mandato de prouidendo, quod subreptitium non est, & tamen text. impunitatem concedit, patet ibi, *æquanimiter sustinemus*, & ita hanc opinionem tenuit. Abb. *num. 2.* Zabar. *q. 1.* Rip. *n. 17.* & alij in præsenti, Marant. *disp. 1. num 19.* Pro quibus facit quia rescribens procedit legis auctoritate, ex *d. cap. cùm teneamur*, ac subinde succedit reg. text. *in cap. qui peccat 23. q. 4.* insuper licèt non exequatur, nihilominus tamen dicitur obtemperare rescribendo, provt aduertit Perez *l. 1. tit. 12. lib. 3. Ordin.*

6 In glos. *Qualitatem negotij.*] Nota quòd rescripta ob importunitatem petentium concessa non sunt exequenda, idque velle concedentem præsumitur, Azeued.
7 *d. l. 14. n. 44.* quia quandoque per nimiam importunitatem petentium Princeps non concedenda concedit, videtur rescriptum subreptitium, Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 5. c. 13. quæs. 9.* & omnia sic obtenta non debent valere, Sanch. *de matrim. lib. 4 disp. 7. num. 4 vers. & meliùs*, Ant. à Sousa *in relect. de censuris Bullæ Cœnæ Dom. ini c. 14. disp. 76. n. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Cistercienses sunt priuilegiati quòd non possint conueniri per rescriptum Papæ, nisi in eo fiat mentio de eorum ordine.*
2 *Rescriptum impetratum, vel concessum, non præiudicat causæ priuilegiatæ, nisi de ea fiat specialis mentio.*
3 *Rescriptum non est adimpletum in præiudicium tertij.*
4 *Rescriptum Principis præsumitur noluisse auferre ius tertij.*
5 *Feudalia bona non veniunt in rescriptis simpliciter impetratis nisi de eis specialis mentio facta sit.*
6 *Concordatur text. in præsenti cum cap. sub hoc tit.*
9 *Conditio personæ, contra quam rescriptum ad lites impetratur, narranda est in illius impetratione.*
10 *Exceptio quantumcunque notoria proponenda est.*
11 *Notorium allegandum est quamvis non probandum.*
12 *Priuilegium respectu fori adeo incompetentis non tenetur citatus venire ad allegandum.*
13 *Citatus ad forum notoriè incompetentem an venire teneatur, ostenditur.*
14 *Regularis notoriè exemptus citatus ab Ordinario, vt compareat in iudicio, non tenetur coram ipso comparere.*

CAP. Cùm ordinem. VI.

CIstercienses ita sunt priuilegiati vt rescripta, con- 1
tra eorum priuilegia obtenta, non teneant si de eis non faciant mentionem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Barbat. Bellam. Io. Andr. Imola, Anania, Host. Anchar. Innoc. Panorm. Bald. Felin. Dec. Butr. Henric. Boich. Martin. Vranius, Didac. Sahagun. Compostel. Cened. *collect. 151.* Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag. 31.* Alagona *in compendio iuris Canonici, pag. 12.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 2. Decretal. lib. 1. tit. 2. cap. 2.*

Non facta mentione.] Notatur ad hoc quòd rescrip- 2
tum impetratum contra exemptum non valet in præiudicium ipsius exemptionis, si de ipsa in rescripto non fiat mentio, de quo vide Felin. *in cap. 1. n. 14. vers. tertiò restringe*, & Beroi. *num. 72. hoc tit.* Abb. *in c. ex parte lib. 1. num. 2.* & Socin. *num. 11. de priuileg.* Rebuff. *in praxi tit. differentiæ inter rescripta gratiæ & iustitiæ, ex num. 21.*

Notatur etiam ad hoc quòd rescriptum impetra- 3
tum, vel concessum non præiudicat causæ priuilegiatæ, nisi de ea fiat specialis mentio, vt per Garciam Girond. *de priuilegiorum, & exemptionum explicat. n. 282.* quia rescriptum non est adimplendum in præiudicium tertij, Azeued. *l. 1. n. 15. tit. 14 lib. 4. nouæ recop.* imò præ- 4
sumitur Principis rescriptum noluisse auferre ius tertij, Mascard. *de probat. concl. 1003 num. 22.* Cabed. Lusit. *decis. 93. n. 2. p. 2.* cùm in eo semper intelligatur clausula, *saluo iure tertij*, Brunor. à Sole *in locis communibus verbo rescriptum. n. 1.*

Notatur quoque tex. hîc ad hoc quòd in rescriptis 5
simpliciter impetratis non veniunt bona feudalia, nisi de eis specialis mentio facta fit, vt per Tiraq. *de retract. lig. §. 3. num 4.* Card. Pereira *de resol. emphyt. cap. 5. num. 66.*

Per eas minimè teneamini, &c.] *Gloss. 2.* & Doctores 6
res hîc intendunt propterea in hoc text. per speciale mandatum non derogari generali, cuius mentionem non faciebat, quia illud erat rescriptum ad obseruantiam iuris communis, hoc verò priuilegium, in quibus terminis non procedit *cap. 1. sub hoc tit. & reg. generi, de regulis iuris, l. 6.* idem obseruant *gloss. vlt. in d. cap. 1.* vbi post alios Bero. *num. 72.* & Rip. 74. Sed hæc explicatio difficultatem non tollit, nec illi satisfaciunt supradicti. Dicendum ergo mihi videtur Pontificem in præsenti non agere de priuilegio circa lites antea concesso his Monachis, sed de eo, quod de nouo hîc per hunc text. indulgetur ne cogantur respondere super his, de quibus hîc, apud iudicem delegatum per literas, quæ non facta mentione Cistercienfis Ordinis velut contra alios Monachos emanant, qui intellectus vltra literam constat apertiùs ex originali *tom. 2. Conc. inter decreta Alex. III. sub tit. de interpret. verborum, & rescript c. a. p. mihi 914.* vbi post relatam querimoniam Monachorum, qui multoties vexabantur apud huiusmodi legatos, Papa ante, *vers. contra*, subdit hæc verba, *Auctoritate Apost. vobis indulgemus, vt si contra vos*, &c. Vnde apertè constat

constat nouum hoc priuilegium à principio fuisse concessum sub forma & verbis de quibus hîc, & in eo tantùm consistere, quod Monachi huiusmodi super his, quæ illorum Ordini per Apost. Sedem specialiter indulta sunt, non coguntur respondere, nec possunt conueniri per litteras ab eadem Sede obtentas, in quibus de ipsorum Ordine mentio facta non fuerit: & ita iuxta hunc intellectum cessant omnino difficultates, quæ in hac materia adduci poterant, siquidem Papa hîc non requirit, quod litteræ speciales faciant mentionem priuilegij generalis, sed Ordinis Monachorum contra quos emanant.

7 Ex his ergo iuxta prædictum intellectum notabis primò rectè procedere sententiam *glos. 1. hic in princ.* quæ communiter recipitur, dum docet hunc text. non habere locum vbi Monachi huiusmodi conueniuntur super rebus, quæ illorum Ordini à Sede Apost. specialiter indulta non sunt, etenim in his nullum his conceditur priuilegium, vt constat ex littera, & verbis conditionalibus: ibi, *si contra vos super decimis*, &c. Secundò notabis priuilegium, de quo eadem *glos. 1. vers. præterea*, nullibi reperiri in iure, contineri tamen in hoc text. aliud strictius, & sub forma multò magis restricta. Terriò notabis secundùm Abb. & communem *hic* Beroi, Rip. & alios *vbi sup.* in hoc text. non requiri mentionem priuilegij his Monachis concessi, sed tantùm Ordinis eorundem, vt euincunt forma & tenor priuilegij, quæ strictè seruari debet, *cap. porro 7. cum sequent. infra de priuil.* Quicquid controuertat Dec. *hic num. 3. & in d. cap. 1. num. 11.* & resoluat *glos. vltim. vers. si verò rescriptum*, quæ loquitur contra hunc text. ibi, *non facta mentione Cistercienfis Ordinis, nisi illam intelligas iuxta supradicta.* Quartò notabis similiter non probari sententiam Bald. *in hoc text.* & Dec. *dict. num. 3.* & Rebuff. *de priuilegiis Schol. priuil. 91.* ac aliorum, vt per Tiraquel. *de retract. lig. §. 1. glos. 3. numero 4.* dum per hunc text. resoluunt Scholarem, vel similes habentes iudicem specialem, ex priuilegio non teneri respondere apud iudicem delegatum per litteras, in quibus de illis mentio habita non fuerit; licet enim hæc sententia, quam & probat Valasc. *cons. 79. num. vltim.* in se vera ostendi posset, ex eo quod facta huiusmodi mentione Princeps vel nullas, vel longè difficilius ad alios iudices literas concessisset, & ita succedit *regul. cap. postulasti, &c. super literis, hoc tit.* nihilominus non probatur in hoc text. qui agit de priuilegio specialiter concesso sub tali forma, quæ huiusmodi mentionem Ordinis prærequirit, & in eo tantùm consistebat priuilegium, quod scriptis futuris formam præscribebat, vt intendunt Abb. & Doctores communiter *hic.* Sanè priuilegium hoc non habent scholares, & similes, quia licet speciales indices habeant ex indulgentia iuxta *auth. habita, C. ne filius pro patre*, nullibi tamen eisdem indultum est priuilegium ne cogantur respondere, aut ne conueniri possint per litteras, in quibus de illis mentio facta non fuerit. Quintò & vltimò notabis ex hoc text. secundùm ius commune valere litteras contra alios Religiosos impetratas, etiamsi de ipsorum Ordine mentio facta non fuerit, vt notant Abb. Dec. *numero 2.* & alij in præsenti, quorum sententia suadetur ex hoc text. per argumentum à speciali, aliter enim frustrà quererentur Cistercienses, & superfluum foret priuilegium de quo hîc, quicquid dicat Bellam. hic, *numero 3.* cuius sententiam obseruat stylus Curiæ, secundùm quem si actor, vel reus, cui, vel contra quem litteræ conceduntur Religiosus sit, mentio de Ordine est facienda, ex Host. & Collect. *in præsenti*, & agnoscit practica Cancellariæ *pag. parua 38. vers. debet, in fine.*

In glos. *Super decimis 3. in princip.* multum commendatur à Palat. *in repet. c. per vestras, notab. 4. n. 22. vers. nec est, de donationib. inter virum & vxorem.* 8

In glos. *Non facta mentione*, ibi *suppressio enim dignitatis*, &c. Notatur ad hoc quòd in impetratione rescripti ad lites conditio personæ, contra quam rescriptum impetratur, narranda est, vt per Menoch. *de arbitr. casu 202. n. 39.* itavt etiam ordo Scholasticus in rescripto nominari debeat, Rebuff. *de priu. scholarium, priuil. 91. à princ.* 9

In ead. glos. ibi, *& si sunt citati Monachi, debent venire priuilegium suum allegaturi.*] Hanc glossam in hoc sequuntur *hic* Felin. *num. 8.* Dec. *ad finem, & in c. si duobus, n. 14. inf. de appellat.* Ias. *in l. 2. n. 35. ff. si quis in ius*, post Alex. *ibi, n. 31.* Corset. *in sing. iurisditio*, Card. Tusch. *tom. 1. lit. C. concl. 244. & tom. 6. concl. 753. lit. P.* ex eo quia exceptio quantuncunque notoria proponenda est, Doct. per text. ibi *in cap. 2. vt lite non contest.* iuncta *glos. vers. vel dict.* plures, vt per Tiraq. *de retractu lig. §. 32 glos. 1. num. 97.* Clar. *§. vlt. quæst. 9.* Alciat. *de præsumpt. reg. 2. præs. 1. numero 33.* Menoch. *remed. 1. recup. 165.* tum quia notorium allegandum est, quamvis non probandum, ex glos. recepta, *verbo, alias, in Clem appellanti 5. de appel.* Cou. *in c. Raynutius. §. 11. num. 3. de testam.* Maranta *pag. 6. tit. de appellat. c. 142.* Viu. *tom. 2. comm. opin. 196.* Mascard. *de probat. concl. 1107. n. 7.* Surd. *cons. 211. n. 40. & cons. 540. n. 37.* Expenditur denique pro hac parte text. in præsenti si dicas Pontificem hîc non decidere Cistercienses ea de re vocatos minimè teneri respondere, quia notoriè priuilegiatos, sed ex eo quia literæ, per quas vocabantur, erant subreptitiæ, in quibus nulla fiebat mentio Ord. Cisterciensis, veritasque fuit suppressa talis, quæ si exprimeretur, Pontifex vel non concederet literas, vel saltem difficilius, iuxt. text. *in c. super literis 20. & c postulasti 27. inf hoc tit.* 10 11

Contrarium tamen defendunt glos. *verbo, conuocari, in cap. si Episcopus 3. quæst. 2.* glos. *verbo, nisi, in d. cap. si duobus*, vbi Bero. *num. 40.* communem dicens, Dec. *cons. 461. numer. 28.* Vant. *de nullit. tit. quoties, & intra quod tempus, num 26. & tit. ex defectu citationis, num. 24.* faciunt quæ Cou. *pract. c. 33. à n. 2.* Clar. *in §. fin quæst. 36. num. 5.* quam quidem opinionem intelligerem, quando scilicet priuilegium competit r. spectu fori adeò incompetentis, vt pro boni publici ratione non possit aliquatenus prorogari partium consensu, quia hoc casu nihil datur, cui iudicis potestas inniti valeat, vt priuilegiatum venire compellat. 12

Ad illam verò quæstionem, an citatus ad forum incompetens venire teneatur? respondendum est vocatum ad forum notoriè incompetens in illis, quæ notoriè ad vocantis officium non spectant, minimè teneri venire; secus verò quando notoriè est competens vel res est hinc inde æqualiter dubia, vide Sot. *de iustit. lib. 5. quæst. 7. art 8. in fine.* Marant. *de Ord. iudic. p 6 c. de sententia, n. 116.* Hyppol. *in rub. de probat. n. 115.* Menoch. *remed 9. recup. 8.* Cephal. *cons. 442. num. 47.* Cou. *var. lib. 1. c. 1. num. 10. in princ. & pract. c. 25. n. 2.* Perez *l. 1. verbo, Clericus à iudice, tit. 3. lib. 1. pag 59. & l. 1 vers. quaro sexto, tit. 2. lib. 3. Ord. pag. 490.* F. Eminan. *quæst. Regular. tom. 2. quæst. 59. art. 5. in princ. & tom. 1. quæst. 36 art. 4 col. 3 in princ.* Cabed. *part. 1. decis. 26 num. 6 cum seq.* Cened. *ad Decretal. collect. 151. num. 1.* Cardoso *in praxi iudicum, & aduoc. verbo, citatio, num. 29.* Sanch. *de matrimon. lib. 7. disput. 33. num. 23.* Bernard. Græu. *ad practicam Camera Imper. lib. 1. concl. 48. consid. 1. num. 2.* 13

Vnde

14 Vnde Regularis notoriè exemptus citatus ab Ordinario vt compareat in iudicio, non tenetur coram ipso comparere, Fr. Emman. *d. tom. q 63. art. 7. vers. 2. infertur.* Erasm. à Cochier. *de iurisd. Ordinarij in exemptos, p. 2. q. 6. n. 13.*

SVMMARIVM.

1 *Sede vacante si scribatur Capitulo, vel gerenti vices Episcopi, vt præbendam alicui conferat, si creatur Episcopus nondum executo mandato, & ad eum spectet collatio præbendarum, illud adimplere tenetur.*
2 *Præceptum impositum Capitulo, seu alij gerenti vices Episcopi, vt præbendam alicui conferat transit ad Episcopum.*
3 *Christiani noui, imo & ad fidem nouiter conuersi, non sunt vituperandi, sed honorandi propter adeptam sacri Baptismi dignitatem.*
4 *Honorari debet ab aliis, quem Princeps honorat.*
5 *Electus & confirmatus ante consecrationem an dicatur Episcopus, distingue.*
6 *Datæ tempus attenditur in rescriptis.*
7 *Beneficia duo differmia sub eodem tecto ex vi statuti, consuetudinis, aut dispensationis Episcopalis obtineri possunt.*
8 *Dictio,* nullatenus, *negat omnes casus, & omnem potentiam.*
9 *Datæ literarum quæ vtilia pariant, remissiuè.*

CAP. Eam te. VII.

1 LIteræ Papæ continentes quod Sede vacante Capitulum prouideat alicui de præbenda, si aliquis de præbenda deinde fiat Episcopus, idem dictam tenetur dare præbendam. Item in literis data debet considerari. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Barbat. Anch. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Host. Innocent. Panorm. Bald. Felin. Dec. Ripa, Butr. Henric. Boich. Martin. Vranius, Didac. Sahagun, Compostel. Viuian. *in ration. primi libri Iuris Pontif. pag.* 31. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 12. remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. August. *collect. 2. Decretal. lib 1. tit. 2. c. 3.*

2 Probat hic text. quod rescripto ad conferendum præbendam directo ad Capitulum Episcopi vices gerens, Episcopus postea creatus, ad quem præbendarum collatio pertinet, obtemperare debet, quia mandatum reale fuerat, ac proinde ad Episcopum tanquam successorem vt transeat, ratio postulat, vt per omnes in præsenti, vnde etiam Abb. *n.* 14. Felin. 16. & Ripa 144. & Panin. *de potestate Capituli Sede vacante, q.* 10. *p. 1. n.* 20. colligunt quod vbi scribitur Capitulo, seu alij gerenti vices Episcopi vt præbendam alicui conferat, literæ istæ, & præceptum transeunt ad Episcopum, refert Nicol. Garc. *de benefic. p. 1. c. 2. n.* 26. vbi *n.* 27. respondet obiectis. Item Felin. *eod. num.* 16. *circa princ.* quem citat Sbroz. *de Vicario Episcopi, lib 2. q. 64. n.* 5. tenet per hunc text. quod si Pontifex Max. scribat alicui extraneo, quod beneficium conferat loco & vice Episcopi, & hoc constet, vt si dicatur, tibi vices gerenti, tunc poterit conferre antequam superueniat collator, non autem eo superueniente.

3 *Pro eo verò quod Iudæus, &c.*] Tales enim ad fidem conuersi sunt honorandi propter adeptam sacri Baptismi dignitatem, & non vituperandi, vt per Montalu. *l. 2. gloss. tanadiz. titul. 3. lib. 4. fori,* Vaneg. *p. 1. tit. de las differencias de libros, lib. 3. del officio & vso de la razon. c. 9. pag.* 122. Soar. *commun. opin. tom. 1. lib. 1. tit. 16. n.* 17. *pag.* 212. & capax est beneficij Ecclesiastici qui à Iudæis originem ducit, vt per hunc text. fuit dictum in Rot. in Vlixbonen. quartenariæ 15. Ianuarij 1624. coram R. D. meo Coccino Decano. Non est enim distinctio Iudæi, & Græci, nam idem Dominus omnium dues in omnes, qui inuocant illum, Apost. ad Rom. *c.* 10. *Omnes nos in vnum corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue Gentiles,* &c. idem 1. ad Corinth. 12. *& in omnes nationes gratia Spiritus sancti effusa est,* Act. 10. in fine. Plura in hac materia de Neophytis, & ab eis originem trahentibus, & cira statuta prohibentia ne illi admittantur ad Ecclesiastica beneficia, dixi *in meo tract. de officio & potestate Episcopi p. 1. tit. 2. de Episcopali munere gloss. 17. per totam,* & latè Anton. Ricciul. *in tract. de neophytis, cap. 4. cum seq.*

Notatur etiam ad hoc quod quem Princeps honorat, etiamsi sit rusticus, vel indignus, debet ab aliis honorari, *l. domestici. C. de domesticis, lib.* 11. & ibi Ioan. de Platea, refert Marc. Ant. Genuens. *in practicabil. Ecclesiast q* 617. 4

Ante tuam promotionem, &c.] Ex his verbis notant Abb. *in princ.* Imol. & Felin. *num.* 5. ac alij *hic,* Franch. *in cap. si gratiosè, num.* 5 *hoc tit. in* 6. & Selu. *de benefic. part. 1. q. 2. num.* 20. electum & confirmatum ante consecrationem non dici promotum in Episcopum, sicut Episcopus appellatur, *cap. tua,* ibi, *Episcopo, vel electo, de his quæ fiunt à præl. & in rub.* ibi, *de translat. Episcop. vel elect.* Intellige in materia, quæ respicit ordinem Episcopalem; in ea verò quæ respicit iurisdictionem, & administrationem, Episcopus etiam non consecratus sub nomine Episcopi intelligitur, provt intendunt Butr. Marian. & Felin. *hic*; nec oppositum probant supradicta huius text. verba secundùm Dec. & Rip. *in princ.* referuntur enim ad tempus datæ, & sic ante electionem, & confirmationem istius, qui tunc Archidiaconus erat, & Canonicus, nec aduersantur verba, nec esses adhuc in Episcopum consecratus, quia vltra Zabar. *opposit.* & Dec. *num.* ac alios *hic,* verbum *consecratus,* potest accipi lato modo pro deputatione ad Ecclesiam, secundùm Marian. *hic num* 8. & Felin. *vers. nouissimè, in fine.* 5

Datam literarum.] Notatur ad hoc quod in rescriptis attenditur tempus datæ, id est, impetrationis, vel concessionis, quo literæ dantur, & emanant à Superiore, vt per Rebuff. *in praxi tit. differ. inter rescripta gratiæ, num.* 53. Mandos. *in reg.* 18. *Cancel. quæst.* 18. *à n.* 15. Perez *l. 1. quæst. 14. tit. 12. lib 3. Ord.* vide quæ dixi ad *cap.* 30. *infr. hoc tit.* Vnde circa rescripti subreptionem semper & necessariò attendi debet tempus datæ, vel impetrationis, ita vt secundùm illud considerari debeat veritas, aut falsitas narratorum, nec sufficiat si ante impetrationem vera fuerint, vel post illam vera existant ea, quæ tanquam vera & existentia exprimuntur, sicut nec sat est quod antea non fuerint, vel postea non existant, & quod tanquam non existentia ab impetrante negata, vel suppressa sunt, vt probat *cap constitutus, 19. infr. hoc tit.* Paris. *cons. 45. num. 2. l. 4.* communis ex Nau. *cap. si quando, except. 9. vers. habemus, hoc tit.* 6

Sola supplicatio sine literis sufficit quando non agitur de canonizatione gratiæ. Cassad. *decis. 35. num. 2. super reg. & decis. 6. de restit. spol & decis. 2. de sentent. & re iud.* Caputaq. *decis. 135. part. 3.* Put. *decis. 337. lib. 1. in correct.* Hier. Gabr. *cons. 190. num. 13. lib* 1. Seraph. *decis. 538. num. 4. & decis. 775. num. 3.* Gregor. XV. *decis. 540. num. 6.* vbi Beltramin. *lit. C.* Burat. *decis. 540. num. 15. & decis. 707. num* 1. Rot. *decis. 503. num. 4. part. 1. recent.* Sicut etiam sola supplicatio absque literarum expeditione sufficit ad effectum obtinēdi simplicem absolutoriam, licèt 7

licèt secus ad effectum adiudicationis. Nicol. Garc. *de benefic p.4.c.2.n.23.& 24.* Rot. *decis.645.n.5.p.1.recent.* & in Illerden. Canonicatus 19.Aprilis 1624.coram R.P.D. meo Pirouano. Sic etiam supplicatio sola sine litteris sufficit, quando agitur possessorio pro manutentione in quasi possessione exigendo pensionem, Rot. in Anconitana pensionis 10.Iunij 1587. coram Plato, relata per Nicol.Garc. *de benef.p.1.c.5.n.446.*& fuit dictum in Troiana pensionis 14. Maij 1629. coram R.P.D.Queipo, Buratt. *decis.542.n.2.* Item Rota procedit ad disputationem dubiorum cum sola supplicatione absque literis, etiamsi in ea derogatum non fuerit *reg.* 27. de non iudicando iuxta formam supplicationis, quia derogatio prædictæ regulæ est necessaria, quando causa foret terminanda, & ferenda sententia; secus verò ad effectum disputationis dubiorum, quæ est actus merè extraiudicialis, ita fuit resolutum in Conchen.beneficij 10.Iun.1624.coram bon. mem.Patriarcha Manzanedo,& in Neocastr.parochialis 28.Febr.1630.coram R.P.D.Duran.in qua aliæ decisiones referuntur.

7 *Archidiaconus, & Canonicus.*] Licèt ergo in eadem Ecclesia,& vt vulgo dicitur,sub eodem tecto,duo beneficia vniformia per aliquem obtineri non possint attento iure, imo nec prætextu consuetudinis,vel dispensationis ab eo,quàm à Rom.Pont.obtentæ,*c.literas, de concess.præb.c.1.de consuet. in 6.* plures retuli Doctores *de officio & potestate Episcop.p.3.alleg.62.n.17.*Nihilominus duo hæc difformia, de quibus hic text.agit in eadem Ecclesia, & sub eodem tecto,licèt non secundùm ius commune, ex vi statuti, consuetudinis, vel etiam dispensationis Episcopalis, potest obtineri, secundùm omnes *hic*, vt per Abb. *n.6.* Dec.1.Rip.28.& alios sic intelligentes Pontificé *hic* gloss.*verbo,nisi,in d.c.1.super eo,de præb.in 6.* communis, vt per Gom. *de gratiis expectatiuis,n.44.*Duen.*reg.71.ampl.5.* Hojeda *de incompatib. benef p.1.c.11.n.4.* Filliuc. *tom.3.tract.41.cap.1.n.18.vers. sextum,*Ragnc.*de voce Canon.in capitulo,q 6.n 1.*An verò is insimul Archidiaconus,& Canonicus duplicem vocem,& duplices distributiones habere debeat, resolui *d.alleg.62.n.18.cum seq.*vbi adduxi Sacræ Rotæ decisionem.Filliuc.*d.tract.41.c.6.n.53.* Monet. *de distribut.quotid.p.2.q.4 à n.6.* vbi *num.16.* post Bald.Card.Dec.Viui. Duen. Cou.contra Roch. de Curte, resoluit indubitatum omnino esse,quod vbi adsit hac de re consuetudo, is, qui obtinet dignitatem, & canonicatum ex dispensatione in vna, & eadem Ecclesia, duplices habebit distributiones,& *n.18.*tenet ad inducendam hanc consuetudinem, cùm non sit contra ius, sed solùm præter, requiri duntaxat spatium decem annorum.Et vtrùm ad duplex officium diuinum singulis diebus teneatur,tradit D.Thom.*in 3.quodlib.1.à 13.* & post alios latè Nau. *de orat. Miscel.* 60. vbi per multa fundamenta concludit teneri quidem attento iure, quamvis per generalem consuetudinem excusetur.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum impetratum ad beneficia non valet si in eo subticetur dignitas impetrantis.*
2 *Rescriptum ad beneficium impetratum non valet tacita impetrantis dignitate.*
3 *Beneficium impetrans an teneatur de nobilitate mentionem facere, ostenditur.*
4 *Decanus dicitur in dignitate constitutus.*
5 *Intentio in rescriptis maximè attenditur.*
6 *Intentionis suæ fundamentum quilibet probare tenetur.*
7 *Verba, vires noluimus obtinere, sunt declaratoria latæ sententiæ.*
8 *Mandatum vllum non requiritur ad impetrandum beneficium Ecclesiasticum.*

CAP. Ad aures. VIII. *Luc. III.*

LIteræ impetratæ ad beneficia non valent nisi de 1
impetratis dignitatibus Ecclesiasticis, quas impetrans habebat, mentionem contineant. Colligunt ex Ordin.Abb.antiq.Zabar. Collect. Barbat Bellam.Ioan. Andr.Imola,Anania,Host.Anch. Innoc. Panorm.Bald. Felin. Dec. Ripa, Butr. Bero. Henric. Boich, Mantua, Martin.Vran.Didac.Sahagun,Compostel.Viuian. *in rationali primi libri Iuris Pontif.pag.32.*Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.12.*remissiuè Ximen. *in concord. p.1.*refertur ab Ant.Aug.*collect.1. Decretal.lib.1.tit.2.c.6.*

Probat hic text. quod non valet rescriptum ad be- 2
neficium impetratis tacita impetrantis dignitate, vt per omnes in præsenti,& non sufficit expressio in genere, sed oportet etiam nomen dignitatis exprimere, vt firmant Doct. *in c. in nostra,de rescript.*vbi Io.Andr. *col.2.n.10.in verb.expressam.*Ant.de Butr.*col.5.n.17.vers. quarto quæro*, Panor. *n.4.* Imol.*col.vlt.n.13.*Felin.*in præsenti,n.2.* Selu.*in tract.de benef.p.3.q.11.vers.23 qualitas,* quicquid dicat Barbat. *hic col.1.n.3.* Quoties enim lex expressionem verborum pro forma requirit, non sufficit expressio verborum sub inuolucro,*c.qui ad egendum. de procur. in 6.l. sed etsi quis, § quæsitum, ff. si quis caut.* Specialis autem mentio illa est, quæ exprimit circumstantias, & conditiones, quæ possent Principem alterare, vt ait Felin. *hic col.2.in princ.n.3.*

Disputant etiam Doctores in præsenti,an impetrans 3
beneficium teneatur de nobilitate mentionem facere, ne impetratio vitio subreptionis laboret? in quo affirmatiuè respondent Host. *hic in princ. verb. dignitatis,* & Barbat.*n.5.*& sentire videtur Roman.*sing.37. in c.verum nobilis.* Verùm contrariam sententiam, quod scilicet in literis impetrationis absque subreptionis periculo non sit de necessitate qualitas nobilitatis exprimenda, tuentur *hic* Ioan.Andr. de Butr. *n.10.* Panorm. *col.2,n.2.* Imol.*col.2.n.5.* Felin.*col.1.n.5.* Dec. *col.2. n.3.* Ripa *n.16.*Selu.*d.p.3.q.12.in princ.*Tiraq.*de nobilit. c.37. n.61.* Panorm. *in o. postulasti,col.pen.n.3.infr.hoc tit.*ex eo quia impetratio subreptitia non redditur si supprimuntur ea, quæ expressa faciliùs Papam ad concedendum induxissent, vt est casus *in d.cap. postulasti*, à contrario sensu; sed Papa libentius beneficia nobilibus, quàm ignobilibus concedit, *c.de multa,in fine, de præbend.* talis ergo expressio necessaria non est.

Decani.] Notatur ad hoc quod Decanus dicitur in 4
dignitate constitutus, vt per Boër. *decis.286.num.9.* si habeat iurisdictionem, aut pro dignitate habeatur in Capitulo Pacian. *de probat.lib.2.c.27.n.76.*Card.Tusch. *tom.2.lit.D,concl.419.n.22.* & qui dicantur,& quæ sint Decanorum species, dixi *in tract. de officio & potestate Episcopi, p.1 tit.3.c.3.n.7.*& 8.

Intentionis.]Notatur ad hoc quod intentio in rescri- 5
ptis maximè attenditur, vt per Tiraq. *in l. si vnquam, verbo,libertis,n.55. C. de reuocandis donat.* Et fundamen- 6
tum intentionis suæ quilibet probare tenetur, Ioseph. Ludou. *tom.3. commun. opin. tit. de probat. conclus. vnic.* Brunor.à Sole *in locis communibus verbo,Actorum* 3.cum aliis per me adductis *in tract. de Axiom. iuris vsufreq. Axiom.128.n.1.*

Vires nolumus obtinere.] Verba sunt declaratoria latæ 7
sententiæ,Dec.*hic in princ.*Bero. *n.14.*Xuar.*alleg.2.n.31.* Menoch.*de arbitr.casu 201.n.2.*& 10.Sayr.*in claui Regia, lib.3.c.8.n.16.*

In gloss. 1. ibi, *secus in hoc casu.*] Notatur ad hoc, 8

quod non requiritur mandatum vllum ad impetrandum beneficium Eccleſiaſticum, vt per Nau. *in cap. ſi quando, hoc tit. in princ. pag. 2. & conſ. 51. de ſponſalib. num. 3. in antiq. aliàs conſil. 2. de reſcriptis in nouis*, & 6 quilibet amicus pro amico poteſt ſine mandato impetrare literas ab beneficia, Tiraquel. *de pœnis tempor. cauſa 22. num. 38.* Ad acceptandam tamen collationem beneficij, ſeu inſtitutionem, requiritur ſpeciale mandatum gloſ. *verbo habueris, in c. ſi tibi abſenti, de præbend. in 6.* Staphil. *de literis gratiæ, tit. de vi, & effectu clauſul. in rubr. de iuram præſt. n. 4.* Rot. in Mindonien. Canonicatus 26. Nouembr. 1616. coram bonæ mem. Buratto inter eius impreſſas *deciſ. 209. num. vlt.* vbi *num. 12.* quod requiritur ſpeciale mandatum ad capiendam poſſeſſionem beneficij.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum ſecundum impetratum ab aduerſario valet, licèt non faciat mentionem de primo, ſi primus impetrans dolo, vel negligentia non fuit vſus illo.*
2 *Reſcriptum poſterius præualet non facta mentione priori, quo impetrans per malitiam, vel negligentiam ſuam vſus non fuit intra annum.*
3 *Quæ requirantur vt concluſio text. ſubſiſtat.*
4 *Deciſio text. procedit in reſcriptis iuſtitiæ, ſeu ad lites, non verò in reſcriptis gratiæ.*

CAP. Si autem. IX.

1 LIteras contra aliquem in aliqua cauſa impetrans, ſi aduerſarius impetret ſecundas, tunc ſi primus non eſt vſus litteris ex dolo, vel negligentia, poteſt ab aduerſario conueniri, licèt in ſecundis non fiat mentio de primis, ſecus ſi fuit vſus, quia non habuit iudicem. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabarell. Collect. Barbat. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anania, Hoſt. Anchar. Innoc. Panorm. Bald. Felin. Dec. Butr. Henric. Boich. Martin. Vran. Didac. Sahagun, Viuian. *in ration primi libri iuris Pontif. pag. 33.* Alagona *in compend. Iuris Canon. pag. 12.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decretal. lib. 1. tit. 2. c. 7.*

2 *Si ei dolo, vel negligentia, &c.*] Refertur is text. *tom. 2. Conc. inter decreta Alex. III. de reſcriptorum interpretat. c. vlt.* vbi tribuitur non Alex. III. ſed eius ſucceſſori Lucio III. ſimilis text. *in c. ex parte 12. & in cap. plerumque 23. hoc tit.* ex quibus paſſim colligitur præualere reſcriptum poſterius non facta mentione prioris, quo impetrans per malitiam, vel negligentiam ſuam vſus non fuit intra annum, qui terminus non ſtatuitur *in d. c. plerumque*, vt conſtat ex verbo, *ſtatuimus*, cùm antea per hunc text. & *dict. c. ex parte*, non eſſet præfinitus, ſed in iudicis arbitrio remaneret, ita notant hunc text, & ſimiles vltra gloſſas, & Doctores in eiſdem, Bart. & alij, vbi Padil. *num. 6.* Doctores in eiſdem, Bart. & alij, vbi Padil. *num. 6. in l. 2. C. de diuerſ. reſcript.* Rebuff. *ad leges Galliæ, in proœm. gloſſ. 5. num. 44.* vbi poſt Guid. teſtatur hoc non ſeruari apud Gallos, Æmil. *deciſ. 266. part. 1.* Menoch. *de arbitr. caſu 202. à num. 76. & caſu 204. & conſ. 100. à num. 33.* Maſcard. *de probat. concl. 118. & concl. 1092.* Hieron. Fernand. de Ortero *Romanarum lucub. quæſt. 2. à num. 8.* Ratio deciſionis eſt ad cohibendam malitiam potiſſimum, ſeu negligentiam prioris impetrantis, qui reſcriptum occultauit, & eodem cùm poſſet intra annum vſus non eſt, vt conſtat ex *d. c. plerumque, verſ. cùm igitur*, tum etiam, quia præſumere potuit lex illum, qui tamdiu cùm poſſet vſus non fuit reſcripto, iam illum negligere, & eo amplius vti nolle, & tandem in fauorem poſterioris impetrantis idipſum fortaſſe præſumentis ſtatuiſſe in terminis huius text. & ſimilium, reſcriptum poſterius vires habere, & iudices per illud procedere poſſe: licèt enim attento rigore iuris, de quo in hoc text. reſcriptum poſterius non valeret, nihilominus tamen conualeſcit non ex ſolo tractu temporis, & lapſu anni, malitia, ſeu negligentia prioris impetrantis, ſed ex auctoritate legis, quæ id ſtatuit ob huiuſmodi malitiam, ſeu negligentiam eius, qui per annum vſus non eſt, & ita non procedit *reg. non infirmatur, de reg. iuris, lib. 6.* quæ agit de confirmatione ex ſolo tractu temporis, vt illic notant gloſ. & Doctores.

Vnde illud maximè aduertendum eſt ad hoc vt 3
text. in præſenti, & ſimiles procedant, multa neceſſariò, & inſimul requiri, ſcilicet negligentiam, ſeu malitiam non vtentis priori reſcripto per annum, & impetrationem poſterioris, & quod virtute huius prior impetrans in iudicium vocatus ſit antequam ſuum prius reſcriptum exhibeat, vt apertè conſtat tam ex hoc text. quam ex illo *in d. cap. plerumque*, & conſequenter deficiente aliquo ex prædictis, non procedit deciſio prædictorum textuum, quippe, quæ odioſa eſt, dum malitiam, vel negligentiam coërcet, & priorem impetrantem punit, argum. *reg. odia. de regul. iuris, lib. 6.* Sic ſanè non probatur hic, nec admittenda videtur illorum ſententia, qui per hæc iura generaliter dicunt reſcripta ad lites anno tantùm durare, vt per Rebuff. *dict. gloſſ. 5. numero 44.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo, vel is, numero 17.* Similiter non probatur nec vera videtur ſententia *gloſſ. 1.* Abb. *notab. 2.* & aliorum *hic, & in d. cap. plerumque*, communis vt per Menoch. *dictis locis, & d. conſil. 100. numero 34.* Cephal. *conſ. 304. numero 65.* & Padill. *d. num. 6.* dum reſoluunt tum demum reſcriptum ann o finiri, vbi impetrans dolo, vel negligentia eo vſus non eſt, & inſuper aliud poſterius ab aduerſa parte fuerit obtentum, exiſtimantes per hunc text. excuſari poſteriorem impetrantem ne teneatur mentionem facere prioris reſcripti, vbi prior impetrans intra annum per malitiam, vel negligentiam illud non exhibuit.

Deinde aduertere oportet deciſionem huius text. 4
& prædicti *cap. plerumque*, tantùm procedere in reſcriptis iuſtitiæ, ſeu ad lites, de quibus expreſsè agunt, non verò in reſcriptis Gratiæ, quibus verba non conueniunt, idque obſeruant Ioan. Andr. Abb. *num. 5. verſ. ſecundus, in cap. capitulum, hoc tit.* Selu. *de benefic. part. 1. quæſt. 12. num. 27.* Rebuff. *in praxi tit. differentiæ inter reſcripta, num. 43.* & alij. Vnde licèt aliquando gratia ad beneficium Eccleſiaſticum expiret vbi impetrans per dolum, vel negligentiam illa non vtitur, *cap. ſi clericus, verſ. cùm facta, de præbend. lib. 6.* & poſterior impetrans huiuſmodi gratiam aliquando præferatur vbi prior per malitiam, vel negligentiam vſus non eſt, obſeruant Abb. & communis *in d. cap. capitulum*, hniuſmodi tamen negligentia non præfinitur anno, de quo *in d. c. plerumque*, ſed arbitrio iudicis relinquitur, gloſſ. *verbo, negligentiam, in dict. cap. ſi Clericus*, vbi communis Abb. *d. num. 6.* Staphil. *de literis gratiæ, tit. quibus modis expirent, verſ. tertia, num. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Reſcripta per quæ incerti iudices dantur, vel futura negotia committuntur, non valent.*

2 *Litera*

2 *Literæ non valent per quas incerti iudices conceduntur impetranti.*
3 *Cancellarius vnde dicatur remissiuè.*
4 *Cancellarij Magni officium & præeminentia qualis, remissiuè.*
5 *Clausula*, ex certa scientia, *æquiparatur clausulæ* de plenitudine potestatis.
6 *Iurisdictio non potest esse incerta.*
7 *Commissio facta Canonico Cordubensi non valet ratione incertitudinis.*
8 *Incertitudo rei vitiat actum.*
9 *Recusatio in dubio non censetur adempta.*

Cap. Ad hæc X.

1 Literæ impetratæ continentes quod aliquis possit eligere incertos iudices ad quascunque suas causas, non valent. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Barbat. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania Host. Anchar. Innoc. Panorm. Bald. Felin. Aretin. Dec. Butr. Henric. Boich, Martin. Vranius, Didac. Sahagun, Compost. Viu. *in rationali primi libri Iuris Pontif. pag.* 34. Alagona *in compendio Iuris Canon. pagin.* 13. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Aug. *coll.* 1. *Decret. lib.* 1. *tit.* 2. *cap.* 8.

2 *Quos sibi elegerint*, &c.] Notatur ad hoc quod non valent literæ, per quas incerti iudices conceduntur impetranti, vt notant *gloss.* 2. & alij *hic gloss.* 2. *post princip. in c. innotuit* 12. *de arbitriis gloss. verbo, certo, in c. tibi qui, hoc tit. lib.* 6. *& in c.* 1. *eod. verbo, de priuil. illo lib.* Ripa *in c. cum M. n.* 3. *de const.* tradunt post alios Gom. *de mandatis de prouidendo, n. vltim* & Rebuff. *in concord. tit forma literarum executor. in princ. vers. an Monachus*, nouissimè Illustriss. D. meus Rodericus à Cunha *in com. ad c. studeat.* 39. *n.* 1. *dist.* 59. vbi limitat quando Pontifex ex certa scientia, iudicem incertum ab impetrante eligendum concedit. Non obstat text. *in c. cum R* 35. *de officio de leg.* ibi, *Iudicem eligat*, dum concedit iudicem incertum, & ab impetrante eligendum, quia procedit ex speciali gratia, quam Papa illic fecit contra reg. iuris communis, provt intelligunt *gloss. vltim. in fine*, Innoc. Abb. *in fine* & alij *ibi*, licet aliter intelligant Host. Bella. *in fine*, Imola *ibi*, quorum tamen intellectus non sunt improbabiles.

3 *Cancellaria.*] Cancellariæ etymologiam & originem tradunt Cormel. Kilian. *in dictionario Theutonicolatino, verbo Kancelier*, Orozco *in thesauro linguæ Latinæ, verbo, Canciler*, Cou. *pract. c.* 4. *n.* 10. *vers. sed & hæc*, Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 8. *c.* 36. *q.* 1. *&* 2. 3. 4. *&* 5. & de Cancellarij
4 magni officio & præeminentia agunt Cassan. *in catalogo gloriæ mundi, p.* 7. *consid.* 7. Gregor. *l.* 4. *verbo Canciler, tit.* 9. *p.* 2. Menoch. *de arbitr. casu* 68. *n.* 7. 11. *&* 19. Perez *l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 2. *Ordin pag.* 225. Azor. *dict. cap.* 36. *quæst.* 1. *in fine.*

5 In gloss. *Elegerint, in fine*, ibi, *Ex certa scientia.* & ibi, *Cùm habeat plenitudinem potestatis.* Nota clausulam *ex certa scientia*, æquiparari clausulæ *de plenitudine potestatis*, Molin. *de primog. lib.* 2. *c.* 7. *n.* 17 Brunor à Sole *in locis commun. verbo, clausula, n* 17. Mench. *illustr. c.* 26. *n.* 3 Cor. *in memorabilibus, verbo clausula, pag* 115. Matiens. *ad l.* 7. *gloss.* 7. *n.* 4. *tit.* 7. *lib.* 5. *nouæ recop.* Menoch. *cons.* 103. *n.* 56. Auendan. *ad l.* 40. *Tauri gloss.* 11. *n.* 28 Card. Tusch. *pract. concl. tom.* 1. *lit. C. concl.* 340. *n.* 11. Marches. *de commissionib. part.* 1. *pag* 65. *num.* 152. Plura de hac clausula dixi *in meis Remiss. de dictionibus, & clausulis clausul.* 25. *alias clausul.* 59.

6 In ead. gloss. ibi, *quia iudices erant incerti.* Notatur ad hoc quod iurisdictio non potest esse incerta, vt per Sanch *de mat. lib.* 3. *disp.* 32. *n.* 18. Vnde Panorm. *in c. quoniam Abbas, n.* 9. *infrà de officio deleg.* & Anast. Germon. *de indultis Card. §. Hieronymo, num.* 72 provt eos refert Sanch. *loco citato*, docent remissionem factam Canonico Cordubensi non valere ratione incertitudinis. Nam 7 8
incertitudo rei vitiat actum, *l. idem Pomponius, §. fin. ff. de rei vendit. l. duo sunt Titij, ff. de test. tit. §. incertis*, vbi Richard. *Inst. de legatis*, cum aliis citatis *in libello de principiis vtriusque iuris lit. L. n.* 16. *& in meo tract. Axiom. iuris vsufr. Axiom.* 19. *n.* 1.

In ead. gloss. ibi, *saluo iure recusationis.*] Notatur ad hoc 9
quod in dubio non censetur adempta recusatio, vt per Hyppol. *sing.* 292. Perez *l.* 1 *prope finem, vers. pro declaratione dic, tit.* 5. *lib.* 3. *Ord pag. mihi* 372.

SVMMARIVM.

1 *Latinitas falsa vitiat rescriptum.*
2 *Rescriptum Apostol. falsa latinitate conscriptum vitiatur.*
3 *Verba legis & dispositionis ita debent intelligi ne inde falsa latinitas, vel minus congrua resultet.*
4 *Procedit decisio text. in omnibus literis, & rescriptis, tam gratiæ, quàm iustitiæ.*

Cap. Ad audientiam. XI.

1 Literis Apostol. falsam latinitatem continentibus non est adhibenda fides. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Barbat. Ioan. Andr. Imola, Anania, Host. Anchar. Innoc. Panorm. Bald. Felin. Dec. Butr. Henric. Boich. Martin. Vran. Didac. Sahag. Viu. *in rationali Iuris Pontificij, pag.* 34. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 13. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 1. *titul.* 2. *cap.* 5.

Probat hic text. rescriptum Apost. falsa latinitate 2
scriptum vitiari, vt ex eo colligunt Vestr. *in praxi in princ. & lib.* 1 *c.* 34. Ludou. Gom. & Mandos. *in proœm. ad regulas Cancellariæ*, idem Mandos. *reg.* 31. *q.* 7. Rebuff. *in praxi benef. titul. opponi quæ contra Bullam possint, n.* 17. *cum sequentibus*, Guillelm. Benedict. *in c. Raynutius, in verbo, in eodem testamento, il.* 1. *n.* 61. *& verbo cætera bona, num.* 58 *de testam.* Paul. Tusch. *in singul. vtriusque iuris, sing.* 13 *lit. C.* vbi subdit non procedere de iure ciuili. Thom. de Thomassetis *in floribus legum reg.* 125. vbi declarando cum Decio hic asserit hoc fallere quando falsa latinitas saluatur, & saluari potest per figuram.

Sic etiam verba legis, & dispositionis ita debent in- 3
telligi ne inde falsa latinitas, vel minus congrua resultet, vt per *l. Plautus ff. de auro & arg. legat.* notat Menoch. *cons.* 133. *n.* 4. ex sententia glossæ *hic, & in c. Apostolicæ* 35. *q.* 9. *& in c. ex parte, de fid. instr.* quas sequuntur Abb. & Doctores communiter *hic*, vt per Dec. *d. n.* 3. Bart. *in l. Plaut. n.* 5. *ff. de auro leg.* quod licet secundùm rigorem, & regulas iuris latinitas, seu constructio falsa præsertim in instrumentis, & literis à notario, vel publico ministro confectis non vitiatur, vbi de veritate & intentione constat, speciale tamen est in literis, quæ tanquam Summi Pont. offeruntur, vt ob constructionem, seu latinitatem manifestè falsam vitientur, & nullam fidem faciant, vt apertè insinuat text. in præsenti.

Intellige primò text. hunc locum habere in omni- 4
bus literis tam gratiæ, quàm iustitiæ ab Apost. Sede obtentis, quia in vtrisque viget ratio, &, verba huius

text. obseruant gloss. & Doctores *hic*, vt per Felin. *n. 3. vers. ampliat. 4.* intendunt gloss. *in d. cap. ex parte*, vbi Zabar. Abb. & Felin. *in princ.* Betrand. *cons. 112 lib. 2.* Quicquid aliàs distinguant Host. Bald. & Imol. *in d.c. ex parte*, & licèt aliàs falsitas facilius præsumatur in literis gratiæ, quàm iustitiæ, *cap. per. de crimine falsi*, communis ex Abb. *hic in fine*, & Felin. *in princ.* Vnde opinio gloss. *in dict. cap. Apostolica*, & Laurentij, cuius meminit gloss. *hic*, secundùm quos hic text. non procedit in priuilegiis, intelligenda est in priuilegiis, quæ non ab Apostolica Sede, sed ab aliis emanassent. Intellige secundò id ipsum procedere, & text. ampliari in literis Imperatorum, Regum, & aliorum Principum sæcularium, ex ea ratione, quia illorum literæ transeunt per Cancellarium, in qua sunt viri docti & experti, Abb. *hic, in fine.* Intellige tertiò huiusmodi literas vitiari in totum non solum quod illam partem vel articulum, quo vitium constructionis habetur, verùm etiam quoad omnia alia etiam separata, quæ in eisdem literis absque vitio continentur, vt apertè innuit hic text. dum simpliciter, & absolutè non vult fidem adhibere literis huiusmodi, resoluunt Bald. & Felin. *num. 2.* Rebuff. *d. tit. oppon. & c. num 20.* & est de aliorum. Intelligere quartò procedere tantùm vbi huiusmodi constructionis, seu latinitatis vitium manifectum est & notorium, ita vt non sufficiat aliud non manifestum, vel statim apparens, de quo vel dubitari, vel error excusabilis esse possit, vt apertè significatis text. ibi, *manifestum*, aduertunt Bart. *vbi sup.* & communis *hic*, vt per Dec. *à n. 3.* Felin. *vers. limita*, Rebuff. & alij, de quibus sup. licèt contradicat Dec. *hic, num. 4.*

notab. 1. in princ. n. 3. Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib. 1. concl 48. consid. 1. n. 1.* Mynsing. *cent. 6. obseru. 10. n. 3.* Soar. *in Thesauro recept. sent. lit. C. n. 62.* Brèderod. *tract. de appellat. p. 2. tit. 22. vers. an nuntius*, Soar. de Pace *p. 1. tom. 1. temp. 3. n. 27. & seqq.* Mench. *q. frequent. c. 24. n. 3.* D. Barbosa *in l. si quis post eaquam, n. 63. ff. de iud.* Ordin. Regia, Lusit. *lib 3. tit. 1. §. 1.* ibi, *nam à podera fazer sen licença*, &c. Et non sufficit quòd nuntius habeat generale mandatum ad omnes causas, ex Rebuff. *ad leges Galliæ. titul. de citat. in præfat. n. 67. & art. 1 gloss. 2. num. 3.* Mench. *illustr. c. 24. num. 5.* Amat. Roder. *in practic. cap. 4 n. 13.* Connalidatur tamen de commissionis defectu non excipiente citato, Mascard. *de probat. concl. 244. num. 11.*

Dolo, vel negligentia.] Notatur ad hoc quòd appellans renuntiare videtur suæ appellationi, & facit transire sententiam in rem iudicatam, si spoliet aduersarium post appellationem, vt per Lancellot. *de attentis, part 3. cap. 31. à numer. 218. cum seqq* Menoch. *de arbitr. lib. 2. casu 16. num. 4. vers. altera*, Cald. Pereira *de nominat. emphyt. quæst. 5. n. 25. post med. vers. attentare autem.* 4

Matrici Ecclesiæ.] Matrix Ecclesia dicitur quasi aliarum ædicularum, & Capellarum mater, & principalis, quando alias sub se Capellas habet, Rebuff. *in tract. de decimis, quæst. 6. num 7.* vbi *num 6.* asserit quòd sumitur pro Cathedrali, Azor. *instit. moral p. 2. lib. 3. cap 12. quæst 13. & lib. 9. cap. 3. quæst. 14. vers. matrix.* Moneta *de decimis, cap. 7 quæst 2 num 3.* Ecclesia quæ sit matrix, & quibus signis cognoscatur, ostendit Rota apud Farin. *decis. 178. n. 3. decis. 272. p. 2. recent.* 5

SVMMARIVM.

1 *Contra secundum rescriptum non potest opponi de taciturnitate primi impetrati per appellantem, de sua aplatione non habita mentione.*
2 *Rescriptum secundum valet non facta prioris mentione quando primum erat subreptitium.*
3 *Citatio non valet nisi decernatur auctoritate iudicis.*
4 *Appellans renuntiare videtur suæ appellationi, & facit transire sententiam in rem iudicatam si spoliet aduersarium post appellationem.*
5 *Matrix Ecclesia quæ dicatur, & quibus signis cognoscatur.*

CAP. Ex parte, ij. XII.

1 LIteræ secundæ quando impetrantur non facta mentione de primis, si primus appellat, nulla facta mentione de suis primis literis, quia dolo, & negligentia sunt nullæ, & tenetur ad expensas. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabarel. Collect Barbat. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anania, Host. Anchar. Innoc. Panorm. Bald. Felin. Dec. Butr. Henric. Boich. Martin. Vran. Didac. Sahagun, & Compostel. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag. 35* Alagona *in compen. iuris Canonici, pag. 13.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 2.* refertur ab Anton. August. *collect. 2. Decretal. lib. 1. tit. 2. c. 8.*

2 Collige ex text. quòd secundum rescriptum valer non facta, prioris mentione, quando primum erat subreptitium, Cuch. *instit. maior. lib. 1. c. 4.* Menoch. *de arbitr. casu 202. n. 44.*

3 *Auctoritate iudicum in ius esset vocatus.*] Notatur ad hoc quòd citatio non valet nisi decernatur auctoritate iudicis, vt per Duen. *reg. 97.* Palat. *in repet. c.*

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum quo scribitur pluribus cum clausula.* Quòd si non omnes, *intelligitur tam de impotentia facti, quam iuris.*
2 *Petitorium dicitur hic petitio, sine Scriptura petitionem continens.*
3 *Delegati iudices generali nomine executores appellantur.*
4 *Iudices & executores non impediti vt ex vi clausulæ, de qua hic, possint procedere sine collega impedito, non sufficit existere impedimentum à parte rei.*
5 *Iudex siue sit excommunicatus à principio siue medio tempore, semper actus per ipsum factus est nullus.*
6 *Sententia an valeat, quæ fuerit data ab excommunicato de tempore datæ rescripti, & absoluto tempore receptionis, ostenditur.*
7 *Iudex potest esse imperitus, dummodo requirat Assessores.*

CAP. Scisciatus. XIII.

Cælest. III.

REscriptum Papæ pluribus iudicibus directum quòd vnus, vel plures iudicent, si aliquis adesse nequiuerit, intelligitur tam de impotentia iuris, quàm facti. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Barbat. Anchar. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Host. Innoc. Panorm. Bald. Felin. D. c. Butr. Henric. Boich. Martin. Vran. Didac. Sahagun, Compostel. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontificij pag 35.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 14.* remissiuè Casal. *in annotat.* & Ximen. *concord. part. 1. & 2.* refer- 1

tur

tur ab Anton. Augustin. *collect. 21. Decretal. pag. 1. tit. 2. cap. 9.*

2 *Petitorio.*] Id est, petitione, siue scriptura petitionem continente, Ioan. Andr. Abb. Dec. & communis in præsenti per text. *in c. præcepta 55. dist.* licèt aliter intelligat *gloss. 1.*

3 *Exequantur.*] Igitur delati iudices generali nomine executores appellantur, quia exequuntur literas, & commissiones, quibus causa decidenda committitur, & ita ex hoc text. notant Abb. Imol. Dec. *in princip.* & communis *hic*, resoluit Menoch. *de arbitr. q. 64. n. 50. cum seqq.*

4 *Dummodo is, qui,* &c.] Ergo ad hoc vt iudices, vel executores non impediti ex vi clausulæ, de qua *hic*, possint procedere sine collega impedito, non sufficit existere impedimentum à parte rei, sed oportet de illo constare per nuntium, vel executorem ab impedito ad alios collegas destinatum, itavt aliter processus ab iis gestus non valeat, vt notant Doctores *hic*, & alibi, vt per Felin. *n. 12.* Dec. 6. *hic*, omnes *in c. prudentiam, in princip. de officio deleg.* vbi Dec. *n. 23. in fine*, Vant. *de nullit. tit. ex defectu iurisd. deleg. n. 36.* Rebuff. *in prax. tit. declaratio nouæ prouisionis, vers. quatenus ipsi*; Rom. *sing 13.*

5 In gloss. *Infamem*, ibi, *si medio tempore*, &c.] Notatur ad hoc quòd siue iudex fuerit excommunicatus à principio, siue medio tempore, semper actus per ipsum factus est nullus; Ricciul. *in tract. de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium, lib. 4. cap. 18. num. 12.*

6 An autem si iudex delegatus sit excommunicatus de tempore datæ rescripti, & absolutus tempore receptionis, valeat sententia data per ipsum, vide Abb. *in cap. dilectus 26 sub n. 7. de præbend.* Flamin. *de resignat. lib. 4. q. 1 n. 16.*

7 In gloss. *Impedimento*, ibi, *tamen si illiteratus sit*, &c.] Notatur ad hoc, quòd imperitus iudex esse potest, vt per Menoch: *de arbitr. lib. 1. quæst. 23. num. 10.* Azeued. *l. 7. num. 109. cum seqq. tit. 18. lib. 4. nouæ recop.* Debet tamen requirere Assessores literatos pro sententia ferenda, Auiles *ad capita Prætorum, fol. mihi 49. n. 22.* & 24. Azeued. *ad Curiam Pisanam, lib. 4. c. 6. n. 109. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *In quæstione reuocationis rescriptorum recurritur ad arbitros si iudices in cognitione sibi non deferant, nec inuicem concordent.*

2 *Iudices delegati cognoscunt vtrùm sua sit iurisdictio, & pronuntiant super exceptionibus sui fori declinatorij.*

3 *Dictio* penitus, *nullam recipit modificationem, & idem importat quod* prorsus, & omnino.

4 *Iurisdictio non datur in actu ante expeditionem.*

Cap. Pastoralis. XIV.

Innoc. III.

1 ADuersariorum vnus quando impetrat primas literas, aliter secundas ad diuersos iudices, & dubitatur quæ literæ præualeant, omnes illi iudices simul debent hoc declarare, & si non conueniunt partes eligere debent communes arbitros. Insuper delegatus, si in literis non exprimatur causa & persona per clausulam generalem, habet iurisdictionem in habitu tantùm, non in actu, id est, nequit eam exercere, sicut iurisdictio data per generales literas eneruatur per speciales in his, quæ specialiter exprimuntur. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Collect. Zabarel. Barbat. Bellarm. Ioan. Andr. Imola, Anania, Host. Anchar. Innoc. Panorm. Bald. Felin. Dec. Ripa, Butr. Henric. Boich. Martin. Vran. Didac. Sahag. Compostel. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontificij pag. 35* Alagona *in compend iuris Canonici pag. 14.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part. 1. & 2. & tom. 2. repetitionum in Canon. ad 1. Decretal. librum*, Iacob. Zocchius; refertur ab Ant. Aug. *collect. 3. Decret. lib. 1. tit. 2. cap. 3.*

Notatur ad hoc quòd iudices delegati cognoscunt 2
an sua sit iurisdictio, & pronuntiant super exceptionibus sui fori declinatorij, & incompetentiæ, vt per Cabed. *decis. 31. n. 2. p. 1.* Sed text. hunc non procedere in iudice ordinario, tenet Moder. *de iurisdict. p. 4. casu 145. n. 9.* Et in regno Aragoniæ quemlibet recusatum iudicem posse cognoscere de suspicionibus alterius coniudicis simul recusati in eadem causa decisum testatur Ioseph: Sesse *decis. 200.* quem refert Aloys. Ric. *in coll. decis. p. 5. coll. 1526 in fine.*

In §. quoniam. Ibi, *penitus.* Hæc dictio habet adeò 3
precisam naturam, vt nullam recipiat modificationem seu limitationem, Octau. Vulpell. *de præposit. & aduerb. significat. in dict. penitus, pag. 7.* Cardin Seraph. *Rotæ Rom. decis. 44. 7. n. 4.* & alij per me citati *in tract. de dictionib. vsufreq. dict. 249. num. 1* Et idem importat quod, *prorsus, ex toto*, & *omnino*. Bertaz. *de clausulis instrum. claus. 21. glos. 29. num. 3. & claus. 4. glos 8. num. 8.* Vincent de Franch. *decis. 169. num. 1.* Cardin. Tusch. *tom. 2. lit. D. concl. 325. num. 2.* Ego ipse *de dict. 249. num. 3.*

Obtinet.] Notatur ad hoc, quòd iurisdictio non datur 4
in actu ante expeditionem, vt per Flam. *de resign. tom. 1. lib. 6. q. 21. n. 13.*

In gloss. *Ambigitur*, ibi, *non habet locum in literis appellationis.* Gloss. hęc, & similis *gloss vlt. in c. dilectus 29. hoc tit* intendit decisionem huius text. non procedere in causa appellationis, per text. *in d. c. dilectus*, quo putant explicari, & limitari hunc in præsenti, sed verius est oppositum, & decisionem hanc etiam in causa appellationis procedere, vbi in ea agitur de reuocatione literarum, quę ad diuersos iudices in eadem instantia appellationis datę sunt, tenet communis *hic*, vt per Abb. *n. 4. vers. in quinta*, Card. *oppost. 4* Dec. *n. 5. post med.* & passim alios *hic.* 5

In gloss. *Plures* ibi, *quia isti tres*, &c. Vide Gonzal. *ad* 6
reg. 8. Cancel. gloss. 45. n. 66.

In gloss. *Eneruatur.* Glossam hanc communiter re- 7
ceptam à multisque putatam singularem testatur Nau. *in cap. cùm contingat, causa 13. nullitatis, num. 2. infrà hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Clauf. generalis*, Quidam alij, & res alię, *non comprehendit effrænatam multitudinem, nec personas, nec res maiores expressis, sed pares, vel minores.*

2 *Liberalitas est propria Principum.*

3 *Malitiis hominum est obuiandum.*

4 *Digniores quales dicantur, regulatur secundùm consuetudinem.*

5 *Dispositio quantumcunque generalis, si sit odiosa non comprehendit superlatiua.*

6 *Generis appellatione non comprehenditur species in materia odiosa, vbicunque species habet aliquam qualitatem plusquam genus.*

7 *Fraus, & dolus nemini debet patrocinari.*

8 *Rescriptum iustitiæ concessum contra Petrum, & quosdam alios, comprehendit tantummodo personas æquales, vel inferiores Petro.*

9 *Dictio*, careat, *est latæ sententiæ, præcipuè iuncta dictioni*, penitus, *ad significandam fortiorem nullitatem actus ipso iure.*

10 *Nominatio, seu descriptio prior maiorem dignitatem arguit.*

11 *Ordo nominationis designat ordinem dilectionis.*

12 *Nominatus prior censetur magis dilectus.*

13 *Clericalis ordo nobilitat, & est dignitas, & honor.*

14 *Iudicis arbitrio relinquitur qui debeant dici maiores, quique minores.*

15 *Dictio*, alius, *non semper refert qualitatem præcedenti similem.*

Cap. Sedes. XV.

1 CLaus. generalis, *Quidam alij. & res aliæ*, non includit effrænatam multitudinem, nec personas, nec res maiores expressis, sed pares, vel minores, Abb. antiq. Zabar. Collect. Barbat. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Host. Anchar. Innocent. Panorm. Bald. Felin. Dec. Petr. Henric. Boich, Martin. Vran. Didac. Sahagun, Compostel. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontificij pag.* 24. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 14. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 1. *tit.* 2. *cap.* 4.

2 *Liberalem.*] Notatur ad hoc quòd liberalitas propria est Principum, illorum enim naturale est tanto frequentiùs remunerationi studere, quanto abundantiùs habent vnde retribuant, vt per Tiraq. *de nobil. c.* 37. *num.* 40 *cum seqq.* Card. Mantica *de tacitis & ambig. conuent. tom.* 2 *lib.* 13. *tit.* 17. *num.* 8. Huius Regiæ innatæ liberalitatis non leuis sumitur commendatio ex Tito Imper. qui si aliquando diem aliquem transigebat absque aliquo beneficio apud aliquem collocato, ad suos versus clientes exclamabat, *O amici diem perdidi*, ratus illum omnino diem perdi, qui nullo Regiæ beneficentiæ monumento signaretur, vide Mendoçam *in l.* 1. *Regum, cap.* 2. *num.* 8. *in expos. littera*, D. Mari. Cutel. *de donat. inter patr. & fil. tract. primæ disc.* 2 *p.* 13. *num.* 37. vbi me citat in hoc loco, Raudens. *cons.* 1. *num.* 308. Carol. Tapia *decis.* 5. *num.* 97. cum multis seqq.

3 *Eorum malitiis obuiare.*] Notatur ad hoc quòd malitiis hominum est obuiandum, vt per Strach *de mercatur. part* 2. *num.* 80. Hyppol. *in l.* 1. *§. cum quis, num.* 4. *ff. de quæst. & sing.* 177. Escob. *de ratiocin. comput.* 15. *num.* 2. Cæs. Argel. *de contradict. legitimo, quæst.* 13. *n.* 90. Flamin. *de confident. quæst.* 32. *n.* 61. *& quæst.* 35. *num.* 70. metipsum *in tract. Axiomatum iuris vsufr. Axiom.* 143. *num.* 1.

4 *Digniores.*] Quales dicantur regulabitur secundùm consuetudinem, Tiraq. *de nobilit. c.* 10. *n* 8 *cum seqq.* & colliges ex dictis *in tract. de officio & potest. Episcopi, p.* 3. *alleg.* 72. *à n.* 102.

5 *Sub generali clausula*, &c.] Notatur ad hoc quòd dispositio quantumcumque generalis si sit odiosa non comprehendit superlatiua, vel maxima, ac maiora ex-
6 pressis, vt per Rebuff. *in tract. at. nominat. q* 8. *n.* 6. Et vbicumque species habet aliquam qualitatem plusquam genus, tunc in materia odiosa appellatione generis non comprehenditur species, Abb. *in c. bonæ, n.* 2. *de postulat. Præl.* Felin. *in cap. non dubium, n.* 1. *infr. de sentent. excom.* Bellet. *disquis. cleric. part.* 1. *tit. de disciplina clericali, §.* 8. *n.* 28.

Quia fraus, & dolus ei patrocinari non debet.] Con- 7
cordant. *l. nec ex dolo, ff. de dolo, l.* 3. *d. de transact. l is, qui dolo, ff. de rei vendic. l. pen. ff. de iure dot. l. si ex dolo, ff. de iudic. l. etiam, §.* 1. *ff. soluto matr. cap. intelleximus, de iudiciis, cap audiuimus, de colluf. deteg.* Tiraq. *de retract. lign. §.* 1. *glos.* 9 *n.* 92. Couar. *var lib.* 2. *c.* 18. *n.* 5. Menoch. *de arbitr. casu* 182. *n.* 60 *& cons.* 121. *num.* 5. *& cons.* 136. *num* 8. *& cons.* 198 *n.* 13. Surd. *cons.* 15. *n.* 13. Farin. *in praxi crimin. p.* 1. *q.* 31. *n.* 153. Bellet. *d. disquis. cleric p.* 1 *tit. de clerico debitore, §.* 2. *n.* 1. Cardoso *in praxi iudicum, verbo, delictum, n.* 7. Ego ipse *in tract. Axiom. iuris vsufreq. Axiom.* 102. *num.* 1.

Non intelligantur includi.] Ergo vbi rescriptum iusti- 8
tiæ conceditur contra Petrum, & quosdam alios, huiusmodi clausula generalis comprehendit tantummodo personas æquales, vel inferiores Petro, non verò maiores, vel digniores illo, quoniam dum causa aliqua speciatim committitur, & insuper adiicitur clausula generalis, & super aliis, seu nonnullis causis, sub eadem non includuntur causæ maiores, aut grauiores, sed æquales tantùm, vel minores expressa, vt ex hoc text. notant omnes *hic, glos. verbo. speciali, in cap. vlt. de procurat. in* 6 *glos. pen.* & Doctores *in Clem. pen. illo titul.* & alij, vt per Felin. *n.* 3. *hic*, Ias. *à n.* 44. *in l. si conuenerit, ff. de iurisd.* Mandos. *in* 2. *formæ commissionum, verbo, omnes alios, q.* 2. Euerard. *in loco* 5. Afflict. *lib.* 1. *constit. rubr.* 8. *num.* 68. *&* 70. Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 27. *num.* 34. *in fine*, Guttier. *de iuram. confirm. part.* 1. *cap.* 24. *num.* 5.

Careat penitus.] Hoc est, ipso iure, nam verbum, 9
careat, est latæ sententiæ, Tiraquel. *in l. si vnquam, verbo, reuertatur num.* 161. *C. de reuocandis donat.* Vezin. *tom.* 2. *commun. opinion. lib.* 9. *tit.* 34. *num.* 354. Gama *in tract. de Sacramentis præst. vlt. supplicio damnatis, quæst.* 5. *num.* 17. Sayr. *in claui Regia, lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 26. Ego ipse *in tract. de diction. vsufreq. dict.* 53. *num.* 1. iunctum cum distinctione, *penitus*, fortiùs significat nullitatem actus ipso iure, Cened. *ad Sextum collect.* 25. *num.* 3. Bertaz. *de clausulis instrum. claus.* 41 *glos.* 8 *num.* 8. Moneta *de distribut. quotid. part.* 3. *quæst.* 7. *n.* 47 Sanch. *de Matrim. lib.* 8. *disp.* 21. *num.* 75. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 8. *cap.* 1. *num.* 5.

In glos. *Et viliore*, ibi, *& is, qui maioris*, &c.] Nota- 10
tur ad hoc quòd prior nominatio maiorem dignitatem arguit, vt per Tiraq. *de iure prim. q.* 19. *num* 2. quia prior descriptus dicitur dignior, & præcedere debet, *l.* 1 *ff. de albo scribendo*, Peregr. *cons.* 3. *n.* 60. Paris. *cons.* 38. *num.* 1. *vol.* 4. quos refert Marc. Anton. *var. resol. lib.* 1. *resol.* 81. *n.* 1. Sic etiam ordo denominationis designat ordinem 11
dilectionis, *l. qui soluendo la* 2. *ff. de hæred instit.* Escobar *de ratiocin. comput.* 10. *n.* 2. quia prior nominatus censetur magis dilectus, *l. si communis seruus* 2. *ff. de stipulat. seruor. c. si quis, de elect. in* 6. Thom. de Thomas. *reg.* 235. Card. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 6. *tit.* 11. *n.* 13. *& lib.* 8. *tit.* 4. *n.* 12. *& tit.* 9. *n.* 7. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præs.* 16. *n.* 3. *cum seq.* 12

In gloss. *Maiores*, ibi, *quod quilibet Clericus*, &c. 13
Notatur ad hoc quòd ordo clericalis nobilitat, & est maior quacumque alia dignitate, vel honore sæculari, vt per Tiraq. *de nobilit. c.* 9. *num.* 4. Petr. Gregor. *syntag. iuris, lib.* 4. *de peritione iuris Canonici, tit.* 8. *cap.* 6. *gloss.* 5. Ful. Pacian. *de probat. lib.* 2. *c.* 34. *num.* 5. Brunor à Sole *in locis communib. verbo, Clericus* 1. Et Clericus personis illustribus æquiparatur, Farin. *in praxi crimin. part.* 3. *q.* 99. *n.* 118. Clericatus enim est dignitas, & honor, *c. denique* 4. *dist. cap. admittuntur* 54. *dist. cap. reperiuntur* 1. *q.* 1. Bellet. *disquisit. clerical. part.* 1. *tit. de disciplina clericali, §.* 1. *num.* 2. Circa honorem Sacerdotibus præbendum, vide Anastas. Germon. *de sacrorum immunit. lib.* 1. *cap.* 10. *cum seqq.* Illustriss. D. meum Rodericum à Cunha

Cunha *in comment. ad c. Sacerdotis 7. ex n. 1. diſt. 93. & ad c. Dominus 25. n. 3. ead. diſt. & ad c. quis dubitet 96. diſt.* Multa de eorum dignitate, & præeminentia tum ex Patribus, tunc, ex Conciliorum decretis adducit Stephan. Durant. *de rebus Eccleſiæ lib. 1. cap. 5. num. 2. cum ſeqq.*

14 In ead. gloſ. ibi, *& hoc intuebitur iudex.* Notatur ad hoc quòd in arbitrio iudicis relinquitur qui debeant dici maiores, quique minores, vt per Tiraq. *de nobil. c. 10. n. 11. & in l. ſi vnquam. verbo, omnia, n. 31.* Menoch. *de arbitr. caſu 124. n. 5. & 6.* Illuſtriſſ. D. meum Rodericum à Cunha *in comment. ad c. 1. n. 11. diſt. 2.*

15 In ead. gloſ. ibi, *nec ſemper hoc,* &c. Notatur ad hoc quòd dictio, *alius,* non ſemper refert qualitatem præcedenti ſimilem, vt per Sanch. *de Matrim. lib. 3. diſp. 20. num. 3.* Surd. *conſ. 449. n. 26. 29. & 30.* Menoch. *conſ. 485. num. 11.* Anton. Monach. Lucenſ. *deciſ. 58. num. 18. cum ſeqq.* de qua vide plura *in tract. de dict. vſufreq. dict. 26.*

SVMMARIVM.

1 *Reſcripta diuerſa contra vnum ſuper eodem ad diuerſos iudices impetrans, & illis vtens, perdit commodum vtriuſque.*
2 *Reſcriptum præſentans, cuius virtute citatio ſubſequuta eſt, non poteſt illi renuntiare ſine conſenſu partis aduerſæ.*
3 *Ad incurrendam pœnam huius text. an ſufficiat ſola impetratio diuerſarum commiſſionum, licèt impetrans eiſdem non vtatur, diſcutitur, & tandem negatiuam partem ſequitur.* n. 4.
5 *Clericus nemo in dubio præſumitur.*
6 *Trahens aliquem coram diuerſis iudicibus pro eadem cauſa eam perdit.*
7 *Reſcriptum ſi ob aliquod vitium ſit nullum, tunc illius mentio habenda non eſt in impetratione ſecundi.*

CAP. Ex tenore. XVI.

1 LItteras diuerſas ſuper eodem negotio ad diuerſos iudices impetrans, ſi vltimæ non renocant, vel citant primas, omnium commodum perdit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Barbat. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Hoſt. Anchar. Innoc. Panorm. Bald. Felin. Dec. Butr. Henric. Boich, Martin. Vran. Didac. Sahagun, Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag. 37.* Alagona *in compend. iuris Canonici, pag. 15.* remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 3. Decretal. lib. 1. tit. 1. cap. 5.*

2 *Fraudem Preſbyteri memorati,* &c.] Dum text. probat non potuiſſe in propoſito reſcriptum poſterius impetrari à Presbytero, qui iam aliud præſentauerat, per quod aduerſarium in iudicium vocauerat, apertè ſignificat eum, qui reſcriptum præſentauit, virtute cuius citatio ſubſequuta eſt, non poſſe illi renuntiare ſine conſenſu partis aduerſæ, cui iam ius quæſitum eſt, dum reſcriptum commune efficitur, vt ex hoc text. notant Abb. Dec. *in princip.* & alij *hic*; aliter enim ſi poſſet Presbyter renuntiare priori reſcripto de quo *hic*, vtique poſſet impetrare poſterius; quia eo ipſo videretur primo renuntiare; arg. *l. 2. ff. de iuriſd. omnium iud. & c. præterea, de officio deleg.* Accedit quòd text. docet Presbyterum noluiſſe coram prioribus iudicibus litigare, & tamen hoc non ſatis eſt, vt reſcriptum poſterius impetrare valeat, & ita eſt hic text. pro ſententia communi, quæ habet poſſe impetrantem renuntiare reſcripto poſtquam præſentauit, & illo vſus eſt, de qua alibi, iuuat reg. *l. vbi cœptum 31. ff. de iudic. cum ſimilibus,* quæ non ſolùm procedit in iudice ordinario, verùm etiam delegato, de quo *hic*, vt obſeruant omnes hic, & illic, & liberè proſequitur Felin. *in præſenti à n. 15.* & Perez *l. vlt. in princ. verſ. quæro cœptum, tit. 1. lib. 3 Ordin.* Gabr. *lib. communium, tit. de iudic. concl. 1. à princ.*

Super eodem negotio impetrantis.] Notatur ad hoc 3
quòd ad incurrendum pœnam de qua *hic*, ſufficit ſola impetratio diuerſarum commiſſionum, licèt impetrans eiſdem non vtatur, probant *hic* Hoſt. & Abb. Pan. *n. 42.* idem Hoſt. & Panorm. *in c. vlt. inf. hoc tit.* Dominic. & Franc. *num. 7. in c. diſpendia, hoc tit. in 6.* vbi Gomez. *n. 28.* licèt enim narratio & caſus proponatur hic in eo, qui impetrauit, & vſus eſt vtraque commiſſione, Papa tamen in deciſione ſolam expendit impetrationem, & fraudem in ea commiſſam, vt patet ibi, fraudem Presbyteri duas commiſſiones impetrantis, accedit *d. c. diſpendia,* ibi, *ſtudeat impetrare,* iuncto *verſ. quia verò,* &c. vbi ad effectum, vt impetrans careat commodo litterarum, ſola videtur expendi impetratio, quamvis ad effectum, vt ille in expenſis condemnetur requirat text. vſum & fatigationem Rei in iudicium vocati.

Verùm licèt ſupradicta ſententia improbabilis non 4
ſit, contraria tamen communis, & æquior ac in praxi ſeruanda eſt, reſoluens pœnam huius text. procedere vbi impetrans diuerſa reſcripta vtitur eiſdem, non verò vbi non vtroque, ſed neutro, vel altero tantùm vtitur, vt eſt in ſummario huius text. intendit *gloſſ. 1. in princ. hic,* clariùs *gloſ. 3. in c. cæterùm ſupr. hoc tit. gloſ. verbo, fecerunt, in d. c. diſpendia,* vbi Doctores communiter, vt per Gom. *n. 28.* ſequuntur Abb. *n. 5.* Felin. *n. 1.* Dec. 4. poſt alios *hic* Iaſ. *n. 12. in l. 3. in princ. ff. quod quiſque iuris,* Marian. *in cap. 1. n. 18. de mutuis petit.* intelligentes text. hunc in præcitatis verbis de impetratione cum effectu, quem non ſortitur quamdiu impetrans non vtitur, ſic eodem modo intelligunt *d. c. diſpendia,* de impetratione inſimul cum vſu.

Nec Clericus.] Notatur ad hoc quòd in dubio ne- 5
mo Clericus præſumitur, vt per Menoch. *de præſumpt. lib. 6. præſ. 76. num 1.* Maſcard. *de probationib. concl. 302. num. 13. & concl. 963. num. 1.* Fulu. Pacian. *eod. tract. lib. 2. cap. 74 n. 9.* Brun. à Sole *in locis communib. verb. Clericus 21.* Farin. *in praxi crimin. q 8. n. 38.* Azeued. *l. 10. num. 1. tit. 1. lib. 4. nouæ recopil.* Flores de Mena *var. lib. 1. q. 23. num. 75 cum ſeqq.* D. Barboſa *in l. Titia, num. 31. ff. ſolut. matrim.*

Commodo careat vtriuſque.] Notatur ad hoc quòd 6
trahens aliquem coram diuerſis iudicibus pro eadem cauſa eam perdit, vt per Bellacomb. *tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 1. n. 28. pag. 361.* Marta *de iuriſd. part. 2. c. 2. num. 15.*

In gloſ. 1. ibi, *licet non faciant mentionem de primis.* 7
Notatur ad hoc quòd ſi primum reſcriptum ob aliquod vitium ſit nullum, tunc illius mentio habenda non eſt in impetratione ſecundi, vt per Menoch. *de arbitr. caſu 202. n. 57. & n. 81.* Maſcard. *de probat. concluſ. 846. n. 21.* Æmill. Verall. *deciſ. 217. p. 1.* Cald. Pereira *de poteſtate elig. cap. 5. n. 12.* plures alios refert Sanch. *de matrim lib. 8. diſp. 22. n. 21.*

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum ad beneficium impetratum, & de beneficium impetrante non faciens mentionem, minimè valet.*
2 *Impetrans beneficium narrare debet aliud, quod iam obtinuit, multipliciter declaratur ibi.*
3 *An eo caſu quo quis in impetratione alicuius beneficij*

non fecit mentionem de alio obtento, propter quod impetratio est nulla si impetrator velit dimittere primum, cuius non meminit an gratia conualescat ostenditur.

4 *Beneficium impetrans tenetur facere mentionem de pensione habita loco beneficij.*

5 *Pensio est beneficium Ecclesiasticum si detur in titulum beneficij, secus si in stipendium.*

6 *Beneficium impetrans tenetur facere mentionem de præstimoniis datis in titulum perpetuum, & habentibus annexum aliquod obsequium spirituale.*

7 *Præstimonia data in titulum perpetuum, & habentia aliquod obsequium spirituale annexum beneficia dicuntur.*

8 *Beneficium impetrans tenetur facere mentionem de titulo patrimonij, ad quod ordinatus est in literis iustitiæ, secus in literis gratiæ.*

9 *Beneficij manualis est facienda mentio in impetratione secundi.*

10 *Impetrans debet exprimere in impetratione se esse Clericum.*

11 *Beneficium laico conferri non potest.*

12 *Beneficium vnum habens iure indignus est ad alterum.*

13 *Electionis confirmatio valet non facta mentione de prouisione alteri nulliter facta.*

14 *Beneficium quod dicatur Clerico sufficiens.*

Cap. Cùm adeo. XVII.

1 IN literis pro beneficio obtinendo semper debet fieri mentio de alio beneficio si quod habet ille, qui impetrat, & debet semper dici, *si dignus est*, quòd si non dicatur, semper intelligitur, alias non valet. Si est clericus, debet se clericum dicere, si non, dicat se scholarem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Barbat. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Imola, Host. Anchar. Innoc. Panorm. Bald. Felin. Dec. Butr. Henric. Boich. Martin. Vran. Didac. Sahagun, & Compostel. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag.* 18. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 15. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 1. *tit.* 2. *c.* 7.

2 *Nec de præbenda ipsius mentio haberetur.*] Notatur ad hoc quòd impetrans narrare debet aliud beneficium, quod iam obtinuit, Mill. *in reper. verbo, gratia*, Nicol. Garcia *de benefic. part.* 1. *c.* 2. *num.* 122. Menoch. *de arbitr. casu* 201. *n.* 41. vbi *num.* 42. hoc ampliat etiamsi beneficium esset tenue, & *n.* 43. etiamsi impetrans secundum beneficium reipsa primum consequutus non fuisset, sed solùm habeat literas super impetratione, & *n.* 45. quamuis impetrans possideret aliud beneficium, quod violenter occupauerat. Hoc tamen cum Nau. *cons.* 9. *de rescriptis in nouis*, limitat Nicol. Garcia *vbi proximè n.* 125. nisi impetrans de facto ignorarer se habere alia beneficia, per text. *in c. gratia, hoc tit. lib.* 6. quem asserunt procedere in ignorantia facti, & non iuris. Vnde idem Garcia obiter notat errasse Gonz. *ad reg.* 8. *Cancel. gl.* 15. §. 2. *n.* 68. quatenus habet quòd beneficium vacaturum tanquam incompatibile per assecutionem secundi non est opus narrari vt obtentum in gratia secundi, quia Mohed. *decis.* 14. *de præbendis*, quem pro se allegat, id non dicit, sed quòd non est opus facere mentionem de qualitate, quòd sit simile sub eodem tecto.

3 Quæstio est non contemnenda an eo casu, quo quis in impetratione alicuius beneficij non fecit mentionem de alio obtento, propter quod impetratio est nulla, iuxta *cap. de multa, infra de præbend.* si impetrator velit dimittere primum, cuius non meminit, an gratia conualescat? in qua communis est Doctorum sententia impetrationis litteras non conualescere, vt tenet Ioan. Baptist. Ferret. *cons.* 11. *vlt. num.* 24. post Specul. Host. Ioan. Andr. Cardin. Butr. Imolam, & alios, sequitur Rendina *in promptuario recept. sent. tit.* 7. *num.* 11. vbi secus dicit si impetrationis tempore nondum beneficium habebat, sed erat illud recepturus, tunc enim resignando iuri quærendo litteræ conualescunt.

Amplia primò principalem resolutionem, quatenus habet impetrantem beneficium teneri facere mentionem de obtentis, vt procedat etiam in pensione imposita super beneficio, id est loco beneficij, vt commodiùs sustentari valeat, veluti ex causa renunciationis, vel cessionis, vt per Menoch. *de arbit. casu* 201. *n.* 51. Flamin. *de resign. lib.* 2. *q.* 15. *n.* 5. & *lib.* 6. *q.* 2. *n.* 13. & *lib.* 10. *q.* 2. *n.* 78. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 6. *c.* 33. *q.* 8 *vers. ex quo fit*, Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 5. §. 5. *à n.* 16. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 1. *c.* 5. *à n.* 75. Nam pensio est beneficium Ecclesiasticum, & beneficij nomine intelligitur si detur in titulum beneficij, secus si in stipendium, Redoan. *de simonia, p.* 2. *c.* 14. *n.* 10. Selu. *de benefic. p.* 1. *q.* 3. *n.* 11. Hojed. *de benefic. incompatibil in præfat. n.* 30. & *p.* 2. *q.* 7. Rebuff. *in tract. de pacificis possess. n.* 92. & *n.* 214. & *in tract. nomin. q.* 9. *n.* 36. Salzed. *in pract. Benard. c.* 62. *num.* 10. *alias c.* 65. *num.* 15. *in nouis.* Azeued. *l.* 1. *n.* 5. *tit.* 4. *lib.* 1. *nouæ recop.* Couar. *pract. c.* 36. *num.* 10. *vers.* 4. Flamin. *de resign. lib.* 1. *q.* 10. *n.* 69. & *lib.* 2 *quæst.* 15. *à n.* 11. & *lib* 6. *q.* 4. *n.* 19. Flores de Mena *var lib.* 2. *q.* 21. *n.* 199. & *q* 23. *n.* 35. Nau. *cons.* 11. *de constit. num.* 8. & *cons.* 8. *de iurepatron. num.* 9. & *cons.* 66. *de simonia num.* 30. Azor. *d. part.* 2. *lib* 3. *c.* 5. *q.* 2. & *lib.* 8. *cap.* 5. *q.* 4. Gonzal. *d.* §. 5. *à princ.* P. Soar. *tom.* 5. *de censuris, disp* 15 *sect.* 1. *n.* 6. Nicol. Garcia *d. c.* 5 *à n.* 3 Bellet. *disquisit. clerical. p.* 1. *tit. de disciplina clericali*, §. 14. *num.* 21. & ideo illegitimus sicut est incapax beneficij, ita est incapax pensionis, eatenus tantùm, quatenus est incapax Ordinis, vt dixi ad *cap. proposuit, num. fin. de filiis presbyt.* 4

Secundò amplia procedere in præstimoniis, de quibus tenentur facere mentionem beneficia impetrantes, quando ipsa præstimonia dantur in titulum perpetuum, & habent annexum aliquod obsequium spirituale, vt per Menoch. *d. casu* 201 *à n.* 55. Talia enim præstimonia beneficia dantur, vt resoluunt Salzed. ad Bernard. *in pract. c.* 18. *n.* 10. *in nouis. impr.* Fusch. *de visit. lib.* 2. *c.* 20. *n.* 23. Ludou. Lopez *in instruct. conse. tom.* 1. *cap.* 105. Sot. *de iustit. lib.* 18. *q.* 3. *num.* 3. *concl.* 2. Nau. *in man. cap.* 25. *n.* 122. Fulu. Pacian. *de probat. lib.* 2. *c.* 31. *n.* 1. Veg. *p.* 1. *sum. cap.* 128. *casu* 13. *vers. Sexto*, Petr. Ledesma *in sum. part.* 2. *tract.* 9. *c.* 4. *concl.* 6. *diffic.* 1. Fr. Emman. *in sum. p.* 1. *cap.* 140. *n.* 7. Iacob. de Graff. *in decis. aureis lib.* 2. *c.* 9. *n.* 14. Flamin. *de resignat. lib.* 1 *quæst.* 2. *num.* 123. *cum seqq.* & *lib.* 2. *q.* 1. *num.* 136. & 137. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 5. §. 2. *n.* 11. Azor. *instit. moral part.* 2. *lib.* 3 *cap.* 7. *quæst.* 1. Soar. *d. tom.* 5. *disput.* 33. *sect.* 1. *num.* 8. Ioan. Anton. Massobr. *in sua praxi habendi concursum, prælud.* 20. secundùm Romanam impress. 6

Tertiò amplia, vt quis teneatur facere mentionem de titulo patrimonij, ad quod ordinatus est in literis iustitiæ, secus tamen in literis gratiæ, vt per Viu. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 1. *tit. de præbend. num.* 3. *p.* 181. Menoch. *d. casu* 201. *n.* 40. Azor. *d. lib.* 6. *c.* 33. *q.* 8. *vers. si priores*, Nicol. Garc. *de benefic. p.* 2. *c.* 5. *n.* 101. *cum seqq.* 8

Quartò amplia, vt quis obtinens beneficium manuale, hoc est, amouibile ad superioris nutum, teneatur illius facere mentionem in impetratione secundi, vt per Menoch. *d. casu* 201. *n.* 46. Nicol. Garcia *d. tract. p.* 1. *c.* 2. *n.* 80. 9

Imo

10 *Imo nec clericus diceretur in eis.*] Notatur ad hoc quòd impetrans debet exprimere in impetratione esse Clericum, aliàs si exprimat esse Clericum cùm sit laïcus, impetratio est obreptitia ob falsi narrationem, & per consequens prouisio est nulla, vt per Menoch. *dict. casu 211. num. 33.* Flamin. *de resign. lib. 4. quæst. 2. à num. 9. cum duobus seqq.* Et impetrans tenetur probare clericatum, & tonsuram, etiamsi ab alio tertio secum litigante non apponatur, vt Boër. *decis. 171. numero 11. & 15.*

11 Notatur etiam ad hoc quòd laïco conferri non potest beneficium, vt per Selu. *in tract. de benef. part. 2. quæst. 23. num 14.* Nau. *cons. 1. num. 1. sub tit. de præbend. in nouis.* Hoied. *de incompatib. benef part. 1. cap. fin. num. 61.* Rebuff. *in tract. de pacificis possess. num. 324.* Menoch. *dict. casu 201. num. 33.* Flamin. *d. q. 2. n. 2.* nec etiam ad illud potest præsentari, vt per Lambertin. *de iurepatron. in vlt. part. lib. 2. q. 2. art. 3.* Flamin. *d quæst. 2. num. 5.* Gonzal. *ad reg. 8 Cancel gloss. 2. numero 60. cum seqq. & gloss. 5. num. 9.* plures Doctores refero ego ipse *in tract. de offic. & potestate Episcopi, part. 3. allegat 27. num. 73.* Cætera verò quæ ad hoc propositum desiderari possunt, tractabo *infrà ad c. 2. de institut.* Cùm iure Canonico dumtaxat prohibeantur à beneficiis ij, qui nondum sunt prima Clericorum tonsura donati, vt per Azor. *d. lib. 6. c. 2. q. 6* igitur cum priuilegio Apost. beneficium à laïco poterit obtineri, Nicol. Garcia *d. p. 1. c. 2. num. 28.*

12 *Dignus.*] Notatur ad hoc quòd habens certum vnum beneficium, iure ipso dignus est ad alterum, vt per Azor. *d lib. 6. c. 10. in princ.*

13 In glos. 1. ibi, *licèt non faciant mentionem.* Notatur ad hoc quòd valet confirmatio electionis non facta mentione de prouisione alteri nulliter facta, & non censetur subreptitia impetratio alicuius dignitatis à Papa facta, non habita mentione electionis ad dignitatem illam nulliter factæ, vt per Palat. *in repet. cap per vestras, notab. 4. n. 24. de donat inter virum.*

14 In gloss. *Sufficientem*] Notatur ad hoc quòd illud beneficium dicitur Clerico sufficiens ad sustentationem, quòd ipsi, & suis sufficit, vt per Azor. *d lib. 6. c. 10. q. 8.* quem refero ego ipse in meo *tract. de officio & potest. Episc. part. 2. allegat. 9. numero 13.* Filliuc. *tom. 1. tract. 41. cap. 7. numero 19.* Illustriss. D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad cap. 1. num. 6. dist. 70.* quamvis verò relinquatur iudicis arbitrio, Flamin. *de resignat. lib. 5. quæst. 6. numero 131.* Beia *respons. casuum conscient. part. 4. casu 26. vers. quòd si quæras, pag. mihi 442.* Zerol. *in praxi Episcop. verbo, beneficia, vers. octaua conclusio, p. 51. part. 1.*

15 In ead. glos. ibi, *in tali sufficientia debet haberi ratio nobilitatis.* Vide Tiraq. *de nobilit. cap. 20. num. 13. & 142.* Talis enim sufficientia probanda est inspecta qualitate personæ, nobilitate Ecclesiæ, & ciuitatis, & illius consuetudinis; & aliis similibus circunstantiis, de quibus per Selu. *de benef. part. 1. quæst. 5. n. 227 & seqq.* Rebuff. *in tract. de cong. part. num. 80. vers. & non potest*, latè Menoch. *de arbitr. casu 216. ex n. 12.* Buratt. *decision. 248. num. 4.*

16 In gloss. *Si dignus*, vlt. ibi, *qui habet sufficiens beneficium ad aliud beneficium reputatur indignus.* Vide quæ dixi ego ipse *de officio & potestate Episcopi, part. 3. allegat. 62.*

SVMMARIVM.

1 *Ordo rescripti interpretationem recipit à iure communi.*

2 *Rescriptum debet intelligi secundùm ius commune, & eius ampliationes amplecti.*

3 *Imperans aliquid contra ius commune hoc facere debet, vt minus quàm possit, lædatur ipsum ius.*

4 *Causa cognitione alicui simpliciter commissa, an quoque censeatur commissa definitio ostenditur, & numero 5.*

6 *Posse quis non dicitur, quod contra ius potest.*

7 *Clausula sequens quandoque determinat præcedentia.*

8 *Argumentum nunquid valeat, & sumi possit ex ordine literæ, ostenditur.*

CAP. Causam, quæ XVIII.

Innoc. III.

REscripti forma quando est contra ius, seruanda 1
est secundùm ius commune, nisi constet Papam aliud voluisse. Item si quid fuerit factum, solum illud reuocatur quod fuit illegitimè factum. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Barbat. Ioan. Andr. Imola, Anania, Host. Anchar. Innoc. Panorm. Bald. Felin. Dec. Butr. Henric. Boich. Martin. Vranius, Didac. Sahagun, Compostel. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag. 19* Alagona *in compend. iuris Canonici pag. 5.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 3. Decretal. lib. 1. tit. 2. cap. 8.*

Collige ex text. quòd rescriptum debet interpretari 2
secundùm ius commune, vt per Calder. *cons. 25. si mandatur in princ.* aliàs *cons. 2. de rescr.* Roman. *cons. 334. Circa primum n. 1. & 2. & ibi* Mandos. Card. Tusch. *tom. 6. lit. P. concl. 211.* Surd. *decis. 175. n. 8.* Guid. Papæ *in tract. de rescript. n. 32.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea resol. 93.* vbi multa super hunc text. Mantic. *decis. 218. n. 3.* Aretin. *cons. 45. n. 5. & cons. 76. n. 4.* Rota *decis. 39. n. 2.* apud Farin. *in recent p. 1.* Garc. Gironda *de priuilegiorum, seu exemptionum explicat. n. 275.* vbi dicit quòd verba rescriptorum generalia restringuntur secundùm ius commune, & rescriptum ad lites strictè interpretari debet; vt ad ius commune reducatur. Paris. *cons. 108. n. 14. lib. 4.* Rot. *dec. 148 & 35. in nou.* Card. Tusch. *d. lit. P. concl. 122. n. 3.* nam vbi aliquid iuxta illud disponitur, eius ampliationes amplecti debet, cùm exceptio in eo non firmet regulam in contrarium, arg. text. *in c. dilectus, & in c. ad audientiam,* vbi Abb. *de clericis non resid.* Tiraq. *in tract. le mort. p. 2. decl. 2. n. 2.* D. Barbos. *in l. 1. ff. soluto mat. p. 2 n. 61.* Valasc. *cons. 42. n. 1.* Si verò aliquid disponatur contra 3
ius commune, intelligi debet, vt minus quàm possit lædatur ius commune, Cassan. *in cons. Burgundiæ, rub. 7. §. 3. in fin. n. 2. pag. 237.* Tiraq. *de retract. lig §. 9. gloss. 2. n. 55.* Menoch. *remed. 15. recup. n. 278. & de arbitr. casu 321 n. 13. & cons. 4. n. 8. & cons. 5. n. 3. & cons 88. n. 30* Surd. *de aliment. tit. 8. priuil. 90. n. 4. cum seqq.* Aduerte etiam rescriptum interpretari secundùm verisimilem mentem concedentis, vt per Ant. Monac. *Lucensi decis. 62. n. 20. & n. 22.* tenet quòd in eis magis attenditur mens, quàm verba.

In causæ cognitione ad decisionem, &c.] Hic text. 4
facit ad resolutionem illius quæstionis quam dubiam esse bis affirmat Alex. *in l. à Diuo Pio, in princ. num. 18. ff. de re ind.* & valde dubiam Abb. *in cap. cùm super num. 13. de causa possess.* & ambiguam Ias. *in d. l. à Diuo Pio, in princ. n. 17.* an commissa alicui simpliciter causæ cognitione definitio quoque commissa censeatur, & non censeri commissam dicit glos. *in l. qui procuratorem 57. ff. de procurat.* Burat. *in d. l. à Diuo Pio, in princ. n. 11.* Alex. *ibid. num. 18.* Abb. *d. num. 13.* Bero. *in c. venerabilis num. 7. de iudic.* communis ex Menoch. *de arbitr.*

hitr in princ.n.16. Pro qua communi facit primò, nam commisso vno, nempe cognitione, aliud denegari intelligitur, argum.*l.cum prætor* 12.*ff.de iudic.* Secundò facit, nam cognitio, & definitio diuersa sunt, *c. quamvis, c.accusatus* 3.q 6.text.*in præsenti, Extrauag.quia quorumdam. col.2. vers. ei autem cui, de verb. signif.* Ioann. XXII. qua ratione praxi Romanæ Curiæ receptum est, vt semper in commissionibus apponatur hæc claus.*Committimus vobis causam cognoscendam, & fine debito terminandam*, vel aliam, videlicet, *Audiat talis, & iustitiam faciat*, quia vnum sine altero non sufficiebat, ex *l.1.C.si contra ius*, vbi Paul.*n.2.* idem Paul.*in d. l à Diuo Pio n.17.à princ.* Mandos.*in præxi commiss.verbo audiendas fol.4.*

5 Quamuis contrarium, immo commissa cognitione causæ censeri commissam definitionem teneant Ias.*in d.l.à Diuo Pio n.17 in princip.* Felin.*in c.super quæstionum, in princ num.3 de offic.deleg.* Iacob.*in d.l de qua re, num.1.* Alciat.*in l.notionem, in princ.ff.de verb.signif.* Pro quibus non facit *d l.de qua re* 74.*ff.de iud.* quia obtinet in iurisdictione ordinaria, & sic suppositа potestate definiendi; secus autem est in delegato, cui taxata est cognoscendi potestas, ita Abb. *d. n.13.* & Menoch.*citato loco n.23.* Nec etiam fauet *d.l.1.C si contra ius*, cui non satisfacit *glos.citat.ibid.* nec Bart. *d.n.11.* dum intelligitur causam ibi fuisse simpliciter commissam, in qua specie cognitio, & definitio commissa censetur, in quo omnes conueniunt, ex Ias.*vbi suprà n.15.* quia eidem repugnant verba illius l.ibi, *cognitio delata est* ex quibus planè constat non causam simpliciter, sed causæ cognitionem ibidem fuisse commissam, quæ tamen diuersa sunt, vt diximus; & satisfacit interpretatio Alciat. *d.loco*, dum ait commissam fuisse in ea lege cognitionem ordinariam, quo casu iudex qui cognoscit, definire debet; reiicitur enim tum quia diuinat, tum quia text. ille loquitur de commissione facta in ipso particulari, in qua specie cum authoritate rescripti cognoscat Ordinarius, efficitur delegatus, ex *d.c. cum aliquibus.* Vnde omissis aliis interpretationibus relatis ab Orian. *in l.3. num.118. ff. de offic. eius* dicendum est eo text.non dubitari, an mandata cognitione data esset iudicandi facultas, sed dubium erat, an ipsum ob aliqua, quæ expressa nō fuerant, & non poterant mouere Principem ad non concedendum cognitionem impediret, & ad hoc respondet Imp. habendo pro constanti iudicem ex alio capite potuisse pronuntiare, quia regulariter in quolibet actu, qui fit, præsupponimus alia requisita interuenire, arg.*c.vnic. de at. & qual.lib 6.*

6 *Quantum de iure poteritis.*] Notatur ad hoc quòd posse quis non dicitur, quod contra ius potest, vt per Stephan.Gratian. *Marchiæ decis.13.n.34.*

Super non expressis.] Hæc verba, iunctis aliis, ibi, *ante personarum, vel rerum expressionem*, apertè probant decisionem huius *c.in vers. nos igitur*, ac subinde reg. text. *in cap.1. super hoc tit. & regulam generis, de regulis iuris lib.6.* non procedere postquam virtute generalis mandati facta est expressio personarum, & rerum per quam generalis illa specificatur, & ad certas species redigitur, & perinde est ac si super eisdem personis, & rebus expressis rescripta specialiter emanarent, arg. *l. cùm incertus 13. de legat.1.* notat glos. *verbo chorum, vers. contrarium in c.2. hoc tit. lib.6.* idque satis obseruant omnes in præsenti, *glos. vlt. in princ.* ibi, *ita tamen.* &c. Dec. *num.5. in fine*, Beroi.45.*in fin.* Rip.61. *cum seq.* & alij *in d.cap.1.* Butr. *notab.2.* Imol. *in princ.* per text.*ibi in c.cùm dilecta, inf.eod.* ex quorum mente reg. *d cap.1.* & similium tantummodo locum habet vbi proponitur mandatum generale sub quo plura comprehenduntur, non verò vbi multa insimul in eodem mandato specialiter exprimuntur, vt satis innuit text.in præsenti, iunat *l.2. ff. de legatis 2. & l. scire debemus* 29. *ff.de verb.oblig.*

In glos. *Præcedat*, ibi, *quandòque clausula sequens determinat præcedentia, quandoque præcedens sequentia, prout iuris ordo requirit.* Vide per me tetracta *in remiss.de dictionibus, & clausulis, claus.119.* 7

In ead.glos.ibi, *nec ordo scripturæ spectatur, sed potius id, quod de iure sumitur.* Vide *libellum de principiis vtriusque iuris, lit.O. n.16. cum seqq.* Argumentum nunquid valeat, & sumi possit ex ordine literæ, itavt primò scripti aliis postea scriptis præferantur? Vide Menoch. *cons.51.num.35.* Gutier.*in repet.l.vnic.n.44.C.quando non petent. partes*, Boer. *in tract. de ordine graduum vtriusque fori p.2.n.24.* plures per Rendinam *in promptuario recept. sent.in fine, tom.2.in Miscel.n.2.* faciuntque Ant.Monach. *Lucensi dec.13.n.51 & dec.64.n.39. & 40.* & Flor. *dec.1. n.63* Card.Tusch.*lit.O.concl.196.* 8

SVMMARIVM.

1 *Impetratio in Ecclesia numerata non valet non facta de numero mentione, si per eam frangitur numerus Canonicorum, licèt non fragatur numerus Præbendarum.*
2 *Gratia quando est nulla ipso iure, ipso quoque iure datio executoris, & eius iurisdictio nulla est.*
3 *Dictio* irritum *est expressiua nullitatis ipso iure.*
4 *Consuetudines, vel statuta licèt Papa, vel Imperator casset, per hoc non intelligitur cassare consuetudines iuramento firmatas.*
5 *Clausula*, non obstante, *nunquam tollit constitutionem iuratam.*
6 *Episcopus dispensare non potest in suis constitutionibus iuramento firmatas.*

CAP. Constitutus. XIX.

LIteræ impetratæ vt quis admittatur in numerum Canonicorum, si numerus Canonicorum erat certus, iuramento firmatus, à Papa confirmatus, & expletus ante datam literæ non valeat ob tacitam veritatem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Barbat. Bellam. Ioann.Andr. Imola, Anania, Host. Anchar. Innoc. Panorm. Bald. Felin. Dec. Butr. Henric. Boich.Martin.Vran.Didac.Sahagun, Bernard. Compostel. *in breuiario iuris Canonici*, Viuian. *in rationali primi libri iuris Canonici, pag.38.* Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.16.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord part.1.& 2. & tom.2. repetitionum in iure Canonico ad 1. Decretal. lib.1.* Iacob. Zocchius, refertur ab Anton. August. *collect.3. Decretal.lib.1.tit.2. cap.9.* 1

Literas executorias.] Notatur ad hoc quòd quando gratia ipso iure nulla, ipso quoque iure datio executoris, & eius iurisdictio nulla, & inutilis est, vt per Nauar. *in c cùm contingat, in principali causa primæ nullitatis, infrà hoc tit.* 2

Irritum.] Id est, nullum ipso iure, vt per Tiraq. *in l.si unquam, verbo, reuertatur, n.45 C.de reuocandis donationibus*, Sanch.*de Matrim.lib.3.disp.21.n.6.* 3

Firmatus iureiurando.] Notatur ad hoc quòd licèt Papa, vel Imperator casset consuetudines, vel statuta, per hoc non intelligitur cassare statuta iuramento firmata, vt per Aflict. *decis.5. in fine.* Vnde clausula *non obstante*, nunquam tollit actum iuratum, vel constitutionem iuratam, Bernard. *Regul.84.* Vital. de Cambanis *in tractatu clausularum, pag.10. col.1.* Marc. Anton. 4 5

Ant. *variar. resolut. lib. 1 resol. 58. n. 6.* quos refero ego ipse *in meis remissionibus de dictionibus & clausulis clausula* 47. vbi etiam resoluo clausulam huiusmodi, *non obstantibus statutis Ecclesiæ*, non tollere statuta per Papam edita, vel confirmata per glos. *in Clementina dudum de sepulturis*, & quæ resoluunt Celsus Vgo *in tractatu clausularum pag. 480. col. 1* Brunor. à Sole *in locis communibus, verbo, clausula* 31. Hinc etiam licet Episcopus possit dis-
6 pensare in suis constitutionibus, vt resoluunt per me citati *in tr. de officio & potestate Episcopi, p. 2. alleg. 34. n. 2.* si tamen sint iureiurando firmatæ, in eis dispensare non valebit, Azor. *inst. mor. p. 1. lib. 5. c. 15. q. 7. vers. in præsenti*, Sanch. *de mat. l. 8. disp. 17. n. 41.* quos refero *dict. alleg. 34. num. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Falsum exprimens, vel tacens verum in rescriptis, si malitiosè faciat, caret prorsus impetratu. Sed si per simplicitatem, vel ignorantiam obtinuisset vero expresso, & suppresso falso, saltem literas in forma communi, tunc delegatus procedit seruato iuris ordine, & non speciali forma rescripti, secus si nullo modo literas habuisset.*

2 *Tractatus debet esse diuisus, distinctus, & clarus, vt commodiùs intelligi possit.*

3 *Obreptio committitur per narrationem falsi, subreptio vero per veri taciturnitatem.*

4 *Literæ corrunt in totum vbi in aliqua parte, vel articulo illarum per dolum, vel malitiam impetrantis falsum aliquod exprimitur, aut verum supprimitur.*

5 *Fraus, vel malitia, qua quis falsitatem expressit, vel veritatem suppressit, non præsumitur, sed necessario probanda est.*

6 *Rescripta gratiæ per subreptionem obtenta sunt ipso iure irrita, secus in rescriptis iustitiæ, quæ non vitiantur nisi ope exceptionis.*

7 *Rescriptum subreptitium, & quicquid ab eo pendet, est ipso iure nullum.*

8 *Priuilegium subreptitium est ipso iure nullum.*

9 *Legitimationem nullam reddit subreptio, & obreptio.*

10 *Subreptio non dolosa non vitiat rescriptum ad lites, si aliàs Papa esset concessurus.*

11 *Ignorantibus & simplicibus parcendum est.*

12 *Rescriptum non vitiat taciturnitas in eo quod si fuisset expressum, fuisset æquè concessum.*

13 *Rescriptum per quod quis impetrauit iudicem lite pendente, non facta mentione de illa, est nullum.*

14 *Mentio facienda est de statu causæ in rescripto lite pendente impetrato.*

15 *Subreptitia dicitur venia à Principe impetrata, non facta mentione de iterato crimine.*

16 *Mentione non facta de lite nulla non ob id dicitur nullum rescriptum lite pendente impetratum.*

17 *Iudex cognoscit an sua sit interdicta quando est discepatio iurisdictionis inter ipsas partes.*

18 *Delegatus potest sententiare super exceptionibus propositis pro impedienda exequutione Bullarum Apostolicarum.*

19 *Dolus vel calumnia præsumi non debet.*

20 *Subreptio non præsumitur dolosa.*

21 *Rescriptum corruit quando adest dolus, siue alias Princeps esset concessurus, siue non.*

22 *Subreptio per ignorantiam commissa non excusat.*

23 *Exprimenda sunt illa, quæ Principis animum ad concedendum facilius mouere possunt.*

24 *Contumax non dicitur qui non comparuit citatus coram illo qui in eum notoriè nullam habebat iurisdictionẽ.*

25 *Quando opponitur aliquid quod contra contradicit iurisdictionem iudicis, potest ipse cognoscere an sua sit iurisdictio.*

CAP. Super literis. XX.

LIteras per fraudem, vel malitiam impetrantes exprimendo falsitatem, vel supprimendo veritatem, nullum ex literis commodum cõsequuntur, & delegatus nullatenus de causa cognoscere potest. Qui verò per simplicitatem, vel ignorantiam veritatem tacent, vel facilitatem exponunt, si talis est falsitas, vel veritas, quæ si fuisset cognita, aut explicata Papæ, Papa adhuc literas dedisset, in forma communi, tunc delegatus literarum forma relicta procedere potest in causa secundùm ordinem iuris. Si verò Papa literas non dedisset tunc iudex procedere non valet, nisi ad conuocandas partes, vt cognoscat de qualitate precum, an aliàs monuisset delegantem. Colligunt ex ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Barbat. Bellam. Io. Andr. Imola, Anania, Host. Anch. Innoc. Panorm. Bald. Beroi. Guid. Papæ, Felin. Dec. Butr. Hentic. Boich. Martin. Vranius, Didac. Sahagun, Mantua, Compostel. Octauius Cloritius *in com* ad hunc text. Viu *in rationali primi libri iuris Pontificii, pag. 39.* Alagona *in compendio iuris Canon. p. 16.* remissiuè Casal. *in ann.* & Ximen. *in conc. p 1. & 2. & tom. 2. rep in iure Canonico ad 1. Decret. librum.* Iacob. Zocchius, Ambros. de Vignate, Quintil. Mandos. in appendice, refertur ab Ant. Aug. *collect. 3. Decret. lib. 1. tit 2. c. 10.*

Discretionem.] Notatur ad hoc quod diuisus, distinctus, & clarus debet esse tractatus, vt commodiùs intelligi possit, Aym. *in tract. de antiquit. temporum in princ. in operis partitione*, Rojac. *in epitome succession. cap. 1. num. 1. & 2.* Strach. *de mercat. in præfat.* Hieron. Portoles *de consortibus, & fideicommiss. legali, cap. 1. num. 2.* a

Falsitatem exprimunt, vel supprimunt veritatem.] Aduerte per narrationem falsi obreptionem cõmitti, subreptionem verò per veri taciturnitatem, seu per confusam ac perplexam expositionem, vel narrationem veri, Viuian. *tom. 1. commun. opinion. lib. 4. tit. 1. num. 191. vers. & subreptio ipsa pag. 452.* Perez *l. 4. titul. 12. lib. 8. Ordin. 689.* Menoch. *de arbitr. casu 201. num. 9.* Sanch. *de matrim. lib. 8 disp. 21. numero 2.* Bernard. Græuæ, *ad practicam Cameræ Imperialis, l. 1. conclus. 14.* huius subreptionis, & obreptionis exceptio debet probari, Mascard *de prob. conclus. 1123. à numero 11.* Alexandr. Bauden. *cons. 26. num. 26. volum 1.* Bapt. Leonel. *tract. de surreptione rescripti, q. 13. art. 1. & 2.* & aduerte quod subreptio eatenus vitiat gratiam, quatenus aliquid fuerit prætermissum in petitione illius gratiæ, quod si fuisset expressum, vel Princeps non concessisset ex causa à iure approbata, vt per Felin. *hic num. 8.* Sanch. *d. lib. 8 disp. 21. num. 11. & 17.* Cassad. *decis. 12. n. 14. de præbend.* Rot. *decis. 148. n. 1. p. 1. recent.* & in Conch. beneficij 10. Maij 1610. coram Card. Sacrato, & in Mantuana pensionis 4. Decembris 1626. coram R. P. D. Mulino, impressa per Viuian. post praxim iuris patron. *decis. 97. sub n. 1.* vide *infra sub n. 12.* b

Nullum ex literis commodum, &c.] Ergo non solùm in ea parte, in qua verum suppressum, vel falsum aliquod expressum fuit, verùm etiam ex omnibus aliis etiam separatis, in quibus neutrum interuenit, siquidem indistinctè, & quoad omnes partes etiam distinctas corruunt literæ vbi in aliqua parte, vel articulo illarum per dolum, vel malitiam impetrantis falsum aliquod exprimitur, aut verum supprimitur, vt c

vt notant Abb. *not.* 1. Zabar. *num.* 4. Dec. *in princ.* Beroi. *lect.* 1. *à n.* 4. *& lect.* 2. *à n.* 13. *hic.* Abb. & omnes vbi Dec. & latè Felin. *n.* 2. *in c sedes sup. hoc tit.* communis *in cap. si eo tempore*, vbi Franch. *hoc tit. in* 6. Rebuff. *c.* 2. *ad leges Galliæ, sub hoc tit. in præfat n.* 110. Perez *l.* 1. *q* 13. *vers. Item secundùm quos, titul.* 12. *l.* 3. *Ord.* licèt subreptio per ignorantiam, vel simplicitatem commissa in aliqua parte, vel articulo rescripti illam tantummodo vitiet, non verò reliquas separatas, *d. c si eo tempore, ad fin.* vbi omnes, Abb. & præcitati. Tiraq. *de pœnis temper. cap.* 44. *n.* 41. Secus tamen est vbi interuenit malitia, vel dolus impetrantis, vt probat text. in verbis prædictis, & ibi, *nullatenus*, &c. & deducitur ex *l. etsi legibus, C. si contra ius*, ibi, *careat penitus impetratis*, quasi dicat, omnibus quæ impetrauit, & ex *d. c sedes, in fine*, vbi referuntur eadem verba: iuuat ratio, quia si rescriptum vitiaretur tantùm quoad eam partem, in qua subreptio commissa est, vtique nulla pœna videretur imposita peruerso impetranti, cùm idem omnino dicendum sit in eo, qui per simplicitatem, vel ignorantiam aliquid omisit, vel falsum expressit, iuxta hunc text. *in vers. seq.* & tamen Papa in peruersitatis pœnam aliquid in priori constituit peculiare, vt patet ex litera, ibi, *in suæ peruersitatis pœnam nullam*, &c.

5 *Postquam sibi super hoc fuerit facta fides.*] Ergo fraus, vel malitia, qua quis falsitatem expressit, vel veritatem suppressit, non præsumitur, sed necessariò probanda est per eum, qui allegat illam interuenisse, ex reg. *l. quoties, vers. qui dolo. ff. de probat.* cum aliis de quibus Tiraq. *de retractu lig.* §. 26 *gloss.* 1. *n.* 35. & ita in dubium per ignorantiam, & simplicitatem potius, quàm per fraudem, vel malitiam subreptio commissa præsumitur, iuxta *reg. præsumitur, lib.* 6. cum similibus probat *gloss. hic. verbo, priori modo*, recepta communiter, vt per Abb. *n.* 7 Felin. *n.* 5 Beroi. *lect.* 1. *n.* 37 & alios *hic*, Dec. *in c. si autem, n.* 2. *hoc tit* Paris. *cons.* 4. *n.* 30. *l.* 4. Perez *ad rubr. q.* 4. *tit.* 12. *lib.* 3. *Ord.*

6 *Nullas prorsus*, &c.] Notatur ad hoc quod rescripta gratiæ per subreptionem obtenta, sunt ipso iure irrita, vt per Menoch. *de arbitr. casu* 201. *n.* 2. *&* 17. *& cons.* 1. *n.* 399. *& seqq.* Alexand. Trentacinq. *var. resol. lib.* 1. *tit. de rescript. resol.* 5. *à n.* 2. Perez *l.* 4. *vers. quæro* 9 *tit* 12. *lib.* 3. *Ord. pag.* 690. Flamin. *de resign lib.* 4. *q.* 2. *n.* 42. *&* 44 *& tom.* 2. *lib.* 10. *q.* 2. *n.* 4. Valasc. *cons.* 72. *n.* 9. Card. Tusch. *practic. conc. tom.* 7. *conc* 711. *cum seq* Sanch. *de mat. lib.* 8. *disp.* 21. *num.* 3. qui contrarium resoluunt in rescriptis iustitiæ, quæ non vitiantur nisi ope exceptionis, me citato *in hoc loco* Ferentil. *in annot. decis* 74. Buratti
7 *num.* 6. *lit A.* Vnde rescriptum subreptitium, & quicquid ab eo pendet, est ipso iure nullum, Menoch. *cons.* 1. *n.* 399. Baptista Leonel. *tract. de subreptione rescripti, quæst.* 1. *art.* 3. Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib.* 1. *conc.* 4. Et loquendo de rescripto absolutionis idem resoluit Menoch. *cons.* 343. *num.* 52. Et nisi verificentur omnia contenta in literis gratiæ, corruit illa, Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancel.* §. 4. *proœm. num.* 78.

8 Hinc fit priuilegium subreptitium esse ipso iure nullum, vt per Xuar. *alleg.* 12. *num.* 31. Ioan. Garc. *de nobilit. gloss.* 1. §. 1. *n.* 72. Azeuedo *l.* 2. *tit.* 14. *lib.* 4. *nouæ recop.* Sanch *d. disput.* 21. *num.* 64. Et subreptio &
9 obreptio reddit legitimationem nullam, cum per eam præiudicetur iuri tertij. Perez *l.* 5. *in princ. vers. quæro* 10. *tit.* 12. *l.* 3. *Ordin. pag. mihi* 691. quia quando precibus obreptitiis, vel subreptitiis legitimatio, seu priuilegium conceditur, dicitur concedens noluisse concedere, quia si sciuisset, vel sibi falsum fuisse narratum, vel vtrum suppressum, id non concessisset, ex Menoch. *cons.* 112. *num.* 72. Vnde subreptitia redditur gratia ex taciturnitate eius, quod si concedens sciuisset, vel non concessisset, vel difficulter concessisset, vt per Felin. *in præsenti num.* 8. Socin. *cons.* 260. *num.* 2. *lib.* 2. Corn. *cons.* 245. *num* 4. *lib.* 1. Cassador. *decis.* 12. *num.* 14. *de præbend.* Sanch. *de Matrim. lib* 8. *disp.* 21. *num.* 11. *&* 17. Buratt. *decis.* 510. *num.* 7. vbi Ferentil. eleganter *litera A.* Rot. *decis.* 288. *per tot.* & præcipuè *num.* 5. post *volum.* 2. *consil* Farinac. *& decis.* 418. *num* 1. *& decis.* 506. *num.* 2. *p.* 1. *& decis.* 105. *& decis.* 739. vtrobique *num.* 1. *part* 2. *recent.* & in Rhegien. translationis pensionis 26. Nouembris 1622. coram R. P. D. meo Pirouano, & in Toletana indulti 14. Martij 1625. coram bonæ memoriæ Remboldo, & in Mantuana pensionis 4. Decembris 1626. coram R. P. D. Merlino. Et an aliquid, quod fuit tacitum, sit eius generis vt expressum retraxisset Principem, vel difficiliorem illum ad concedendum reddidisset, iudicis arbitrio diiudicandum relinquitur, vt tradunt Cassad. *decis.* 12. *num.* 14. *de præbend.* Felin. *in cap. cæterum num.* 4. *hoc tit* Couar. *variar. lib.* 1. *cap. vlt. num.* 5. *vers. falsitas*, Menoch. *de arbitr. casu* 210. *num.* 24. *cum seq.* Sanch. *d. disput.* 21. *num.* 19. quos sequuta est Rot. *in d. Mantuana pensionis coram R. P. D. Merlino.* Verùm prædicta procedunt quando nec ex iure, nec ex stylo Curiæ, vel consuetudine Principis id cognosci potest, nam taciturnitas qualitatis, quam exprimi in iure specialiter cautum est, reddit gratiam subreptitiam, non attento an Princeps faciliùs, vel difficiliùs concessisset, vt docent Felin. *in præsenti num.* 1. *limit.* 1. *& in cap. ad aures num.* 12. *concl.* 9. *hoc tit.* Cou. *d. cap. vlt. num.* 5. *vers. verùm vt his*, Menoch. *d. casu* 201 *num.* 27. Sanch. *d. disp.* 21, *num.* 15. & censuit Rot. in Calaguritana iurisdictionis 8. Aprilis 1585. coram Rubeo, quam citat Beltramin. *in annot. ad decis.* 150. Gregor. XV. *sub num.* 11. *vers. in contrarium.* Et idem est de qualitatibus, quæ ex stylo Curiæ, vel Cancellariæ, aut ex consuetudine Principis exprimendæ sunt, quæ nisi narrentur, rescriptum redditur subreptitium, nec attenditur an Princeps eadem facilitate concessisset, Menoch. *d. casu* 201. *num.* 28. Mascard. *de probat. concl.* 846. *n.* 8. Sanch. *d. disp.* 21. *n.* 16.

Qui per simplicitatem, vel ignorantiam.] Notatur ad 10 hoc quod subreptio non dolosa siue in tacendo, siue in exprimendo falsum non vitiat rescriptum, si aliàs Papa esset concessurus, Nicol. Garc. *de benefic. p.* 6. *cap.* 2. *num.* 202. vbi cum Gloss. *verbo, taceatur, in cap. si motu proprio de præbend. in* 6. & Ioan. Andr. *hic*, & Bero. ac Dec. *num* 18. intelligit in rescriptis ad lites, secus resoluens in gratiosis, in quibus subreptio licèt per ignorantiam, aut simplicitatem vitiat, Aym. *cons.* 68. *num.* 12. *vol.* 1. Vnde notatur etiam text. in præsenti ad hoc quod ignorantibus & simplicibus parcendum est, vt per Palat. *in alleg. hæresis.* §. 4. *col.* 2. Et qui ignoranter, rusticitate, aut simplicitate ductus deliquit, minus peccat, ex Tiraquel. *de pœnis temper. causa* 11. *num.* 2.

Nullatenus.] De hac dictione dictum est *suprà in* 11 *cap. eam te* 7. *hoc titul. & in tract. de dict. vsufrequent. dict.* 226.

Tacita vel expressa.] Notatur ad hoc quod taciturnitas non vitiat rescriptum in eo quod si fuisset expressum, fuisset æquè concessum ex Palat. *in repet. cap. per vestras, notab.* 4. *num.* 27. *de donation. inter virum*, nam rescriptum, in quo supprimuntur, quæ iudicis animum ad dandum, vel denegandum mouere possunt, est subreptitium, vt per Xuar. *alleg.* 12. *num.* 1. Sic etiam rescriptum redditur nullum quotiescumque impetrans tacet ea, quæ si exprimerentur, animum Pont. inclinare possent ad gratiam denegandam, seu concedendam cum aliquo moderamine, vt per Curt. Iun. *cons.* 27. *in fin.* Crau. *cons.* 296. *col.* 4. Cou. *l.* 1.

var.

var.c.20.n.5.verſ.verùm vt his, Mandoſ.*in reg.32.Cancel.* q.8.*n.*10 & q.11.*n.*4. Menoch.*de arbitr.caſu* 201.*n.*27. Gut. *canon.lib.2.c.*15. *n.*29. Rebell.*de obl.iuſtit p.*1.*l.*3. *q.*5.*n.*25. Rot.*deciſ.*65.*n.*1.*p.*1.*diuerſ.& dec.*260 *lib.*2. & *deciſ.*248.*lib.*5.*diuerſ.* & ideo gratia probatur ſubreptitia, quoties illa expreſſa in precibus non ſunt, quæ ſi fuiſſet expreſſa, aut Princeps contenta in illis non conceſſiſſet, vel ſaltem ægrè illa condonaſſet, Maſcard. *de probat.concl.*846.

13 *Non eſt aliquatenus* &c.] Notatur ad hoc quod non valet reſcriptum per quod quis impetrauit iudicem lite pendente, non facta mentione de illa, Bout.*ſing.*8. *n.*6. quia reſcriptum aut conceſſio impetrata à Principe lite pendente non facta de ea mentione eſt nulla, Rebuff.*tom.*1.*ad leges Galliæ,tr.de reuocat.n.*87.*pag.*269. Perez *tit.*3.*lib.*3. *Ordin. pag. mihi* 449.& 701. Azeued. *l.*1.*n.*5 *tit.*5.*lib.*4.*nouæ recop.* Flamin.*de reſign.l.*2.*quæſt.*3. *num.*60.*cum ſeq.* Lancel.*de attentatis*, *p.*2.*c.*4.*n.*630.*cum ſeq* Cened.*ad Decret.collect.*53.*num.*1. vbi *n.*2. diſputat an quando conceſſio Principis facta eſt motu proprio, aliquid operetur etſi de lite pendente nulla in ea fiat mentio,& *n.*3. idem quærit quando additur clauſula

14 *ex certa ſcientia*, Amplia, vt etiam de ſtatu cauſæ ſit facienda mentio, Menoch.*de arbitr.caſ.*202.*n.*6. Lancel. *d.c.*4.*illat.*7.*n.*649. Steph. Grat.*diſcept forenſ.c.*100.*n.*37. Flamin.*de reſignat.l.*2.*q.*3.*num* 64 Mar. Ant.*var.reſol l.*1. *reſ.*104 *num* 29. vbi *num.*21 cum Gomeſ. Pariſ. Gabr. Lancel. & aliis reſoluit clauſulas, *cuius litis*, &c. *ſtatum & merita*, &c. *pro expreſſis*, &c. hoc vitium tollere. Vn-

15 de ſubreptitia dicitur venia à Principe impetrata, non facta mentione de iterato crimine, Tiraq.*de pœn.temp. cauſa* 10.*n.*4. Padil.*in l.tranſigere*,*n.*63 *c. de tranſact.* Sebaſt. Medices *de regalur.reg.*3.*n.*54. Fatin. *in praxi crim. p.*1.*q.*6.*n.*4. Henriq.*in ſumm.l.*13.*c.*30.§.1. Nic. Garc.*de benef p.*8.*c.*3.*n.*38. Cened.*ad Decretal.collect.*34 *num* 4.

16 Limita tamen ptincipalem reſolutionem, quando lis eſſet nulla, quia tunc de ea impetrans non tenetur facere mentionem, ſiue ſit nulla ipſo iure, ſiue veniat annullanda ope exceptionis, Menoch.*d. caſu* 202.*num.*82. Lancel.*d.c.*4.*n.*651. Maſcard.*de probat.concl.*946.*à n.*20. Cened.*d.Collect.*53.*n.*4 & *n.*5. Menoch.*vbi ſuprà n.*14. limitat etiam quando lis eſſet deſerta.

17 *De precum qualitate cognoſcat.*] Notatur ad hoc quod index per literas datus apud quem contra illas opponitur exceptio ſubreptionis, poteſt de ea & precum veritate, ac ſubinde de validitate literarum, & viribus ſuæ iuriſdictionis vocatis partibus cognoſcere, vt latè proſequuntur Felin.*à n.*18. Dec.12. Beroi.*lect.*1.*à n.*19. & *lect.*2.*n.*25.& *à n.*79. poſt alios *hic*, Iaſ. & omnes *in l.*2.*ff.ſi quis in ius vocatus*, Perez *ad l.*3.*verſ. item*, *tit.*1. *l.*3. *Ordin.* Et quod iudex cognoſcit an ſua ſit iuriſdictio quando eſt diſceptatio iuriſdictionis inter ipſas partes, ſecus ſi eſt inter ipſum iudicem & partem, tenet Corſet *ſing.* 149.*n.* 2. vide Eraſm. à Cochier *de iuriſd ordinàn exemptos p.*2.*q.*12.

18 *Niſi forſitan*, &c.] Notatur ad hoc quod delegatus poteſt ſententiare ſuper exceptionibus propoſitis pro impedienda exequutione Bullarum Apoſt. vt per Abb. *in c. Paſtoralis*,§. *quia verò n.*3.*in fr.de offic.deleg.* Mynſing.*cent* 4.*obſerv.*93.*num.*3. Menoch.*de arbitr.l.*1 *q.*38. *n.*16. Rota *in nou.deciſ.*35.*num.*1 & *deciſ.*202.*num.*1.*p.*1. quos refert Marius Antonin. *variar.reſ. lib.* 1.*reſ.* 39. *num* 5.

19 In gloſ. *Priori*, ibi *qui fraudem alleg at*, *eam probare tenetur*. Vnde dolus, vel calumnia præſumi non debet. D. Barboſa *in l cum*, *qui temerè*,*n.*26 *ff de indic.* Et quia dolus regulariter non præſumitur, ideo allegantem oportet illum probare *l. quoties*,§.*qui dolo*,*ff.de probat l. dolum*,*C.de dolo*, Gram.*dec.*60.*n.*6. Marant.*de conſect.vlt. vol.lib.*2.*tit.*7.*num.*1. Maſc.*de probat.concl.*542. Menoch. *præſumpt lib.*5 *præſ.*4.*n.*14. Honded.*conſ.*100. *n.*32.*vol.*2. Buccar.*de differt inter iudicia ciuilia*, & *crim.differt.*161. *n.*7. & ſubreptitio non præſumitur doloſa. Flam.*de re-* 20 *ſign l.*10 *q.*2.*n.*8. Surd.*dec.*307.*n.*17. Nec dolus præſumitur in obreptione reſcripti, Tiraq.*de præſcr* §.1. *gloſ. verſ.ſed quod*,*pag.*87. Sanch.*de matrim.lib* 8.*diſp.*21.*n.*68. Et ideo excipiens de ſubreptione & obreptione exceptionem debet probare, Maſc.*de probat.concl.*1123.*n.*11. *cum ſeq.* Alex. Rodenſ.*conſ.*26.*n.*26.*vol.*1. Bapt. Leonel. *d.tr.de ſubrept reſcript.q.*13.*art.*1. & 2. quæ quidem ſubreptionis exceptio non cenſetur ſublata, licèt per reſcriptum Principis tollantur omnes exceptiones, Aym. *conſ.*68 *n.*13.*vol.*1. qui *conſ.*79.*n.vlt* aſſerit ſubreptionis exceptionem dilatoriam eſſe, & opponi, ac probari debere ante litis conteſtationem.

In gloſ. *Nullatenus*, ibi, *legitimâ*. Notatur ad hoc 21 quod corruit reſcriptum, quando adeſt dolus, ſiue alias Pontifex eſſet conceſſurus literas, ſiue non, vt per Sanch.*d diſp.*21.*n.*73.

In gloſ. *Literas* Notatur ad hoc quod ſubreptio per 22 ignorantiam commiſſa non excuſat, vt per Aym. *conſ.* 68.*n.*11. *vol.*1. Menoch.*d. caſu* 202.*n.*4. *cum ſeqq.* & *à n.*29 & *conſ.*1.*n.*407.

In ead gloſ. ibi, *mouere poſſunt*. Notatur ad hoc quod 23 illa exprimenda ſunt, quæ Principis animum ad concedendum faciliùs mouere poſſunt, vt per Menoch. *de arbitr.caſu* 201.*n.*24 & *conſ.*316.*n.*2.& 4. & *conſ.*1. *n.*401. & *conſ.*191.*n.*55. Valaſc.*conſult.*130.*n.*90. Valer. Reginald.*in praxi fori pœnitent. lib.*30. *tr.*3.*n.*168. *verſ. quæ autem.*

In ead. gloſ. ibi, *non valent literæ ſi quis taceat ſententiam latam*. Limita ſi ſententia erat nulla, quia de illa non tenetur quis facere mentionem, vt per Felin.*n.*15. & Dec.*n.*36.*verſ.*1.*in præſenti*, Caſſan.*conſ.*7.*n.*68. Afflict.*deciſ.*366. *ex n.*9. Ant. Gabr. *commun. tit. de iudic. concl.*4.*n.*32.& 33. Menoch.*de arbitr.caſ.*202.*num* 52. Rot.*dec.*807.*n.*7.*p.*1.*diu.* & in Mindonien. Canonicatus 26. Nouembr. 1616. coram Bon mem. Buratto inter eius impreſſas *dec.* 209. *n.*3 refero plures alios *de appellatiua verborum vtriuſque iur.ſignif. verbo ſententiæ.*

In gloſ. *Niſi forſitan. in fin.* Notatur ad hoc quod 24 quando certum eſt, & notorium citantem nullam habere iuriſdictionem in citato, tunc etſi non compareat, non poteſt citans contra eum proc dere tanquam contra contumacem, vt per D. Barboſam *in l. ſi quis ex aliena*,*n.*11.*ff de iudic.*

In gloſ. *Facta fuerit.* Notatur ad hoc quod quando 25 opponitur aliquid, quod contradicit iuriſdictionem iudicis, poteſt ipſe cognoſcere vtrùm ſua ſit iuriſdictio, vt per Abb.*in c.ſi Clericus*,*num.*8.& 9 *infra de foro compet.*& *addit ad eundem in c.nouit.n.*21. *de iudic.* Rota *dec.*6.*n.*3.*de except.*& *deciſ.*24.*de appellat.* Ioan. Andr.*ad Corſet ſing.*149.*verſ.iuriſdictio*, Idem Ioan. Andr.*in d.c.ſi Clericus*,& ibi Marian. Socin.*n.*11 *verſ prima opinio*, & *n.*13. D. Barboſ.*in d.l ſi quis ex aliena*,*n.*111. Bellet. *diſquiſit. clerical. part.*1. *tit. de fauore clericorum reali*, §. 5. *num.*7.

SVMMARIVM.

1 *Abbas in cauſa Monaſterij conuenitur per reſcriptum in quo nulla fit mentio de Conuentu, nec propter hoc appellari poteſt niſi Abbatis, & Conuentus bona eſſent diſtincta omnino.*

2 *Abbas ſuper cauſis, quæ ad eundem ſimul, & Conuentum ſpectant, conueniri poteſt per reſcriptum in quo Abbatis tantùm, & non Conuentus mentio habetur.*

3 *Prælatus ſolus abſque ſuo Conuentu, vel Capitulo agere & conueniri poteſt ſuper bonis ad Eccleſiam, vel Conuentum ſpectantibus.*

Rescriptæ non extenduntur ad res, vel ad personas in eisdem non comprehensas.

Cap. Edoceri. XXI.

1 Abbas tenetur respondere in causa Monasterij vbi negotia Abbatis, & Conuentus non sunt separata, etiamsi in rescriptis non fiat mentio de Conuentu, & si in literis dicitur, remota appellatione, Abbas non potest appellare ne molestetur, nisi subsit alia causa. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Barbat. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Host. Anch. Innoc. Panorm. Bald. Felin. Dec. Butr. Henric. Boich. Martin. Vran. Compostel. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 41. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 16. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3 *Decret. lib.* 2 *tit.* 2 *c.* 11.

2 *Cùm ex officio suo*, &c.] Notatur ad hoc quod Abbas super causis, quæ ad eundem, & Conuentum insimul spectant, conueniri potest per rescriptum in quo Abbatis tantùm, & nulla Conuentus mentio habetur, vt notant *glos. pen. & communis in c.* 1. *de procurat.* omnes *in c. causam quæ il. . de iudic.* Lap. *alleg.* 49. Rot. *decis.* 466. *aliàs* 3. *de confessis in nouis*, & alibi, vt per Felin. *hic n.* 2. *in princip.* Beroi. *n* 10. *in cap. nulli, de rebus Ecclesiæ*, Capel. Tholos. *decis.* 79. Nau. *in c nullam, notab.* 5. *vers. secundò quæritur* 18 *quæst.* 2. Soar. de Pace *in pract tom.* 1. *annot.* 4. *num.* 34 me citato *in hoc loco.* Hieron. Roder. *in compend. quæst. Regul. resol.* 1. *n.* 27. & multi alij, generaliter colligentes solum Prælatum absque suo Conuentu, vel Capitulo agere & conueniri posse super bonis ad Ecclesiam, vel Conuentum spectantibus, quicquid tamen in hoc inuoluat glos. *hic verbo, debeant, & verbo legaliter, in c* 1. *de procurat.* verissima est receptáque sententia, quod si bona inter Prælatum, & Conuentum omnino communia sint, vel sunt quoad rem separata, quia alia deputata sunt pro mensa Conuentus, alia pro mensa Prælati, sed quoad administrationem sunt vnita, quia omnia administrat Prælatus, & in his indistinctè consensu Capituli non requisito agere poterit Prælatus, præterquam in arduis negotiis, in quibus vtriusque consensus exigitur; ita tenent omnes Canonistæ in præsenti, & præcipuè Innoc. *n.* 4. Io. Andr. *à n.* 17. Anchar. *col. vlt.* Bald. *n.* 4. *&* 10. Panorm. *n.* 6. Anan. *n.* 1. Felin. . 2. Lap. *alleg.* 48. Specul. Host. Bellam. Dec. Franc. & alij, quos citat Rendina *in promptuario receptarum sent. tom.* 1. *tit.* 8. *n.* 21. In delegationibus, mandatis, atque rescriptis duo considerat Ant. de Fuertes *Canon. lect. lib.* 2. *c.* . vnam, quæ comprehensiua dicitur, alteram, quæ extensiua appellatur. Comprehensiua ex intensiua verborum significatione operatur quòd rescriptum ad vnam personam conceptum extendatur ad aliam, quæ neque expressa, neque nominata erat. Extensiua verò quia caret illa intensiua verborum significatione, strictè facit rescripta interpretari, vt tantùm obtineant in personis expressis, & scriptis in mandato atque delegatione Apost. hoc verò & rationabile est, & iure probatur pluribus in loci , nam ad primum membrum referuntur *c. eam te* 7. *hoc tit. cap. quia v.* 11. *de iudic. c vlt. de verb. signif.* nam *in d. c. eam te*, mandatum de prouidendo directum Episcopo impletur à Canonico nouiter episcopato, & *in d c quia v.* per rescriptum impetratũ contra antecessorem qui fuerat violentus beneficij occupator, conuenitur successor eodem vitio laborans, & *in d. c. vlt.* priuilegium de prouidendo beneficia comprehendit maiora & minora. Secundum verò membrum probatur *in c ad hæc* 10. *& in c. pastoralis* 14. *§. fin. & in c. Sedes* 15. *& in cap. cum dilecta* 22. *hoc tit.*

In glos. *Omnino*, ibi, *quia rescripta non extenduntur ad res, vel ad personas in eis non comprehensas.* Vide Alphons. *glos. antiq. ad reg.* 26. *Cancell. num.* 12. & *ibi* addit. Ioan. à Cochier. *n.* 36. *pag.* 268. 4

SVMMARIVM.

1 *Processus factus per literas subreptitias irritatur, factus contra formam rescripti, irritus nuntiatur.*
2 *Processus factus contra formam rescripti etiam in minimo irritatur.*
3 *Rescripti, seu mandati forma debet præcisè, & punctualiter, non autem per æquipollens adimpleri.*
4 *Mandati fines sunt diligenter obseruandi.*
5 *Commissionis suæ formam debet quis seruare.*
6 *Rescriptum cùm sit stricti iuris, ad expressa tantum restringitur.*
7 *Monachus licèt non possit agere in iudicio sine licentia Abbatis, si tamen delegat extra Monasterium, de eius voluntate poterit agere, & conueniri eo absente.*
8 *Actus corruit non seruata forma.*
9 *Verbum futuri temporis, vbi apponitur in dispositione, quæ inducit formam, illius omissio reddit actum nullum.*

Cap. Cùm dilecta. XXII.

Literæ subreptitiæ, & processus exinde factus irri- 1
tantur. Item quicquid contra formam rescripti tẽtatur vt processus, decernitur inane. Colligũt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Barbat. Anch. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Innoc. Panor. Bald. Felin. Butr. Henric. Boich. Martn. Vran. Compost. Viuian. *in ration. primi libri Iuris Pontif pag.* 24. Alagona *in compend. Iuris Can. pag.* 17. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3 *Decretal lib.* 1. *tit.* 2 *c.* 12.

In Summar. text. ibi, *contra formam*, &c.] Notatur ad 2
hoc quod processus factus contra formam rescripti etiam in minimo irritatur, ex Tiraq. *de retractu lig.* §. 1. *glos.* 21. *n.* 11. Caputaq. *rec.* 143. *n.* 5. *p.* 3. Rota *dec.* 345. *n.* 1. apud Farin. *p.* 2. *recent.* vbi *n.* 2. quod rescripti forma de- 3
ber præcisè & punctualiter, non autem per æquipollens adimpleri, & quod formæ obseruatio non cessat cessante ratione ob quam forma fuit inducta.

Ipsi formam mandati, &c.] Notatur ad hoc quod for- 4
ma rescripti, seu mandati ad vnguem seruari debet, ita vt omnia in contrariũ nulla sint ipso iure, vltra Doct. *hic*, & la iſſimè Felin. qui multipliciter declarat *à n.* 6. & Doctor. per text. *in cap venerabili* 37. *vers. quorum de offic. deleg. & in l. cum hi*, §. *Prator.* per text. *ibi, ff. de transact.* vide Marc. Ant. *in princ. Instit. de testam à n.* 34. Brun. *in tract de forma & solemnitate*, Cou. *in cap. Alma, p.* 1. §. 1. *n. vlt.* & post Tiraq. Garc. *reg.* 212. Mench *succeſſ. creat.* §. 4. *à princ.* Rebuff. *in concord. tit. formis mandati, in rubr. & in l. mulieri*, §. *res, ff. de verb. signif.* nam mandati fines sunt diligenter obseruandi, vt per Tiraq. *in l. si vnquam, verbo, libertis, n.* 59. *C. de reuocandis donat.* Menoch. *consil.* 134. *n.* 3. Ioseph. Ludou. Perus. *decis.* 37. *n.* 5. *& decis.* 117. *n.* 12. *cum seqq.* Camil. Borel. *in sum. omnium decisionum tit.* 66. *n.* 437. Aoys. Ricc. *in praxi rerum fori Ecclesiast. decis* 309. *n.* 1 *in* 1. *edit. & resol.* 67 *in* 2. *edit.*

Contra nostri formam rescripti.] Notatur ad hoc quod 5
debet quis seruare formam suæ commissionis, vt per Caputaq. *decis.* 152. *num* 2. *part* 1 *& decis.* 250. *num.* 4. *p.* 2. Rota *decis.* 339. *num* 1. apud Farin. *part.* 1. *in recent* Strach. *de mercat. tit. mandati, num* 8 *in fine, & num.* 9. Auiles *ad cap.* 1. *Pratorum, verbo, mandato, num* 1. *pag. mihi* 27.

Cùm rescriptum vti stricti iuris ad expressa tantùm 6
restrin

reſtringatur, Marc. Ant. & ab eo citati *lib. 1. var. reſol. 39. n. 11.*

7 *Reſtitutis.*] Notatur ad hoc quòd licèt Monachus non poſſit agere in iudicio ſine licentia Abbatis, ſi tamen degat extra Monaſterium de voluntate Abbatis, poterit agere, & conueniri eo abſente de tacito ipſius mandato, vt per D. Barboſam *in l. ſi longius, §. ſi filius, n. 50. ff. de iudic.*

8 *Et forma mandati noſtri exacta.*] Notatur ad hoc quòd non ſeruata forma corruit actus, concordant *l. cùm hi, §. ſi prætor, ff. tranſaction. l. non dubium, C. de legib.* Felin. *hic, n. 6. circa med.* Tiraq. *in tract. de iudicio in rebus exiguis, verſ. hoc tamen intellige, pag. mihi 51.* Azeued. *ad l. 18. num. 4 tit. 21. lib. 4. nouæ recop.* Guttier. *practic. lib. 3. q. 15. n. 5. cum ſeq.* Rebuff. *de pacificis poſſeſſ. n. 155.* Rendina *in promptuario receptarum ſententiarum tom. 1. tit. 100. n. 5. & 6.* Valaſc. *conſ. 52. n. 26 & conſ. 103. num 3. & conſ. 133. n. 4. & conſ. 149. n. 6. & conſ. 183. n. 2.* Gama *Luſit. dec. 45. n. 3.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſ. 4. n. 137.* Card. Tuſch. *pract. concluſ. tom. 3. lit. E concluſ. 415.* Eſcobar *de ratiocin. cap. 11. n. 19.* Leon. *in theſauro fori Eccleſ. p. 2. cap. 4. n. 21.* Marc. Anton. *var. reſol. lib. 1. reſol. 11. n. 4. & reſol. 92. n. 4.* Cald. Pereira *de empt. c. 3. n. 15.* Farin. *in praxi crimin. p. 4. conſ. 76. n. 13.* Rota Romana apud eund. *deciſ. 671. n. 2. tom. 2. p. 1.* Ego ipſe *in tract. Axiomatum iuris vſufreq. Axiom. 12.* Nam forma dat eſſe rei, *l. Iulianus 9. §. ſi quis rem, ff. ad exhib. l. quia hæredi, l. Manius, de condit. & demonſtr.* cum aliis citatis per Euerad. *in topicis legalibus loco 53.* Tiraq. *de retract. lign. §. 2. gloſſ. 21. à n. 11. & §. 36. gloſſ. 2. n. 28. & de tractu conuent. §. 4. gloſſ. 6. n. 31.* Gomez. *variar. tom. 1. cap. 2. n. 7.* Eſcobar *de tract. cap. 6. num. 39. & cap. 11. n. 18. & cap. 31. n. 16.* Thom. de Thomaſ. *reg. 130.* Ego ipſe *in tract. Axiomatum iuris vſufreq. Axiom. 100. num. 1.*

9 In gloſſ. *Irritum* ibi, *& ideo dicit irritum.*] Notatur ad hoc quòd vbi verbum futuri temporis apponeretur in diſpoſitione, quæ inducit formam, ſiue ſolemnitatem formalem; illius omiſſio reddit actum ipſo iure nullum, vt per Tiraq. *in l. ſi vnquam, verbo, reuertatur, n. 48. & n. 67. C. de reuocandis donat.*

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum ſecundum valet, licèt de primo non faciat mentionem, quo vti noluit impetrans intra annum.*
2 *Malitiis hominum non eſt indulgendum.*
3 *Reſcripta iuſtitiæ ſunt annalia, ſecus in reſcriptis gratiæ, &* n. 4.
5 *Proteſtatio non requiritur cùm aduerſarius non reperitur.*
6 *Proteſtatio vbi prodeſſe non potuiſſet impunè omitti poteſt.*

CAP. Plerumque. XXIII.

1 LIteras impetrans, & habens copiam iudicum, ſi ex malitia, vel negligentia infra annum eis non vtatur, ſecundæ litteratæ ab aduerſario impetratæ nulla facta mentione primarum valent. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Barbat. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Imola, Hoſt. Anch. Innoc. Panorm. Bald. Felin. Butr. Henric. Boich. Martin. Vranius, Compoſt. Viuian. *in rationali primi libri Iuris Pontificij, pag. 42.* Alagona *in compendio Iuris Canonici, pag. 17.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 3. Decretal. lib. 1. tit. 2. cap. 15.*

2 *Non ſit malitiis hominum indulgendum.*] Vide Eſcobar

de ratiociniis, cap. 15 num. 3. Cæſ. Argel. *de contradict. legitimo. q. 13. n. 90.* Flamin. *de confident. q. 15. n. 70.* cum aliis per me citatis *in tract. Axiom. iuris vſufreq. Axiom. 143. num. 2.*

3 *Infra annum.*] Notatur ad hoc quòd reſcripta iure Canonico ſunt annalia, vt per Menoch. *de arbitr. caſu 204. & conſ. 100. n. 33. cum ſeqq.* Rebuff. *ad leges Galliæ in proœm. gloſ. 5. n. 44.* vbi aſſerit quòd reſcripta iuſtitiæ pereunt anno: ſecus eſt in reſcriptis gratiæ, quæ ſunt perpetua, ex Perez *l. 6. verſ. anaro 36. tit. 12. lib. 3 Ordin. pag. 701.* Vide tamen quæ dixi *ad cap. caterùm 3. ſupr. hoc titul.*

4 In gloſ. *Intra.* Vide quæ de annali præſcriptione tradit Tiraq. *de retract. lig. §. 1 gloſ. 10. n. 6.*

5 In gloſ. *Vel negligentia*, ibi, *publicè proteſtatus.*]Notatur ad hoc quòd proteſtatio non requiritur cùm aduerſarius non reperitur, vt per Tiraquel. *de retract. lig. §. 9. gloſſ. 3. n. 20. & 21.*

6 Vbi enim proteſtatio prodeſſe non potuiſſet, tunc impunè omitti poteſt, Fulgoſ. *in l. ſi adeo ff. de euict.* Socin. Iun. *conſ. 120. n. 11. & ſeqq. vol. 3.* Crauet. *conſ. 179. num. 6.* quos refert, & ſequitur Bellet. *diſquiſit. cleric. p. 1. tit. de exempt. clericorum à ſtatutis ſæcularium, §. 9. n. 7.*

SVMMARIVM.

1 *Ordinario ſi aliquid mandatur à delegato, debet humiliter exequi; quid ſi alius delegatus per alias literas poſt exequutionem mandet contrarium.*
2 *Probatio euidens ſit per inſtrumenta.*
3 *Inſtrumentum eſt probatio probata.*
4 *Iudex debet eſſe pronior ad abſoluendum quàm ad condemnandum.*

CAP. Cùm contingat. XXIV.

ORdinarius quandò à delegato primas literas recipit, ſi ei non innoteſcit eſſe differentiam de iuriſdictione inter partes contrarias habentes diuerſas literas, exequi debet primum mandatum: ſi verò ei innoteſcit differentia, ab vtroque delegato petat copiam literarum, & ſi ex tenore euidenter ſine hæſitatione cognoſcat, quòd vltimæ literæ reuocant primas, exequatur ſecundas, è contra ſecundas non exequantur ſi non reuocant primas: ſi res eſt dubia, non procedat donec dubietas ſopiatur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Barbat. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Hoſt. Anchar. Innoc. Panorm. Bald. Felin. Butr. Henric. Boich. Martin. Vran. Compoſt. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag. 43.* Alagona *in compendio iuris Canonici, pag. 17.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 4. Decretal. lib. 1. tit. 2. cap. 1.* Et ſuper hunc text. repetitionem edidit Doctor Nauarrus.

2 *Euidenter.*] Notatur ad hoc quòd per inſtrumenta ſit euidens probatio, vt per Tiraquel. *de retractu lign. §. 2. gloſſ. 1 n. 21.*

3 nam inſtrumentum eſt probatio probata, Flamin. *de reſignat. tom. 2. lib. 11 q. 14. n. 42.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 64. n. 4. & 5.* Aldouin. *conſ. 63. num. 1. & conſ. 70. n. 13.* Surd. *conſ. 144. n. 15.* Gama *Luſit. deciſ. 297. n. 1.* Menoch. *conſ. 29. n. 1. & conſ. 380. n. 4.* Maſcard. *de probation. concluſ. 906. & concluſ. 1142. numero 3. & concluſ. 1326. num. 7.* Card. Mantica *de tacitis & ambiguis conuent. tom. 2. lib. 13. titul. 17. num. 5.* Card. Tuſch. *practic. concluſ. tom. 4 lit. I. concl. 237.* Caſtil. *quotidianarum quæſt. lib. 2. cap. 16. num. 4.* Farinac. *deciſ. 317. num. 2. in nouiſſ.* Card. Pereira *quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 4. num. 3.*

4 In gloss. *Tunc literarum*, ibi, *prior erit ad absoluendum, quàm ad condemnandum.* Vide Cou. *variar. lib. 1. c. 1. n. 2. vers. quarto*, Mex. *in tract. tassæ panis concl. 1. num. 171.* Card. Tusch. *tom. 1. lit. A. concl. 41. n. 1.* Anton. Monach. Florent. *decis. 36. n. 2.* Intellige, nisi agatur de periculo animæ ex absolutione. Ego ipse *in tract. Axiom. iuris vsufreq. Axiom. 1. n. 9.*

SVMMARIVM.

1 *Rescripto quando plura narrantur diuersos effectus operantia, non sufficit impetranti alterum solum probare, ad vtrum effectum consequendum.*
2 *Sequestratio ob contumaciam rei non comparentis fieri potest.*
3 *Beneficium contendens ad se pertinere, necessariò docere debet de iure suo, nec satis est si probet reum in illo ius non habere.*
4 *Intellige vbi agens petit beneficium tanquam suum, vel sibi debitum, & ita fundatur in iure suo, &c.*
5 *Falsitatem committens licèt perdat causam, non tamen per hoc aduersarius obtinet, nisi suam intentionem plenè probet.*
6 *Falsitatem committens in causa cadit ab ea per sententiam.*
7 *Falsificans literas, quæ aliàs erant nullæ, incidit in pœnam falsi & puniri debet.*

CAP. Olim. XXV.

Innoc. III.

1 PLura quando in literis narrantur, quæ diuersos effectus respiciunt, & ponitur. Si ita est, non sufficit impetranti probare aliquid horum esse verum, sed omnia, ad hoc vt effectum habeant literæ. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Barbat. Bellam. Io. Andr. Imola, Anania, Host. Anch. Innoc. Panorm. Bald. Felin. Butr. Henric. Martin. Vran. Compostel. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag. 43.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 17.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 4 Decret. lib. 1. tit. 2. c. 1.*, & super hunc text. repetitionem edidit D. Nauarr.

2 *Sequestrari.*] Ergo ob contumaciam rei non comparentis potest fieri sequestratio, vt notant Doctores, & gloss. *hic*, idem probat *c. 2. de dolo*, vbi latè Abb. *à n. 12.* Imol. & alij, *gloss. vlt. in fine, in cap. vlt. de sequestr. possess.* Curt. *in sequestris, n. 11. limit. 5.* Corras. *lib. 3. Miscel. c. 2. n. 18. vers. 8.* Rebuff. *ad leges Galliæ, tom. 3. tit. de contumacia, art. 13. gloss. 1. n. 11.*

3 *Non tamen propter hoc*, &c.] Ergo vt obtineat actor contendens beneficium ad se pertinere, necessariò docere debet de iure suo, nec satis est si probet reum in illo ius non habere, vt ex hoc text. vltra Doctores *hic*, notant *gloss. vlt. in c. 1. de eo qui mittitur, lib. 6.* vbi Doctores, *gloss pen. in cap. 1. vt lite pendente, eod. lib. & in cap. vlt. verbo, debebit, de iureiur. eod. lib.* tradunt post alios Felin. *hic num. 10.* Boër. *decis. 192. num. 2.* Rebuff. *in praxi super reg. de non tollendo gloss. 7. à n. 2.* Bernard. *reg. 600.* Itaque ad effectum vt beneficium adiudicetur actori, non sufficit si is ostendat reum in eo ius non habere, imo nec confessio eiusdem rei confitentis beneficium non ad se, quin potiùs ad actorem pertinere, quia adhuc ex tali confessione non resultat titulus, & canonica illa institutio, quam confessus, & confessio præstare nequit, Rot. *decis. 17. de restit. spol. aliàs 408. in nouis*, Abb. & alij, vt per Felin. *d. n. 10. & in c. causam quæ, lib. 1. n. 20. de testib.* Rebuff. *d. loco, n. 4. & de pacificis possess. n. 160.* Boër. *d. loco*, Mandos. *in reg. 18. Cancel. q. 7. num. 5.* vbi expendit doctrinam Bart. *in l. si fortè num 4. vers. vltimo hæc lex, ff. de castrensi peculio*, receptam ibi & alibi, vt per eund. Mandos. secundùm quam non prodest illa confessio, quæ emanat super his in quibus confessus disponere non potest. Vnde licèt confessio in beneficialibus sufficere possit contra confitentem, vt is excludatur, *cap. per inquisitionem 26.* vbi *gloss. verbo recognouit, de elect. cap. 2.* vbi *gloss. de confessis*, sicut etiam sufficit & attenditur ad coadiuuandum titulum, & intentionem agentis, *gloss. verbo si non appareat. in c. si duobus, hoc tit. in 6.* quam Doctores sic intelligunt, vt per additionem marg. *ibi*, & Rebuff. *n. 4.* non tamen sufficiet vt beneficium adiudicetur actori, qui de iure suo non docuit, vt nec sufficit alia probatio concludens reum ius non habere, vt *hic*.

Intellige & limita text. & prædicta procedere, vbi 4
agens petit beneficium tanquam suum, vel sibi debitum, & ita fundatur in iure suo, vt in hoc text. secus verò si petat tanquam non pertinens ad aduersarium, & ita non fundatur in iure suo, sed in non iure, seu defectu iuris aduersarij, veluti quia agens impetrauit beneficium sibi conferri ex eo quòd alter nusquam in eo titulum, vel ius habuit, vel si quod habuit, iam amisit, vel amittere debet, siue quia ante legitimam ætatem, absque tonsura clericali, excommunicatus, illegitimus, seu aliàs inhabilis beneficium obtinuit, vel quod habebat perdidit ipso iure per adeptionem alterius incompatibilis, idem si obtinuit beneficium sibi conferri vbi alter, vel neuter ex duobus ius in eodem habuerit, vt frequenter concedi solet per gratiam, vel per clausulam, *si neuter*, in his enim, & similibus casibus satis erit impetranti, seu agenti probare non ius, seu defectum iuris alterius, quamvis alter de suo iure non doceat, quia in illo, & non in hoc fundatur impetratio, & petitio, & stante illo iuris defectu mediante gratia, quam impetrans obtinuit, eo ipso sequitur & ostenditur ius eiusdem impetrantis, intendunt Rota *decis. 1. de sequest. aliàs 27. in nouis, & vltim. de except. aliàs 828. in antiq.* post alios Felin. *d. num. 10. vers. limita*, Rebuff. *d. gloss. 7. à num. 7.*

Nisi super aliis, &c.] Notatur ad hoc quòd licèt fal- 5
sitatem committens perdat causam, non tamen per hoc aduersarius obtinet, nisi suam intentionem plenè probet, ex Surd. *decis. 82. n. 3.*

Quia licèt vitium falsitatis, &c.] Notatur ad hoc 6
quòd falsitatem committens in causa cadit ab ea per sententiam, vt per Boër. *decis. 29.*

Et quòd falsificans literas, quæ aliàs erant nullæ vel 7
iustitiæ, incidit in pœnam falsi, & puniri debet, vt per Hyppol. *cons. 70 num. 18.* Surd. *decis. 102. n. 23.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 57. n. 45.*

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum non valet super restitutione beneficij impetratum quod de causa excommunicationis impetrantis non facit mentionem.*
2 *Visitator potest criminosos amouere, & priuare Ecclesiis pro grauitate criminum.*
3 *Iudex postquam diffinitiuè pronuntiauit, auditur in causa appellationis nullitatis, seu retractationis sententia, ita vt assistere, & se pro illius defensione opponere possit.*
4 *Excommunicatus non potest rescriptum impetrare.*
5 *Intelligo procedere in omni rescripto tam iustitiæ, quam gratiæ.*
6 *Rescriptum non vitiatur solùm taciturnitate facti, sed etiam silentio alicuius qualitatis.*

7 *Spo*

7 *Spoliatus repellitur à restitutione per exceptionem excommunicationis, quæ obstat agenti de spolio.*

Cap. Dilectus. XXVI.

Rescriptum impetratum super restitutione beneficij, in quo non fit mentio de causa excommunicationis, non valet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Host. Anch. Innoc. Panorm. Bald. Felin. Dec. Butr. Henric. Boich. Martin. Vran. Didac. Sahagun, Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 45. Alagona *in compend. iuris Canon pag.* 18 remissiuè. Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord p.* 1. refertur. ab Ant. Aug. *collect.* 4. *Decretal. lib.* 1. *tit.* 2. *c.* 3.

1 *Visitationis officio*, &c.] Ergo visitator potest criminosos amouere, & priuare Ecclesiis pro grauitate criminum, vt notant Abb. *n.* 5. & alij, vt per Felin. *n.* 2. *hic*, idem Abb. *n. vlt. in c. singulis*, vbi Doctores, *de statu Monach.* tradunt Greg. *in l.* 20 *glos.* 2. *in fin. tit.* 7. *p.* 1. & post alios Altamir. *de visit. verbo visitator à n.* 13. Paris. *cons.* 22. *n.* 27. *cum seq lib* 4. idem colliges ex *c. cùm I. & A.* 22. *in princ. de re iudic.* vbi notat Abb. *n.* 2. & 3.

2 *Quod cùm ipse*, &c.] Collige ex text. iudicem postquam diffinitiuè pronunciauit, & iudicandi officio fructus est, audiri in causa appellationis, nullitatis, seu retractationis sententiæ, ita vt assistere, & se pro illius defensione opponere possit, provt fecit Abbas de quo *hic*, qui per sententiam Clericos, de quibus in text. ab Ecclesiis amouerat, & se contra illos, & contra literas ab eisdem super restitutione impetratas opposuit, & rem detulit ad Summum Pont. & ita notant Doctores communiter, vt per Abb. *n.* 5. *vbi addit.* 1. & 2. & relatos à Felin. *n.* 3. *hic*, addit ad Capell. *dec.* 278. post alios Hyppol. *in l. de vnoquoque, n.* 35. *ff. de re iudic.* & latè Gabr. *lib. commun. tit. de citat. concl.* 1. *à n.* 82.

3 *Excommunicationis quæ tenentur*, &c.] Ex hoc text. vulgò notant Doctores excommunicatum maiori excommunicatione non posse impetrare rescriptum aliquod, ita vt non valeat impetratio in qua excommunicationis mentio habita non est, vt per glos. 2. & omnes *hic*, *glos.* 1. *in c. prudentiam*, §. 6. *de offic. deleg glos.* 2. *in c. post cessionem*, *de probat c.* 1. *vbi glos.* 3. & *communis*, *hoc tit. lib.* 6. tradunt Felin. *in c. vlt de except.* Rebuff. *tom.* 2. *ad leges Galliæ in præfat. huius tit n.* 116. Menoch. *de arbit casu* 201. *n.* 38. & post Felin. Cou. & alios Bernard. *& addit. reg.* 230. Garc. *reg.* 177. Nam attento tempore huius text. excommunicatus non erat iure inhabilis, vel simpliciter prohibitus impetrare rescriptum, quin potiùs potetat sicut cæteri habiles, quamuis teneretur mentionem facere de excommunicatione, & causa illius, ne aliter ex capite subreptionis vitiaretur rescriptum, quia vetisimiliter Superior nullatenus, vel difficiliùs concessisset, si de excommunicatione, & causa illius mentio facta foret, idque apertè ostendit text. *hic*, ibi, *literas ipsas tanquam per veri suppressionem obtentas*, quibus verbis significatur rescriptum huiusmodi vitiari tantùm ex capite subreptionis. Verùm attento nouiori iure *in d. c.* 1. *hoc tit. lib* 6. absolutè annullatur rescriptum impetratum ab excommunicato in ipsius odium, ne impetrationis beneficio potiatur, & per illum text. nouè excommunicatus maiori, qui simpliciter loquendo excommunicatus dicitur, inhabilis efficitur ad impetrandum rescriptum aliquod, ac subinde per illum text. omnino corruit impetratio non tanquam subreptitia, ex eo quòd excommunicatus non fecerit mentionem excommunicationis, vt habetur *in hoc text.*

5 Intellige & ampliа conclusionem huius text. & *d. cap.* 1. procedere in omni rescripto tam iustitiæ, quàm gratiæ, siue secundùm, siue præter, siue contra ius commune concedatur, quia in omnibus locum habent generalia verba *dict. c.* 1. & odium excommunicati, quod multò magis viget in rescriptis gratiæ in quibus plus tribuitur impetranti, & maior ambitio vertitur, *c. quamvis* 4. *de præbend. in* 6. traditis per Menoch. *d casu* 201. *à n.* 5. & obseruant plures per Cou. *in c. Alma Mater p.* 1. §. 7. *n.* 3. Cassad. *decis.* 1. *de præbend.* Hodiè verò in rescriptis gratiæ, quæ præter, vel contra ius commune à Romano Pont. conceduntur ex stylo Curiæ solet apponi clausula, *Téque absoluentes*, &c. per quam excommunicati absoluuntur à quavis excommunicatione, & absoluti censentur ad effectum impetrationis, & vt rescriptum valeat, vt frequenter videmus, & post alios tradit Cou. *d n.* 3. *in fin.* Nau. *in c. ita quorumdam, not.* 11. *à n.* 14. *de Iudæ.* Boër. *dec.* 290. Rebuf. *in concord. tit. forma mãdati, verbo, & quavis occasione, & verbo innodatus, & in praxi tit. declaratio nouæ prouisionis*, *verbo Téque absoluentes.*

6 In glos. *Causa* 1. Notatur ad hoc quòd rescriptum non vitiatur solùm taciturnitate facti, sed etiam silentio alicuius qualitatis, vt per Felin. *hic, n.* 10. Card. *cons.* 141. *col.* 5. Vbert. de Bonacurs. *tit. de exceptionib. contra rescripta*, §. *inuisibil. a verò doctrinæ, in verbo tacendi fraude*, quos refert, & sequitur Erasm. à Cochier. *de iurisd. ordinarij in exemptos, p.* 2. *q.* 5. *n.* 2.

7 In glos. *Excommunicationis* 2. ibi, *quòd spoliatio non sit priuilegiata.* Ex hac glos. passim colligunt Doctores spoliatum repelli à restitutione per exceptionem excommunicationis, quæ obstat agenti de spolio, vide Menoch. *remed.* 1. *recup.* 1. *à n.* 350. Gabr. *l. b. commun. tit. de restit. spoliat. concl.* 1. *à n.* 54. declarando, & limitando vt per eosdem.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus per literas iustitiæ non tenetur prouidere habenti perpetuam Vicariam, vel sufficiens patrimonium, nec valent literæ gratiæ ad beneficium obtinendum, in quibus impetrans tacuit perpetuam Vicariam.*

2 *Episcopus non tenetur de Ecclesiastico beneficio Clerico prouidere, quem ordinauit absque patrimonio, si habeat Vicariam perpetuam in Ecclesia.*

3 *Vicaria perpetua, quæ datur in titulum, est verum beneficium Ecclesiasticum.*

4 *Causæ impulsiuæ cessatio, vitiat rescripta ad beneficia.*

5 *Spurius si sit incestuosus, vel adulterinus, tenetur in dispensatione hoc exprimere.*

6 *Vicarius Episcopi non dicitur Vicarius perpetuus.*

7 *Beneficium sufficit quod dicatur remissiuè.*

8 *Impetratio vt saluetur à subreptione, seu obreptione omnes qualitates sunt exprimendæ, quibus moueri posset Princeps ad non concedendum.*

9 *Beneficij nomine quæ contineantur, remissiuè.*

Cap. Postulasti. XXVII.

1 Episcopus ordinans aliquem habentē Vicariam perpetuam sufficientem, non teneretur illi prouidere, quia habet beneficium. Item Papa de leui non scribit pro habente beneficium, vt ei aliud detur facta mentione de primo. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Barbat. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anan. Host. Anch. Inno. Panor. Bald. Felin. Dec. Butr. Henric. Boich. Martin. Vran. Compostel. Viuian. *in rationali libri primi iuris Pontif. pag.* 45. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 18. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concor. p.* 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 4. *Decret. lib.* 1. *tit.* 2. *c.* 4.

2 Probat hic text. Episcopum non teneri de Ecclesiastico beneficio Clerico prouidere quem ordinauit absque patrimonio, si habeat Vicariam perpetuam in Ecclesia, vt per Abb. Felin. Dec. & cæteros omnes *in præsenti*, Sbroz. *de offic. Vicarij, lib. 1. q. 56. n. 5.*

3 *Nisi de Vicaria fecerit mentionem.*] Notatur ad hoc quòd Vicaria perpetua, quæ datur in titulum, est verum beneficium Ecclesiasticum, vt per Rebuff. *in tract. nominat. q. 9. n. 26* faciunt quæ ego ipse *de offic. & potest. Episcopi part. 3. alleg. 57. n. 146. & 147.* Non verò Vicaria temporalis, ad nutum, scilicet amouibilis, quæ vt talis non comprehenditur sub dispositione Concilij Trid. *sess. 15 de reform. c. 15.* prout testantur Armendar. Nicol. Garcia, & Stephan. Garcia. citati per me *d. p. 3. alleg. 65. n. 5.*

4 Notatur etiam ad hoc quòd cessario causæ impulsiuæ vitiat rescripta ad beneficia, Tiraq. *in tract. cessante causa, limit. 1 n. 11 & seq.* Sanch. *de matrim. lib. 8 disp. 21. n. 10.* Sic etiam quando causa habetur pro finali in dispensatione, si deficiat est obreptitia, & nulla ipso facto, Gironda *de priuilegiorum, seu exceptionum explicat. n. 1160.* Vnde spurius si sit incestuosus, adulterinus vel ex sacrilegio natus, tenetur hos defectus Pontifici exprimere, & non sufficit quòd generalieer fateatur se illegitimum, vel spurium, aliàs irrita erit dispensatio, vt per Cou. *de sponsalib. part. 2. c. 8. §. 9. à n. 1.* Gironda *d. tract. n. 1642.* & faciunt quæ Costa *in §. & quid si tantum p. 2. num. 146.*

6 *Perpetuo Vicario.*] Non habet locum in Vicario Episcopi, quia non dicitur Vicarius perpetuus, Sbroz. *d. q. 56. à n. 6.*

7 *Beneficij sufficientis subsidium.*] Quod beneficium dicatur sufficiens, dixi *ad c. cùm adeò 17. in glos. verbo sufficientem, suprà hoc tit.* & remissiuè tradit Illustriss. D. meus Roderic. à Cunha *in comment. ad cap. 1. num. 5. dist. 70.*

8 *De leui.*] Notatur ad hoc quòd vt impetratio saluetur à subreptione, seu obreptione, omnes qualitates in ea sunt exprimendæ, quibus moueri posset Princeps ad non concedendum, seu difficiliùs concedendum, vt per Grammat. *decis. 59. n. 58.* Nau. *in c. si quando, excep. 3. in princ. & excep. 8. & 9. suprà hoc tit.* Cou. *var. lib. 1. c. 20. n. 1.* Gutier. *Canonic. lib. 1. c. 15. n. 12.* Valasc. *consult. 72. n. 8.* quia quælibet expressio falsa vitiat gratiam, quando esset talis, quæ inducere, aut mouere potuisset Principem ad citiùs, seu faciliùs concedendum, seu quæ Principem faciliorem ad concedendum reddere potuit Flamin. *de resign. lib. 10. q. 3. num. 46.* Mandos. *ad reg. 27. Cancel. q. 8. n. 16* post Cassad. Crescent. Caputaq. Seraph. & alios Nicol. Garc. *de benefic. p. 6. c. 2. à n. 197.*

9 In glos. *Beneficium*, ibi, *nomine beneficij intelligitur*,]&c. Vide Nicol. Garc. *de beneficiis, p. 1. cap. 2. cum seqq.* latè ego ipse *in tract. de appellatiua verborum vtriusque significat. appell. 32.*

SVMMARIVM.

1 *Per literas Apost. de hac constitutione mentionem non facientes, non potest quis trahi vltra duas dietas extra suam diœcesim, nisi de consensu partium litteræ fuerint impetratæ.*
2 *Rescriptum impetrare nulli licet, quo aliquem vltra duas dietas ad iudicium trahat, & quid attento iure Sexti ostenditur.*
3 *Text. iste non habet locum in causis in Romana Curia commissis.*
4 *Dieta quid significet, remissiuè.*
5 *Intellige textus conclusionem, etiamsi locus ad quem reus trahitur per modicum spatium distet vltra duas, vel vnam dietas.*
6 *Dieta computatio in actione reali an fieri debeat à fine diœcesis in qua res existit, an à fine diœcesis in qua reus habitat, ostenditur.*
7 *Episcopi vel ordinarij possunt citare quemcumque à quocumque loco intra suam diœcesim, & ad suum, suorúmque delegatorum iudicium trahere.*
8 *Vbi litteræ impetrantur de consensu partium, dietarum præfinitio non procedit.*
9 *De dietis qui plura scripserint referuntur.*
10 *Dieta quælibet continet viginti milliaria, seu sex leucas, vel ad summum septem.*
11 *Dieta computari debet à fine diœcesis commensurande per viam vsitatam.*
12 *De leucis & earum commensuratione qui egerint, referuntur.*
13 *Legi prohibitiuè potest renuntiari.*
14 *Derogatio huius capitis in commissione, per quæ verba sufficienter exprimatur, ostenditur, & ratio redditur, cur in præsenti exigatur.*
15 *Lites sunt potius restringendæ, quàm laxandæ.*
16 *Litteræ ad lites non possunt absque mandato speciali impetrari.*
17 *Coniunctus pro coniuncto absque mandato ad agendum admittitur.*
18 *Coniunctus, quando pro coniuncto absque mandato admittitur coniunctorio nomine, non autem procuratorio debet interuenire cum cautione de rato.*
19 *Amicus pro amico absque mandato in iudicio admittitur si amicitia maxima sit.*
20 *Coniunctus non excommunicatus an possit esse in iudicio pro coniuncto excommunicato, remissiuè.*
21 *Verba in lege posita accipienda sunt iuxta communem vsum loquendi.*
22 *Appellatio vulgaris pro lege habetur.*
23 *Dieta facta mentione de vulgari potius quàm de legali intelligenda est.*
24 *Procurator specialis requiritur in transactione.*
25 *Procurator specialis requiritur ad petendam restitutionem in integrum, remissiuè.*
26 *Iurare quis non potest etiam iuramentum fidelitatis, aut calumniæ sine speciali mandato.*
27 *Papa quando in litteris narrat renuntiationem beneficij per talem procuratorem fuisse factam, ex hoc probatur illum fuisse procuratorem.*

CAP. Nonnulli. XXVII.

NEmo per litteras Apost. potest trahi ad iudicium extra suam diœcesim vltra duas dietas, nisi de consensu partium impetrentur litteræ, vel nisi expressam mentionem fecerint de hac constitutione. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Barb. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Innoc. Panor. Bald. Felin. Butr. Henric. Boich. Mantua, Martin. Vran. Compostel. Cened. *collect. 123.* Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag. 46.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 18.* remissiuè, Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 4. Decretal. lib. 1. tit. 2. cap. 5.* 1

Vltra duas dietas.] Notatur ad hoc quòd nulli licet impetrare rescriptum, quo aliquem vltra duas dietas ad iudicium trahat, vt per Escobar. *de ration. comput. 12. num. 1.* Sed correctus est text. hic in hac parte per *c. statutum, §. cùm verò, & §. cùm autem, hoc tit. lib. 6* vbi subrogatur vna dieta sola loco duarum, de quibus hic aduertunt Flamin. *de consid. q. 7. n. 1007.* Cened. *ad Decretal. collect. 12. n. 1.* Aduertendum tamen text. hunc locum nõ habere in causis in Romana Curia commissis, 2 3

Marchesan.

Marcheſan. *de commiſſionib. p. 1. pag. 271. n. 219. in nouiſſ. Rom. impreſſ.* Licet autem ad hæc vſque tempora per literas Apoſt. potuiſſet reus ad iudicium trahi ex quocunque loco, quantumvis per plures dietas diſtanti à domicilio, vel diœceſi, tamen per text. in præſenti nouè ſancitum eſt, vt conſtat ex verbo *ſtatuimus*, ne per huiuſmodi literas reus trahatur à fine ſuæ diœceſis vltra duas dietas, vt notant omnes *hic*, idem probat text. *in c. ſequenti, & in c. ex parte 15. de foro comp.* tradunt latè Felin. *hic à n. 31.* Mantua, & alij, Marant. *de ord. iudic. p. 6. membr. 1. n. vlt.* Bona additio ad Curt. *in pract. tit. de impedimentis quæ contra reſcripta, num. 6.* Rebuff. *de priuileg. ſchol. priuil. 161.* nouiſſimè Hieron. Fernandez de Otterò *Romanarum lucubrat. diſput. à princip.* & Galganet. *de iure publico, l. 1. tit. 27. num. 46.* vbi dicit quod citatus vltra duas dietas non tenetur venire.

4 Omiſſa varia nominis dietæ ſignificatione, de qua Verrut. Briſon. & alij *verbo, dieta*, Cotr. *in memorab. eod. verbo* Alciat. Rebuff. & nouiores *in l. 3 ff. de verb. ſignif.*

5 Boër. *deciſ. 210. n. 3.* Otterò *d. diſp. 3. n. 1. & 2.* intellige primò huius text. concluſionem quæ habet per literas Apoſt. reum trahi non poſſe à fine ſuæ diœceſis vltra duas dietas, & hodie vltra vnam, iuxta *dict. c. ſtatutum* (dieta enim accipitur hic pro vnius diei itinere) habere locũ etiamſi locus ad quem reus trahitur per modicum ſpatium diſtet vltra duas, aut vnam dietam, iuxta hodiernum ius, à fine diœceſis, *gloſſ. vt in d. cap. ſtatutum*, §. *cum autem*, vbi Doctores, Mant. *num. 5. hic*, ex dict. *vltra*, quæ verificatur in quocunque ſpatio, licèt exiguo, *gloſſ. 1. c. cum cauſa, de empt.* vbi Doctores communiter, vt per Tiraq. *de iudicio in rebus exiguis, verſ. 50.*

6 Secundò intellige ſiue agatur actione perſonali, ſiue reali ratione rei, ſiquidem in neutra poteſt reus trahi vltra duas olim, & hodie vltra vnam dietam à fine ſuæ diœceſis, quia in vtraque vigent & verba & ratio huius text. *& d. c. ſtatutum*, §. *cum vero* Maximè tamen controuerſum eſt vtrùm in actione reali, vbi agitur ſuper re in loco exiſtente computatio dietæ fieri debeat à fine diœceſis, in qua res eadem exiſtit, an verò à fine diœceſis in qua reus habitat & domicilium habet; nam gloſſ. *verbo, domicilium, in c. ſequenti, incip. dilectus* conſtituit in actione perſonali computationem fieri à fine diœceſis in qua reus habitat, in reali verò à fine diœceſis in qua exiſtit res, quantumcunque reus alibi habitet, & domicilium habeat. Sed contrarium, imo non tantùm in perſonali, verùm etiam in reali actione computationem dietæ fieri à fine diœceſis in qua reus habitat, domiciliumque habet, licèt res alibi exiſtat, probarunt gloſſ. *verbo, perſonalis, in cap. diſpendia, hoc tit. lib. 6.* Abb. *num. 9.* Imol. 12. Mar. Aret. & alij *in d. c. ex parte*, idem Abb. *in c. ſeq. num. 4.* Felin. *in c. ſeq. num. 13.* vbi idem Abb. *num. 4.* Rota *dec. 34. ſub hoc tit. in antiq.* Rebuff. *in concord. tit. de friuolis appellat. §. ſi quis vero, verſ. ſecundo*, Otterò *d diſp. 33. à num 7.* vbi *num. 10. & 11.* reſpondet contrariis, & *à num. 23* diſputat qua ratione text. in præſenti, *& d. cap. ſtatutum*, neceſſaria ſit ſpecialis derogatio.

7 Tertiò intellige hunc text. & ſimiles quibus certæ dietæ præfiniuntur, non habere locum in Epiſcopis vel Ordinariis, qui ſicuti in quocunque loco ſuæ diœceſis poſſunt cauſas ad Eccleſiaſticum forum pertinentes per ſe ipſos, vel ſuos delegatos audire, *c. cum Epiſcopus, de offic. Ordin. in 6.* ita & quemcunque à quocunque loco intra illam citare, & ad ſuum & ſuorum delegatorum iudicium trahere, nec in his locum habet præfinitio dietarum, de qua *hic*, idque obſeruant gloſſ. *verbo, legatorum*, vbi Abb. & alij *in Clem. 1. hoc tit.* Innoc. *n. 4* & alij *hic*, idem Abb. *n. 9. in d. cap. ex parte*; Marant. *d. p. 6. memb. 1. n. 131.*

Quartò intellige hunc text. & præfinitionem dietarum non procedere vbi literæ impetrantur de conſenſu vtriuſque partis, tradunt Innoc. *n. 1.* Abb. 4. Mant. *à n. 6.* poſt alios in præſenti, Capr. *lib. communium, verſ. reſcriptum conſenſu partium.* Et quod expreſſus conſenſus poſt impetrationem literarum ſufficiat, probarunt in effectu Imola, Domin. Franch. *in d. c. ſtatutum*, §. *cum verò*, Pariſ. *num. 19.* vbi Dec. 5. *in c. olim, de except.* Rot. *deciſ. 30. hoc tit. in nouis, & 31. eod. tit. in antiq.* ſecundùm quos valet proceſſus habitus contra reum expreſsè conſentientem, qui per literas Apoſt. trahitur vltra præfinitum ſpatium, quicquid dicant Card. *conſ. 73. in princ.* Felin. *d. c. olim, num. 2. & hic n. 30.* & addit ad Abb *hic num. 4.* An autem ſufficiat conſenſus tacitus, vide quæ tradunt Tiraquel. *de iure mariti, gloſſ. 7. n. 69.* D. Barboſa *in l. 2. §. vlt. n. 50 ff. ſolut. matrim.*

De dietis plura ſcripſerunt Ceuall. *comun. contra communes, to. 4. q. 897. à n. 732.* Card. Tuſch. *pract concl. tom. 1. lit. D. concl. 405. cum ſeq.* Quælibet autem dieta continet viginti milliaria, ſeu ſex leucas, *c. ex parte. B.* ibi, *vltra duodecim leucas, de foro comp.* Parlad. *lib. 1. rerum quotid. cap. 19. num. 9.* vel ad ſummum ſeptem, Mandoſ. *ad reg. 30. Cancell. q. 2. num. 1.* Henric. *in ſum. lib. 9. cap. 27. §. 6. in com. lit. E. & lib. 13. cap. 51. §. 5.* Fr. Ludou. Miranda *in manuali Prælatorum, tom. 1. q. 29. art. 6. concl. 3.* & debet computari dieta à fine diœceſis, Menoch. *de arbitr. caſu 206. num. 5* Eſcob. *d. comput. 11. num. 12.* alios refert Cened. *d. collect. 123. num. 2.* commenſurando per viam viſitatam & frequentiorem iuxta reſoluta per Parlad. *vbi proximè*, & Maſcardus *de probation. concl. 1056.* Cabed. *part. 1. deciſ. 13. num. 4.* De leucis, & earum commenſuratione vide plura per Cou *lib. 2. var. cap. 20. n. 5* Gregor. *l. 3. tit. 16. & l. 25. titul. 26. part. 2.* Ambroſ. de Morales *tom. 2. chronicæ Hiſpaniæ ſub tit. de antiquitatibus Hiſpaniæ, in fin. pag. 33.* Parlad. *d. c. 19.* Bobadil. *in ſua politica, lib. 4. c. 5. n. 53.* Ceuall. *d. q 897. n. 732.* Eſcob. *d. comput. 12. à num. 7.*

Niſi de aſſenſu partium fuerint impetratæ] Notatur ad hoc quod legi prohibitiuæ, vt *hic*, poteſt renuntiari, vt per Tiraquel. *de iure primogen. quæſtion. 24. num. 13.*

Vel expreſſum de hac conſtitut. fecerit mentionem] Aduertè ſufficienter huic cap. derogari in commiſſione per illa verba, ſeu clauſulam, *& cum derogatione regulæ Bonifacij VIII. de duabus dietis, dummodo non vltra tres*, Marcheſan. *de commiſſion. part. 2. num. 22. pag. 347. in nouiſſ. Rom. impreſſ.* Sed dubium eſt qua ratione exigatur ſpecialis derogatio? Vna ratio eſt quod conſtitutio huius text. conciliaris eſt, & ideo requirit expreſſam & ſpecialem derogationem in quibuſcunque gratiis & reſcriptis contra eam conceſſis, vt tenent Flamin. *de conſid. q. 7. num. 96.* & plures per me citati *de officio & poteſtate Epiſcopi, p. 1. alleg. 31. n. 24.* Altera quod text. in præſenti habet clauſulam derogatoriam ad omnes literas, vel reſcripta in contrarium, & ideo ad illius derogationem requiritur expreſſa mentio, quamvis conſtitutio non eſſet conciliaris, ex Felin *hic n. 1.* tum etiam, quia lex poſterior nunquam cenſetur reuocare primam, niſi de ea fecerit expreſſam mentionem, Spin. *in ſpeculo teſtam. fl. ff. 50. in princ. n. 18.* At verò Cened. *ad Decretal. collect. 123. num. 3. verſ. ego tamen*, tenens quod etiamſi ſit contraria lex Concilij, valet reſcriptum cum clauſ. derogatoria generali, & quod non ſit neceſſaria ſpecialis derogatio, reſpondet ad hunc text. illius deciſionem procedere, non quia eſt lex Concilij, ſed quia

specialiter fuit cautum, quod in isto casu sit necessaria specialis derogatio, refert Lauor. *var. lucubrat tit 4. c. 19. n. 22.*

§. *Sunt & alij.*] Literas Apostolicas super aliqua quæstione impetrans sine speciali mandato domini, literæ non valent, & ipse est puniendus tanquam falsarius, nisi sit aliqua persona, à qua de iure non esset exigendum mandatum. Colligunt Doctores citati *in principio text.*

15 *Cùm autem lites restringendæ sint potius, quam laxandæ.*] Faciunt per me dicta *in tract. de officio, & potestate Episcopi, p. 3. alleg. 79. à n. 10.* & quæ *infra ad c. finem litibus, de dolo, & contum.*

16 *Sine speciali mandato.*] Notatur ad hoc quod aliquis pro alio non potest impetrare rescriptum absque speciali mandato, idem probat text. *in cap. ex parte Decani 33. vers. quia vero, infr. hoc tit.* Alex. *cons. 135. n. 3.* Mandos. *in reg. de annali possess. q. 1. à num. .* Vant. *de nullit. tit. quibus modis sententiæ nullitas, n 6 c.* sic etiam literæ ad lites non possunt absque mandato speciali impetrari, Couar. *lib. 1. var. cap. 6. num. 5.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 63. n. 17.* Cardoso *in praxi iudicum & Aduocat. verbo, procurator, num. 22.* Perez *l. 4. vers. quæro 28. tit. 12. lib. 3. Ordin. pag. 700.* Tiraq. *de pœnis temper. causa 22. n. 38.* qui duo vltimi secus asserunt esse in rescriptis gratiæ, & ad beneficia; nam si quis nomine absentis, cui collatum fuit beneficium, eam collationem acceptauerit absque mandato, vel cum mandato generali, potest ille ratum habere, de quo tamen vide Couar. *d. c. 6. n. 5.* Flamin. *de resignat. lib. 10. q. 8. num. 34.* Villalob. *tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 24. n. 15. pag. 611.* Brunor. à Sole *in locis communib. verbo, mandatum 14.* Camill. Borell. *in summa omnium decis. tit 66. num. 165.* Sed non procedere hunc text. in commissionibus causarum, quæ Rotæ Auditoribus diriguntur, tradit Paul. Fusc. *in sing. vtriusque iuris, litera C. sing. 14.* vbi subdit fallere etiam in personis coniunctis, quæ agunt sine speciali mandato. Adde tamen text. istum non seruari in praxi, itavt iam hodie nec ab extraneis mandatum speciale exigatur ad harum literarum impetrationem, vt testantur Nau. *in cap. si quando præl. 1. num. 2. hoc tit.* Mandos. *in praxi commissionum in prima forma prælud. vlt.* Vant. *tit. ex defectu iurisd. deleg. num 87.*

17 *Nisi fortè de illis personis extiterit à quibus non debet exigi de iure mandatum.*] Coniunctus pro coniuncto absque mandato ad agendum admittitur, vt probat text. *in l. exigendi, C. de procurat.* & resoluunt Hyppol. *sing. 245.* Cott. *in memorabil. verbo, coniuncta persona,* Duen. *reg. 123.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo procurator, num. 16.* Don Christoph. de Pace *in schol. ad leges styli, l. 10. num 7. 15 & 17.* Surd. *de aliment. tit. 3. quæst. 8. à n. 10.* Card. Pereira *de empt. cap. 3. num 14.* Camil. Borel. *d. tit. 66. n. 93.* Et illi tantum admittendi sunt, qui sunt intra quartum consanguinitatis gradum constituti, iuxta reg. text. *in cap. non debet, de consanguinit.* tradunt Couar. *var. lib. 1. cap. 6. num. 5.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo, implorandum, num 8.* Et huiusmodi coniuncti

18 coniunctorio nomine, non autem procuratorio debent interuenire, Bald. *decis. 415.* Caualcan. *decis. 24. de iudic.* Rebuff. *in tract. nominat. q. 14. num. 106.* Tiraq. *de retract. lign. 6. 10 gloss. 1. num. 3. & 4.* cum cautione de rato, Camil. Borell. *d. tit 66. num. 64.* & ratificatio postea per principalem, Magon. *Lucensi decis. 6. num. 6.* Hieron. de Laurent. *Anemon. decis. 14.* Idem etiam procedere

19 in amicis, quando amicitia est maxima, tenent Bart. *in l. non solum, §. qui alieno. num. 1. ff. de procurat.* Panorm. *in cap. accedens, num. 2. & 8. litera A. vt lite non contest.* Ias. *in l. Titia num. 14. ff. de verbor. obligat.* Guillelm. *in cap. Raynutius, verbo, testamentum, il. 3. à num. 47. de testam.* Tiraq. *in l. si vnquam, verbo, libertis, à num. 75. Cod. de revocandis donat.* An autem coniunctus non excommunicatus possit esse in iudicio pro coniuncto excommunicato vide Ricciul. *in tract. de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium, lib. 4. cap. 28. per totum.* 20

In gloss. *Vlera*, ibi, *quia nomina ex communi vsu intelligenda sunt.* Notatur ad hoc quod verba in lege posita accipienda sunt iuxta communem vsum loquendi, *l. librorum, § quod autem Cassius*, vbi Bart. *ff. de legatis 3. l. Labeo, ff. de supellect. legata, l. cum autem, C. de don. ante nupt.* Surd. *cons. 313. n. 87 & cons. 454. n. 18.* Card. Mantica *de coniect. vltim. vol. lib 3 tit. 8. n. 1.* Fr. Ant. à Sousa *in select. de censuris Bullæ Cœnæ, cap. 2. num. 4. & cap. 6. disput. 39. num. 3. & cap. 7. num. 5.* Sanch. *de matrim. lib. 6. disp. 28. num 3* Nam vulgaris appellatio pro lege habetur. 22
Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. l. gloss. 11. n. 62. & 69. & gl. 13. num 62.*

In ead. gl. ibi, *& dicas quod de vulgaribus dictis istud est intelligendum.* Notatur ad hoc quod facta dictæ mentione de vulgari potius, quàm de legali intelligenda est, Paul. & Ias. *in l. 1. ff. si quis caution.* Mandos. *in reg. de verisimili notitia q. 3. num. 2.* Ottero *d. disp. 33. num. 3* licèt aliter distinguat Bart. *in d. l. 1.* quem sequuntur *ibi* Bald. Salicet. & Orosc. ac Parlad. *d. cap. 19. num. 9.* 23

In gloss. *Sine speciali*, ibi, *sicut requiritur specialis procurator in transactione.* Vide Cardos. *in praxi iudicum, & Aduocat. verbo procurator, n. 25.* 24

In ead. gloss. ibi, *& in integrum restitutione petenda.* Vide *infrà in ann. ad c. coram, de in integrum rest.* 25

In ead. glos. ibi, *& in delatione iuramenti.* Vnde etiam quis iurare non potest sine speciali mandato, Cardos. *de verbo, procurator, n. 24* Surd. *dec. 159. n. 1.* Idem in iuramento fidelitatis resolait Camill. Bor. *in summa omnium dec. tit. 57. n. 35. & tit. 66. n. 197.* Et in iuramento calumniæ, vt dicam *infrà in annot. ad c. nullam 3. de iuramento calumniæ lib 6* 26

In ead. glos. ibi, *tunc non est necesse*, &c.] Notatur ad hoc quod quando Papa in literis narrat renunciationem beneficiorum per procuratorem talem fuisse factam, probatur illum fuisse procuratorem, licèt non constet parti opponenti de procuratorio mandato, de quo non tenetur impetrans & obtinens beneficium sic per illum resignatum docere, vt per Boër. *dec. 281. col. fin.* 27

SVMMARIVM.

1 *Rescriptorum duorum occasione, vnius scilicet in causa principali, alterius in causa appellationis si contenditur, non iudex super principali, sed deputatus super appellatione cognoscere debet de validitate appellationis.*

2 *Dieta in actione reali an sit computanda à fine diœcesis vbi res petita existit, ostenditur.*

3 *Domicilium contrahitur in loco beneficij residentiam requirentis.*

4 *Spoliatus iudicis auctoritate agens ad restitutionem iniustitiam spoliationis probare tenetur.*

CAP. Dilectus. XXIX.

Honor. III.

REscripta duo si fierent, vnum super causa principali ad vnum iudicem, secundum super appellatione ad alterum, secundus iudex debet cognoscere de validitate appellationis, & non iudex principalis. 1

Colligunt

Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Barbat. Bellam. Io. Andr. Imola, Anania, Host. Anchar. Innoc. Panorm. Bald. Felin. Butr. Henric. Boich. Martin. Vran. Viu. *in rationali libri 1. iuris Pontifici, pag.* 48. Alagona *in compend. iuris Canonici pag.* 19. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 4. *Decret lib.* 1. *tit.* 2. *cap.* 3.

A diœcesi, vbi prædicta Ecclesia erat.] Notatur ad hoc quòd in actione reali dicta est computanda à fine diœcesis, in qua res petita existit: vt tenet gloss. *hic verbo, domicilium in fine*, quam sequuntur plures relati à Felin. *in præsenti n.* 3. & communem dicit Aretin. *in c. ex parte, n.* 10. *de foro comp.* Sed contrarium, imo dietam esse computandam à fine diœcesis in qua reus habitat, & domicilium habet, licèt res alibi existat, probarunt gloss. *verbo, vnam dietam in c. statutum, §. cum autem, hoc tit. lib.* 6 Abb. *hic n.* 4. & Felin. *n.* 13. idem Abb. *in d. c. ex parte n.* 9. & Imol. *n.* 12. Rebuff. *in concordata, tit. de priuolis appellat. §. si quis verò*, Hieron. Fernand. de Ottero *Roman lucubr. disp.* 33. *à n.* 7. vbi *n.* 10. cum Abb. *hic n.* 3. & Felin. 13. respondet quòd licèt text. in præsenti in citatis verbis referat allegationem partis prætendentis dietam esse computandam à fine diœcesis in qua res petita existebat, non tamen approbat, nec super eam pronuntiat Pontifex.

3 *Domicilium.*] Notatur ad hoc quòd beneficij loco residentiam requirentis domicilium contrahitur. Innoc. *in cap ex ore post n.* 2. *vers. item in casibus, inf. de priuileg.* vbi Butr. *n.* 10. Palat. *in repet rub §.* 39. *n.* 1. Boër. *decis.* 260. *incip. Præsupposito, n.* 20. Rebuff. *in praxi benef. de dispensat. de non residendo, n.* 74 *vers. ad hæc clericus*, Syluest. *in sum. verbo, domicilium, n.* 1. Armil. *aurea eod. verbo*, Mascard. *de probat. concl.* 534. *n.* 5. Cardin. Tusch. *pract. conclus. littera D. conclus.* 596. *à n.* 1. Farinac. *fragment. criminalium p.* 1. *lit. D. n.* 226. Cardoso *in praxi iudicum, verbo, domicilium, n.* 6. Quoad Ordines verò capiendos an quis subiectus sit Episcopo diœcesis, in qua præstimonium, vel beneficium habet, etiam sine residentia, vel in commendam tantùm, vide dicta per me *in tr. de officio, & potest. Episcopi. p.* 2. *alleg.* 4. *n.* 42. *cum seqq.*

4 *Sed dicti iudices*, &c.] Notatur ad hoc quòd spoliatus iudicis auctoritate agens ad restitutionem iniustitiam spoliationis probare tenetur, vt per Mascard. *ad probat. conc.* 1324.

5 In gloss. *Domicilium*, ibi; *vbi maiorem partem rerum suarum possidet.* Vide per me citatos *dict. allegat.* 4. *num.* 23.

SVMMARIVM.

1 *Data statur si plures impetrant in eadem Ecclesia, vt primus impetrans præferatur. & solus admittatur.*
2 *Gratias pares si duo habuerint, ille præfertur, qui præuenit in præsentatione suæ gratiæ coram executore.*
3 *Priuilegium vel rescriptum prius in data præualet secundo, & posteriori.*
4 *Data tempus non signatæ supplicationis attenditur quando duo concurrunt super eod. beneficio ad cognoscendum cui prius quæsitum est.*
5 *Data tempus non illud, quo litera per Cancellariam expediuntur, attenditur, vt quis possit facere fructus suos.*
6 *Prouisus prior est præferendus posteriori.*
7 *Absolutionis appellatione continetur absolutio simplex, non ea, quæ ad cautelam datur.*

CAP. Capitulum. XXX.

DVo quando impetrant literas Apost. pro beneficio habendo in eadem Ecclesia, qui primò præsentauit Capitulo literas, est prouidendus, non secundus, qui non facit mentionem de primis literis. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Barbat. Bellam. Ioan. Andr Imola, Anania, Host. Anchar. Innoc. Panorm. Bald. Felin. Butr. Henric. Boich. Martin. Vran. Compostel. Viuian. *in rationali 1. libri iuris Pontif. pag.* 48. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 19.

Qui ad eos prius mandatum Apost. reportauit.] Notatur ad hoc quòd inter habentes pares gratias ille præfertur, qui præuenit in præsentatione suæ gratiæ coram executore, vt per Gonz. *reg.* 8. *Canc. §. 3. proœm. num* 18. 2

Notatur etiam ad hoc quòd priuilegium, vel rescriptum prius in data præualet secundo, & posteriori, vt per Garc. Girondam *de priuilegiorum, seu exemptionum explic. n.* 870. Vnde quando duo beneficiarij concurrunt super vno beneficio ad cognoscendum, cui prius ius quæsitum est, attenditur tempus datæ, non tempus signatæ supplicationis, vt per Vincent de Franch. *decis.* 62. *n.* 1 Nam data facit, vt gratia dicatur in rerum natura, & tunc incipit operari cum priùs ante datam possit lacerari, & sic tempus datæ inspiciendum est Felin *in c. eam te n.* 18. & *ibi* Abb. *n.* 5. Imol. *n.* 18. & 19. & Zabar. *n.* 7. *sup. hoc tit* Gig. *cons.* 3. *n.* 1. & *cons* 54. *n.* 20. Beroi. *cons* 207. *n.* 57. Rebuff. *super concord in tit. de form. mand. Apost. verbo, datum*, Caputaq. *dec.* 180. *n.* 3. p. Rot. *decis.* 28. *de rescript. in antiq. n.* 1. & coram Card Seraph. *decis.* 341. *n.* 9. & signatura trahitur ad tempus datæ. Castr. *in l.* 3. *n.* 2. *in fine C. quando libell. Princ. datus*, latè Mandos. *cons.* 16. *n.* 1. & 6. *in fin. vers. si verò accipimus, cum tribus seqq.* Put. *dec.* 94. *n.* 2. *lib.* 2. Rot. *decis.* 514. *n.* 3. p. 3. *diuers.* Hieron. Gab. *cons.* 193. *n.* 56. *lib.* 2. Stephan Gratian. *discept. forens. c.* 191. *ex n.* 1 Nec quævis aliæ præcedentes diligentiæ attenduntur, *c. si eo tempore*, & *ibi* Franch. *n.* 3. *in* 2. *notab. & in c. de duobus eod. tit. lib.* 6. Paris. *cons.* 45. *n.* 2 *lib.* 4 & plures cumulat Mandos. *d. cons.* 16. *num.* 3. Dumque Papa signat, & scit huiusmodi gratiis apponendam esse per datarium, qui est illius organum, certam diem, virtualiter declarat etiam quòd solùm à die datæ debeat operari eius signatura, & sæpè sæpiùs gratiæ non datantur sub eadem die, qua fuerunt à Pontifice signatæ, ita suadente aliqua ratione; & iubente ipso Papa, imo quod plus est, etiam aliquando iustis de causis lacerantur supplicationes iam signatæ, & datarius ex officio muneris sui supplicationibus tam signatis quàm signandis, vt ratio postulat, addit, & detrahit, vt per Gonzal. *ad reg.* 9. *Cancel.* 63. *ex num.* 54. 3 4

Non obstat quòd ex sola signatura dicatur perfecta gratia; Sarnen. *in reg. de infirm. q.* 18. *num.* 5. *vers. nam non est dubium*, Cassad. *decis.* 4. *num.* 2. *de causa posses. & propr.* Rot *decis.* 418. *num.* 3. *p.* 1. *diuers.* & apud Put. *decis.* 94. *lib.* 1. *in correct.* Imo & solo verbo Principis gratia perficiatur Burt. *in l. humanum, in fine, vers. breuiter, Cod. de legib.* Paris. *cons.* 5. *num.* 60. *lib.* 4. Rot. *in Bononien. de Binarimis* 5. *Martij* 1618. coram bonæ mem. Andrea, quoniam simul stant quòd gratia recipiat perfectionem à signatura Papæ, & quòd tamen hæc perfectio incipiat à die datæ, quia censetur Papam signasse supplicationem à die sub qua apparet data à datario per ipsum ad hoc munus deputato, & ita hoc intelligit Caputaq. *decis.* 88. *numero* 1. & 3. *part* 3.

Pute-

Pute. *dict. decis.* 94. *num.* 2. *lib.* 2. vbi inquit quòd supplicatio præsumitur signata tempore datæ, & quòd non admittitur probatio in contrarium, & Hieron. Gabr. *cons.* 193. *n.* 3. & 4. *lib.* 2. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 191. *num.* 1. *cum seqq.* Colligunt hæc omnia ex decis. Meten. Prioratus 17. Maij 1627. coram R.P. D. Merlino. Et ad hoc vt quis possit facere fructus suos, attenditur tempus datæ, non tempus, quo literæ per Cancellariam expediuntur, ex Cabed. *Lusitan.* 5
decis. 39. *num.* 4. *parte* 2. Et quia multoties dubitatur in 6
rescriptis, priuilegiis, & gratiis eiusdem temporis, & qualitatis quod eorum præferatur; & vtrùm præferatur illud de quo acquisita sit possessio, licèt sit posterius: & quando tempus datæ attendatur? vide Menoch. *de arbitrar. casu* 48. Garc. Girond. *dict. tract. num.* 777. Et resolutiuè tenendum prius prouisum esse præferendum posteriori, Rip. *de causa poss. & propr. resp.* 3. *num.* 2. etiamsi sit in hora, vel puncto, Cassad. *de præb. decis.* 20. *num.* 1. Rot. Rom. *decis.* 19. *num.* 2. *num. seq. part.* 2. *& decis.* 88. *n.* 5. *lib.* 2. *part.* 3. *diuers.* Menoch. *d. casu* 48. *num.* 1. *cum seq.* Hic text. dum loquitur de receptione facienda, intelligitur de eâ, quæ consistit in facto, non autem de ea, quæ iuris & facti dicitur, vt per Staph. *de grat. expect.* 5. *form. n.* 13. *fol.* 15. Paul. Fusc. *l.* 1. *num sing.* 15. qui ponunt quatuor differentias inter vtramque. 7

In gloss. *relaxetis*, ibi, *ad cautelam.*] Notatur ad hoc quòd appellatione absolutionis continetur absolutio simplex, non autem ea, quæ ad cautelam datur, vt per Cou. *in c. Alma Mater, p.* 1. §. 7. *concl.* 4. Nau. *in man. c.* 37. *n.* 278. *vers. quarto.* Anton. Riccul. *de iure personarum, lib.* 4. *c.* 66. *n.* 17.

SVMMARIVM.

1 *Literas Papæ habens ad beneficium si eis propter annuam pensionem renuntiat, non valent literæ beneficiales per eum hoc tacito impetratæ.*
2 *Renuntians literis ad beneficium, quando dicatur simoniacè renuntiare.*
3 *Beneficia prius obtenta tenetur quis narrare in gratia beneficiali.*
4 *Verbum*, carere, *est latæ sententiæ.*
5 *Subreptio quamvis vitiet gratiam ipso iure, opponi tantùm potest vsque ad quadraginta annos.*
6 *Obreptione, & subreptione opposita processu futurus nullius est momenti.*
7 *Rescriptum Apostolicum quo mandatur de beneficio prouideri alicui nullum ius speciale tribuit mandatario.*
8 *Rescripta subreptitia ad lites non sunt nulla nisi ope exceptionis.*

CAP. Ad audientiam. XXXI.

1 LIteras quando quis impetrat pro habendo beneficio in aliqua Ecclesia, & deinde accepta pensione, vel alio beneficio renuntiat fauori literarum, & postea alias literas obtinet de prouisione, non facta mentione de aliis, vel de pensione, carere debet commodo illarum, & quicquid per eas tentatum fuerit, irritum fit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Barbat. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anan. Host. Anchar. Innoc. Panor. Bald. Felin. Dec. Butr. Henric. Boich. Martin. Vran. Compostel. Vinian. *in rationali primi libri iuris Pontificii, pag.* 49. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 19. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *& 2.*

Notatur hic text. ad hoc quòd renuncians literis 2
ad beneficium vt habeat aliquod beneficium, vel pensionem, non dicitur simoniacè renuntiare, quia est quædam permutatio rei spiritualis cum re spirituali, vt per Abb. *hic notab.* 3. Flamin. *de resignat. tom* 2. *lib.* 14. *quæst.* 7. *n.* 25. Azor. *instit. moral. part.* 3 *lib.* 7. *cap.* 27. *q.* 9. aduertentes quòd licèt quis non possit renuntiare beneficio sine auctoritate Superioris, potest tamen renuntiare literis simpliciter absque auctoritate Superioris, de quo vide plenius ad *cap. sanè* 7. *de renunt.* limita principale notabile vt non possit quis renuntiare litteris ad beneficium eo pacto vt recipiat pecuniam vel pro alia qualibet re temporali, vt scripserunt Host. & Abb. *sub num.* 6. *hîc*, Flamin. *d. q.* 7. *num.* 28. Azor. *d. quæst.* 9.

De illis mentione non habita.] Notatur ad hoc quòd 3
in gratia beneficiali tenetur quis narrare priùs obtenta beneficia, aliàs gratia erit nulla, vt per Menoch. *de arbitr. casu* 201. *à num.* 41. Gonzal. *ad reg.* 8. *cancel. gl.* 56. *n.* 144.

Carere.] Verbum hoc est latæ sententiæ, & denotat ipso iure, ex Tiraq. *in l. si vnquam, verbo, reuertatur, num.* 16. *C. de reuocandis donat.* Vezin. *tom.* 2. *commun. opinionum, lib* 9. *tit.* 34. *n.* 334. Gama. *de Sacrament. præstandis vltimo supplicio damnatis, q.* 5. *n.* 17. Sayr. *in claui Regia lib* 3. *c.* 8. *n.* 26. & aliis, quos refero ego ipse *in tract. de diction. vsufreq. tract.* 53. *n.* 1. Et aduerte quòd 5
quamuis subreptio vitiet gratiam ipso iure, opponi tantùm potest vsque ad quadraginta annos, Caputaquen. *decis.* 224. *part.* 3. nam per tanti temporis spatium præsumitur noua gratia & confirmatio, Cassad. *decis.* 3. *de causa possess.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 4. *collect.* 1267.

Reuocando in irritum, &c.] Notatur ad hoc quòd 6
obreptione, & subreptione opposita processus futurus nullius est momenti, vt per Franc. Becc. *cons.* 21. *n.* 29. Put. *decis.* 240. *n.* 2 *p.* 2 quos citat. Marc. Anton. *var resol. lib.* 1. *resol.* 8. *n.* 3.

In gloss. *Renuntiantes*, ibi, *cùm nullum ius speciale* 7
habuerit per literas illas. Notatur ad hoc quòd rescriptum Apostol. quo mandatur de beneficio prouideri alicui ius nullum speciale tribuit mandatario, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 30. *tract.* 3. *n.* 270.

In gloss. *in irritum*, ibi, *tu dicas quòd tales*, &c. 8
Notatur ad hoc quòd rescripta subreptitia ad lites non sunt nulla nisi ope exceptionis, vt per Nau. *in c. si quando causa* 1 *nullit. num.* 3. *suprà hoc tit.* Sahag. *in cap. cæterùm, num.* 6 *suprà hoc eod. tit.* Caputaquen. *decis.* 225. *part.* 3. Rebuff. *in praxi tit. de differentia inter rescripta gratiæ & iustitiæ, num.* 1. Perez. *l.* 1. *q* 8. *& 9. tit.* 12. *lib.* 3. *Ordin.* Menoch. *de arbitr. casu* 201. *num.* 1. 3. *& 16.* Suar. *de religione tom.* 1. *lib.* 4. *de simonia. c.* 31. *n.* 16. Farin. *in praxi crim. part.* 1. *q* 6. *n.* 46. Card. Tusch. *pract. conclus. lit. S. conclus.* 722. Sanch. *de matrimon. lib.* 8. *disp.* 21. *num.* 3. Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. resol.* 577. *num.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Receptus per literas Apost. licèt præbendam expectet per alias literas hoc supprimentes, in alia Ecclesia recipi non debet.*
2 *Impetrans secundas literas ad alios iudices, tenetur facere expressissimam mentionem de prioribus.*
3 *Falsitas expressa, quæ non inducit ad citiùs concedendum, non vitiat gratiam.*
4 *Beneficium habens si aliud impetret, tenetur facere mentionem qualitatum beneficij in specie.*
5 *Nomen facti beneficij necessarium est exprimere in illius*

illius impetratione, nisi sit in Cathedrali.

6 *Subreptitia an sit hodie gratia impetrationis beneficij non expresso nomine Sancti Ecclesiæ, vbi situm est.*

7 *Error in nomine, seu in cognomine non vitiat actum, quando ex aliquibus coniecturis constare potest de identitate personæ.*

8 *Error in inuocatione non officit veritati, cùm de corpore constat.*

CAP. In nostra. XXXII.

Greg. IX.

1 RECeptus in aliqua Ecclesia per literas Apost. non potest obtinere alias literas vt recipiatur in alia Ecclesia, si non faciat mentionem de sua prima receptione. Colligunt ex Ordin. antiq. Zabar. Collect. Barbat. Anch. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Host. Innoc. Panorm. Bald. Felin. Butr. Henric. Boich. Martin. Vran. Compostel. Viu. *in ration. primi libri Iuris Pontif. pag.* 49. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 20. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. pag.* 1. *& tom.* 2 *repetitionum de iure Canonico ad* 1. *Decret. librum*, Ioan. Calderin.

2 *Expressam fecerit mentionem.*] Notatur ad hoc quod impetrans secundas literas ad alios iudices debet facere mentionem de prioribus non solùm expressam, sed expressiuam, vt per Palat. *in repet. c per vestras, notab.* 4. *n.* 10. *de don. inter virum & vxorem.*

3 Notatur etiam ad hoc quod falsitas expressa, quæ non inducit ad citiùs concedendum, non vitiat gratiam, Rota *in decis.* 70. *hoc tit. in antiq.* quam refert Aloys. Ric. *in coll. dec. p.* 5 *coll.* 1981.

4 Notatur etiam ad hoc quod resignatarius debet exprimere in literis beneficia, quæ obtinet, vt per Flamin. *de resign. tom.* 1 2. *lib.* 20 *q.* 2. *n.* 67. Illud tamen aduertendum duxi, habentem beneficium si aliud impetret, teneri facere mentionem qualitatum beneficij in specie, veluti habenti dignitatem, non satis esse dicere se habere dignitatem, sed teneri nomen dignitatis exprimere: ita ex aliis resoluit Aloys. Ricc. *loco infra citando res.* 324. *n.* 2. tenuerunt in præsenti Ioan. And. *col.* 2. *n.* 10. *in verb. expressam*, Ant. de Butr. *col.* 5. *n.* 17. *vers. quarto quæro*, Panorm. *n* 4. Imol. *col vlt. n.* 13. Selua *de benef p.* 3. *q.* 11. *vers.* 23. *qualitas*, quos refert & sequitur Rendina *in Promptuario receptarum sent. tit.* 7. *n.* 16 Huiusmodi autem beneficij qualitatem siue statum iam legitimè impressum Apostolicæ prouisiones immutare non possunt ex defectu voluntatis, cùm Papa iuxta naturam beneficij conferre præsumatur; Felin. *in præsenti n.* 45. Cald. *cons.* 26. *de præbend* Rot. *decis.* 545. *n.* 3. *p.* 1. *& decis.* 584. *n.* 2. *p.* 4. *diuers* item *decis.* 308. *n.* 3. *p.* 1. Card. Seraph. *decis.* 799. *n.* 5. *& decis.* 1273. *n.* 2. & dictum fuit *in Lucana Canonicatus* 23. *Martij* 1620. *coram Illustr. Selucien. & in Sorana beneficij* 9 *Decembris* 1622. *coram R. P. D. Merlino*; *& & in Asculana Plebaniæ* 12. *Ianuarij* 1624. *coram eodem.*

5 Item idem Rendina *citato loco n.* 16 per gloss. *verbo, non extendit, in c. quamvis, il primo de præbendis in* 6. cum qua ibi transeunt omnes, resoluit quando impetratur beneficium ne impetratio reddatur subreptitia, necesse esse nomen Sancti ipsius beneficij exprimere, dummodo non sit in Ecclesia cathedrali; quia de stylo Curiæ necesse non est nomen Sancti ipsius Ecclesiæ exprimere, quod etiam tenet Aloys. Ricc. *praxi fori Ecclesiast. dec.* 384. *n.* 1. *in* 1. *edit.* alias *resol.* 324. *n.* 1. *in* 2. *edit.* vbi citat Lap. *alleg.* 16. *incip. an valeat n.* 4. vbi Mandos. *in verbo nomen, lit. I.* Verùm quicquid dicant citati, scio de stylo Curiæ non reddi subreptitiam impetrationem beneficij, non expresso nomine Sancti Ecclesiæ, vbi situm est Nam quotidie videmus expediri Bullas hoc modo, beneficium simplex in Parochiali, seu alia Ecclesia loci N. dicæc. N. sufficit enim vt constet de corpore beneficij vacantis per obitum N. licèt non exprimatur nomen Sancti, & quod difficilius esse videbatur, etiãsi erretur nomen loci, aut dicæcesis, si ex aliis circumstantiis constet de identitate, vt tenuit Rota *in vna Oxom. Beneficij* 27. *Ianuarij* 1624. *coram R. P. D. Dunozetto*, faciunt quæ Rota, *decis.* 16. *de rescript. in nouis.* Bellam. *decis* 643. Aloys. Ricc. *in coll. decis. p.* 5. *coll.* 1496. afferentes errorem in nomine, seu in cognomine non vitiare actum, quando ex aliquibus coniecturis constare poterit de identitate personæ, & nuncupatim quod error in inuocatione non officiat veritati, tenuit Rota apud Mantic. *decis.* 138. *n.* 4 arg. *l. si quis in fundi vocabulo, ff. de leg.* 1. *& l. si in nomine, C. de hær. inst.* & quæ in specie tradunt Bertrand. *cons.* 166. *in fine lib.* 7. Rebuff. *in praxi in p.* 3. *signaturæ, verbo denominationum*, citati *in libello de principijs vtriusque iuris lit. E. n.* 13.

6 7 8

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum, quod procurator reuocatus, & de hoc certificatus, extra iudicium impetrauit, non valet, secus tamen si in iudicio, dummodo reuocatio ad notitiam aduersarij, vel iudicis non peruenerit.*

2 *Sententia in fauorem Capituli lata contra Episcopum spoliantem, & obtenta per procuratorem constitutum à Decano, qui mandatum causæ non habebat, est valida respectu Collegij, cui præest.*

3 *Procuratorem qui se facit cùm non sit, tenetur pœna falsi & condemnatur in expensis.*

4 *Iudex potest cognoscere, & videre vtrum sibi competat iurisdictio etiam quando pars ei aliquid opponit, quod concludat illum omnino carere iurisdictione in ea causa.*

5 *Procurator reuocatur si aliquid agat, & dominus sciat, iterum concessa videtur facultas agendi.*

6 *Ratificare potest dominus etiam post sententiam acta per falsum procuratorem.*

7 *Procurator vt validè reuocetur debet fieri intimatio parti, vel iudici.*

8 *Mandatum ob diuturnitatem temporis non præsumitur.*

CAP. Ex parte, *ij.* XXXIII.

PRocuratoris dati ad lites reuocatio, debet peruenire ad notitiam iudicis, & aduersarij; alias non valet contra partem. Idem rescriptum, quod procurator reuocatus, & de hoc certioratus extra iudicium impetrauit, non valet; si verò in iudicio, & reuocatio non sit nota aduersario, vel iudici, valet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabarel. Barbat. Bellam. Io. Anania, Andr. Imola, Host. Anch. Innoc. Panorm. Bald. Felin. Butr. Henric. Boich. Martin. Vran. Compost. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 50. Petr. Alagona *in compendio iuris Canonici pagina* 20. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 1. *& 2.* 1

Decani.] Notatur ad hoc quod sententia in fauorem Capituli lata contra Episcopum spoliantem quasi possessione, & obtenta per procuratorem constitutum à Decano; qui mandatum in causa non habebat; est 2

est valida respectu Collegij, cui præest, cùm tunc dicatur habere iurisdictionem, vt per Put. *decis.* 210. *libr.* 3.

3 *Falsus extiterat Procurator.*] Notatur ad hoc quod falsi pœna tenetur is, qui se facit Procuratorem cùm non sit, vt per Farin. *in praxi crimin. part.* 6. *titul. de falsitate & simulat. quæst.* 150. *numer.* 89. & condemnatur in expensis Mascard. *de probation. concl.* 1004. *num.* 6.

4 *Protulistis.*] Notatur ad hoc quod licèt pars opponat aliquid iudici, quod concludat illum omnino carere iurisdictione in ea causa, poterit etiam tunc ipse iudex de eo cognoscere, & videre vtrùm sibi competat iurisdictio, ex D. Barb. *in l. si quis ex aliena, numer.* 105. *ff. de iudic.* vbi *num.* 112. asserit hoc procedere non solùm in iudice ordinario, sed etiam in delegato.

5 *Si reuocatio mandati.*] Notatur ad hoc quod si reuocatus aliquid agat, & dominus sciat iterum, concessa videtur facultas agendi, vt per Tiraq. *de retract. lig. §. 9. gloss. 3. n.* 15. Syluan. *cons.* 55. *num.* 3. Cott. *in memorabil. verbo, procurator falsa, pag.* 711. Menoch. *quæst.*
6 *frequent. cap.* 13. *num.* 3. Et dominus potest acta per falsum procuratorem post sententiam ratificare, Bernard. Græuæ, *ad practicam Cameræ Imper. lib.* 1. *conclus.* 47. *num.* 3.

7 In glos. *Propter*, ibi, *ratio satis in euidenti, quia huiusmodi reuocatio non peruenit ad aduersarium, vel ad iudicem.* Notatur ad hoc quod in procuratoris reuocatione debet fieri intimatio patri, vel iudici, vt per Duen. *reg.* 606. Capran. *tom.* 1. *communium opinionum, lib.* 2. *tit.* 8. *n.* 90. & 100. Gonzal. *ad reg.* 6. *Cancel. glos.* 63. *num.* 5. Flamin. *de resign. lib.* 9. *q.* 25. *num.* 12. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 18. *à num.* 87. vide *ad c.* 3. *inf. de procur.*

8 In glos. *Sine speciali*, ibi, *dico quod necesse est, quod ostendat sine probet mandatum* quia etiam ob diuturnitatem temporis non præsumitur, vt per Donat. à Fina *tom.* 1. *commun opinion. lib.* 4. *tit.* 24. *n.* 30. *pag.* 611. vbi etiam Suar. *n.* 42. *pag.* 612. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 33. *n.* 13. & *cons.* 1. *n.* 78. *cum seqq. & cons.* 148. *à n.* 34. Card. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. lib.* 7. *tit.* 4. *num.* 23. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Ecclesiast. dec.* 55. *n.* 3. *in* 1. *edit. & res.* 52. *in* 2. *edit.* Camill. Borell. *in summa omnium decis. tit.* 66. *n.* 85. quamvis contrarium teneant Mascard. *de probat. concl.* 1004. *n.* 41. Menoch. *qu. freq. c.* 16. *n.* 11. & *illustr. c.* 62. *n.* 7.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum impetratum contra hominem alicuius diœcesis, non extenditur ad hominem eiusdem nominis alterius diœcesis.*
2 *Rescriptum non valet, si Clericus Mediolanensis dixerit se Bononien.*
3 *Rescriptum vitiatur ex errore nominis diœcesis, nisi ex circumstantiis constet de corpore eius, de quo Papa in rescripto sensit.*
4 *Falsitas quando exprimitur, aut veritas supprimitur per ignorantiam, valet impetratio, vbi huiusmodi subreptio non fuit causa concessis.*
5 *Conciliantur textus in cap. super literis, suprà hoc tit. cum textu in præsenti.*

CAP. Significante. XXXIV.

1 LIteræ impetratæ à Papa contra aliquem vnius diœcesis, si est alterius, non valent. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarell. Collect. Barbat. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Hostien. Anchar. Innoc. Panorm. Bald. Felin. Butr. Henric. Boich. Martin. Vranius, Compostel. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag.* 51. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 20. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2.

Non de Remensi, sed de Leodien.] Notatur ad hoc quod rescriptum non valet si Clericus Mediolanensis dixerit se Bononiensem, vt per Rebuff. *in tract. de priuilegiis Scholarum priuil.* 92. hinc etiam non valet dispensatio quando erratur in nomine diœcesis. Monet. *de commut. vltim. volunt. cap.* 12. *concl.* 9. *num.* 206. Villalob. *in sum. tom.* 1. *tract.* 1. *dub.* 43. *numero* 11. Nam 3
ex errore nominis diœcesis regulariter vitiatur rescriptum, & per illud impetratum contra hominum certæ diœcesis, homo eiusdem nominis alterius diœcesis conueniri non potest, vt probat text. *in præsenti*, cuius decisio non procedit si ex circumstantiis constet de corpore eius, de quo Papa in rescripto sensit, vt arg. text. *in l. si in nomine, C. de testam & §. si quis in nomine, Instit. de legatis*, tenuerunt *hic*, Innoc. *in princ.* Compostel. *vers. sed pone*, Panorm. *col.* 2. *num.* 4. *vers. sed extra glossam*, Imola *col.* 1. *numer.* 3. *versic. sed aduerte*, Felin. *column.* 1. *numer.* 1. Rot. Roman. *decis.* 54. aliàs 839. *sub tit. de rescript. in antiq.* Ferret. *consil.* 208. *column. vltim. numer.* 24. *versic. tamen fallit*, quos refert, & sequitur Rendina *in promptuario receptarum sentent. tom.* 1. *tit.* 103. *de rescriptis, numer.* 2. Sic etiam error in nomine loci, vel Ecclesiæ in qua situm est aliquod beneficium, non reddit gratiam inualidam, vbi apparet de identitate beneficij, Abb. *num.* 5. & Felin. *prope fin. in præsenti*, Cassad. *decis.* 11. *num.* 3. *de præbend.* Rot. *decis.* 23. *num.* 4. *p.* 2. *recent. & in Mindonien. Archipresbyteratus* 1. *Iulij* 1616. *coram bonæ mem. Vbaldo, & in Oxomen. beneficij* 27. *Ianuarij* 1624. *coram R. Seleucien.* An vt quis dicatur Clericus Remen. Diœcesis, satis sit ibi habere vel originem, vel domicilium, vel beneficium, vide Nicol. Garciam *de benefic part.* 6. *cap* 9. *num.* 18. *cum seqq.* & dicta *in cap. sequenti.*

Non obstat text. *in cap. super literis, sub hoc tit.* vbi 4
habetur, quod quando falsitas exprimitur, aut veritas supprimitur per ignorantiam, valet impetratio vbi huiusmodi subreptio non fuit causa concessis, & superior illa cessante æquè concessisset, vt notant omnes illic, vt per Felin. *à num.* 2. Dec. 6. Bero. 1 *lect. num.* 38. Cou. *lib.* 1. *var. cap.* 20. *num.* 1. *vers. secundo, & num.* 6. Respondetur enim ex mente gloss. & Doctorum *hic*, vt per Felin. *in princ.* post alios Bart. *numer.* 11. *in l. demonstratio, ff. de condit. & demonstr.* Ias. *numer.* 36. *in l. si quis in fundi, ff. de legat.* 1. vbi Aret. *n.* 1. in specie huius text. iudicem non posse procedere per rescriptum, 5
de quo *hic*, non quidem ob vitium subreptionis, de quo agitur *in d. cap. super literis*, sed quia supposita falsa diœcesis expressione verba rescripti non conueniebant personæ, de qua agebatur, & sublata falsa illa expressione non constabat de corpore rei, vnde succedebat reg. cui non conueniunt verba, nec etiam conuenit dispositio, *l.* 4. §. *toties, ff. de damno inf. cum simil.* licèt Papa ea facta rescriptum concessisset, idque satis intendit text. *in præsenti, in præcitatis verbis, & in cap. sequent.* ibi, sub eadem clausula nullus de ciuitate ipsa intelligitur inclusus. At verò text. *in dict. cap. super literis*, procedit vbi stante subreptione per ignorantiam, vel simplicitatem verba rescripti conueniunt, & absque vlla extensione, vel violatione verificantur in persona & specie de qua agitur, aliter enim simplicitas & ignorantia non prodesset, quantumcunque aliàs superior literas dedisset, iuuat maximè hunc intel-

tellectum ſententia Innoc. quem ſequuntur Abb. *n. 3. ad fin.* Felin. *numero 1.* Beroi. *lect. 1. numero 36.* poſt alios *hîc*, & poſt Bald. & Paul. *in l. 2. ff. ſi contra ius*, dum reſoluit quod ſi aliquis per ignorantiam exprimat Titium ſibi eſſe debitorem ex cauſa mutui, & ex eadem literas impetrauerit contra illum, qui non ex mutuo ſed ex venditione, vel contractu ſimili eſt obnoxius, licèt Papa æquè dediſſet literas expreſſa cauſa venditionis, ac mutui, itaque falſa expreſſio non fuit cauſa concedendi literas, nihilominus tamen iudex ſuper cauſa mutui delegatus non poteſt procedere ſuper cauſa venditionis, cui non conueniunt verba reſcripti, in quo non de venditione, ſed de mutuo facta fuit mentio. Nec aduerſatur quod in hoc text. proponitur error circa falſam demonſtrationem loci, id eſt, diœceſis, qui error non debet vitiare reſcriptum cùm de corpore, id eſt, perſona Vincentij, conſtaret, ex *reg. d.l. demonſtratio*, 17. *& d.l. ſi quis in fundi*, 4. vbi gloſ. & Doctores, & ſpeciatim in nomine, vel demonſtratione religionis, & loci probat *l. patronus* 34. §. 1. *ff. de legat. 1.* quæ regula etiam in reſcriptis locum habet ſecundum Bart. *vbi ſupra*, & communem ex Iaſ. poſt Alexand. & alios *in d.l. ſi quis, n. 36.* latè Felin. *hîc in princ.* poſt Rotam, & plures contra nonnullos. Reſpondetur enim in hoc cap. ſublata falſa demonſtratione diœceſis non conſtare ex verbis, vel tenore reſcripti de corpore, ſeu perſona Vincentij contra quem illud emanauerat, nam ſi conſtaret, veluti quia vltra falſam demonſtrationem diœceſis adiecta fuiſſet aliqua vera qualitas dignitatis, officij, vel ſimilis circumſtantia per quam dignoſceretur & appareret quiſnam eſſet Vincentius ille, falſa demonſtratio huiuſmodi reſcriptum non vitiaret, qua ſublata & verba reſcripti conueniebant, de quibus, ſicut & de concedentis intentione, & perſona rei dubitari non poterat, provt fatentur Abb. & ſuprà citati, declarando vt per Felin. *hîc à n. 2.* poſt alios, & ita procedit *gloſ. 1. in c. cognoſce 63. diſt.* quam vltra Doctores *ibi*, probat Felin. *hîc in fine.* Præterea reſponderi poteſt ſecundùm Beroi. *hîc lect. 1. à num. 44. & in rubr. à n. 55.* & mentem aliorum in præſenti, nomen diœceſis fuiſſe adiectum gratia taxationis, id eſt, taxatiuè ad reſtringendum reſcriptum contra Vincentium illius certæ & expreſſæ diœceſis, impetrans contra alios variare poſſet, & ita diœceſim non fuiſſe adiectam gratia demonſtrationis.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitatis homines non comprehenduntur per clauſulam decreti impetrati contra homines diœceſis, & num. 2.*
3 *Reſcripta delegatoria ſunt ſtricti iuris.*
4 *Reſcripta beneficialia ſunt ſtrictè intelligenda.*
5 *Diœceſis appellatione in materia fauorabili comprehenditur ciuitas, ſecus in odioſa.*
6 *Ciuitatis appellatione in beneficialibus comprehenditur diœceſis.*

CAP. Rodulphus. XXXV.

1 CIuitatis homines non comprehenduntur in reſcripto impetrato contra hominem alicuius diœceſis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Barbat. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anan. Hoſt. Anchar. Innoc. Panorm. Bald. Felin. Butr. Henric. Boich. Martin. Vran. Compoſt. Viuian. *in rationali libri primi iuris Pontificij, pag. 52.* Alagona *in compend. iuris Canonici, pag. 20.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 2.* 2

Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt Galet. *in margarita caſuum conſcientiæ, verbo ciuitas*, Rendina *in promptuario receptarum ſentent. tit. 124. num. 7.* 1
quia reſcripta delegatoria ſunt ſtricti iuris, Bec. *conſ. 21. num 14. & 33.* Mar. Anton. *var reſolut. lib 1. reſol. 8. n. 4.* provt etiam reſcripta beneficialia ſunt ſtrictè intelligenda, Ioan. à Cochier. *in reg. 26. Cancel. num. 35. pag. 168.* 3 4

Verùm autem appellatione diœceſis comprehendatur ciuitas, quæſtio eſt non contemnenda, in qua pro vtraque parte retuli fundamenta *in meo tractat. de offic. & poteſt. Epiſcopi, p. 3. alleg. 54 a. 169.* & ibi paucis diſtinguendum duxi an diœceſis fiat mentio in materia fauorabili, aut odioſa; ſi in fauorabili, appellatione diœceſis ciuitatem comprehendi, ſin autem in odioſa, minimè, reſolui cum Petr. Andr. Gambar. *ad c. vnic. n 106. cum ſeq. ſuper gloſſ. verbo, diœceſis, de rerum permut. l. 6.* Cochier. *de iuriſdict. Ordin. in exemptos, p. 4. q. 74.* Mandoſ. *reg. 16. q. 42. n. 7.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 43. à n. 19.* Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſol. 250. n. 4.* Nicol. Garc. *p. 1. c. vlt. n. 76. & ſeq.* hanc etiam ſententiam tenent omnes in præſenti, vt per Card. Florent. *n. 1. oppoſit. 1.* Imolam *col. 1. n. 5. verſ. in gloſſ. 1. n. 10.* Panorm. *col. 3. num. 5. verſ. ad ſecundum*, Felin. *col. 5. n. 8. verſ. tertia concluſ. & in cap. vnic. de rerum permut. lib. 6.* vbi *gloſſ. verbo, diœceſi*, cum qua ibi conueniunt Ioan. Andr. *in lect. col. 2. n. 3. verſ. in gloſſ. 2.* Ioan. Monach. *col. 1. n. 1. verſ. quid ſi in ciuitate*, Philip. Franch. *col. 2. num. 5. verſ in gloſſ. 2.* Ferret. *conſ. 220. numero 1. verſ. capit etiam*, quos citat Rendina *d. tit. 124. num. 7. & n. 8.* reſoluit cum multis quos refert, in beneficialibus diœceſis appellatione ciuitatem non contineri, vide quæ dixi *de appel. verborum vtriuſque iuris ſignif. appel. 49. n. 7.* Verùm autem ciuitatis appellatione in beneficialibus diœceſis comprehendatur, veluti ſi quis dicat ſe Clericum Brachareñ. cum non ſit ex ipſa ciuitate, ſed ex alio diœceſis loco oriundus, affirmatiuè reſpondendum, quia verbum, *Clericus Bracharen.* eſt aptum capere ciuitatem & diœceſim, Ferr. *conſ. 222. n. 5.* Nicol. Garc. *de benef. p. 7. c. 9. num. 27.* tenuit Rota *in Toletana Parochialis 10. Maij 1596. coram D. Arigonio*, apud eundem Garc. *p. 9 c. 1. n. 341.* 5 6

Et quoſdam alios Sagien. diœceſis.] Per hæc verba tenebat olim D. Michael à Coſſa in lectura Salamantina ſuæ Cathedræ Veſpertinæ provt eum refert Nicol. Garc. *de benef. p. 1. c. vlt. n. 79.* appellatione diœceſis non venire homines ciuitatis, non quia reſcriptum ad lites eſſet odioſum, & reſtringendum (vt ſuprà præſupponebatur) ſed quia præceſſerat in eodem reſcripto mentio ciuitatis, per illa verba, *contra Epiſcopum Sagien.* & proinde in dictis verbis generalibus poſtea ſequutis non potuit iterum includi ciuitas, ad *l. doli cauſa. ff. de verb. obligatione & l. ſanctio legum. ff. de pœnis.* Et hunc intellectum multis probat nouiſſimè Anton. de Fuertes *Canon. quæſt. lib. 3. cap. 2.* atque Gregorium in præſenti non ſine cauſa prius nominaſſe ciuitatem in ſpecie dum de Epiſcopo in illa commorante meminit, deinde verò diœceſim in genere, dum dicit, *& quoſdam alios diœceſis Sagienſis*, ad oſtendendum memoratos in ſecunda clauſula generali non eſſe ſub priori ſpeciali comprehenſos, quoties enim ſpecialitas præcedit clauſulam generalem, & genus poſtea ſubſequutum, non comprehendit ſpeciem priùs nominatam, ſicque ciues Sagienſes, quia ſemper genus ſubſequutum, intelligitur de dictis ſpeciebus priùs relatis, atque nominatis, *l. doli 119. ff. de verborum ſignificatione* Bart. *in l. 1. ff. de rebus dub.* ergo in ſpecie hac vt Rector Eccleſiæ ſãcti Chriſtophori poſſet per reſcriptum conueniri, aliter debuiſſet concipi;

concipi, quam fuit conceptum, ita nempè, *contrà Episcopum & quosdam alios diœcesis Sagiensis*; tunc enim quia tantùm reperitur genus, quod verificari potest in omnibus suis speciebus, non solùm illi de diœcesi, sed etiam illi de ciuitate conueniri possunt, cùm tunc verba habeant significationem intensiuam, ex qua rescriptum ampliatur vt comprehendat alias res, & personas præter nominatas. Quæ & extendenda est ad eum casum quo rescriptum ita conciperetur contra Episcopum Mutinensem, & quosdam alios diœcesis Bononiensis, nam tunc tale rescriptum habet vim comprehensiuam, quia genus postea subsequutum non potest verificari in specie, quæ antea præcesserat, tanquam quod sit omnino diuersa, & separata. Sed his nòn obstantibus verior est communi, distinctio suprà relata *n.* 1. nam ista D. Michaelis Costæ ratio solùm conuincebat, quod per clausulam generalem non possit conueniri aliàs Episcopus Sagien. de quo specialis mentio præcesserat, non tamen quod non possint conueniri alij ciuitatis, cùm de eis non esset facta specialis mentio, & hic mentio facta de ciuitate, & diœcesi est indirecta, & in obliquo, ita Nicol. Garc. *loco citato*, qui *in addit.* asserit sibi non placere intellectum D. Sahag. *in c. super literis, n.* 29. *sub hoc tit.* dicentis ex illo indiuiduo, *Episcopi Sagien.* in rescripto expressi non posse conueniri alium Sagien. præter Episcopum, iuxta *l. hæres* 98. §. 1. *ff. de leg. & l.* 1. §. *item si duæ, ff. de auro & arg. legato*, vbi probatur quod si nominentur aliqua indiuidua speciei contentæ sub genere, ad alia in eadem specie contenta non porrigitur illud genus, quem etiam intellectum videtur idem Sahag. tradere *in c.* 1. *de offic. deleg. n.* 24. Conuincitur enim iste intellectus, quoniam *in d. l. hæres*, §. 1. *& in d. l.* 1. §. *item si duæ* ideo in legato facto alicui de duabus statuis marmoreis, & de omni marmore non comprehenduntur aliæ statuæ marmoreæ præter duas, quia, vt inquit Iureconsl. *in d.* §. 1. duas statuas legando potest videri non putasse in marmore se statuas legasse, quæ ratio cessat in casu huius text. vbi fuit nominatus Episcopus Sagien. in literis & commissione, quia contra eum in particulari fuerunt impetratæ, & ideo dicta nominatio, & expressio non erat superflua, si rescriptum fuisset impetratum contra eum, & quosdam alios Sagien. ciuitatis, maximè quod Episcopus propter suam dignitatem, & præeminentiam non videretur venire in clausula generali, arg. *c. sedes hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Conueniendus per clausulam, si moriatur re integra, successor conueniri non potest.*
2 *Succedens in comitatu debita prædecessoris tenetur soluere.*
3 *Succedens in Regno, an teneatur ad debita prædecessoris, remissiuè.*
4 *Feudi succedens, an & quando à defuncto vassallo contractum est alienum soluere teneatur, remissiuè.*
5 *Masculinum in rescriptis concipit fœmininum, & quid regulariter in aliis materiis, ostenditur.*

Cap. Significauit. XXXVI.

ILiteras Apost. ad conueniendum aliquos quando quis obtinet, si conueniendus moritur re integra, successor non potest conueniri. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Barbat. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Imol. Host. Anchar. Innoc. Panormit. Bald. Dec. Butr. Henric. Boich. Martin. Vran. Compost. Viu. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 52. Alagon. *in compend. iur. Canon pag.* 2. remissiuè Ximen. *concord. p.* 1. *&* 2. Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Decian. *cons.* 43. *n.* 10. *vol.* 2. Ioan. Bapt. Costa *in tract. re integra dist.* 22. *à princ.*

Fratri suo, &c.] Probat hic text. per argumentum à speciali quod succedens in comitatu debita prædecessorum soluere tenetur, vt asserit Ant. Gomez *l.* 40. *Tauri, n.* 12. An verò succedens in Regno teneatur ad debita Regis prædecessoris, vide Aguirre *de successione Portugaliæ, p.* 1. *n.* 70. Molina *de primog. lib.* 1. *c.* 19. *n.* 30. Ioan. Garc. *de expens. c.* 16. *n.* 15 Molina *de iustitia tract.* 2. *disp.* 621. *n.* 7. Rebell *de oblig. iustitiæ, p.* 2. *lib.* 7. *q.* 10. *n.* 12. Castill. *lib.* 2. *quotid. c.* 19. *n.* 126. *cum seqq.* Card Tusch. *tom.* 7. *lit. R. concl.* 330. *& lit. S. conclus.* 876 Modern. *de iurisd. part.* 1. *cap* 29. *à num.* 21. vbi resoluit successores Regni hæreditarij teneri ad debita & omnes conuentiones prædecessorum, secus in Rege electionis, qui non tenetur obseruare conuentiones prædecessoris. 2 3

Quid in successore feudi, an & quando à defuncto vassallo contractum æs alienum teneatur soluere? vide Schrad *de feudis, p.* 7. *cap.* 7. Rosenth. *eod. tract. cap.* 2. *concl.* 33. *& cap.* 7. *concl.* 20. *cum seqq.* Menoch. *cons.* 815. *à num.* 67. Surd. *de aliment. tit.* 4. *quæst.* 10. latè Bernard. Clæuæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib.* 2. *concl.* 154. vbi resoluit quod successor in feudo ex pacto & prouidentia non soluit æs alienum à prædefuncto vassallo contractum. Quid autem in successore maioratus? vide Gregor. *l.* 4. *verbo, suas deudas, tit* 15. *part* 2 Gom. *d l.* 40. *n.* 71. Don. à Fina *tom* 2. *comm. opin. lib.* 6. *tit.* 41. *à num.* 30. Garc. *d. cap.* 16. *n* 33. Molina *d tract.* 1. *disp* 640. *& seq.* Cald. Pereira *de potest elig. c* 16. *n.* 5. *& de empt. cap* 27. *num.* 40. Rebell. *d. q* 9. *sect.* 2. Valasc. *de partit. cap.* 19. *n.* 44. Perez *titul.* 2. *lib.* 3. *Ordin. pag.* 119. 4

Successerat, &c.] Notatur ad hoc quod in rescriptis masculinum concipit fœmininum, vt per. Tiraquel. *de retractu lig.* §. 1. *gloss.* 9. *num.* 104. 183. *&* 206. Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 51. *num.* 2. imo regulariter in quacumque materia positum concipit fœmininum, nisi de contraria disponentis, seu rescribentis voluntate appareat, vt per Tiraq. *de retractu lig.* §. 1. *gloss.* 9. *num.* 200. *& à num.* 277. *cum seqq* Gabr. *lib.* 6 *communium, tit. de verbor. signif. conclus.* 6. *à numero* 1. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præs.* 84. *numero* 2. *cum sequent* Pereg. *de fidei commiss. artic.* 25. *num.* 2. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 6. *tit.* 7. *numero* 18. *& lib.* 11. *tit.* 140. *numero* 2. latè Francisc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 3. *quæstione* 16. *à num.* 1. 5

SVMMARIVM.

1 *Literæ executoriæ in quibus impetrans falsò dicit monitorias præcessisse, non valent.*
2 *Instrumenti vbi fit mentio in aliquo instrumento non creditur, nisi exhibeat primum, secus si ab eodem fuerit Tabellione conscriptum.*

Cap. Exinsinuatione. XXXVII.

ILiteræ executoriæ facientes mentionem de monitoriis, si non præcesserunt monitoriæ, non valent, alioquin est prouidendum secundùm formam datam. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel Collect. Barbat. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Host. Anchar. Innocent. Panorm. Bald. Felin. Decian. Rip. Butr. Henric. Boich. Martin. Vranius, Bernard. 1

Bernard. Compostel. Viuian. *in rationali primi libri Iuris Pontif. pag.* 53. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 21. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2.

2 In gloss. *De monitoriis, in fine*, ibi, *Et est hic argumentum quòd si quis in aliquo instrumento faciat mentionem alterius instrumenti, non creditur nisi exhibeat primum.* Intellige quando coram alio Tabellione confectum fuit instrumentum de quo fit mentio, secus verò si ab eodem fuerit Tabellione conscriptum, *auth. si quis in aliquo, C. de edendo*, per quam ita tenent Cou. *practic. c.* 21. *num* 2. *vers. quod si fiat*, Tiraq. *de retractu lig.* § 2. *gloss.* 1. *num* 10. Vezin. *tom.* 2. *communium opin. lib.* 7. *tit.* 33. *de reuocandis his, quæ in fraudem, num.* 14. Surd. *decis.* 231. *n.* 2. *cum seq.* Duen. *reg.* 280. Mascard. *de probat. concl.* 404. *& concl.* 923. *& concl.* 105. *n.* 3. *cum seqq. & concl.* 711. *n.* 9. Guttier. *cons.* 23. *n.* 9. Morla *in emporio iuris*, *p.* 1. *tit.* 11. *de fid. instrum. q.* 1. *n.* 21. Cardoso *in praxi iudicum. & Aduocat. verbo instrumentum, à num.* 21. Card. Mantica *de tacitis, & ambig. conuent. lib.* 7. *tit.* 4. *n.* 6. Castil. *controuersiarum iuris, lib.* 2. *c.* 16. *num* 60. Steph. Gratian. *discept. forens. c.* 363. *à n.* 10. Cald. Pereira *de empt. & vendit. c.* 35. *à n.* 48.

SVMMARIVM.

1 *Papa non intendit in literis aliquos grauare super plurium receptione, nisi hoc in ipsis literis explicetur.*
2 *Doctores referuntur de mandatis Apost. agentes.*
3 *Textus hic loquens de beneficio habet locum in pensione.*
4 *Ordinariis graue fit præiudicium ex præuentione Papæ in suis mensibus.*
5 *Intentio attendi debet.*
6 *Rescripta sunt stricti iuris, & ab eius verbis non est recedendum.*

CAP. Mandatum. XXXVIII.

1 PApa quando iubet vt vni prouideatur de tali beneficio, si alius fuit prouisus per mandatum Papæ, non tenetur collator prouidere secundo. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Barbat. Ioan. Andr. Aretin. Imola, Anan. Host. Anchar. Innoc. Panorm. Bald. Butr. Henric. Boich. Martin. Vran. Compostel. Viuian. *in rationali libri primi iuris Pontificij, pag.* 54. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 21. *& tom.* 2. *repetitionum in iure Canonico ad* 1. *Decretal. librum*, Ioan. Cald. remissiuè, Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1.

2 *Mandatum Apostolicum.*] De mandatis Apost. vide Rebuff. *in praxi benefic. titul. de mandatis Apost.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris, lib.* 17. *c.* 11. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 6. *c.* 32.

Alio iam beneficio, &c.] Aduerte huius text. dispositionem loquentem de beneficio habere locum in pensione, vt dicit Barbat. *in præsenti, num.* 15 & tenuit Rota, teste Sarn. *de infirmis resig. q.* 16. *in princ.* quos refert & sequitur Flamin. *de resignat. lib.* 2. *q.* 15. *n.* 16.

3

4 *Cùm super receptione duorum grauandi*, &c.] Notatur ad hoc quòd præiudicium graue fit Ordinariis ex præuentione Papæ in suis mensibus, vt per Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* § 4. *procem. n.* 21.

5 *Intentio mandatoris.*] Ergo intentio attendi debet, vt per Mantuam *dialogo* 62. Gig. *de pensionib. q.* 23 *num.* 1. Mens enim Principis debet attendi, cui verba ipsa rescripti, seu mandati cedunt, Bald. *in c.* 2. *col. fin. sup. hoc tit.* Socin. *cons.* 59. *n.* 4. *vol.* 1. Becc. *cons.* 74. Surd. *decis.* 268. *in fin.* quam quilibet probare debet; Cæsar. Argel. *de contradict. legitimo, q.* 13. *n.* 64.

In gloss. *Non fuerit, fin.* ibi, *item intentio mandantis* &c.] Notatur ad hoc quòd rescripta sunt stricti iuris: vt per Tiraq. *in l. si vnquam, verbo, libertis, n.* 55. *C. de reuocandis donat.* Marc. Ant. *var. resol. lib.* 1. *resol.* 8. *n.* 4. Feder. de Senis *cons.* 145. *n.* 1. *in fin. & n.* 6. Alex. *cons.* 97. *num.* 6. *lib.* 6. Card. Tusch. *tom.* 6. *lit. P. concl.* 212. *à n.* 1. & ideò à rescripti verbis non est recedendum, Surd. *decis.* 175. *à num.* 2.

6

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia in qua Papa primus dedit monitorias, & secundus executorias, per primum, non per secundum intelligitur grauata.*
2 *Verba si sint ambigua, magis debent censeri principaliter relata ad personam, quàm ad dignitatem, vt priuilegium potius dicatur personale, quam reale.*
3 *Successor tenetur adimplere factum prædecessoris.*
4 *Prælatus, an, & quando teneatur stare locationi prædecessoris, remissiuè.*

CAP. Literis. XXXIX.

1 PApa vnus quando dat literas monitorias alicui Ecclesiæ, & secundus Papa dat literas executorias, primus grauat, non secundus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Barbat. Anchar. Bellam. Ioan. And. Imola, Anania, Host. Innoc. Panorm. Bald. Butr. Henric. Boich. Martin. Vran. Compostel. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag.* 54. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 21. remissiuè Ximen. *in concod. p.* 2.

2 *Vt G. Clericum.*] Notatur ad hoc quòd si verba sint ambigua, magis debent censeri principaliter relata ad personam, quàm ad dignitatem, vt priuilegium potius dicatur personale, quam reale, D. Barbosa *in l. quia tale, n.* 41. *in fin. ff. solut. matrim.*

3 *Cùm factum prædecessoris*, &c.] Notatur ad hoc quòd successor tenetur adimplere factum prædecessoris, vide Duen. *reg.* 193. *à princip.* Fr. Emman. *quæst Reg. tom.* 3. *q.* 26. *art.* 1. Et quòd Princeps ex contractu inito cum subdito efficaciter obligetur, dicam *infrà ad c.* 1. *de probat.* Et an, & quando Prælatus teneatur stare locationi prædecessoris, dicam ad gloss. *verbo, terminum, in c. vlt. nè Prælati vices suas*, & dixi *in tract. de offic. & potest. Episc. p.* 3. *alleg.* 84.

4 In gloss. *Cùm factum*, ibi, *ad mandatum Papæ*, &c. vide Duen. *reg.* 243. *vers. limita.*

SVMMARIVM.

1 *Diœcesanus, cui scribitur vt in diœcesi sua vbi pro alio scriptum non est, prouideat, vel faciat prouideri, non potest id exequi circa beneficium spectans ad collationem alterius iam pro alio grauati.*
2 *De executoribus mandatorum Apostolicorum, & expectatiuarum, qui DD. scripserint, referuntur.*
3 *Literæ priores tanquam speciales derogant posterioribus generalibus ab Episcopo impetratis.*

CAP. Abbatem. XL.

1 PApa quando mandat, v. g. Abbati vt prouideatur Caio de aliqua Ecclesia sui Monasterij, deinde scribit Episcopo per literas generales, vt prouideat Sempronio; vel faciat prouidere de aliqua Ecclesia in sua

diœcesi, non potest Episcopus Abbatem cogere ad prouidendum, quia iam fuit gratuatus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Barbat. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Imola, Host. Anchar. Innocent. Panorm. Bald. Felin. Butr. Henric. Boich. Martin. Vranius, Compostel. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag.* 35. Petr. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 21. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 2.

2 *Facere prouideri.*] De executoribus mandatorum Apostolicorum de prouidendo, & expectatiuarum latè scripserunt Staphil. *de literis gratia, tit. de formis mandatorum de prouidendo, septima & octaua forma*, Gomez *in tract. de mandatis de prouidendo à n.* 21. Rebuff. *in concordatis, tit. de mandatis Apost.* §. 1. *verbo in forma mandati, & tit. de forma literarum executorialium*, Corras. *de benefic. part.* 2. *c.* 9. Ant. Cuch. *in instit. Canonicis maior. lib.* 1. *tit.* 7. *de mandatis Apostolicis à n.* 31. Quæ quidem mandata de prouidendo iam non sunt in vsu, ex decreto Concil. Trid. *sess.* 24. *de reform. cap.* 19. vbi decernit sancta Synodus mandata de prouidendo, & expectatiuas, & alias quascunque gratias ad vacatura nemini ampliùs concedi, nec hactenus concessis cuiquam vti licere, &c.

3 *Per literas generales*, &c.] Quicquid intendant gloss. 2. & Doctores *hic, gloss. vlt. in princ. in cap.* 1. *suprà hoc tit.* vbi post Abb. & alios Bero. *n.* 45. & 49. & Ripa *n.* 60. resoluentes in hoc text. literas priores tanquam speciales derogare posterioribus generalibus ad Episcopum impetratis, & ita ampliari *d cap.* 1. vt procedat etiamsi mandatum speciale præcedat, & generale subsequatur, & nihilominus tamen ea sententia, & ampliatio in se vera, vt contra Dec. obseruat Bero. *d. n.* 45. & Ripa *vbi suprà* non probatur in hoc text. tum quia in casu illius non concurrunt literæ generales, & speciales, de quibus agitur *in d. c.* 1. sed ambæ in proposito erant speciales, quippe quæ ad vnum tantùm beneficium dirigebantur, & in eo solùm poterant verificari, dicuntur autem posteriores generales, tanquam incertæ & indeterminatæ, quia scilicet ad certum aliquod, vel certæ personæ beneficium non referebantur: deinde vt aduertit idem Bero. *vbi suprà* in hoc text. per illam clausulam, *vbi pro alio scriptum non esset*, adiectam in posterioribus, saluum erat ius priorum, quibus per illas non derogatur ex vi clausulæ, & non ex reg. *d. c.* 1. *cum similibus.*

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum directum excommunicatori vt absoluat excommunicatum si contra Concilium eum excommunicauit, datis executoribus, qui eo non parente exequantur, non excommunicatori, sed executoribus cognitionem demandat.*
2 *Ignorantia in facto proprio non præsumitur, nec est tolerabilis, nisi factum sit implicitum & tolerabile.*
3 *Ignorantia in facto proprio, quando est graue & notabile etiam data longinquitate temporis non præsumitur.*

CAP. Ab excommunicato. XLI.

1 EXcommunicatori quando mandatur vt absoluat excommunicatum dicentem fuisse excommunicationem latam sine forma Concilij, & similiter scribitur aliis deputatis iudicibus, vt Episcopo non obediente mandatum Apost. exequantur si res ita est. An res ita sit debent cognoscere iudices deputati, & non Episcopus, qui de facto suo certus esse debet. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Barb. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Host. Anch. Innoc. Panorm. Bald. Felin. Butr. Henric. Martin. Vran. Compostel. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 55. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 22. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1 *& tom.* 2. *repetitionum in iure Canonico ad* 1. *Decretal libr.* Ioan. Calder.

Qui de facto suo, &c.] Notatur ad hoc quòd ignorãtia 2
in facto proprio non præsumitur, vt per Socin. *reg.* 219. Sfort. Odd. *de integr. restit. p.* 1 *q.* 8. *n.* 61. Mascard. *de probat concl.* 637. *n.* 3. *& concl.* 879. *n.* 40. Menoc. *de præsumpt. lib.* 6 *præs.* 23. *n.* 32. Card. Tusch. *verbo ignorantia concl.* 22. *n.* 1. *& 10 & concl.* 23. *n.* 25. plura iura & Doctores refert Farin. *fragm. criminal. p.* 2. *lit. I. n.* 207. Nam ignorantia nõ est probabilis nec tolerabilis in facto proprio, nisi factum sit implicitum, & intricatum, vt per Socin. *reg.* 175. *fallent.* 3. Gail. *lib.* 2. *obseru.* 48. *n.* 207. *vers. idem si factum*, Mascard. *d. concl.* 637. *num.* 24. *& concl.* 879. *n.* 45. Menoch. *d. præs.* 23. *n.* 41. Card. Tusch. *d. verbo ignorantia, concl.* 15. *n.* 4. quos quidem, aliosque plures refert Farin. *d. lit. I. n.* 211. vbi *n.* 212. resoluit ignorantiam etiam in facto proprio, & non scientiam præsumi in illo, qui multis negotiis implicatus est, & allegat post alios Marant. *in rep. l. is potest, n.* 327. *limit.* 5. *ff. de acquir. hared.* Honded. *cons.* 55. *n.* 57. *&* 58. *lib.* 1. Masc. *d. concl.* 879. *à* 53. Menoch. *de præs.* 23. *n.* 47. Card. Tusch. *d. verb Ignorantia, concl.* 16. *à n.* 1. Guttier. *de iuram. confirmat. p.* 3 *c.* 18. *n.* 1. vbi *n.* 2. asserit quòd ignorantia facti de tempore longinquo, antiquo, vel diuturno est tolerabilis. Quãdo verò factum proprium est graue, & notabile etiam 3
data longinquitate tẽporis, præsumitur quis illud scire, ex Mascard. *de probat. concl.* 735. *& concl.* 879. *n.* 40. *& concl.* 1122. *n.* 21. Guttier. *d c.* 18. *n.* 6. vbi *n.* 8. asserit quòd ignorantia in facto proprio de antiquo non est tolerabilis quando adest iuramentum in facto illo.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum impetrans ad beneficium si dixit se non esse beneficiatum, cùm tamen haberet beneficium licèt exiguum, non valet rescriptum.*
2 *Rescriptum Pontificium ad beneficium ad quod obtinendum proposuerat impetrans se nullum beneficium habere, cum tamen haberet vnum, quamvis exiguum, est nullum.*
3 *Beneficium quantumvis exiguum est verè beneficium.*
4 *Concil. Trid. sess.* 23. *de reform. c.* 6. *procedit in possidente beneficium, quantumvis exiguum.*
5 *Beneficij tenuis ratione potest Episcopus diœcesis, vbi situm est, beneficiato sacros Ordines conferre.*
6 *Modica non nocent.*
7 *Diœcesis mentionem non faciens, vnde est oriundus qui impetrat beneficium, si non sit ex eadem diœcesi beneficij impetratio est nulla.*
8 *Beneficia oriundis potius sunt conferenda, quàm exteris.*
9 *Oriundis de iure facilius prouidetur, quàm exteris.*
10 *Clericum vnius diœcesis in supplicatione beneficij se exprimens cùm ex ea non esset oriundus, sed domicilium, aut beneficium in ea tantùm obtinet, non ex hoc facit gratiam subreptitiam.*

CAP. Si proponente. XLII.

1 REscriptum ad beneficium non valet si illud impetrans dixit se non esse beneficiatum, cùm tamen haberet beneficium, licèt exiguum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Barbat. Bellam. Io. Andr. Imola, Anan. Host. Anch. Innoc. Pan. Bald. Butr. Henric. Mart. Vran. Compostel. Viuian. *in rationali primi libri*

libri iuris Pontif pag. 57. Alagona *in compend iuris Canon. pag.* 22. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2.

2 *Licèt minus competens.*] Notatur ad hoc quòd impetrans reſcriptum Pontificium ad beneficium ad quod obtinendum propoſuerit ſe nullum beneficium habere, cùm tamen haberet vnum quamvis exiguum, creditur reſcriptum per fraudem obtinuiſſe, & ideo eſt nullius momenti, vt per Azor. *inſt.mor.p.*2. *lib.*6 *c.* 3 10. *q.*3. Nam facienda eſt mentio de beneficio tenui, & modico, aliàs literæ erunt ſubreptitiæ, Menoch. *de arbitr. caſu* 201. *n.*42. Azor. *d.lib.*6 *c.*33. *q.*3. Cùm beneficium, quantumvis exiguum, ſit verè beneficium, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.*3. *n.*13. *& n.*284. Vnde Conc. Trident. *ſeſſ.*22 *de reform.cap.*6. 4 concedens tonſurato, vel poſſidenti beneficium gaudere priuilegio clericali in ciuili ne dum, ſed in capitali etiam cauſa, procedit ſi quodcunque quamvis exiguum poſſideat beneficium, vt per Nau. *de horis canon. c.*21. *n.*11. Azor. *inſtit. moral. p.*1. *lib.* 10. *cap.*3. *verſ. ſecunda opinio*, Nicol. Garc. *de benef. part.* 1. *cap* 6. *num.* 37. *& part.* 2 *cap.* 2. *num.*3. Carol. de Graſſis *de effectib. cleric. effectu* 1. *num.* 1224. Campan. *in diuerſorio iuris Canon. rubr.* 8. *cap.* 5 *num.* 19 Sic etiam ratione beneficij tenuis poteſt Epiſcopus in cuius Epiſcopatu prædictum ſitum eſt beneficium, ſacros Ordines beneficiato conferre, Henriq. *in ſumm. lib.* 10. *cap.*22. §.1. *iuncto commento litera C. & cap.* 17. *in comm. litera Q.* Nicol. Garc. *d p* 2. *cap.* 4. *num.* 8. Campan. *in diuerſorio iuris Canonic. rubr.*9. *c* 9. *numero* 12. *& rubr.*8. *cap.* 5. *num* 19 quicquid contrarium teneant *praxis noua Epiſcop part.* 1. *cap.*1. *num.* 10. *verſ. ratione beneficij*, Proſp. de Auguſt. *in addit ad Quarantam in ſumma Bullarij verbo. Ordo*, Vgolin. *de poteſtate Epiſcopi*, *c.*26. §.3. *in fin.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. reſol.*260.

6 In gloſſ. *Minus competentem*, ibi, *modica non nocent.* Dixi *ſuprà ad proœmium Decret. ſuper gloſſ. verbo*, *in iudicio*, *n.*47.

7 In gloſſ. *De mentione*, ibi, *item ſi de terra illa eſt oriundus.* Notatur ad hoc quòd ſi forenſis, vel alienigena impetrat beneficium falsò dicens ſe eſſe clericum talis diœceſis, vel non facta mentione de loco ſuæ originis, ſeu de ſua diœceſi, gratia eſt ſubreptitia, quia in dubio Papa intendit cuilibet prouidere in diœceſi ſua, ſequuntur Abb. *hic* Corſet. *in ſing. verbo*, *ſubreptio*, Sahag. *in c. eam te*, *num.*26. *ſupra hoc tit.* Felin. *in cap. ſicut tuis*, *col.*2. *infra de ſimon.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ* 3. *num.* 34. Cabed. *de patronat. Regiæ Coronæ*, *cap* 29. *num.*4 & alij quos refert, & ſequitur Nicol. Garc. *de benef. part.* 8. *cap.*9. *num.* 16. Rebuff. *in tract. de pacificis poſſeſſ. num.* 217. Perez *l.* 18. *tit.* 3. *lib.*1. *Ordin.* Azeued. *l.*14. *num.* 7. *tit.* 3. *lib.*1. *nouæ recop.* 8 poſt alios Salzed. *ad Bernard. cap.* 56. *num* 3. nam beneficia oriundis potius, quàm exteris ſunt conferenda, vt Flamin. *de reſignat. lib.* 4. *quæſt.* 7. Azorius *inſt.mor.p.*1 *lib* 6. *c.*4 Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel. gloſſ.*9. §.1. *n.*37. *& ſeq.* Fuſc. *de viſit. lib.*2. *c.*5. *n.*13. *&* 14. *& cap.*21. *n.*25. Mandoſ. *conſ.* 51. *n.*4. cum aliis citatis per me *in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.*24. *de reform. cap.*18. *num.* 83.

Et de iure facilius prouidetur oriundis, quàm exteris, Rebuff. *in tract. nomin. q.* 2. *n.*48.

Quid ſi quis exprimat in ſupplicatione ſe eſſe clericum alicuius diœceſis, cùm re vera ex ea oriundus non eſſet, ſed domicilium, vel beneficium in ea tantùm obtinet? tu dic gratiam non eſſe ſubreptitiam, Rota *deciſ.* 76. aliàs 628. *ſub hoc tit. in antiq.* quam ſequitur Rebuff. *in repet. cap. nulla* 2. *de conceſſ. præb. in* 3. *qualit.* Mandoſ. *ad reg.*16. *Cancel. q.*42. *n.*8. Ruin. *conſ* 100. *n.*1. *&* 9. *vol.*5. quos refert, & ſequitur Campan. *in diuerſ. iuris Can. rub* 11. *c.*13. *n.*195. Rota *in vna Placentina Canonicatus* 26. *Februar.*1596. *coram Orano*, apud Garc. *p.*5. *c.*4. *n.*43. *in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Reſcripto Apoſt. abutentes in caſibus hic enumeratis, priuantur commodo reſcripti, & condemnantur in ſumptibus, & damnis aduerſario.*
2 *Reſcriptum cedi non debet.*
3 *Reſcriptum non trahitur ad lites futuras.*
4 *Mandatum procuratorium ad lites futuras trahi non debet.*
5 *Exceptio, quòd cauſa continentia diuidi non debet, impedit litis ingreſſum.*
6 *Continentia cauſa diuidi non debet.*
7 *Citatus ad vnam cauſam, an ſuper aliam eodem termino reſpondere ſit obnoxius, remiſſiuè.*
8 *Priuilegium videtur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate.*
9 *Iudex qui non eſt virtute reſcripti condemnat in expenſis.*
10 *Iudex tenetur condemnare victum victori in expenſis, ſi petita fuerint.*
11 *Iudex virtute clauſulæ*, ius, & iuſtitiam adminiſtrare, *poteſt condemnare victum in expenſis partę non petente.*
12 *Iudex, qui omiſit condemnationem expenſarum caſu quo teneretur reum in illis condemnare, non videtur eum ab illis abſoluere.*

Cap. Quia nonnulli. XLIII. & vlt.

Literis Apoſtol. abutentes priuantur commodo 1 reſcripti, & condemnantur ad expenſas. Abuti autem illis dicuntur qui dant ſuas literas alteri eiuſdem nominis, qui vocant in iudicium eos, contra quos nihil habent, qui literas trahunt ad futuras controuerſias, qui aliquem ſuper vno negotio, vel ſuper pluribus perſonalibus, quæ commodè poſſunt ab vno tractari, vocant ad diuerſos iudices, qui citat reum ad loca diuerſa, vel ad illam indeterminatè. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiquit. Zabarell. Collect. Barbat. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Hoſt. Anchar. Innoc. Panorm. Bald. Butr. Henric. Boich. Martin. Vran. Compoſt. Viu. *in ration. ſecundi libri iuris Pontif. pag.* 58. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 22. remiſſiuè Ximen. *in concord. part.* 2.

Aliis eiuſdem nominis tradunt.] Notatur ad hoc quòd 2 reſcriptum cedi non poteſt, ex Tiraq. *de retr.lig.* §.26. *gloſſ.*1. *n.*45.

Ad futuras trahunt controuerſias.] Notatur ad hoc 3 quòd reſcriptum ſuper certo ſubiecto conceſſum non extenditur ad futura ſubiecta ſeparata à ſubiectis de præterito, vt per Gemin. *conſ.* 106. *n.*7. *verſ. quinto*, Card. Tuſch. *tom.*6. *lit P. concl.*213. *n.*3. nam reſcriptum non trahitur ad lites futuras, vt per Rebuff. *in tractatu nomin. quæſt.* 15. *num.* 32. provt etiam non trahitur 4 mandatum procuratorium niſi aliter exprimatur, ex Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel. gloſſ.*9 §.5. *n.*33. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 145. *à num.* 12. Non procedit tamen hic text. quando ſententia fieri poteſt ſuper iure ſuperueniente, Seraphin. Rotæ Rom. *deciſ.* 418. *num.* 2.

Coram diuerſis iudicibus.] Notatur ad hoc quòd ex- 5

ceptio, quòd causæ continentia non debeat diuidi, impedit litis ingressum, & processum ad vlteriùs, ex Afflict. *decis.* 314. *n.* 6 Crauet. *cons.* 818. *n.* 2. Mynsing. *cent.* 2. *obseru* 97. Nam causæ continentia diuidi non debet, vt per Boër. *decis.* 69 *n.* 24. & 25. Dec. *resp.* 97. *n. fin. vol.* 2. Menoch. *de arbitr. casu* 371. *n.* 2 *cum seqq.* & *cons* 30. *n.* 1. Viu. *Neap. decis.* 136. *n.* 1. Bernard. Græuæ. *ad pract. Cam. Imper. lib.* 1. *concl.* 32. & 33. Card. Tusch. *tom.* 2. *lit. C. concl.* 976. Alex. Trentacinq. *var. lib.* 2 *tit. de iud. resol.* 3. *à n.* 1.

7 Mendez à Castro *in praxi Lusitana, lib.* 3. *c* 3. *n.* 13. Citatus ad vnam causam, an super aliam eodem termino respondere sit obnoxius, vide Afflict. *in c.* 1. *n.* 34. *de milite vassallo, qui contumax est, lib.* 2. *fol.* 58. Dec. *in c. cùm parati, n.* 8 *de appell.* Ias. *in l.* 2. §. 3. *ff si quis caut.* Guid. *q.* 279. Azin. *in praxi*, §. 7. *c.* 5. *limit.* 90. *n.* 9. Verall. *dec* 107. *n.* 2. *p.* 1 & *decis.* 123. *n.* 2 *p.* 3. Perez *l.* 1. *vers. quæro* 9. *tit.* 2. *lib.* 3. *ord.* Bernard. Græuæ. *ad pract. Cam. Imper lib.* 1. *concl.* 51. *consid.* 1. Tiraq. *de retractu lig.* § 35 *glos.* 4. *n.* 18. Camil. Borrell. *in summa omnium decis. tit.* 44. *de cit. num.* 548. & *seq.*

8 *Literarum commodo careat.*] Notatur ad hoc quòd priuilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate, vt per Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 56. *n.* 1. Card. Tusch. *tom.* 6. *lit....* *concl.* 754. Soar. *de legibus, lib.* 8. *c.* 36. & dicam latiùs *ad c. tuarum*, 11. *infra de priuil.*

9 *Expensis.*] Notatur ad hoc quòd qui non est iudex virtute rescripti condemnat in expensis, vt per Maran. *de ordine iud. p.* 4. *d* 8. *n.* 2.

10 In gloss. fin. ibi, *dummodo petitum fuerit*] Notatur ad hoc quòd iudex tenetur condemnare victum victori in expensis si petitæ fuerint, vt per Hyppol. *in l. vnius, §. cogniturum, n.* 4. *& seq ff de quæst. & in rubr. de fideiussor. n.* 144 *& seq.* Cou. *pract. c.* 27. *n.* 5. Maranta *de ordine iud. p.* 6 *tit. de libelli oblat. n.* 12. Mynsing. *cent.* 2. *obseruat.* 22. Villalobos *tom* 1. *comman. opinion. lib.* 3. *titul.* 1. *num.* 95. *pag.* 365. vbi Soar. *num.* 260. *pag.* 378. & *ibi* Viuian. *lib.* 4. *titul.* 1. *num.* 95. *vers. hócque intelligitur*, Perez *l.* 1. *titul.* 15. *lib.* 3. *ordin. pag.* 735. Seraphin. *de priuilegiis iuramenti priuileg.* 13. *numero* 37. D. Barbosa *in l. eum qui temerè, numero* 174. *cum sequentibus, ff de iudic.* Amat. Roder. *in pract. de forma, & modo faciendi, seu examinandi processum, c* 5. *n.* 34.

11 Virtute tamen clausulæ, ius & iustitiam ministrari, potest iudex condemnare victum in expensis parte non petente, Guid. Papæ *decis.* 483. quem refert Aloys. Ric. *in coll. decis. p.* 4. *coll.* 1029 *vers. infertur quinto*, Viu. *tom.* 1. *comm. opin. lib* 3. *tit.* 1. *n* 95 *vers. & eam pag.* 365. Bernard. Græuæ. *ad pract. Cam. Imper lib.* 1. *conc.* 65. *consid.* 1. *n.* 4. Si

12 verò iudex omiserit condemnationem expensarum, casu quo teneretur reum in illis condemnare, non videtur eum ab illis absoluere, Cou. *pract. c.* 25. *n.* 6. *ad med.* Azeu. *l.* 1. *tit.* 22. *lib.* 4 *nouæ recop. n.* 22. quicquid contrarium velint Bald. per text. *ibi in l terminato, C. de fructibus & litium expens.* Ias. *in l. properandum, §. fin autem alterutra, n.* 7. *C. de iud.* Azin. *in praxi*, §. 22 *n.* 22. Menoch. *de præs. lib.* 2. *præs.* 89. Vnde potest iudex, à quo grauamen fuit interpositum, in expensis condemnare quando iudex ad quem, condemnationem omisit, Philip. Franc. *in c. si appellator, vers. quæritur, & in c. cum appellationibus, in fine. de appel. lib* 6. Cou. *d. c* 15. *num.* 6. *ad med.* Guid. Papæ *decis.* 416. *num.* 62. Roland. *cons.* 62. *vol.* 4.

De Consuetudine.

TIT. IV.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hanc rubr. scribentes.*
2 *Consuetudinis materiam qui Doctores tractent, citantur.*
3 *Consuetudo est ius quoddam moribus introductum quod pro lege suscipitur.*
4 *Mos, vsus, stylus, & obseruantia, in quo differant, ostenditur.*
5 *Consuetudini præcedere debent duo actus, vel vnus, habens tantam causam successiuam.*
6 *Consuetudo vna dicitur prater ius, alia contra ius appellatur.*
7 *Consuetudo prater ius per decem annorum spatium introducitur, non sic illa qua contra ius est.*
8 *Consuetudo alia contra ius diuinum, alia verò contra ius humanum.*
9 *Consuetudo contra ius diuinum, siue positiuum sit, siue naturale, nequaquam valet, nec introduci potest.*
10 *Consuetudo contra ius humanum admittitur & valet dummodo rationabilis, & legitimè præscripta.*

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabar. Bellam. Io. Andr. Innoc. Imola, Anania, Panor. Dec. Barbat. Butr. Mant. Guid Papæ, Sahagun, Bernard. Compost. *in breuiario sanctorum Canon.* Petr. de Rauenna *in compend. iuris Canonici* Stephan. Ranchin. *in continuat. tit Decretal.* Martin. Mesnart. *in epitom. Decret fol.* 6. Pet. Alphonsi. de Vasconcell. *in harmonia rubric.* Daniel Venator. *in analysi methodica iuris Pontificij. à pag.* 30. Goffred. & Host. *in summ. huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germ. *in parattilis ad quinque libros Decret.* Bart. Carthag. *in expost. tit. iuris Canon.* nouissimè Ioan. Honor. *lib.* 1. *summ. in Decret.* omnes *sub hac rubr.* & Andr. Vallensis. 1

De hoc tit. peculiares ediderunt tractatus Roch. Curt. Albert. Brun. & Pet. Rauen. *to.* 3. *tract. D.D fol.* 381. Et de consuetudinis iure agit Ant. Pyagius. Et de vsu, & de consuetudine Salzar. Item de consuetudine multa scripserunt Michael. Gras. Soar. & alij *tom.* 1. *comm. opin. lib.* 1 *tit.* 17. *n.* 299. *cum seqq.* Conan. *com. iuris, lib.* 1. *c.* 10. Mascard. *de probat. concl.* 423. *cum seqq.* Sayr. *in claui Regia, lib* 3. *c.* 11 Card. Tusch. *lit. C. concl.* 722. *cum seqq.* Carrasc. *in explic. ad aliquas leges nouæ recop. c.* 8. *de consuetudinibus validis, vel non.* 2

Consuetudine.] Consuetudo nihil aliud est quàm ius quoddam moribus introductum, quod pro lege suscipitur, vt probat text. *in cap. consuetudo* 1. *dist.* & tradunt Bart. Ias. & alij *in l. de quibus, ff de legib.* S. Anton. *part.* 1 *tit.* 16. *cap. vnic.* §. 1. & 2. Sot. *lib.* 1. *de iustit. quæst.* 7. *art.* 2. Roch. *in hac rubr. n.* 10. & Dec. *n.* 3. Mench. *vsufreq. c.* 3. *ex n.* 2. Loco generis dicitur *ius* prout significat regulam iusti ex text. *in cap. ius generale*, ibi, *ius autem est dictum, quia iustum est*, 1. *dist.* Adiicitur, *moribus introductum*, quia mores hominum componunt consuetudinem, & illam efficiunt, & ita respectu eiusdem consuetudinis mos habet se per modum causæ ad causatum, sicut aduertunt citati Doctores. Iuxta quæ licèt mos, vsus, stylus, & obseruantia, aliquando pro eodem vsurpentur, nihilominus tamen 3 4

inter

inter se maximè differunt, siquidem mos propriè sumptus consuetudo est imperfecta, ex text. *sic alias intelligendo, in c. mos 1. dist.* idemque in vsu dicendum est, qui quidem propriè importat actus illos populi informes, ex quibus consuetudo efficitur, iuxta resoluta per Dec. *in hac rub. num 2.* Stylus verò nihil aliud est, quàm praxis Curiæ recepta, seu confirmata, vt tradunt Bald. *in l fin C. quæ sit longa consuet.* Felin. *in c 2. de rescript. n. 16.* Roch. *in c fin instr hoc tit. n. 25.* Ludou. Gom. *in proœm. regul. q. 2.* Cassad. *dec 7. de rescript.* Cabed. *Lusit. decis. 2. n. 11 p 1.* Obseruantia denique licèt pro consuetudine accipiatur, iuxta text. *in l 1. C. quæ sit longa cons.* propriè tamen respicit factum, & concernit vsum alicuius iudicij, vel tribunalis, v luti *in c. fin. de feriis, & in l. Præsides, ff. illo tit.* in quibus feriæ incipiunt iuxta obseruantiam illius iudicij, cùm nullum certum tempus requiratur in illis iuribus.

5 Hæc autem consuetudo, cui præcedere debent duo actus, vel vnus habens tantùm causam successiuam, ex Palat. *in repet. c. vestras, de donat. inter virum, not. ab. 3. n. 3.* Molin. *de primog lib. 2 c. 6. ex n. 2. & 24.* Gam. *Lusit. decis. 193. n. 5.* Cabed. etiam *Lusit decis. 121. n. 3. p. 1.* du-
6 pliciter consideratur, altera namque dicitur præter ius, de qua agit text. *in l. de quibus 32. in princ. & in l. diuina, cum seq ff. de legibus.* Alia verò contra ius appellatur, de qua agit text. *in d. l. de quibus, in fine, & in l. 2 C. quæ sit longa cons.* meminit huius diuisionis glos. *verbo legitimè, in cap. fin. hoc tit. & verbo statuimus*
7 *in cap. vt litigant bus. de offic. ordin. lib. 6.* resoluunt Doctores infrà referendi. Inter vtramque illud est discrimen quòd prior per decem annorum spatium finitur, & illud tempus ad eam introducendam sufficit, non sic dicendum de secunda, glos. *d. verbo legitimè, & d. verbo statuimus, & verbo consuetudo in cap. fin. hoc tit. in 6.* Abb. qui dicit receptam sententiam *in d. cap fin. n. 11.* asserens nullam dari differentiam inter ius ciuile, & Canonicum, idem dicit Felin. *in cap statuimus num. 1. de maior.* Ias. *in d. l. de quibus num. 43.* Secundùm quos tempus immemoriale non aliter requiritur quàm si consuetudo versetur circa illa, quæ in signum superioritatis Principi debentur, iuxta reg. text. *in cap. super quibusdam, de verbor. significat.* tradit Bart. *in d. l. de quibus num. 45.* & Abb. *d. num. 11.* in quacumque verò consuetudine ex supradictis modis considerata neque bona fides necessaria est, neque ad illam introducendam titulus desideratur, vt aduertit Ias. *vbi supra num. 49.* Abb. *in d. cap. fin. num 20.* quicquid contrarium teneat glos. *verbo canonicæ in c. non est, hoc tit. in 6.* siquidem communiter reprobatur, vt per Domin. *ibid. n. 3.*

8 Alia est consuetudo contra ius diuinum, alia verò contra ius humanum introducitur, meminit huius diuisionis text. *in cap. fin. de consuetudin.* inter
9 vtramque illa consideratur differentia, quòd prior nequaquam valere, neque introduci potest, siue ius diuinum positiuum sit, siue naturale consideretur: constat namque tale ius immutabile esse, sicut immutabilis est auctor illius, ext. *in cap 1. ibi, incommutabilis, de sum. Trin.* Accedit, quia consuetudo ex eo habet vim derogandi legibus, quia ipsarum conditores iustis de causis consentientes eidem consue-tudini deferunt, quasi consensu deficiente potestas consuetudinis deficiat, ac subinde cùm auctor legis diuinæ nunquam tale ius derogandi respectu suæ legis tribuisset, quinimo contrarium apparet ex illo Lucæ 21. *Cœlum, & terra transibunt*, &c. vtique videtur dicendum nullam posse introduci consuetudinem contra ius diuinum obligans, siue positiuum, siue na-
10 turale. Non sic dicendum est de posteriori consuetudine, talis enim contra legem humanam admittitur, & valet, dummodo rationabilis, & legitimè præscripta sit, siue illa ordinetur ad inducendam legem nouam, siue ad interpretandam legem dubiam, siue ad abrogandam legem antiquam. Probatur ratione, etenim cùm leges generaliter constituantur, & vti tales non possint semper variis locis, temporibus, ac personis conuenire, rectè fit vt prudenter à legislatoribus fuerit concessum, vt si quis populus à lege sibi non conueniente dissentiret, & illud contraria consuetudine induceretur, eadem vinceret, & abrogaret talem legem.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo, quæ Ecclesiis grauis est, auctoritate, & offi. io iudicis tolli debet,* & n. 2.
3 *Consuetudo, qua inductum fuerit emphyteutam Ecclesiæ non cadere emphyteusi etiamsi vltra triennium pensionem soluere omiserit, valida est.*
4 *Declaratur text. in præsenti.*

Cap. Consuetudines. I. *Greg.*

COnsuetudo, inferens grauamen Ecclesiis, nimi- 1
rum, quia ei est incommodo, vel oneri, vel damno, debet auctoritate, & officio iudicis tolli. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Barbat. Ioan. Andr. Imola, Anan. Host. Anchar. Innoc. Panorm. Bald. Dec. Butr. Henric. Mantua, Guid. Papæ, Compost. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontificii, pag 81.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 31.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord p. 1. &* . refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal lib 1. tit 3. cap 1.* desumptus est ex D. Greg. *lib. 1. epist. 64. ad Felicem Episcopum Messanensem.*

Hanc equidem concluf. ex hoc text. desumunt Ca- 2
mil. Borrel. *in summa omnium decis. titul. 14. num 41.* Azor. *instit. moral part. 1. lib 5. cap. 19. in princ. vers. consuetudo quæ Ecclesiis*, vbi aduertit processu temporis huiusmodi consuetudinem posse in præscriptionem venire; vnde etiam colligit Valasc. *de partit c. 35. n. 11.* consuetudinem immemorialem Ecclesiæ onerosam valere. Quia etiam pœna commissi odiosa, rigorémque habet à quo æquissimè fugitur, ideo consuetu- 3
dinem, qua inductum fuerit emphyteutam Ecclesiæ non cadere emphyteusi, etiamsi soluere pensionem biennio, aut triennio omiserit, validam existimant Abb. Dec. Roch. & Ruin. quos refert, & sequitur Cou. *var lib. 3. cap. 7. num. 1. in fine.* Vide dicta ad *cap. 8. de re iudic.*

Verùm contra illud quod principaliter ex text. 4
colligunt Doctores, videlicet consuetudines Ecclesiis onerosas non valere, obstat quod consuetudo, quæ decimas personales, & aliquando prædiales, primitias, & oblationes, vel quæ in simplicibus beneficiis residendi necessitatem tollit, Ecclesiis onerosa est, & tamen passim iure & praxi admittitur, sicut etiam valet illa, de qua *in cap relatum 12. vers. licèt, de testamentis* quæ tamen onerosa est. Accedit quòd text. dic. *verb. remittere*, videtur supponere huiusmodi consuetudines valere quousque à Pontifice remittantur, priuatio enim supponit habitum. Et denique quia si aduertas ad originale huius text. apud D. Greg. *lib 1. Epist 64.* docet ex honestate decere ipsum Pontificem sui co sideratione, id est, suo respectu, Ecclesiis onerosas consuetudines remittere, id est, gratiam facere, vel illis renuntiare, *argum. l. quidam 6. in princ. vers. nemo, ff. de administr. tit.* & ita agit. D. Gregor. de

remissione illarum consuetudinum, quæ Ecclesias grauant absque vlla iusta causa publicæ vtilitatis, & subditorum, cuiusmodi erat consuetudo mittendi xenia ad Romanum Pont. de qua Greg. *eo, in loco*, quæ tamen licèt Ecclesiis onerosa, approbatur illic quatenus respicit clericos, quibus xenia ex consuetudine mittebantur, vnde ex mente D. Gregor. *vbi suprà*, & Gregorij IX. textum huiusmodi in initio huius tituli collocantis, dici potest non esse indulgendum, quinimo obuiandum consuetudinibus, quas constat directè & principaliter induci in grauamen Ecclesiarum, vt satis colligitur ex text. ibi, *inducere noscuntur*, quæ verba propriè de inductione directè principali, & nota intelligi debent: sic sanè non agit is text. de consuetudine, quæ ex iusta aliqua causa directè & principaliter inducitur in bonum commune, quamvis secundariò & in consequentiam inferat grauamen Ecclesiis. Accedit quòd propriè & simpliciter loquendo, grauamen magis refertur ad iniustum, quàm ad iustum, quia iuste faciens non dicitur grauare, *cap. pastoralis, in fine principij, de appellat.* Iunat quòd consuetudo grauamen inferens, vel grauosa Ecclesiis illa tantùm dici debet, quæ principaliter grauat, & per contrarium fauorabilis, quæ principaliter fauet bono publico, licèt in consequentiam grauet, argumento text. vbi notant omnes, *in l. qui exceptionem, ff. de condictione indebiti*, resoluit Tiraq. *de retractu, tit. 1. § 30. gloss. 5. à num 5.* Molin. *de primogeniis lib. 1. c. 18. à n. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Consuetudine potest introduci actus, siue solemnitas per quam sine apprehensione reali transfertur possessio rei absentis.*

2 *Possessio vera, & propria absque actu aliquo corporeo ex legis, seu principis potestate dari potest.*

3 *Possessio vt in hæredem transeat sine corporali apprehensione, lege, vel consuetudine introduci potest.*

4 *Maioratus possessio, vt absque vllo actu apprehensionis in successorem transferatur, lege, vel consuetudine introduci potest.*

5 *Possessoria remedia tam retinendæ, quàm recuperandæ competunt illis, in quos possessio legis ministerio transfertur.*

6 *Remedio adipiscendæ possessionis, & interdicto, quorum bonorum, agere possunt illi, in quos possessio legis ministerio transfertur.*

7 *Inuestitura an transferat possessionem, remissiuè.*

8 *Possessio vera, & propria in constitutarium transfertur per clausulam constituti.*

CAP. Ex literis. II.

Innoc. III.

1 COnsuetudo per quam Ecclesia, vel locus Religiosus acquirit dominium, & possessionem rei sine solemnitate legali, valet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Barbat. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Innocent. Panorm. Bald. Butr. Henric. Mantua, Compostel. Guid. Papæ, Viuian. *in rationalis primi libri iuris Pontificij, pag. 82.* Alagona *in compendio iuris Canonici, pag. 31.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decret. lib. 1. tit. 3. cap. 1.*

Collige ex text. quòd ex legis, seu Principis potestate potest dari vera & propria possessio absque actu aliquo corporeo, seu vera, aut interpretatiua detentione, ad cuius conclusionis probationem adducitur etiam text. *in cap. contingit, infrà de dolo*, vbi missus in possessionem ex primo decreto elapso anno statim ex legis imperio verus constituitur possessor. Adducitur etiam text. *in l quod meo 38. in princ. ff. de acquir. poss.* vbi possessio transfertur per solam clausulam constituti: sicut per reseruationem vsusfructus *in l. quisquis, C. de donat.* & in Monasterium per professionem Monachi, *auth. ingressi. C. de sacros. Eccles.* Quibus & aliis fundamentis ita constanter resoluunt Aretin. *in l. quod meo, num. 18. ff. de acquir. possess.* Socin. Barbat. Ripa, & plures quos sequitur Tiraq. *le mort, p. 5. decl. 1. à num 4.* Rebuff. *ad leges Galliæ. tom. 3. tit. de materiis possess in præfat. à n. 18.* Personal. *in tract. quorum bonorum, num. 532.* Gomez *l. 45 Tauri, n 111.* Cou. *in reg. possessor. p. 2. § 1. n. 5. & lib. 3 variar. c. 5. n. 6.* & post alios communem profitetur Molina *de primog. lib. 3 c. 12. à num. 19.* tuetur latè Matiens. *ad l. 8. tit. 7 gloss 2 n 13. lib. 5. nouæ recopil.* Mench. *tom. 3. ad l. si quando, in princ. num. 29.* Molina *de iustit. tom. 1. disp. 636. num. 2.* Camill. Borrell. *in summa omnium decis. tit 14 num 129.* Peregrin. *lib. 4. variar num. 48. in fin.* Card. Mantica *de tacitis & amb. conuent. lib. 12. tit 20. n. 3.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. § 3 proœm. num. 87.* Anton. Fab. *aduersus errores pragmaticorum, decade 75. errore 1. ad med.*

2

Ex quibus infertur lege, vel consuetudine introduci posse vt possessio in hæredem transeat sine corporali apprehensione, vt in Regno Franciæ constitutum est, de quo Tiraq. *le mort, p. 1. declar. 6. & 7.* Bellon. *lib. 4. supput. cap. 1 c.* Mench. *de succes. resolut. lib. 3. ad l. si quando à n. 30 & 33. C. de inoffic. testam.* Infertur etiam lege, vel consuetudine posse introduci vt possessio maioratus absque vllo actu naturali apprehensionis in successorem transferatur, de qua consuetudine agit. *l. 45. Tauri*, quæ est hodie *l. 8. tit. 7. lib 5. nouæ recop.* vbi latè Azened. & Matiens. prosequuntur, & ante eos Palat. Gom. Castill. Auend. & reliqui omnes, qui ad *d. l. 45.* scripserunt Cou. *lib. 3. var. c. 5. n. 6.* plenè Molina *de primog. lib. 3. c. 12.* Mench. *illustr. c. 57. n. 19 cum seqq.* Castil. *quotidian lib. 1. c. 9. n. 17.* Molina *de iustitia, tom. 3. disput. 636.* bene notans in fine post Costam contrarium obseruandum in nostra Lusitania, in qua successores maioratus non aliter possessores fiunt, quàm si priùs possessionem corporaliter apprehendant. Sic etiam possessio in hæredem transire potest sine corporali apprehensione stante statuto de continuanda possessione defuncti in hæredem, vt per Anton. Gabr. *commun. tit. de acquir. possess. concl. 8. n. 5.* Tiraq. *in tract. le mort, p. 5. declar. 1.* Molin. *de primog. lib. 3. c. 12 ex num. 19.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 113 ex n. 17.* & fuit dictum in Romana officij coram Scoto apud Marchesan. *de commissionibus, p 1 pag. 137. & in Siguina bonorum 12. Iunij 1615. coram bonæ memoriæ Andrea & in Romana domus de Nocchiellis 27. Iunij 1622. & in Romana hæreditatis 31. Maij 1623. coram bonæ memoriæ Vbaldo, & in Romana donationis de capranina 26. Iunij 1628. coram R. P. D. Duran.*

3

4

Prædictis igitur, in quos possessio legis ministerio transfertur, remedia possessoria tam retinendæ, quàm recuperandæ competere verior & receptior tenet resolutio, & in praxi recepta, ex Bald. quem post Soc. sequitur Ripa *in rub. de causa possess. & prop. num. 24.* & expressiùs idem Ripa *in l. 1. §. hoc interdictum, n. 14. ff. quorum bonorum*, ex quibus & multis aliis in scholis à Doctoribus & in foro praxi receptum, testatur Menoch. *remed. 1. recup. num. 397.* & post Paris. Plato *de in litem iurando, §. 3. num. 26.* Mench. *in d. l. si quando*

5

num.

num.31. Et licet controuersum sit an lex sine actu corporeo veram transferat possessionem, aut transferre possit, nemo tamen dubitat absque actu corporeo posse legem effectus suos ciuiles communicare ei, quem possessorem facit, vt præ cæteris, qui negant potestatem legis ad constituendam veram possessionem fatentur, Gilchen. *de præscript. part. 2. memb. 3. c. 11. n. 5.* Auendan. *ad l. 45. Tauri gloss. 6. n. 5.* Sic etiam huiusmodi possessorem posse agere remedio adipiscendæ possessionis, & interdicto *quorum bonorum*, resoluunt Rip. *dict. num. 14.* & alij citati à Personali *dict. numero 507. & 508.* Couar. *d. n. 6. ad fin.* Molina *d. c. 13. à num. 2.*

In gloss. *Signum*, ibi, *& inuestitura*. An inuestitura
7 transferat possessionem, vide plures citatos per Tiraq. *le mort, in præf. decl. 1. n. 5.*

In ead. gloss. ibi, *item cum quis*, &c. Notatur ad
8 hoc quod per clausulam constituti transfertur vera & propria possessio in constitutarium, ac si vera traditio interuenisset, ex text. *in l. quod meo, in princ. ff. de acquir. possess.* resoluunt Tiraq. *de iure constituti, part. 1. num. 2. & p. 2. ampl. 1. n. 2.* Menoch. *cons. 139. numero 24.* Ioseph. Ludou. Perus. *decis. 50. num. 6. part. 1.* Guttier. *pract. lib. 2. q. 88. num. 8. & lib. 3. quæst. 64. num. 23.* Gom. *l. 45. Tauri, n. 78.* Valasc. *consult. 106. num. 2.* Cald. Pereira *de resol. emphyt. cap. 6. n. 25. & 29. & de empt. cap. 25. num. 10.* Steph. Gratian. *discept. forens. c. 175. num. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo non valet vt in causis Ecclesiasticis dictum populi pro sententia habeatur.*
2 *Sententia à non suo iudice lata nullam obtinet firmitatem.*
3 *Sententiæ iustè lata ab incompetenti iudice possunt ex eisdem actis approbari.*
4 *Imprudentes nonnunquam in aliqua re habent intellectum magis eleuatum, quàm omnes prudentes.*

CAP. Ad nostra III.

1 COnsuetudo, in qua populus in causis Ecclesiasticis refert sententiam, non valet, sed Episcopus auditis partibus ferre debet sententiam in subditos suos. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabar. Col. lect. Ægid. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Host. Barbat. Innocent. Panorm. Bald. Butr. Henric. Anchar. Mantua, Guid. Papæ, Compostel. Viuian. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 82.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 31.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 3. Decretal. lib. 1. titul. 3. cap. 2.*

2 *Cùm sententia à non iudice lata nullam obtineat firmitatem.*] Vide Rot. *decis. 121. n. 1. in 1. coll. nouiss.* aliàs *p. 4. diuers.* Aloys. Ricc. *in coll. decis. p. 5. coll. 1480. vers. quarto*, conducunt plura quæ addducit parens meus *in com. ad Ord. Regias Lusitanorum, lib. 3. tit. 75. in princ. n. 9 & 10.*
3 Ex eiusdem tamen actis potest sententia iustè lata ab incompetenti iudice approbari, Bart. & Paul. *in l. si vt proponis, C. quomodo & quando iud.* Alex. *cons. 111. n. 5.* Gam. *decis. 219.* Viu. *decis. 331.* Lancell. *de attent p. 2. c. 6. n. 53.* Valasc. *cons. 65. ad finem*, Bapt. Costa *de facti scientia & ignor. cent. 1 dist. 100. n. 78.* Cabed. *p. 1 decis. 39 num. vlt.* Camill. Borell. *in summa omnium decis. titul. 41. num. 90.*

4 In gloss. *insipientibus*, ibi, *nec istud est inconueniens quod quandoque reuelatur minori, quod maior nescit.* Notatur ad hoc quod imprudentes nonnunquam in aliqua re habent intellectum magis eleuatum, quàm omnes prudentes, vt per Boër. *decis. 23. n. 57. cum seq.* Rebuff. *in auth. habita, verbo, examinatione, vers. 18. C. filius pro patre*, Cassan. *in Catalogo gloriæ mundi, p. 11. consid. 9.* Bobad. *in sua politica, lib. 1. c. 6. n. 16. & c. 9. num. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo non potest operari vt clericus non Episcopus possit exercere ea, quæ sunt reseruata Ordini Episcopali.*
2 *Consuetudo qua Presbyter simplex ea præstat, quæ sunt ordinis Episcopalis, nullius est momenti.*
3 *Ordinis Sacramentum solis Pontificibus reseruatum.*
4 *Ordines minores ex delegatione Summi Pont. possunt à simplici Sacerdote conferri.*
5 *Ordines maiores nec vigore delegationis factæ à Papa possunt ab aliis conferri, quam ab Episcopis.*
6 *Confirmationis Sacramenti minister ordinarius est Episcopus ordinatus.*
7 *Confirmationis Sacramentum ex delegatione Papæ potest simplex Sacerdos conferre.*
8 *Necessitas non habet legem.*
9 *Papa ea quæ sunt Ordinis an possit laico conferre ostenditur.*

CAP. Quanto. IV.

COnsuetudo non potest facere, vt simplices Sa- 1
cerdotes conferant illa Sacramenta, quæ ad solum Episcopum spectant, vt confirmatio, Ordines, &c. Et tutius est illa omittere si non adest Episcopus, nam aliter collata non tenent, quia inaniter conferuntur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Barbat. Bellam Ioan. Andr. Imol. Anania, Host. Anchar Innoc. Panorm Bald Ripa, Butr Henric. Guid Papæ, Compost. Viu. *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag. 82.* Alagon. *in compend. Iuris Canon. pag. 32.* remissiuè Casal. *in ann.* & Ximen. *in concord. p. 1. &* refertur ab Ant. Aug *coll. 3. decret. lib. 1. tit. 3. c. 3.*

Probat hic text. quòd consuetudo, qua Presbyter 2
simplex ea præstat, quæ sunt Ordinis Episcopalis, nullius est momenti, vt per Azor. *inst. mor. p. 1. lib. 5. c. 19. vers. consuetudo, lit. E.*

Fuerunt solis Pontificibus reseruata.] Vt est sacramen- 3
tum Ordinis conferre, Concil. Trid *sess. 22. de sacram Ordin. can 4.* D. Thom *p. 3. q. 65. art. 3. arg. 2.* Bonau. *in 4. dist. 25. art. 1. q. 1.* vbi Ricc. *art. 1. q. 1.* & Palud. *q. 1. art. 2.* Victor *de Sacram Ordinis, n. 2. 3. & 4.* Vasq. *in 3. p. D. Thom. tom. 3. disp. 243 & 245.* Iodoc. Cocci. *in thesauro Catholico, l. 7. art. 18* Praxis noua Episcop. *p. 1. cap. 1. num. 6. pag. 26.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. numero 3.* Bonacina *de Sacram. disp. 8. q. unica puncto 5. n. 1.* Vnde licèt minores Ordines ex delegatione Summi Pont. possint à simplici Sacerdote conferri, Cou. *lib. 1. var. cap. 10. n. 9.* Victor *de Sacram. num. 222.* Card. Bellarm. *lib. 1. de cleric. c. 27.* Nugn. *in 3. part. D. Thomæ, q. 38. art. 1.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 4. cap. 1. quæst. 12.* Maiores verò neque vigore delegationis factæ à Papa 5
possunt ab illis conferri, quam ab Episcopis, D. Th. *in supplem. ad 3. part. q. 38. art. 1. ad 3. arg. & in 4. sentent. dist. 7 q. unic. art. 5. vers. talia vero*, Cou. *d. cap. 10. num. 10.* Fr. Emman *quæst. regular. tom. 1. quæst. 18. art. 3.* Azor. *d. part. 2. lib. 3. cap. 30 quæst. 4. vers. in primis.* Ego ipse *de officio & potestate Episcopi, part. 2. alleg. 3. numero 4.*

quicquid

quicquid Abb. *in præsenti n* 9. & alij contrarium asserere videantur. Nam quoad Sacerdotium hæc sententia receptissima est, eamque tenent post D. Thom. & Cou. *citatis locis*, Sot. *in* 4. *dist.* 25. *q.* 1. *art.* . *ad* 2. *& dist.* 7. *q. vnic. art.* 11. Victor. *in summ. n.* 237. Card. Clem. Molian. *in compend. instit. Theolog. de sacram. Ordin. c.* 53. *lit. H.* Vinald. *in candel. aureo tit. de Ord. §. de ministr. vers. octauo si Papa*, Fr. Emman. *in sum. tom.* 2 *c.* 13. *n.* 4. Petr. Ledesma *in sum. p.* 1 vbi de Sacram. Ord. *c.* 5. *concl.* 2. Nau. *cons.* 14. *de priuil.* Ægid. de Coninck *de sacram. Ordinis d* 20. *dub.* 9. *n.* 86 Campan. *in diuers. iuris Canon. in rubr. C. c.* 2. *num.* 13. Isidor. Moscon. *de maiest. milit. Eccl. lib.* 1. *p.* 2. *c.* 1. *pag.* 395. *in fine vers. ex priuilegio.* Quoad Subdiaconatum verò & Diaconatum non esset improbabile asserere posse summum Pont. delegare simplici Sacerdoti potestatem conferendi illos, vt admonet Turrian. *in addit. ad Concil. Nicenum cap.* 4. & Victor. *in summ. n.* 135. testatur se legisse in quadam Bulla concessionem de hoc factam Abbatibus Cistercienſibus, & Vasq. *de sacram. Ordinis disp.* 248. *cap.* 4 *vers. itaque sub n.* 41. asserit sese aliam inspexisse Bullam in qua Innocentius VIII. prædictum priuilegium Cistercienſibus concedebat.

6 *Vt est Sacramentum confirmationis.*]Notatur ad hoc quod sacramenti Confirmationis Minister Ordinarius est Episcopus ordinatus, Cou. *d. c.* 10. *num.* 4. *&* 6. Nau. *in manual. cap.* 22. *num.* 6. *vers. dixi Episcopus.* Durand. *in rationali diuinorum, lib.* 5 *cap.* 84. *num.* 1. Alphons. Aluar. Guerrero *in speculo iuris Pontificij, titul. de confirmat. pag. mihi* 179. Chamer. *de Sacrament tractat. de Confirmat. cap.* 5. *de ministro Confirmat.* Vgolin. *de potestate Episcopi, cap.* 25. *num.* 2. Miranda *in nom. Prælatorum, tom.* 1. *quæst.* 44. *art.* 1. *concl. vnic. in fine*, Bonac. *de Sacram. disput.* 3. *quæst. vnic. puncto* 2. *n.* 3. Concil. Trid.
7 *sess.* 7. *de sacram Confirm. cap.* 3. Ex delegatione tamen Papæ simplex Sacerdos poterit Confirmationis sacramentum conferre, Fr. Emman *d art.* 3 Azor. *d. q.* 4. *vers in primis*, Cham. *d. cap.* 5. *in fine*, Cæs. Baron. *tom.* 8. *annalium Ecclesiæ ann. Christi* 594. *pag.* 54. Viuald. *in candel. aureo tit. de confirm. num.* 26. Ægid. de Coninck *de sacram. q.* 72. *art.* 11. *dub. vnic. n.* 104. Vasq. *de Ordine disp.* 243. *c.* 3. 4. 5. *&* 6. Nau. *cons.* 14. *de priuil. num.* 1. Bonacina *d. puncto* 2. *num.* 3. *vers. dixi*, Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ, lib.* 1. *tit.* 18. *lib.* 7. *de Episcopis, num.* 77. & plures alij, quos ego ipse refero *d p.* 2. *alleg.* 30. *num.* 4. vbi *n.* 6. an possit Papa committere Sacerdoti consecrationem materiæ huius Sacramenti.

8 *Quæ legem non habet.*]Notatur ad hoc quod necessitas non habet legem, concordant text. *in c. licèt, infrà de feriis, & in l. tutor qui repertorium. ff. de admin. tut. l. non solum, §. fin. ff. de excusat. tut. & in l. pro tyronibus, C. de priuilegiis domus Augustalis, lib.* 11. cum aliis citatis per Thom. de Thomas. *reg.* 189. Surd. *decis.* 86. *n.* 8. Matiens. *l.* 1. *glos.* 21. *tit.* 10. *lib.* 5. *nouæ recop.* Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 10. *num.* 27. Ceual. *commun. contra commun. tom.* 4. *quæst. fin. num.* 50. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Ecclesiast. decis.* 711. *in* 1. *edit. & resol.* 602 *n.* 3. *in* 2. *edit.* Card. Tusch. *tomo* 5. *lit. N conc.* 19. Bened. Ægid. *in rep l. ex hoc iure, ff. de iustit. & iure part.* 1. *cap* 8. *n.* 26. *in fin.* Munoz de Scobar. *de ratiocin. cap.* 14. *à n.* 10. Barthol. Perret *ad extrauag. ambitiosæ, de rebus Ecclesiæ non alienan. verbo, præterquam num.* 4. *pag.* 129. Moneta *de distribut. quotid p* 2. *quæst.* 11. *n.* 38. Bellet. *disquisit. Clerical. part.* 1. *titul. de disciplina clericali §.* 4. *num.* 55. *&* §. 20. *num.* 13.

9 In glos. *reseruata.* Glossa hæc tres refert opiniones in illa quæst. an Papa ea quæ sunt Ordinis possit laico committere, primam quod conferre potest Presbytero tantum, secundam quòd etiam simplici Clerico, dummodo illud habeat Sacramentum, quod alteri conferre vult, tertiam quod etiam laico conferre possit; commune tamen est interpretum enunciatum non simplici laico, sed Sacerdoti tantùm ea quæ sunt Ordinis posse à Papa conferri, vt per Ioan. Andr. *in præsenti numero* 8. *& num.* 13. Anchar *colum.* 2. *numero* 4. *vers. venio ad gloss.* Card. Florent. *num.* 6. *vers. quæro an Papa* Butr. *colum.* 2 *n.* 15. Panorm. *col.* 2 *num.* 7. quos refert & sequitur Rendina *in prmptuario recept. sentent. tom.* 1. *tit.* 84. *num* 2. & tenent alij supra relati *num.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo per quam interdicti sententia violatur, non valet.*
2 *Nominationes dirigi debent Decano, & Capitulo, & non sufficit dirigi Capitulo, non exprimendo caput.*
3 *Interdicti Ecclesiastici effectus omnes Summus Pontifex priuilegio suo in totum, vel ad tempus suspendere potest.*

Cap. Cùm inter. V.

Consuetudo qua rumpitur nerus Ecclesiasticæ disciplinæ, vel est contra statutum Ecclesiæ, non valet, vt qui habet priuilegium tempore interdicti dicendi officia, non potest propter consuetudinem pulsare campanas. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Barbat Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hostiens. Anchar. Innoc. Panor. Bald. Ripa, Butr. Henric. Compostel. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 83. Alagona *in compend. iuris Canonici pag.* 32. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decret. lib.* 1. *tit.* 3. *cap.* 4. 1

In superscript. text. ibi, *Decano Capitulo.* Ergo nominationes dirigi debent Decano, & Capitulo, & non sufficit dirigi Capitulo, non exprimendo caput, vt per Rebuff. *in tract. nominat. q.* 8 *n.* 33. 2

Et de consuetudine in generali etiam interdicto, &c. Quamvis priuilegio suo Summus Pontifex effectus omnes Ecclesiastici interdicti, cùm à iure humano proueniant, in totum, vel ad tempus suspendere possit, gloss. *in c. ad hæc* 37. *de appell.* recepta communiter ex Cou. *in c. alma, p.* 2. §. 2. *num.* 4. Henriq. *lib.* 13. *c.* 51. §. 4. provt clarè videmus nobis concessum per Bullam Cruciatæ vt durante triennio concessionis clerici in locis suppositis interdicto valeant celebrare, si ei causam non dederunt, & vt laici non interdicti, eorumque familiares interesse possint diuinis, & cum moderata pompa in sacro sepeliri, vt in explicatione eiusdé Bullæ Fr. Emm. annotauit §. 5. & Sebast. Cost. *de indulgent. q.* 27. & alij de quibus Henriq. *lib.* 7. *c.* 13. §. 3. *iuncta lit. G* tamen illud quod operatur priuilegium, non potest consuetudo operari, cùm sit irrationabilis, & ex ea disrumperetur nerus Ecclesiasticæ disciplinæ, vt text. habet. 3

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo vicinarum ciuitatum seruatur in attribuendis officiis nouæ dignitati, quæ si diuersa fuerit, seruabitur magis rationalis, & aliis non præiudicans.*
2 *Dignitas Ecclesiastica dignoscitur ex consuetudine, vel constitutione Ecclesiæ.*

3 *Præcentor*

3 *Præcentor præsertim in Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis nominatur inter eos, qui dignitate prædicti sunt.*
4 *Consuetudo Regni, seu loci vicini attendenda est.*
5 *Patria consuetudo sequenda est, qua deficiente in casu dubio seruandæ sunt leges Regni vicinioris.*
6 *Priuilegia ita restringenda sunt, vt attentis, & maturè perpensis verbis & mente concedentis in eo accipiantur sensu, qui minus alterius verbis lædit.*
7 *Dignitates nouas in aliqua Ecclesia sine auctoritate Apostolica Episcopus constituere non potest.*
8 *Priuilegium non subdito concessum, vbi agitur de modico, reuocari potest.*
9 *Præiudicare alicui vbi intendit Princeps accipiendum est de modico, non de graui præiudicio.*
10 *Honorandus est quisque in sede secundum dignitatem.*
11 *Consuetudo in honoribus discernendis seruanda est.*

Cap. Cùm olim. VI.

1 DIgnitas aliqua in Episcopatu quando de licentia Pontificis erigitur, est erigenda sine præiudicio aliorum, & saluis rationalibus, & approbatis consuetudinibus Ecclesiæ, & talis dignitas habere debet illum honorem, & officia, quæ similes in vicinis locis habent. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Barbat. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Host. Innoc. Panorm. Bald. Ripa, Butr. Henric. Anchar. Compostel. Vivian. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 83. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 22. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 1 *tit.* 3. *c.* 5.

2 Collige ex text. quòd dignitas Ecclesiastica dignoscitur ex consuetudine, vel constitutione Ecclesiæ, vt per Boër. *decis.* 286. *num.* 7. Rot. *decis.* 19. *n.* 3. *p.* 2. *diuers.* principali dignitate cognoscenda, dixi ego ipse *in meo tract. de officio & potestate Episcopi, part.* 1. *titul.* 2. *gloss.* 17. *n.* 31. *& part.* 3. *alleg.* 59. *n.* 7. Consuetudo enim plurium operatur ad dignoscendum quænam sit prima dignitas in aliqua Ecclesia, & ideo attenditur potius solitum ipsius Ecclesiæ, quàm ius commune, vt per Gramm. *decis.* 64. *n.* 17. *&* 18. Mantic. *decis.* 175. *n* 3. Sicut etiam communis reputatio, & publica fama loci, Boër. *d. decis.* 286. *n* 8. Rot. *decis.* 585. *n.* 2. *p.* 4. diuers. Mantic. *dict. decis.* 75. *n.* 3. Greg. XV. *decis.* 482. *n.* 3. & fuit resolutum *in Cephaluden. Archidiaconatus* 18. *Martij* 1624. *coram bonæ mem. Dunozetto sen.*

Et per hunc text. tenet Pald. *in* 1. *not.* quòd consuetudo signat locum sedendi, eundi, & standi, Tiraq. *in tract. de nobilit. c.* 2. *n.* 55. *vers. sed in hoc*, Dec. *cons.* 21. *n.* 6. *vol.* 1. Vincent. de Franch. *dec.* 388. *n.* 4. Salgado *de protect. Regia tom.* 1. *p.* 2. *c.* 9. *n.* 18. *in fine.*

3 *Dignitatem, quam habent alij præcentores.*] Notatur ad hoc quòd præcentor in Ecclesiis præsertim Cathedralibus & Collegiatis numeratur inter eos, qui sunt præditi dignitate, qui solet etiam Cantor vocari, vt per Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 22. vbi etiam aduertit quòd eius munus in iurisdictione, & cura animarum non consistit, nisi vbi fuerit consuetudine introductum.

4 *In aliis Ecclesiis Anglicanis.*] Notatur ad hoc quòd in subsidium consuetudo regni, seu loci vicini attenditur, vt per Sylu. *conf.* 60. *n.* 10. Boër. *decis.* 263. *n* 9. Menoch. *cons.* 312. *n.* 13. *& cons.* 390. *n.* 22 *& cons.* 395. *n.* 9. *&* 10. Mascard. *de probat. conclus.* 1415. *n.* 12. Gama *Lusit. decis.* 6. *num.* 6. *& decis.* 144. *n.* 10. Valasc. *consil.* 51. *n.* 48 *& cons.* 70. *n.* 5. Cald. Pereira *de potestate elig. c.* 13 *ad finem.* Bernard. Græuæ. *ad pract. Camera Imper. lib.* 1. *concluf.* 36. *num.* 15. Camil. Borel. *in summa omnium decis. tit.* 14 *n.* 11. latè Ioan. Bapt. Costa *de remed. subsid. remed.* 70. *illat.* 4. *ex n.* 1. & ideo obseruantia, aut fama loci vicini attenditur quando dubitatur de eo, quod sit in loco contentioso Albert. Brun. *in tract. de monet. p* 1. *num.* 6. Raudens. *cons.* 33. *num.* 6. *vol.* 11. stylusque præsumitur talis, qualis est in loco vicino vt valeat sententia, & acta, idem Raudens. *cons.* 21. *n.* 195. *eod. volum.* Sic etiam statutum castri, vel ciuitatis ambiguum declaratur per statutum loci vicinioris de materia loquens distinctè & clarè, quoad ea quæ sint intacta & indeterminata à iure communi, vel consuetudine. Roman. *cons.* 218. *num.* 1. Albert. Brun. *tract. de statut. art* 6 *n.* 70. Georg. Natt. *eod. tract q* 2. *num.* 73. Roland. à Valle *in tract. de lucro dotis, q.* 85. quos refert Costa *vbi supra n.* 3. Nam consuetudo 5
patriæ sequenda est, Molina *de primog. lib.* 1. *c.* 11. *num.* 1. Cald. Pereira *de renouat. emphyt q.* 15. *n.* 47. qua deficiente in casu dubio seruandæ sunt leges regni vicinioris, & secundùm eas iudicandum, Rebuff. *l.* 114. *ff. de verb. signif pag.* 455. Guttier. *pract. lib.* 3. *q.* 17. *n.* 215. Gonzal. *ad reg.* 8 *Cancel. gloss.* 5. §. 7. *n.* 119. Peregr. *var. lib.* 1 *in rub. de officio iudicis ordin n.* 7. Valasc. *de part. c.* 19. *n.* 11. Caued. *p.* 1. *decis.* 211. *in fin.*

Sine præiudicio alieno.] Notatur ad hoc quòd priui- 6
legia ita restringenda sunt, vt attentis, & maturè perpensis verbis & mente concedentis in eo accipiantur sensu, qui minus alterius verbis lædat, vt per Couar. *lib.* 1. *var. c.* 17. *n.* 13. *ad fin.*

In gloss. *Concessimus.*] Notatur ad hoc quòd Episco- 7
pus non potest constituere nouas dignitates in aliqua Ecclesia vel Cathedrali sine auctoritate Apost. vt per *gloss. verbo omnes in cap.* 1. 22 *dist.* recepta per Mandos. *de sign. gratiæ tit. exactiones in* 1. *col. vers. pro noua erectione*, Imol. *in præsenti n.* 1. Rom. *in l. imperium sub n.* 2. *vers. item potestatem interponendi auctoritatem, ff. de iurisd. omnium iudic.* Felin. *in c. cùm accessissent à n.* 14. *supr. de constit.* vbi quòd Episcopus potest antiquam dignitatem restaurare si accedat Capituli consensus, & congrua dos reassignetur, Præpos. *d. c.* 1. *col.* 2. *vers. si quæritur*, sub distinctione Ioan. Ant. Masobr. *in sua praxi habendi concursum præb.* 21. *dub. vnic. n.* 12. *secundùm Roman impress.* Aloys. Ric. *in praxi fori Ecclesiast decis.* 382. *in* 1. *edit. aliàs resol.* 322. *in* 2. *edit.* dicit se in facto proprio habuisse, & sic responsum fuisse de Vrbe, Zerol. *in praxi Episcop. part.* 1. *verbo beneficia, vers. ad dignitates, pag. mihi* 36. Monet. *de conseruat. c.* 5. *n.* 96. quicquid velint Sylua, Bertachin. & Specul. citati ab Aloys. Ricc. *d. loco.*

In gloss. *Præiudicium*, ibi, *quia pro modico*, &c.] Nota- 8
tur ad hoc quòd licèt priuilegium non subdito concessum reuocari minimè possit, vbi tamen agitur de modico, benè poterit, vt per Tiraq. *de iudicio in rebus exig. vers.* 61. Et aduertendum dixi illud, quod refert Valasc. 9
consul. 72. *n.* 23. videlicet quòd quando Papa, vel Princeps scribit cum intentione præiudicandi, quia tunc non apparet in quanta quantitate præiudicare voluit, interpretamur verba eius de minori præiudicio, hoc est, de iure ad rem, & quando Princeps concedit aliquid cum clausula, *non obstante præiudicio alicuius*, interpretamur quod intellexit de modico, non de minori, seu graui.

In gloss. *In sessionibus.*] Notatur ad hoc quòd secun- 10
dùm dignitatem honorandus est quisque in sede, vt per Tiraq. *de nobilit. cap.* 20 *n.* 52. vbi *n.* 55. subdit quòd consuetudo est seruanda in honoribus decernendis, 11
faciunt quæ ego ipse *in tract. de officio & potestate Episcopi, p.* 3. *tit.* 3. *c.* 8. *n.* 64. *cum seq.*

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Consuetudinis prætextu non potest quis dimittere dignitatem sine superioris licentia, nec valet electus administrare non habita confirmatione à superiore.*
2 *Consuetudo, qua quis solet dignitatem deponere sine Superioris auctoritate sacris Canonibus inimica censetur.*
3 *Abbates, & alij Prælati immediatè Papæ subiecti, an hodie eligi possint, ostenditur.*
4 *Consuetudo publicâ faciendi actum excusat à delicto, & à pœna.*
5 *Consuetudo non valet contra legem expresè consuetudini derogantem, nisi sit inducta sciente, & patiente Principe.*
6 *Consuetudo etiam futura procedere non potest aduersùs legem, quæ ipsam consuetudinem simpliciter reprobauit.*

CAP. Cùm venerabilis. VII.

1 COnsuetudinis prætextu nemo potest dimittere dignitatem etiamsi velit ad aliam transire sine licentia sui superioris: nam consuetudo inimica Canonibus est corruptela. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Io. Andr. Imola, Anania, Host. Barbat. Innoc. Panorm. Bald. Ripa, Butr. Henric. Anch. Compostel. Viuian. *in rationali primi libri Iuris Pontif. pag.* 84. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 32. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. referitur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 1. *tit.* 3. *c* 6.

2 Probat hic text. quòd consuetudo, qua quis solet dignitatem deponere sine Superioris auctoritate, velut sacris Canonibus inimici, vt corruptela, & temeraria censentur. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 19. *vers. consuetudo, qua quis.*

Notatur ad hoc quòd consuetudo admittens vt quis electus ante confirmationem administret quæ sunt numeri illius officij, vel Prælaturæ, ad quam electus tanquam sacris Canonibus inimica non est seruanda, imo potiùs extirpanda, vt per Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 16. *§. ad quam pœnam*, Castellin. *in tract. de elect. c.* 1. *n.* 19.

3 *Inuenerunt Abbatem*, &c.] Hic text. *& c. dilectus, infr. de renuntiat. & cap. licèt. de regul.* quatenus probare videntur Abbates, & alios Prælatos immediatè Papæ subiectos non eligi, sed postulari debere, correcta sunt nouissima Bonifacij constit. *in cap. si Abbatem, de elect. lib.* 6. vbi probatur Abbates exemptos, qui habent iura quasi Episcopalia non postulari, sed eligi debere, ita Erasm. à Cochier *de iurisd. Ordinarij in exemptos, p.* 4. *q.* 5. *n.* 4.

4 In gloss. *Emigrasse* 1. ibi, *sed fortè*, &c] Notatur ad hoc quòd consuetudo publica faciendi actum excusat à delicto. Menoch. *cons.* 324. *n.* 11. & à culpa, Guttier. *practic. lib* 3 *q.* 29. *n.* 24. Farin. *in praxi crimin. p* 3. *q.* 110. *n* 83. & à pœna Hyppol. *cons.* 90. *n.* 8. *& cons.* 100. *num.* 8. Mexi. *in tract. tassæ panis, concl* 3. *n.* 23. quamvis sit consuetudo irrationabilis, Cou. *de sponsalibus p.* 2. *cap.* 6. *§.* 3. *n.* 5. *in fine*, vel reprobata à lege, Cott. *in memorab verbo, consuetudo il* 2. Farin. *in praxi crimin. p.* 4. *cons.* 4. *num.* 19. *& ibi additio lit. A.* aut etiam iniusta saltem in foro contentioso, provt in terminis vsurarum resoluit Aym. Cranet. *cons.* 145. *n.* 12. & quòd consuetudo iniusta quoad forum temporale valeat mero iure, & excuset à pœna, tradit Gom. *ad cap.* 1. *de constitut. num.* 131. vbi refert hanc gloss. communiter approbari, quod etiam testantur Couar. *in cap quamvis pactum p.* 1. *§. fin. n.* 13. Tiraq. *de pœnis temp. causa* 42. Quicquid tamen mala consuetudo excusare possit à pœna temporali, ab æternis tamen & diuinis nunquam excusare potest, Flamin. *de resign. tom.* 1. *lib.* 5 *q.* 6. *n.* 121. Bajard. ad Clar. *§. blasphemia, n.* 24.

Notatur etiam ad hoc quòd consuetudo non valet 5
contra legem expresè consuetudini derogantem, vt per Duen. *reg.* 144 Guttier. *pract. lib.* 3. *q* 31. *num.* 12. *ad fin.* Card. Tusch. *tom.* 2. *lit. C. concl.* 814. *n.* 5. Carasc. *in explicat. ad aliquas leges recopil. c.* 8. *n* 13. Farin. *in praxi crimin p.* 7. *in fragmentis lit. C. n.* 722. *cum seqq.* Valet tamen quando est inducta sciente & patiente Papa, vel illo qui legem potest tollere. Duen. *reg.* 206. *vers. limita* 1. Carrasc. *d. c.* 8. 6
n. 24. & consuetudo etiam futura procedere non potest aduersùs legem quæ ipsam consuetudinem simpliciter reprobauit, vt per Cou. *lib.* 3. *var. c.* 13. *n.* 4. Mench. *controuers. frequent. cap.* 3. *n.* 1. Viuian. *tom.* 1. *communium opin. lib.* 1. *tit* 17. *n.* 362. *pag.* 246. Nau. *de spoliis cleric. §.* 14. *n.* 2. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 1. *q.* 9. *art.* 5. Guttier. *tract. lib.* 3. *q.* 31. *n.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudine introduci potest quòd vna Ecclesia de gremio alterius teneatur sibi Prælatum eligere. Et consuetudo est optima legum interpres.*
2 *Eligens aliquem dat ei potestatem, & licentiam acceptandi.*
3 *Patronus in fundatione beneficij potest sibi reseruare pensionem, vel aliud opus apponere.*
4 *Patronus in fundatione beneficij potest apponere quascumque conditiones, etiamsi sint contra ius, nisi sint natura impossibiles, aut alias à iure reprobatæ.*
5 *Consuetudo valet, vt eligatur aliquis de certo Monasterio.*
6 *Consuetudo est optima legum interpres.*
7 *Consuetudo est interpretatiua priuilegiorum, & scripturarum.*
8 *Consuetudo est interpretatiua contractuum, & ab ea qualibet dispositio accipit interpretationem.*
9 *Consuetudo, & rei natura dant interpretationem dispositioni simplici, & generica.*
10 *Consuetudo vim parem habet cum lege.*
11 *Consuetudo facit licitum, quod alias erat illicitum.*
12 *Suspensus ab officio, nec eligere, nec eligi potest.*
13 *Iuris error potest bonam fidem producere, & quemlibet excusare, quando erratur in dubia iuris dispositione.*
14 *Statutum secundùm ius commune recipit interpretationem ab eodem iure.*
15 *Obseruatio subsecuta declarat, ac interpretatur mentem rescribentis.*
16 *Consuetudo cùm sit quid facti debet probari.*
17 *Doctori asserenti consuetudinem vigere in loco, in quo versatur, credendum est.*
18 *Doctorum quando sunt diuersæ opiniones, illa est amplectenda, quæ habet consuetudinem pro se.*
19 *Verbum idem eodem in loco diuersis respectibus, diuersimodè accipitur.*
20 *Negatio plus tollit, quàm ponit affirmatio.*
21 *Negatiua plus negat, quàm affirmatiua affirmat.*

CAP. Cùm dilectus. VIII.

COnsuetudine approbata, quæ est legum interpres, licèt videatur præiudicare iuri communi, potest introduci vt vna Ecclesia teneatur eligere sibi Abbatem, vel Prælatum ex gremio alterius Ecclesiæ. 1

Item

Item suspensus non potest eligi, nec eligere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Barbat. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Host. Innoc. Panorm. Bald. Anchar. Rip. Butr. Henric. Guid. Papæ, Compostel. Viuian. *in ration. primi libri iuris Pontific. pag.* 85. Alagon. *incompend. iur. Canon. pag.* 33. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 1. & 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decreta lib.* 1. *tit.* 3. *cap.* 7.

2 *Dictus verò*, &c.] Notatur ad hoc quod eligens aliquem dat ei potestatem, & licentiam acceptandi, vt per Tiraq. *de iure mariti, glos.* 7. *n.* 24.

3 *Ad petitionem patronorum*, &c.] Notatur ad hoc quod potest patronus in fundatione beneficij sibi reseruare pensionem, vel aliud onus imponere, videlicet quod præsentandus debeat esse Sacerdos, vel consanguineus si reperiatur, Rebuff. *tract. de pacificis possess. n.* 111. Perez *l.* 1. *vers. ex quibus infero, tit* 6. *l.* 1. *Ordin. pag.* 147. Et potest apponere quascunque conditiones etiamsi sint contra ius, nisi sint natura impossibiles, aut alias à iure improbatæ, vt resoluit Lambert. *de iure patron. l.* 1. *p.* 1. *q.* 9. *n.* 52. & tenuit Rot. *in vna Romana iuris patr.* 31. *coram Illustriss. Sacrato.*

5 *Eligerent in Abbatem.*] Notatur ad hoc quod valet consuetudo, vt eligatur aliquis de certo Monasterio, Gonz. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 8. *n.* 109. & *seqq.* Petr. de Baisio *de elect. p.* 1. *n.* 4. *n.* 1.

6 *Quæ optima legum interpres.*] Notatur ad hoc quod consuetudo est optima legum interpres, vt per Sylu. *cons.* 88. *n.* 27. Menoch. *cons.* 31. *num.* 44. & *cons.* 390. *n.* 21. Mascard. *de prob. concl.* 1415. *n.* 10. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo, contractum, n.* 29. Mendez à Castro *in praxi Lusitaniæ, lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 12. Camill. Borrell. *in summa omnium decis. tit.* 14. *n.* 88. plures refert ex antiquioribus Cened. *pract. & can. q.* 3. *lib.* 1. *quæst.* 3. *n.* 11.

7 Et est etiam interpretatiua priuilegiorum, & scripturarum, Molina *de primogen. l.* 2. *cap.* 6. *num.* 57. Gironda *de priuilegiorum & exemptionum explicat. num.* 1307. vbi

8 etiam resoluit sufficere decennalem, & non esse necessaria immemorialem, seu quadragenalem. Item est interpretatiua contractuum, *l. quod si nolit, §. qui assidua ff. de ædilit. edict.* Camill. Borrell. *in summa omnium decis. tit.* 14. *num.* 93. Menoch. *de arbitr. casu* 8. *n. num.* 10. Magon. Florent. *decis.* 56. *num.* 3. Et facit partes contrahere secundùm eam, Surd. *decision.* 223. *à numero* 11. Ac ab ea quælibet dispositio accipit interpretationem,

9 Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 66. *num.* 4. Vndè vulgo dici solet quod consuetudo, & rei natura dant interpretationem dispositioni simplici, & genericæ, Molin. *de primog. l.* 1. *c.* 3. *n.* 3. Et est tanti effectus hæc consuetudo interpretatiua, quod ex vnico actu inducitur, nec oportet esse præscriptam, Aym. Cravet. *cons.* 201. *n.* 12. Menoch. *de arbit. cas.* 83. *n.* 10. à Ponte *cons.* 51. *num.* 28. & 29. Alex. *cons.* 8. *n.* 7. *vol.* 6. Soc. *cons.* 111. *n.* 5. *vol.* 1. Cou. *l.* 3. *var. c.* 19. *n.* 74. Natt. *cons.* 406. *n.* 26. Barz. *dec.* 58. *n.* 6. Fontanel. *de pactis nupt. claus.* 1. *n.* 33.

10 Consuetudo parem vim habet cum lege, Guid. *sing.* 803. Bernard. Græuæ. *ad pract. Camer. Imper. lib.* 1. *concl.* 36. Et venit appellatione iuris, Mench. *q. frequent. c.* 3. *num.* 2. Ego ipse *in tr. de appell. verborum vtriusque iuris. signif. appell.* 124. *num.* 6. Et habet vim pacti, estque fortior pacto, vt per Afflict. *Neap. decis.* 61. *n.* 9. & *dec.* 258. *n.* 2. Farin. *in praxi cr. m. p.* 6. *q.* 175. Gonzal. *ad*

11 *reg.* 8. *Cancel. glos.* 23. *n.* 4. Et facit licitum quod aliàs erat illicitum, vt per Roland. *cons.* 58. *n.* 19. *lib.* 4. Ioseph. Ludou. *Perus. dec.* 62. *n.* 14. Seraphin. *de priuileg. iuram. priuil.* 83. *n.* 16. Guttier. *pract. l.* 3. *q.* 29. *n.* 22. Mex. *in tr. a asse panis, concl.* 1. *n.* 25. metipsum *in tract. Axiom. iuris vsufr. Axiom* 56. *n.* 1. & 2.

12 *Electionem ipsam à suspenso, & de suspenso*, &c.] Notatur ad hoc quod suspensus ab officio nec eligere, nec eligi potest, non potest ideo eligi, quia nequit exercere officium ad quod tenetur electus, neque eligere quia is actus est officij, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 32. *tr.* 2. *n.* 18. & per metipsum *in tr. de offic. & potest. Episc. p.* 1. *tit.* 1. *c.* 3. *num.* 23. Et quod suspensus non potest eligere, resoluit cum Ricc. *in tr. de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium, lib.* 4. *c.* 3. *num.* 9. vbi alios citat, & *num.* 10. cum multis resoluit procedere etiam quando electio est facta à pluribus, quorum aliqui sunt excommunicati, & aliqui non, quia talis electio est nulla, & adeò vt neque sustineatur ex persona eorum, qui non sunt excommunicati.

Cæterum cum supradictum, &c.] Notatur ad hoc 13 quod iuris error potest bonam fidem producere, & quemlibet excusare quando erratur in dubia iuris dispositione, quoties scilicet in ea intelligenda adest varietas opinionum, Ias. *in l. iuris ignorantia, q.* 2. *C. qui admitti, & in l. . num.* 19. *C. de transact.* Alex. *cons.* 10. *sub. n.* 12. *lib.* 7. post Crot. Corn. & Curt. iun. ita resoluit Flamin. *de resignat l.* 1. *q.* 3. *num.* 64. Cou. *de respons. p.* 2. *c.* 8. *§.* 1. *n.* 9. Pinel. *in l.* 2. *C. de rescind. vendit. p.* 2. *c.* 4. *n.* 40. Ioan. Garc. *de nobilit. initio, n.* 17. Hinc errorem iuris maximè dubij, & ratione probabilis iustam præbere præscribendi causam, etiam vbi titulus requiritur, resoluit Cou. *in reg. possess. p.* 2 *§.* 7. *n.* 9.

Notatur etiam ad hoc quod statutum secundùm ius 14 commune recipit interpretationem ab eodem iure, vt per Menoch. *cons.* 187. *n.* 29. Surd. *decis.* 43. *n.* 6. Hieron. Pottol. *in tr. de consortibus, & fideicom. legali, c.* 5. *n.* 5. Valasc. *cons.* 69. *n.* 17. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. §.* 7. *proœm. num.* 139. Et eius ampliationes accipere potest, ita vt exceptio in eo non firmet regulam in contrarium, Tiraq. *in tr. le mort. p.* 2. *declar.* 2. *n.* 2. D. Barb. *in l.* 1. *ff. solut. matr. p.* 1. *n.* 61. Valasc. *cons* 42. *n.* 7.

Notatur etiam ad hoc quod obseruatio subse- 15 quuta declarat ac interpretatur mentem rescribentis, vel aliquid statuentis, ex Menoch. *consil.* 192. *num.* 12. nam ab obseruantia subsequuta indulta & priuilegia recipiunt interpretationem, Alex. *consil.* 9. *num.* 3. *lib.* 5. Pute. *decis.* 15. *num.* 12. *lib.* 3. Cravet. *cons.* 101. *num.* 4. & *consil.* 118. *num* 2. Menoch. *cons.* 49. *numero* 10. & *seq.* Surd. *cons.* 124. *numero* 7. & *consil.* 275. *num.* 12. Mantic. *decis.* 320. *n.* 5. Seraphin. *decis.* 1410. *n.* 16. & 17. Rot. *in Burgen. expensarum* 31. *Ianuarij* 1625. *coram R. P. D. Merlino.*

Consuetudo probata.] Quia cùm sit quid facti, debet 16 probari; vt per Sylu. *consil.* 9. *numero* 27. & *consil.* 10. *num.* 38. & *consil.* 45. *numero* 52. Ioseph. Ludou. *Perus. decis.* 62. *numero* 25. *cum seq.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præs.* 8. *num.* 7. & *cons.* 8. *numer.* 16. Mascard. *de probat. conclus.* 528. *numero* 2. Surd. *consil.* 372. *numero* 1. Valasc. *cons.* 162 *numero* 9. Paris. *cons.* 31. *num.* 14. *vol.* 1. & *cons.* 10. *num.* 14. *vol.* 4. Glorit. *resp.* 1. *p.* 1. *num.* 50. Et potest probari per famam, Duen. *reg.* 299. *limit.* 21. Et de aliis modis probandi consuetudinem agunt citati à Valdes *in addit. ad Xuar. in comment. ad proœmium fori, numero* 12. *lit. L. pag.* 6. Doctori tamen asserenti consuetudinem vigere in loco in quo versatur credendum est, Bart. *in l. de quibus, numero* 21. *ff. de legib.* Roch. *in cap. fin. infrà hoc tit. sect.* 8. *numero* 9. Galiaula *in l. Gallus, §. idem credendum, numero* 34. *ff. de liberis & posth.* Palat. *in repet. rubr. §.* 21. Rot. Bononien. *decis.* 65. *numero* 12. Strach. *de mercat. tit. de decoctor. part.* 5. *numero* 6. Anton. Mar. *tom.* 1. *communum opinion. in princip. lib.* 1. *tit.* 17. *de legib. numero* 334. *pag.* 244. vbi Viuian. *numero* 364. Emman. Soar. *in thesauro sentent. lit. C. verbo, consuetudo non probatur*, Menoch. *de arbitr. casu* 360. *num.* 94. & *cons.* 1.

*n.*164.*& conſ.* 54.*n.* 5.*&* 37.Maſcard.*de probat.concl.*426.*& concl.* 528.Ludou.Rodolph.*var quæſt.lib.*2.*q.*61.*n.*28.*&* 29.Surd.*conſ.* 311.*n* 15.Steph.Gratian. *Marchiæ deciſ.* 130.*n.*6.Farin.*in praxi crimin p.*1.*tit.* 5 *q* 45 *n.*18.Camil. Borrel. *in ſumma omnium deciſ. tit.* 14. *de conſuetud. à n.*132.

18 Notatur ad hoc quod quando ſunt dinerſæ opiniones Doctorum,illa eſt amplectenda , quæ habet conſuetudinem pro ſe , vt per Aym. Crauet. *conſ.* 201. *num.*11.

In gloſſ. *A ſuſpenſis*, ibi, *ſuſpenſus enim non poteſt eligere,nec eligi* recipiuntur in præſenti à Bald.*col.vlt.n.*17. Card.Florent.*n.*9 Butr.*in* 2 *lect.n* 59 *&* *n.*61. Panorm. *n.*20.Imol.*n.*35.quos citat Rendina *in promptuario receptarum ſententiarum tom.*1.*tit.*41.*n.*21.& ad hoc quod ſuſpenſus non poteſt eligi,Lauor.*var lucubrat.tit* 4.*c.*16.*n.*63. Mar.Antonin.*var.reſol.lib* 1.*reſol.*19.*n.*2.vbi etiam cum Nau.*in man.c.*27.*n* 163.*verſ.ſeptimo*, reſoluit ſuſpenſum peccare acceptando electionem.Et quod ſuſpenſus eligere non poſſit ſi ſit nominatim ſuſpenſus, tradit Lauor.*d.tit.*4.*c.*15.*ex n* 61.vbi id intelligit ſi ſit ſuſpenſus ab officio & beneficio ſimul , vel ab officio tantùm, non tamen ſi ſit ſuſpenſus ſolùm à beneficio,niſi talis vox competeret ratione illius beneficij à quo aliquis reperitur ſuſpenſus,& *n.*62.poſt Seraph.*deciſ.*860 *n* 6. & alios ſubdit quod quando aliquis eſt ſuſpenſus ſimpliciter , nunquam poteſt eligere , quia ſic ſuſpenſus intelligitur ab officio, & beneficio ſuſpenſus.

19 In gloſſ.*Electio*,ibi,*propriè tenetur.*] Notatur ad hoc quod idem verbum eodem in loco diuerſis reſpectibus diuerſimodè accipitur , vt per Tiraq. *de retractu l.g.*§.1.*gloſſ.*18.*n.*22.

20 In ead.gloſſ.ibi, *plus tollit negatio quàm ponit affirmatio.*Tiraq.*de iure primog.q* 24.*n* 12. Cou.*var l.*b 1 *cap.*13.

21 *n.*7. quia negatiua plus negat quàm affirmatiua affirmat Card.Tuſch.*pract.concluſ.tom.*5.*lit.N.concl.*26.Mar. Antonin. *var.l.*1 *reſol.*20.*n.*7. Surd.*deciſ.*241.*n* 6. Beroi. *conſ.*27.*n.*11.*vol.*2.Pariſ.*conſ.*151.*n.*20.*vol.*3.Roland.*conſ.* 27.*n.*13.*&* 14 *&* *conſ.*99.*n.*25.*vol.*4. Menoch.*conſ.*107. *n.*22.*&* *ſeq.*Octau.Glorit.*reſp.*1.*p.*3.*n* 252.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum ſine Epiſcopo ſtatuta , ſeu conſuetudines nouas facere , vel antiquas immutare non poteſt.*

2 *Capitulum non poteſt ſtatuere ſuper his , quæ tangunt ſtatum generalem Eccleſiæ , vel iura Epiſcopi ſine ipſius conſenſu.*

3 *Epiſcopi conſenſu poteſt Capitulum ſtatuere etiam circa ardua , & concernentia vniuerſalem Eccleſiæ ſtatum.*

4 *Capitulum ſine Epiſcopo non poteſt ſtatuere de quotidianis diſtributionibus.*

5 *Capitulum Sede Epiſcopali vacante poteſt ſtatuere ea, quæ ad ſtatum Eccleſiæ pertineant.*

6 *Conſenſus non ſolùm antè , & in ipſo actu , ſed etiam poſt illum præſtari poteſt.*

7 *Vtilitas in rebus nouis conſtituendis euidens debet eſſe, vt recedatur ab eo iure, quod diu æquum viſum eſt.*

Cap. Cùm conſuetudinis. IX.

Honor. III.

1 CApitulum ſine conſenſu Epiſcopi non poteſt mutare conſtitutiones, & conſuetudines approbatas Eccleſiæ, nec nouas inducere, quas ſi induceret, ſunt irritæ. Colligunt ex Ordin.Abb.antiq.Zabar.Collect. Barbat.Bellam.Ioan.Andr.Imola,Anania,Hoſt.Innoc. Panorm. Bald. Butr. Henric. Guid. Papæ,Compoſtel. Viuian. *in rationali libri primi iuris Pontificij , pag.* 85. Alagona *in compendio iuris Canonici , pag.*34. remiſſiuè Caſal.*in annot.* & Ximen. *in concord p.*1.

Collige ex text. quòd Capitulum non poteſt ſtatuere ſuper his , quæ tangunt ſtatum generalem Eccleſiæ, vel iura Epiſcopi, ſine ipſius conſenſu , vt per Innoc.*in cap.cùm omnes*, *n.*1. vbi Abb. *n.*4.Butr.*num* 45. Felin.*num.*9.Bero.*n.*36.*&* 46.*ſup.de conſtit.*Oldrad.*conſ.* 131.Ferret.*conſ.*186.quos ſequuta eſt Rota *deciſ.*21 *n.*1. apud Farin. *p.*2.*recentiorum*,& ante eadem Rota *in vota Ilerden.Statuti* 2. *Decembr.*1593. coram Corduba Epiſcopo Pacen.Benedict. Capr. *tom.*2. *commun opin.lib.*1. *tit.*2.*de Epiſc. & Cleric. n.*24 *pag.*154 gloſſ.*verbo ſtatutum in c* 2 *de verb.ſignific. lib.*6.Calder.*conſ.*2.*n.*2.*de conſtitut.*Butr.*in c.conſtitutus,n* 25 *de reſcript.* qui tamen facit differentiam inter Capitulum Cathedralis , & alia Capitula Collegiatarum inferiorum. Abb. *in cap cùm acceſſiſſent*, *n.*4.& *ibi* Dec.*n.*8.*ſup.de conſtit.*bene Monet. *de diſtribut. quotidian. p.*2.*q* 13. *num.*23.Et vbi accedit 3 Epiſcopi conſenſus , poteſt ſtatuere etiam circa ardua & concernentia vniuerſalem Eccleſiæ ſtatum , vt notant Doctores *in d.cap.cùm omnes*, & tradit etiam Felin. *in cap.edoceri*,*n.*3 *&* 4 *ſup.de reſcript.* Capr. *reg.*9. *num.*1. Cæſar.de Graſſ.*deciſ.*4.*n* 4.*de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli*,Seraph.*deciſ.*1447. *n.*1. *&* 2. & fuit dictum *in Paduana Sedilium* 26. *Ianuar.* 1618. vbi etiam fuit animaduerſum conſenſum Epiſcopi hoc caſu colligi ex ſcientia , & ipſius tolerantia , omnis enim iuriſdictio moratur in ipſo Capitulo , & ab eo in membra illius diffunditur , vt per doctrinam Innoc. reſpondit Rot. *in Seguntina præſidentiæ* 21. *Februar.* 1611. coram R. P. D. Dunozetto. Quæ autem in propoſito dicantur ardua , benè explicat Bero. *in d. cap. cùm omnes*, *num* 44.

Vnde infertur ſolum Capitulum ſine Epiſcopo non 4 poſſe ſtatuere de quotidianis diſtributionibus , quatenus earum diſtributio attingit, aut concernit ſtatum vniuerſalem Eccleſiæ diuináque officia , eorumve regimen , vt apertè colligitur ex Concil.Trid. *ſeſſ.*24.*de reform.cap.*12.*in fin* & per eum tradit Monet.*d quæſt.*13. *num* 26.

Verùm Sede Epiſcopali vacante poterit Capitu- 5 lum , in quo etiam reſidet poteſtas Epiſcopalis , ea ſtatuere, quæ ad ſtatum Eccleſiæ pertineant, quæque durare debeant etiam tempore Epiſcoporum ſuccedentium , vt poſt alios latè tradunt pluribus id declarantes Felin.*in cap.cùm omnes* , *n.*10. & Pauin. *de poteſt. Capituli Sede vacant. p* 1. *q.*6. *per totam* , quos refert,& ſequitur Monet.*d q.*13.*num.*24. nouiſſimè Ioan.Anton. Maſſobr. *de Synodo Diœceſana,cap.*4. *dub.* 47. *ſecundum Roman. impreſſ.* vbi citat Bott. *in ſimili tr. p.* 3. *ampl.* 7. *n.*124.

Conſenſu.] Aduerte conſenſum non ſolùm ante , & 6 in ipſo actu , ſed etiam poſt illum præſtari poſſe , vt per Tiraquel. *de iure mariti* , *gloſſ* 6 *num.*1. *&* 2. vbi *num.*3. limitat quando conſenſus requiritur pro ſolemnitate , aut forma actus , tunc enim poſt illum interuenire non poteſt , ſed debet in ipſo actu adhiberi.

Vel nouas etiam inducatis.] Notatur ad hoc quod in 7 rebus nouis conſtituendis, euidens eſſe debet vtilitas, vt recedatur ab eo iure , quod diu æquum viſum eſt, vt per Tiraq.*de retract.lig.*§.9.*gloſſ.*2.*n.*53.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo non valet per quam quis inducitur ad peccandum, vel bona propria dissipandum.*
2 *Consuetudo præbens delinquendi ansam, etiamsi sit immemorabilis non valet.*
3 *Lex, quæ delinquendi occasionem præbet, non valet.*
4 *Prodigus est, qui dat danda, & non danda.*
5 *Auarus est qui tenet tenenda, & non tenenda.*
6 *Pauperi ex sua culpa, & vitio non est succurrendum.*
7 *Bona mulieris propter delictum mariti non sunt distrahenda.*
8 *Vigilantibus, & non dormientibus iura subueniunt.*

CAP. Ex parte. X.

1 COnsuetudo non valet vt vir qui dissipauit bona sua, possit expendere bona vxoris, nec vt vxor adulta si dimittatur habeat partem bonorum viri. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabarell. Collect. Barbat. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anania, Host. Anchar. Innoc. Panorm. Bald. Butr. Henric. Mantua, Guid. Papæ, Compost. Viuian. *in rationali primi libri iur. Pontif. pag.* 85. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 32. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord p.* 1.

2 Collige ex text. non valere consuetudinem præbentem delinquendi ansam, etiamsi sit immemorialis, vt per Bero. *conf.* 62. *num* 8 *lib.* 2. Ruin. *conf.* 154. *n.* 11. *lib* 4.

3 quemadmodum non valet lex, quæ delinquendi occasionem præbet, Menoch. *de præsumpt. l.b.* 5. *præs.* 49. *num.* 25.

4 In glos. *Prodigalitas*, ibi, *prodigus est qui dat danda, & non danda.* Vide D. Thom. 2. 2. *q.* 119. *à princ.* Martin. de Carualho conciuem meum *in tract. Espejo de principes, part.* 2. *lib.* 1. *discurs.* 6. *prope fin.*

5 In ead. glos. ibi, *auarus, qui tenet tenenda*, &c. Vide Thomam Hibern. *in floribus Doctorum, verb. auarus, in princ.* S. Aug. *serm.* 28 *de diuersis*, ita inquit, non solùm auarus est qui rapit aliena, sed & ille auarus est, qui cupidè seruat sua, refert Gisber. Scheuic. *de Ecclesiasticorum vita & moribus, lib.* 2. *c.* 28. *in fine.* Et quod auaritia sit radix omnium malorum, cuius suspicio ab Ecclesiasticis tollenda est, quia reddit eos odiosos, & detestabiles, refert. Fusc. *de visit. lib* 1. *c.* 12. *n.* 2.

6 In ead. glos. ibi, *incidit in egestatem.* Notatur ad hoc quod non est succurrendum illi, qui sua culpa, & vitio incidit in paupertatem, vt per Tiraq. *in l. si vnquam, verbo, bona, num.* 5. *C. de reuoc. donat.* Surd. *de alim. tit.* 7. *quæst.* 25. *n.* 111. Cou. *lib.* 2. *var. cap.* 16. *n* 6. *in princ.* D. Barbosa *in l. maritum, n.* 73. *ff. soluto matrim.*

7 In glos. *Alienar.* ibi, *nec etiam propter delictum mariti bona mulieris sunt distrahenda.* Vide Palat. *in repet. rubr.* §. 66. *à num* 19. Gom. *ad l.* 78. *Tauri.* Clar. §. *fin quæst.* 78. *num.* 15.

8 In glos. *Incuria*, ibi, *quia vigilantibus, & non negligentibus iura subueniant.* Vide Surd. *cons.* 4. *n.* 11. Bobadil. *in sua politica. lib.* 3. *c.* 4. *num.* 54. *& n.* 83. Vital. de Campanis *tract. clausul pag. mihi* 36 *num* 12. Ioseph. Sesse *Aragoniæ decis.* 207. *n.* 19. *&* 44. Cardoso *in praxi iudicum, verbo, ius, num.* 12. Cæs. Argel. *de contradict. legitimo. quæst.* 1. *num.* 109.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo non derogat iuri naturali, seu diuino cuius transgressio peccatum inducit, nec positiuo, nisi sit rationabilis, & præscripta.*
2 *Peccatum auget quoad Deum diuturnitas temporis.*
3 *Consuetudo non valet, quæ est contra ius naturale.*
4 *Papa potest dispensare in iure naturali & diuino, non abrogando in totum, vel ex parte, sed declarando eius obligationem per veram dispensationem in casu aliquo speciali locum non habere.*
5 *Consuetudo immemorialis dicitur illa, quæ est tanti temporis, cuius initij memoria non sit in contrarium.*
6 *Consuetudo immemorialis est quasi alterum ius naturale, quod immutari non potest, & tribuit iurisdictionem.*
7 *Consuetudine sublata simpliciter, vel aliquo signo vniuersali, nunquam censetur sublata immemorialis.*
8 *Consuetudine à lege derogata, etiam immemorialis derogata censetur.*
9 *Consuetudo immemorialis qualiter articuletur, & probetur, remissiuè.*
10 *Consuetudo ex vi & efficacia sua potest legem abrogare.*
11 *Consuetudo ad hoc, vt valeat debet esse rationabilis.*
12 *Rationabilis consuetudo, quæ dicatur, ostenditur.*
13 *Consuetudo, vt legitima dicatur præscripta, debet esse de iure Ciuili, & in temporalibus per spatium decem annorum, de iure vero Canonico, ac contra Ecclesiam per spatium quadraginta.*
14 *Consuetudo præter ius etiam de iure Canonico spatio decem annorum præscribitur.*
15 *Testes ad probandam consuetudinem debent esse contestes, & non singulares, & non interrogati reddere rationem dicti sui.*
16 *Consuetudo, vt censeatur actuum frequentia introducta requirit ad minimum duos actus.*
17 *Testes examinati debent deponere de visu actuum, ex quibus dicunt fuisse inductam consuetudinem.*
18 *Actus, quibus inducitur, ostenditur.*
19 *Consensus saltem tacitus totius populi, aut maioris partis requiritur ad inducendam consuetudinem.*
20 *Familia vna potest consuetudinem inducere.*
21 *Consuetudo & præscriptio in quo differant, ostenditur.*

CAP. Cum tanto. XI. & vlt. *Gregor. IX.*

COnsuetudo nulla valet contra ius naturale, nec 1
etiam contra ius positiuum, nisi sit rationalis, & legitimè præscripta Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Barbat. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Innoc. Panorm. Bald. Butr. Henric. Boich. Mantua, Guid. Pap. Compostel. Didac. Sahag. Viuian. *in ration. primi libri iur. Pontif. pag.* 86. Alagon. *in compend. iur. Canon. pag.* 34. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. & super hunc text. repetitiones ediderunt Rochus, & nouissimè Hieron. Fernandez de Ottero *selectarum interpret. lib. vnico.*

Quanto diutius, &c.] Notatur ad hoc quod diu- 2
turnitas temporis auget peccatum quoad Deum, & in foro animæ, respectu autem pœnæ ciuilis, aut criminalis, imponendæ quando delictum est antiquum, scilicet commissum iam supra decem annos, eo casu non debet quis puniri pœna ordinaria, sed mitiori, per text. *in l. diutino, ff. de pœnis*, cum aliis citatis per Cened. *ad Decretal. collect.* 16. *n.* 2. intellige tamen, vt quæ iam diu commissa sunt, leniùs puniri debeant, cùm sunt momentanea, vt homicidium, &c. & quæ semel sunt perpetrata. Si verò sint successiua, vt matrimonium prohibitum, hæresis, aut alia id genus, eo grauius coërcendus est, quo diutius permanserit, ex traditis per Tiraq. *de pœnis temper. causa* 29. *num.* 3.

3 *Naturali iuri*, &c.] Notatur ad hoc quod non valet consuetudo, quæ est contra ius naturale, vt per Mich. Graff. *tom.* 1. *communium in lib.* 1. *tit.* 17 *num.* 308 *pag.* 242. Duen. *reg.* 137. Fortun. Garc. *in l. veluti*, *num* 25 *ff. de iustit. & iure*, Ioseph. Gonzal. *lib. vnic. var. cap.* 38. Petr. Rebuff. *in repet. l quod iussit*, *tit.* 1. *n* 38 *ff de indic.* Martin. Monter. *decis.* 17. *num* 40 Azor. *instit moral part.* 1. *lib* 5. *cap.* 17. *quæst* 2. & 3. Sayr. *in clavi Regia*, *lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 4.

Posse aliquatenus derogari] Notatur ad hoc quod Summus Pontifex dispensare potest in iure naturali & diuino, non abrogando in totum, vel ex parte id ius in quo dispensat, sed declarando eius obligationem per veram dispensationem in casu aliquo speciali locum non habere, hunc vel illum à iuris diuini rigore eximendo ex causa vrgenti. Cou. *lib.* 1. *var. c.* 17. *num.* 8. *vers. Henricus tandem*, Sanch. *de matrim. lib.* 8. *disp* 6. *num.* 5 Azor. *instit. moral p.* 2. *lib.* 2. *c.* 18 *q.* 1 vbi etiam iuncto *lib* 1. *cap.* 2 *per totum* adducit communem nostrorum sententiam, qui contra Theologos asserunt posse Papam ius diuinum declarare, interpretari, restringere, remittere, amplificare, augere, & mutare.

5 *Longæua Consuetudinis*, &c.] Consuetudo immemorialis dicitur illa, quæ est tanti temporis, cuius initij memoria non sit in contrarium, quod tempus est centum annorum. Duen. *reg.* 90. *vers. fallit.* Gabr. *commun. opin. lib.* 5. *concl.* 1. *num* 71. Carrasc. *super aliquas leges*
6 *recop. cap* 8. *num.* 34. Et consuetudo immemorialis est quasi alterum ius naturale, quod immutari non potest, Molin. *de primog. lib.* 2. *cap* 2. *num.* 21. Et habet vim tituli, & priuilegij, ex text. *in l. hoc iure*, § *ductus aquæ*, *ff. de aqua quotid.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel glos.* 3. *num.* 4. Ceuall. *commun. contra communes*, *tom.* 4. *quæst* 897. *num.* 223. *& num.* 478 Borrel. *in summa omnium decis. tit.* 14. *num* 49. Et tribuit iurisdictionem, Ceual. *d.*
7 *quæst* 897. *num* 332. Borrell. *d. tit.* 14. *n.* 60. Et consuetudine sublata simpliciter, vel etiam signo vniuersali, omni, seu quacunque consuetudine non obstante, nunquam censetur sublata immemorialis, nisi de ea fiat expressa mentio in lege, vel constitutione, vel damnetur ac reprobetur à lege vt iniqua, & irrationabilis, ita post Angel. Bald. Felin. & alios tradunt Tiraquel. *de retract. lig* §. 1. *glos.* 1. *n.* 23. Hojed. *de incompatibil. benefic. p.* 1. *c* 17. *n* 9. Moneta *de distribut. quotid. p* 2. *quæst.* 12. *num* 22. Cou. *lib* 1. *variar. cap* 17. *num.* 5. Decian. *resp.* 44. *num* 19. *vol* 2. Mascard. *de probat. conclus* 1372. *à num.* 45. Guttier. *practic l b.* 3 *quæst.* 17. *num fin.* Flores de Mena *variar. lib.* 2. *quæst.* 10. *num.* 44. Fr. Emman. 1.
8 *quæst. regul tom* 1. *quæst.* 9. *art.* 5. *ad fin.* Ceuall. *d. q.* 897. *num* 248. Quarant. *in summa Bullarij*, *verbo*, *alienatio*, *num.* 50. *vers. limita primo*, Valasc. *consult.* 141. *num.* 13. 2 Gonzal. *d. glos.* 2. *num.* 2. Sanch. *de Matrim. lib.* 7. *disp.* 4. *num.* 12. Narbona *de appel. at. à Vicario ad Episcopum part.* 2. *fundam* 3. *num* 9 Rot. *n Burgen. sigilli* 18. *Ianua-*
8 *rij* 1591. coram Penia. Quamvis derogata lege vel consuetudine, etiam intelligendam & extendendam esse derogationem ad immemorialem, teneant Duen. Greg. Lopez & alij, quos refert, & sequitur Carrasc.
9 *d. cap* 8 *num.* 35 Qualiter articuletur & probetur consuetudo immemorialis, vide Gabr. *d. conclus.* 1 Bald. *de præscript.* 2 *part.* 3 *partis*, *quæst* 6. *à num.* 12 *cum sequent.* Couar. *in reg. possessor. part.* 2. §. 3. *num* 6. & 7. Molina *de primog. lib.* 2. *cap* 6. *per totum.* Rot. *in Cracouien. iuris legendi* 21. *Maij* 1627. coram R. D. meo Coccino Decano. Pro harum opinionum concordia distinguendum est vt prima procedat quando consuetudo non est irrationabilis, secunda verò quando consuetudo est iniqua, & irrationabilis, & vti talis à lege, vel à constitutione reprobatur, & hanc distinctionem tradunt. Couar. *d. num.* 5. *vers. adnotandum tamen erit*, Gonzal. *d. glos.* 33. *num.* 9. & placuit Rotæ *in d. Cracouien. iuris legendi* coram R. Decano, *vers. quod autem in casu isto.* Imò quando consuetudo immemorabilis est iniqua, & rationabilis, vt censeatur sublata, sufficit si derogetur simpliciter consuetudini absque dictione aliqua vniuersali, Rot. *in d. Cracouien. iuris legendi*, refert Ferentil. *in annot. ad decis.* 435. *Buratti*, *litera B.*

Vt vel iuri positiuo, &c.] Notatur ad hoc quod consuetudo ex vi & efficacia sua potest legem abrogare, vt per Gregor. *lib.* 1 *tit.* 2. *part.* 1. Rebuff. *tom* 2. *ad leges Gall. & in præfat. de consuetud. quæst.* 5. *num.* 59. Spin. *speculo testam. p.* 1. *rubr num.* 17. Cald. Pereira *in l. si curatorem*, *verbo*, *contractum feci*, *num.* 24. Soar. *de legibus*, *lib.* 7. *cap.* 18. Azor. *instit moral. p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 11. Sayr. *in clavi Regia*, *lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 2. Card. Tusch. *tom.* 3 *lit. C. conclus.* 806. *& conclus.* 814. Ex quorum resolutionibus constat consuetudinem, si rationabilis & præscripta fuerit, præiudicare iuri humano, & habere vim abrogandi legem iustam Ciuilem, vel Canonicam contrariam, quæ ante consuetudinem obligabat, idem probat *l quibus* 31. *in fin. ff. de legib.* & habetur passim alibi. Obstat tamen quod consuetudo inducitur per actus populi contrarios legi obliganti, iuxta text. & communem *in dicta l. de quib. glos. vlt.* & omnes in præsenti, & subditi sic agentes contra legem iustam peccant, iuxta sententiam D. Pauli *ad Rom.* 13. *cap. violatores* 25. *quæst.* 1. ac subinde iniusta, & peccatorum nutritiua videtur lex, quæ huiusmodi peccatis præstat auctoritatem inducendi consuetudinem, & abrogandi legem antea obligantem, à qua dum subditi delinquentes per consuetudinem eximuntur ex legis auctoritate per delictum, & eius continuationem acquirunt præmium scilicet abrogationem, & exemptionem à vinculo legis obligantis, quod omnino absurdum videtur ex his, quæ circa legem admittentem præscriptionem cum mala fide, probat text. *cap. vlt. de præscript.*

Cui difficultati non satisfaciunt Caiet. 2. 2 *quæst.* 87. *art.* 3. & post Dried. *libert. Christiana*, *pag.* 128. Sarm. *de redd.* 4. *p.c.* 1. *num.* 12. *col.* 2. resoluentes consuetudinem posse incipere, & introduci per actus illicitos, & ita cum peccato illorum, qui violant legem iustam; neque etiam Angel. *in d. l. e quibus*, vbi Sal. *num.* 49. post alios Aym. *de antiq.* 4 *p. cap transeo*, *num.* 16. constituentes in consuetudine non requiri bonam fidem, quæ in præscriptione necessaria est; neque denique difficultatem tollunt. Host. *in cap.* 1. *de treuga & pace.* Ioan. Andr. & alij *hic*, Card. & Imol. *num.* 5. *in Clem. vlt. de ætate*, Bart. *oppos. 6. in l* 1. *C. quæ sit long. cons.* Sot. *lib.* 1 *de iustitia*, *quæst.* 7. *art.* 2. *in fine*, quorum resolutiones neque difficultate carent, neque satis iure probantur.

Sed retenta opinione Caietani, & aliorum dici potest eos, qui consuetudinem contra legem incipiunt, peccare quidem, quia licèt text. hic & similes requirant quod consuetudo vt iuri præiudicet rationabilis sit, nihilominus non exigunt rationem talem, quæ omnino tollat culpam violatæ legis, quam incurrunt facientes contra iustam legem, sed requirunt rationem, quæ culpam extenuet, vel aliquo modo consuetudinem cohonestet, vt sic cum rationis colore incipiat & præscribatur, ac subinde ratio sufficiat ad consuetudinem inducendam, licèt non sit sufficiens ad tollendam legem absque consuetudine, provt in simili iusta causa ad concedendam dispensationem dicitur illa, quæ non sufficit ad tollendam legem contra quam dispensatio conceditur. Neque obstat superius

argu

argumentum ex *d.c. vlt. de præscriptionibus*, quia reiectis aliis responsionibus, quæ colliguntur ex Host. & suprà citatis, responderi potest longam esse differentiam inter legem, quæ præscriptioni cum mala fide, & eam quæ consuetudini cum peccato incipienti auctoritatem præstat, etenim præscriptio, iuxta *l. 2. ff. de vsucap.* principaliter dicitur acquisitio, & per illam ex auctoritate legis directè & principaliter tribuitur præmium & commodum præscribenti, qui si malam fidem habeat cum peccato, necessariò ex proprio peccato acquirit: in consuetudine verò non ita contingit, quia consuetudo non est acquisitio, neque ad acquirendum instituta, sed est ius quoddam, seu lex, & ad ius inter subditos constituendum inuenta, *c. consuetudo 1. dist. §. ex non scripto, Inst. de iure natur.* ac subinde sicut lex, quæ in bonum commune profertur, vera est lex, & vim legis habet, licèt malo zelo cum peccato, & dolo statuentium indicatur & promulgetur, vt innuit *l. 1. in fin. ff. de dol. mali except.* sic consuetudo quamvis cum peccato subditorum incipiat, si reliqua omnia necessaria concurrant, vera est consuetudo, nec dici potest quod per eam inuitantur subditi ad delinquendum, quibus commodum non acquiritur, nec præmium tribuitur, sed ius constituitur, quod ipsi seruare tenentur, & dum abrogatur lex antea obligans, quæ per consuetudinem præscriptam ostenditur, non satis accommodata & vtilis Reip. lex huiusmodi consuetudini auctoritatem deferens magis dicitur vti peccatis voluntatis subditorum in Reip. bonum, quam eisdem concedere lucrum, vel præmium, quod nihil commune habet cum consuetudine.

Quòd si contendas ex huiusmodi consuetudine aliquod emolumentum resultare peccantibus, qui contra legem fecerunt, dum ab eiusdem vinculo eximuntur per consuetudinem, qua lex illa abrogatur; respondetur emolumentum hoc si quidem est secundarium & per accidens præter intentionem iuris, nec attendi, nec considerari à lege, quæ per consuetudinem ius statuit obseruandum à subditis, qui consuetudini sicut legi subiiciuntur: in præscriptione verò principaliter continetur lucrum, & acquisitio in quo est substantia præscriptionis, *d. l. 2.* & per consequens in præscriptione inuitantur subditi præmio ad delinquendum, in consuetudine verò non ita. Accedit quod lucrum secundarium, scilicet exemptio à lege antea obligante, per consuetudinem non defertur delinquentibus, qui illam cum peccato induxerunt, sed toti communitati, vel populo, qui non peccauit, in quo erunt multi, qui nunquam legem violarunt, sed exactissimè obseruarunt, alij infantes, & ignari illius legis, quibus omnibus per consuetudinem ius statuitur, & licèt illic sint etiam aliqui ex his, qui contra legem primò facientes deliquerunt, id tamen est per accidens, & non attenditur, quod secus est in lege, quæ præscriptionem cum mala fide admittit, quia per talem præscriptionem directè & principaliter ipsismet peccatoribus lucrum tribuitur, quoad delinquendum inuitantur, iuxta resoluta *in d.c. vlt.* & ita ex his colligitur vna notabilis differentia inter præscriptionem, & consuetudinem, addenda aliis de quibus per *gloss. vlt. in præsenti*, vbi notaui.

11 *Rationabilis.*] Notatur ad hoc quod consuetudo ad hoc vt valeat debet esse rationabilis, Mazol. *cons.* 118. *num.* 52. Cardin. Tusch. *litera C. conclus.* 795. *num.* 14. Consuetudo tunc dicitur rationabilis, & rationi congruens, quando de ea re, de qua est consuetudo, iusta esset lex denuo edita priori mutata, si qua esset, vel minimè mutata si nulla existebat ex Syl-

uest. *in summ. verbo, consuetudo, quæst.* 1. Sot. *de iustit. lib.* 1. *quæst.* 7. *art.* 2. *vers. quàm vero longum.* Item quæ continet bonum, honestum, & honorabile, Curt. *hic sect.* 2. *num.* 29. Moneta *de distribut. quotid. part.* 2. *quæst.* 12. *nu* 8. vbi etiam dicit quod similiter ea rationabilis esset consuetudo, quæ haberet illas tres comites vt religioni conueniat, congruat disciplinæ, & saluti prospiciat, vt loquitur text. *in cap. consuetudo, dist.* 1. Item & illa, quam Ecclesia approbat, vel saltem quæ peccatum nec continet, nec nutrit, Rebell. *de obligat. iustit. part.* 1. *lib.* 1. *quæst.* 1. *num.* 2. vbi etiam asserit quod per contrarium irrationabilis 12
dicitur consuetudo, quæ peccatum nutrit, vt si inhonesta, & turpis sit, vel sit scandalosa, vel cùm aliquem indebitè grauat, vel si bono communi, aut libertati Ecclesiasticæ aduersetur. Demum arbitrio iudicis relinquitur quando dicatur rationabilis consuetudo, Curt. *hic sect.* 2. *num.* 20. Mich. Graff. *tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 1. *tit.* 17. *num.* 375. *pag.* 248. Cardin. Tusch. *lit. C. conclus.* 804. Menoch. *de arbitr. casu* 82. *num.* 2. & 3. Spin. *in speculo testament. part.* 14. *rubr. numero* 18. Sayr. *in claue regia, lib.* 3. *cap.* 11. *numero* 6. *vers. sicut.* Ceuall. *communium contra communes, quæst.* 359. Moneta *de distribut. quotid. part.* 2. *quæst.* 12. *num.* 8. vbi dicit iudicem informando animum suum ponderare debere vtrùm finis consuetudinis sit bonus, & an ea sit aliqua iusta ratione inducta, & vtrùm ius approbet similem consuetudinem, vel reprobet.

Et legitimè sit præscripta.] Consuetudo, vt legitimè 13
dicatur præscripta, requiritur de iure Ciuili, & in temporalibus decem annorum curriculum de iure Canonico, & contra Ecclesiam quadraginta annorum spatium, Vasq. 1. 2. *quæst.* 97. *art.* 3. *disp.* 177. *c.* 5. Valent. *tom.* 2. *disp.* 7. *quæst.* 7. *puncto* 8. Duen. *reg.* 140. Menoch. *de arbitr. casu* 83. *num.* 7. & 8. Mascard. *de probationib. concl.* 424. *num.* 24. & *num.* 29. & *num.* 32. Suar. *tom.* 1. *de relig. lib.* 1. *de diuino cultu cap.* 13. & *de legib. lib.* 7. *cap.* 5. & *cap.* 18. *num.* 11. Rebuff. *ad leges Galliæ in proœm. gloss.* 15. *num.* 13. & 14. Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 17. *quæst.* 6. Rebel. *de obligat. instit. part.* 1. *lib.* 1. *quæst.* 5. *num.* 2. Moneta *de distribut. quotid. part.* 2. *quæst.* 12. *à num.* 2. Cardinal. Tusch. *lit. C. concl.* 795. *n.* 10. Sayr. *in Clani Regia, lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 11. Cardin. Tusch. *tom.* 3. *concl.* 796. Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib.* 2. *conc.* 31. *à n.* 27. Camill. Borrel. *in lumina omnium decis. tit.* 14. *n.* 24. Si tamen sit 14
consuetudo præter ius etiam de iure Canonico solùm decem annorum spatium requirit, Sayr. *dict. loco*, Ceuall. *communium contra commun. quæst.* 357. *num.* 10. Curt. *hic sect.* 3. *num.* 28. Soar. *in thesauro recept. sentent. lit. C.* 275. Menoch. *d.c.* 12. *n* 9. vbi *n.* 10. limitat id non procedere vbi talis consuetudo præter ius tendit ad derogandum iuri alterius Ecclesiæ, tunc enim debent esse quadraginta. Et circa prædictum tempus testes debent esse contestes, & non singulares, ac etiam non 15
interrogati reddere rationem dicti sui, Menoch. *cons.* 187. *num.* 57. Valasc. *consult.* 162. *num.* 14. De auditu verò testificantes nihil probant, Mascard. *concl.* 424. *num.* 55.

Requirit etiam consuetudo duos actus ad mini- 16
mum vt censeatur actuum frequentia introducta, vt per Mich. Graff. *tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 1. *tit.* 17. *num.* 370. & *num.* 374. Menoch. *cons.* 906. *num.* 47. & 48. & *de arbitr. casu* 81. *n.* 2. Mascard. *de probat. concl.* 424. *num.* 14. *cum seq.* Surd. *de alment. tit.* 14. *quæst.* 16. *num.* 26. Molina *d. c.* 6. *num.* 24. Garcia *de expensis, c.* 9. *numero* 44. Vasq. 1. 2 *quæst.* 97. *art.* 3. *disp.* 177. *c.* 5. Suar. *de legibus lib.* 7. *c.* 11. *numero* 2. Card. Tusch. *lit. C. concl.* 795. *numero* 107. Bernard. Græuæ. *d. conclus.* 31.

à num. 11. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 36. *num.* 85. Camill. Borell. *d. tit.* 14. *n.* 19. *cum seq.* Ceuall. *communium contra commun. q.* 357. *n.* 1. Flores *var. lib.* 1. *quæst.* 1. *num.* 64. Verùm Moneta *d. quæst.* 12. *n.* 17. *& in tract. de optione canonica, cap.* 2. *quæst.* 2. *à n.* 35. post Curt. *hic sect.* 4. *num.* 37. Menoch. *d casu* 81. *n.* 4. & Rota *decis.* 72. *num.* 26 *part.* 2. *in nouis diuers.* tenet iudicis arbitrio relinqui quot actus in specie requirantur ad consuetudinem inducendam, ad quem spectabit considerare qualitates actuum & personarum, quæ illos actus faciunt, ita vt non sufficiat vnicus, quamuis sit notorius toti populo, seu Collegio, nisi esset successiuus, & haberet continuationem per tempus, intra quod inducitur talis consuetudo, text. sing. *in cap cum de beneficio, de præbend. in* 6. Abb. *hic n.* 17. Curt. *sect.* 4.

17 *num.* 42. Et testes examinati debent deponere de visu actuum, ex quibus dicunt fuisse inductam consuetu-

18 dinem, Valasc. *consult.* 162. *num.* 10. Et debent esse contestes & non singulares circa actus, Menoch. *cons.* 187. *num.* 57. Roland. *cons.* 13. *lib.* 4. Alex. *cons.* 196. *num.* 14. *lib.* 2. Card. Tusch. *lit C. concl.* 795. *n.* 47. Valasc. *consult* 162. *n.* 11. *&* 14. Et deponere quod illi actus fuerint facti eodem modo & intentione consuetudinem inducendi, Menoch. *d. num.* 57. Valasc. *num.* 13. *dictis locis.* Card. Tusch. *d. concl.* 795. *n.* 105. Sayr. *in claui Regia, lib.* 3. *c.* 11. *n.* 8. *vers. secundò requiritur, & n.* 9. optimè Rendina *in prompt. recept. sentent. tom.* 1. *tit.* 23. *n.* 2. Et debent etiam non interrogati reddere rationem dicti sui, Menoch. *d. n.* 57. Mascard. *concl.* 424. *n.* 66. Ioseph. Ludou. Perus. *decis* 62. *n.* 36. Valasc. *n.* 15. *d. loco,* Dec. *cons.* 214. *n.* 3. *col.* 3. Cranet. *cons.* 234. *n.* 6. Alex. *cons.* 45. *in princ. lib.* 2. Card. Tusch. *d. concl.* 795. *n.* 56.

Testes igitur ad probandam consuetudinem de tribus copulatiuè deponere debent, nempe de visu actus, cuius consuetudo allegatur, de eiusdem actus frequentia, ac de temporis diuturnitate, ex quibus elicitur tacitus consensus totius, vel maioris partis populi, qui est causa mediata consuetudinis, vt tradunt Aretin. *in § ex non scripto, sub n.* 20. *vers. quæro an testis, Instit. de iure nat.* Alex. *cons.* 131. *n.* 9. *lib.* 2. Dec. *cons.* 481. *n.* 25. 27. *&* 29. Curt. Iun. *cons.* 184. *num* 10. Mascard. *de probat. concl.* 424. *n.* 2. *& per tot.* Caualer. *decis.* 125. *n.* 8. latè Maresc. *var. resol. l.* 2. *c.* 100. *n.* 1. Rot. *dec.* 497. *n.* 2. *p.* 2. *recent.* Ferentil. *in annot. ad decis.* 497. *Buratti lit. B.*

19 Pro substantia etiam requiritur consensus saltem tacitus totius populi, aut maioris partis, Curt. *hic sect.* 4. *n.* 48. Mich. Grass. *d. tit.* 17. *n.* 302. Valasc. *cons.* 161. *n.* 26. Bernard. Græuæ. *d. concl.* 31. *à num.* 2. Card. Tusch. *lit G. concl* 795. *num.* 26. *&* 31. *cum seqq.* Ceual. *q.* 357. *num.* 7. Mascard. *concl.* 423. *num.* 3. Rebel. *de obligat. instit. p.* 1. *l.* 1. *q.* 5. *n.* 17. Moneta *d. q.* 12. *num.* 17. me citato *in hoc loco,* Ferentil. *in annot. ad decis.* 2. *Buratti, num.* 13. *lit. B.* Rot. *decis.* 255. *num.* 4. *part.* 1. *& decis.* 318. *part.* 2. *recent.* aut

20 vnius familiæ, à qua posse consuetudinem inducere tenuerunt Menoch. *remed.* 5. *retin. num.* 62. *cum seq. & cons.* 2. *num.* 282. *& cons.* 104. *n.* 22. Valasc. *cons.* 132. *n.* 16. Cott. *in memorabil. verbo. progenies, pag.* 713.

21 In gloss. *Legitimè,* ibi, *sed quam differentiam facis inter consuetudinem, & præscriptionem.* Plures sunt differentiæ inter consuetudinem, & præscriptionem. Prima est, quia præscriptio consistit in rebus immobilibus tam corporalibus, quàm incorporalibus: at verò consuetudo solùm locum habet in incorporalibus, veluti seruitutibus, iurisdictionibus, electionibus, & aliis huiusmodi. Secunda, quia præscriptione acquiritur ius priuatæ personæ: at verò in consuetudine acquiritur ius in communi omnibus, & contra omnes de populo. Tertia, quia præscriptio dat ius contra ius quod alter habet, consuetudo verò dat ius contra legem, vel præter, aut secundùm legem. Quarta, quia præscriptio requirit titulum & bonam fidem, consuetudo non ita, sed sufficit certus cuiusdam temporis lapsus, & ideò non propriè præscripta, sed quasi præscripta vocatur. Quinta, quia præscriptionis finis est vt præscribentem locupletiorem reddat, cùm inuenta fuerit ad distinguenda singulorum dominia, & dominij acquisitio dicatur: at verò consuetudinis finis est legem constituere cùm inducta fuerit vt subiret vicem legis. Sexta, quia præscriptio licèt ad bonum cõmune dirigatur, nemini tamen fouet, nisi qui per se, vel per alium legitimo tempore vsus est, consuetudo verò neminem excipit, & non minus vtentes, quàm qui nunquam sunt vsi, defendit. Vltima, quia præscriptio nullam publicæ vtilitatis, nullamque boni publici causam exigit: consuetudo tamen sine hac vtilitate, & sine huius boni publici ratione consistere non potest. Quas omnes differentiæ rationes colliges ex resolutis per Balb. *de præscript. p.* 1. *princ. quæst* 10. *n.* 36. Garc. *de expensis, c* 9. *num.* 43. Cou. *var. lib.* 1. *c.* 17. *num.* 8. *vers. decimo,* Molina *de primogen. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 10. *&* 11. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 18. *q.* 16. Petr. Alphons. de Vasconcellos *in harmonia rubricarum iuris Canon. sub. rubr huius tit. num.* 9. *cum seqq.* Card. Tusch. *lit. C. concl* 801.

De postulatione Prælatorum.

TIT. V.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Barbat. Bald. Imol. Anan. Panorm. Dec. Butr. Guillelm. Durand. *in breuiario aureo iuris Canon. fol.* 9. *& in speculo iuris, lib.* 4. *sub hoc tit.* Petr. de Rauenna *in compendio iuris Canon.* Martin. Mesnart. *in epitome Decret. fol.* 4. Stephan. Ranchin. *in continuat. tit. Decretal.* Bernard. Compostel. *in breuiario iuris Canon.* Petr. Alphons. de Vasconcel. *in harmonia rubricarum.* Daniel Venator. *in analysi methodica iuris Pontificij, à pag.* 34. Goffred. & Host. *in summa huius tit.* Alex. Cassan. & Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Lancell. *in instit. Canon.* Bart. Carthag. *in expos. tit. iuris Canon. sub eod.* nouissimè Ioan. Honor. *lib.* 1. *summ. in Decretal.* Canis. *in summ. iuris Canon.* Cafarel. *in Erotem. eiusdem iur.* & Andr. Vallensis *in suis comment. sub Decretal.*

De materia huius tit. vide Summistas *verbo, Postulatio* Rebuf. *in concord. tit. de Regia ad Prælat. nominatione, §.* 1. *verbo, Postulatione,* Mandagot. *in tract. de electione nouorum Prælatorum, p.* 1. *c.* 53. *cum seq. cum addit. Bœri, & Matth. Bors.* Corras. *de benef. p.* 4. *c.* 2. Duaren. *eod. tract. l.* 5. *c.* 2. Azor. *instit. mor. part.* 2. *l.* 6 *c.* 17. Zechi. *de beneficiis, & pensionib. c.* 6. Cuch. *in instit. maior. l.* 4. *tit.* 2. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 30. *tract.* 3. *n.* 201. *cum seq.* remissiuè Nicol. Garc. *de beneficiis, p.* 4. *c.* 1. *n.* 13. latè Filiuc. *tom.* 3. *tract.* 41. *c.* 3. *n.* 2. Luc. Castellin. *in tract. de elect. c.* 2. *de postulat. in communi.* Iul. Lauor. *vari. lucub. tom.* 1. *tit.* 4. *c.* 14.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum violans impostulabilis est.*
2 *Electio, vel postulatio facta in loco interdicto est valida.*
3 *Excommunicatus non potest postulari.*

4 *Ignorari*

4 *Ignorari non licet quicquam, quod omnes sciunt.*
5 *Scire quilibet præsumitur, quæ in ciuitate notoria sunt, & publica.*
6 *Publica vox, & fama inducit scientiam.*
7 *Ciuitas, vt obligetur ad obseruantiam interdicti, sufficit vt ipsum sit promulgatum in primaria Ecclesia, vel si sciatur vicinos, & maximè Ecclesiam Metropolitanam illud seruare.*
8 *Scriptura non est de substantia legis.*
9 *Legis promulgatio necessaria est, vt vim habeat obligandi.*
10 *Excommunicationis, vel interdicti sententia non profertur in terram nobilium, nisi super hoc mandatum recipiatur speciale.*
11 *Prælatus debet esse promptus in puniendo inobedientes.*
12 *Criminosus postulari non potest.*
13 *Excommunicatio probatur per famam.*
14 *Fama sola facit probationem sufficientem, vt interdictum superioris obseruetur.*
15 *Publicè quando aliquid est factum, non ignorantia, sed scientia ipsius facti præsumitur.*
16 *Scire quilibet præsumitur, quod publicè scitur.*

CAP. Ad hæc. I.

Innoc. III.

1 INterdictum violans indignus est vt pro eo postuletur, & ideo reiicitur. Item sententia, v.g. interdicti publicè, & solemniter publicata omnes ligat, nec quis præsumitur ignorare. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Innoc. Anch. Bellam. Host. Ioan. Andr. Imola, Anania, Bald. Panorm. Dec. Butr. Barbat. Aretin. Compostel. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag.* 92. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 37. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord p.* 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 1. *tit.* 4. *c.* 1.

2 *Interdicti sententiam non seruasset*, &c.] Notatur ad hoc quòd electio, vel postulatio facta in loco interdicto est valida, vt per Perez *l.* 2. *verbo, constentan las elecciones, vers. quæri etiam posset, tit* 6. *lib.* 1 *Ordin. pag.* 134.

3 Notatur etiam ad hoc quòd excommunicatus non potest postulari, Cou. *in c. Alma Mater, p.* 1. § 7 *sub n.* 1. Rebuff. *in cap postulastis, n.* 95 *de Clerico excomm. minist.* Mar. Alter. *de censur. tom.* 1. *disp.* 13. *lib.* 2. *c.* 5. *vers. quod probatum est*, Ant. Ricciul. *in tract. de iure personarum extra gremium Ecclesiæ exist. lib* 4. *c.* 6. *n.* 24.

4 *Quæ ad eius notitiam*, &c.] Notatur ad hoc quòd non licet cuiquam ignorare, quod omnes sciunt, ex Surd.
5 *decis.* 223. *n.* 16. Et scire quilibet præsumitur, quæ in ciuitate notoria sunt, & publica, Surd. *decis.* 265. *n.* 59.
6 Quia publica vox, & fama inducit scientiam, Ioseph Ludou. *Perus. decis.* 103. *n.* 12. Mascard. *concl.* 1100. *n.* 2. Menoch. *de arbitr. casu* 186. *n* 8. Moneta *de opti. cap.* 6. *quæst.* 4. *num.* 19. Nam ignorantia etiam facti alieni non præsumitur in his, quæ publicè facta sunt, & notoria, vel de illis in loco est publica vox, & fama, vt p r Gabr. *comm sub tit. de regulis iuris concl.* 5. *à n.* 18. Menoch. *de præs. lib.* 6 *præs.* 23. *n.* 68. Mascard. *de probat. concl* 627. *n.* 14 & *concl.* 879 *à n.* 11. Card. Tusch. *verbo ignorantia, concl.* 21. *n.* 5 & 6. & *verbo Scientia concl.* 64. *à num* 4. Farin. *fragm. crim. p.* 2. *dit* 1. *num.* 104. vbi *num.* 105. resoluit ignorantiam etiam facti alieni non præsumi quando agitur de aliquo facto notabili, graui, ponderoso, seu magni momenti.

7 *Iam à multis publicè cœperit obseruari.*] Notatur ad hoc quòd, vt ciuitas obligetur ad obseruantiam interdicti, sufficit vt ipsum sit promulgatum in primaria Ecclesia, vel si sciatur vicinos & maximè Ecclesiam Metropolitanam illud seruare, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 32. *tract.* 3. *num.* 21. *in fine.*

8 *Cùm constitutio solemniter editur.*] Notatur ad hoc quòd scriptura non est de substantia legis, vt per D. Th. *quodlib.* 1 *art.* 19. Menoch. *de arbitr. casu* 410. *n.* 15. *cum seqq.* Mascard. *de probat. concl.* 421. *n* 4. Flamin. *de resignat. tom.* 2. *lib.* 10 *q.* 1. *n.* 5. Soar. *de legibus lib* 1. *c.* 11. *n* 8. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 5. *c.* 2. *q.* 4. Camil. Borrel. *in summa omnium decis. tit.* 13 *n.* 11. & 12. plures ex antiquioribus refert Cened. *ad Decretum collect* 1. *n.* 2.

9 *Aut publicè promulgatur.*] Notatur ad hoc quòd promulgatio necessaria est, vt lex vim obligandi habeat, dixi *suprà ad c.* 2. *n* 3 *de constitut.*

10 *Mandauerimus.*] Notatur ad hoc quòd sententia excommunicationis, vel interdicti non profertur in terram nobilium, nisi super hoc mandatum recipiatur speciale, vt per Tiraq. *de nobilit c.* 20 *n* 162.

11 *Prompti sumus inobedientiam omnem vlcisci.*] Notatur ad hoc quòd Prælatus debet esse promptus in puniendo inobedientes, vt per Hier. Giach. *cons. de syndicatu, n.* 20. refert Illustriss. D. meus Roder. à Cunha *in comment ad c.* 1. *n.* 4 *disp.*

12 *Sed propter postulatam personam*, &c.] Notatur ad hoc quòd criminosus postulari non potest, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib* 30. *tract.* 3. *n.* 201. Lauor. *variar. lucubr. tom. tit.* 4. *c.* 14 *n.* 2.

13 In gloss. *Publicè*, ibi, *quod per solam famam*, &c.] Notatur ad hoc quòd excommunicatio probatur per famam, vt per Duen. *reg.* 299. *vers. limita* 15. vbi intelligit hoc quando non agitur de præiudicio alterius, vel in foro animæ, secus verò ad hoc, vt quis repellatur ab agendo tanquam excommunicatus, quia tunc probatio debet fieri apertissimis documentis, & non sufficit fama. Sic etiam fama sola facit probationem 14 sufficientem, vt interdictum superioris obseruetur, Duen. *d. reg.* 299. *vers. fin.* Mascard. *de probat. concl.* 753. *num* 36.

15 Notatur etiam ad hoc quòd quando aliquid est publicè factum, non ignorantia, sed scientia ipsius facti præsumitur, vt per Viu. *tom* 1. *communium opin. lib.* 4. *tit.* 9. *n.* 197. *pag.* 508. Menoch. *de præsumpt. lib* 6. *præsumpt.* 23. *n* 68. Scire quilibet præsumitur, quod publicè scitur, 16 Tiraq. *de retract. lign.* § 35. *glos.* 4. *n.* 55. Menoch. *de præsumpt.* 23. *n.* 70. & *remed.* 16. *recup. n.* 34. Ioan. Garc. *de nobilit. glos.* 4. *n.* 27.

SVMMARIVM.

1 *Eligendi & postulandi potestate est priuatus, qui postulationem cassatam vitio personæ innouat.*
2 *Electio si propter electi vitium irrita declarata fuit, iterum electio de alia persona fieri poterit, dummodo elector tempore electionis primæ vitium electi ignorasset.*
3 *Officio remotus, & illo priuatus non potest amplius ad illud eligi.*
4 *Collatio beneficij si ad Collegium spectat, & aliqui de eo sint excommunicati, id non impediet quominus cæteri à tali vinculo liberi possint conferre, etiamsi vnus tantùm sit.*

CAP. Gratum. II.

1 ELigendi & postulandi potestate priuatus est, qui postulationem vitio personæ cassatam innouat, & alij ex numero, licèt pauci, qui non consenserunt

innouationi, possunt postulare, & eligere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Barbat. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Innoc. Panorm. Bald. Butr. Compostel. Vinian. *in rationali libri primi iuris Pontificij, pag* 92. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 37. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Augustt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 1. *tit.* 4. *cap* 2.

2 *Intelligens eos, qui cassationem nostram quodammodo reuocare volebant, eligendi priuilegium amisisse.*] Notatur ad hoc quòd si electio propter electi vitium irrita declarata fuit, iterum electio de alia persona fieri poterit, dummodo elector tempore electionis primæ vitium electi ignorasset, quia si sciens id fecisset, iterum eligere non poterit, cùm ex electione indigni indignitate iuris scienter facta eligendi pro illa vice amittit, vt per Molin. *de primog. lib* 2 *c.* 4. *n.* 38. & faciunt per me resoluta *in tract. de offic. potestate Episcopi, p.* 3. *alleg.* 72. *num.* 105.

3 Notatur etiam ad hoc quòd remotus ab aliquo officio, & illo priuatus, non potest amplius eligi ad ipsum, vt per Cassan. *in consuet. Burg rub.* 1 §. 6. *verbo, Messieus, n.* 45 *pag.* 66.

4 In gloss. *Pauciores, ibi, siue vnus solus sit, siue plures, ille potest eligere.*] Notatur ad hoc quòd si collatio beneficij ad Collegium spectet, & aliqui de eo sint excommunicati, id non impediet quominus cæteri à tali vinculo liberi possint conferre, etiam duo sint tantùm, imo & tantùm vnus, vt per Vgolin. *de censur. tab.* 2. *c.* 11. § 2. *n.* 2. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib* 21. *n.* 29. Fr. Ludou. Miranda *in manuali Prælat. tom.* 2. *q.* 23. *art.* 5. *concl.* 2. vbi *concl.* 3. cum Sylvest. *verbo electio* 1. *q.* 2. *in* 1. *dicto* ponit regulam quòd valet electio facta non vocatis illis, qui sunt priuati, vel inhabiles ad eligendum, quin verò addit, & dicit, quòd valet, licèt primò non sit discussum an sint priuati, nam satis est quòd postea conuinci possint.

S V M M A R I V M.

1 *Postulatio per quam priuata, vel minor vtilitas communi, vel maior præfertur, vel quæ fit à minori quàm à tertia parte Collegij admitti non debet.*
2 *Clericorum appellatione veniunt Canonici in iis, quæ pertinent ad fauorem, & gratiam, secus verò in his, quæ ad odium, & pœnam spectant, & in materia stricta.*
3 *Cardinalis non potest in Episcopum eligi, sed postulari.*
4 *Ius ex facto oritur.*
5 *Cardinales tenentur residere in Curia, quia eorum officium est assistere Papæ.*
6 *Cardinales sunt pars corporis ipsius Papæ.*
7 *Vtilitas publica præfertur priuatæ.*
8 *Papæ in seruitio existentes percipiunt fructus beneficiorum suorum, non tamen distributiones quotidianas sine eius speciali priuilegio.*
9 *Cardinales vnà cum Summo Pont. totam gubernant Ecclesiam.*

Cap. Bonæ memoriæ. *j.* III.

1 VTilitas communis est præferenda priuatæ, & maior minori, & Cardinalis, qui est vtilis Ecclesiæ vniuersali, non est creandus Episcopus. Item postulatio quæ fit à minori quàm tertia parte, admitti non debet. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabarell. Collect. Barbat. Anchar. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Host. Innoc. Panorm. Bald. Butr. Henric. Boich. Compostel. Vinian. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 93. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 37. *& tom.* 2. *repet. in iure Canonico ad lib.* 1. *Decretal.* Iacob. Zochius, remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. refertur ab Anton. Augustt. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 1. *tit.* 4. *cap.* 2.

In superscript. text. ibi, *Clericis Rauen. Ecclesia.*] 2 Notatur ad hoc quòd in his, quæ pertinent ad fauorem, & gratiam, appellatione Clericorum etiam Canonici comprehenduntur, secus verò in his quæ ad odium, & pœnam spectant, vt per Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 11. *quæst.* 5. & citatos à metipso *in tract. appellativa verborum vtriusque iuris significat. appell.* § 1. *num.* 3. In materia enim stricta appellatione Clericorum non comprehenduntur Canonici, *cap. sedes*, cum ibi notatis, *sup. de rescript.* Abb. *hic num.* 2. Felin. *in cap. non dubium, num.* 1. *de sentent. excomm.* Dec. *in cap. iam non liceat, num.* 18. *de præbend.* Bero. *cons.* 3. *num.* 29. 33. *& 37. volum.* 1. quos refert, & sequitur Bellet. *disquisit. Clerical. part.* 1. *tit. de discipl. Clericali,* §. 2. *num.* 4. *&* 18.

Sanctæ Praxedis Presbyterum Card. &c.] Notatur ad 3 hoc quòd Cardinalis non potest in Episcopum eligi, sed postulari, vt per Lauot. *var. lubricat. tom.* 1. *tit.* 4. *c.* 16. *num.* 67. Azor. *d. p.* 2. *lib.* 4. *cap.* 3. *q.* 15. vbi etiam aduertit, ideo *in cap. Ecclesia vestra* 2. *inf. de elect.* Cardinalem Canonicum electum non postulatum fuisse, quia erat Canonicus, & vt Canonicus fuit electus in Episcopum, vel forsan quia non erat S.R.E. Card. sed Canonicus Cardinalis, id est, principalis inter Canonicos Ecclesiæ.

Quæ de facto.] Quia ius ex facto oritur, *l. si ex plagis* 13. §. *in cliuo, ff. ad legem Aquil. l. fin. in princ. ff. de iureiur.* Menoch. *cons.* 2. *num.* 208. D. Barbosa *in l. Titia, num.* 25. *ff. soluto matrim.* Anton. Monach. *Florentina decis.* 48. *num.* 7. Petr. Henriq. *cons.* 16. *num.* 1. Vnde ius totum mutari propter nimiam facti mutationem tradunt citati per me *in tract. de Axiom. iuris vsufreq. Axiom.* 83. *num.* 2.

Tam apud Apostolicam Sedem.] Notatur ad hoc quòd 4 Cardinales tenentur residere in Curia apud Summum Pont. Abb. *in c.* 2. *n.* 2. *de cleric. non resid.* Caputaq. *decis.* 8. *n.* 2. *q.* 2. Gambar. *de auctorit. Legati à latere, lib.* 5. *tit. an legatus possit plura beneficia vni conferre, n.* 227. Sanctarel. *var. resol. lib.* 1. *q.* 2. *n.* 6. Flamin. *de resignat. lib.* 1. *q.* 10. *num.* 5. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 24. *n.* 123. Camil. Borrell. *in summa omnium decis. tit.* 10. *n.* 8. Et eorum officium est assistere Papæ, Flamin. *de resignat. lib.* 2. *q.* 1. *n.* 24. *& lib.* 7. *q.* 12. *num.* 14. & sunt pars corporis ipsius Papæ, Monet. *de decimis, cap.* 9. *q.* 3. *num.* 114. Et dicuntur facere vnum corpus cum Papa, sicut Canonici cum Episcopo, Host. *in cap. antiqua, inf. de priuil.* addit ad Abb. *in præsenti n.* 6. *lit. D.* Flamin. *de resign. lib.* 1. *quæst.* 10. *num.* 25. *&* 26. Anastas. Germon. *de indultis Card. verbo Episcopus, n.* 9. Carol. de Grass. *de effectib. clerical. in prælud. n.* 307. ideo non possunt discedere à Curia sine licentia Papæ, Flamin. *d. q.* 10. *num.* 27. Gonzal. *gloss.* 24. *num.* 124. Sanctar. *d. quæst.* 2. *num.* 8. Ego ipse *de officio Episcopi part.* 3. *alleg.* 53. *num.* 12.

Præferentes speciali vtilitati communem.] Notatur ad 5 hoc quòd vtilitas publica præfertur priuatæ, Surd. *decis.* 255. *num.* 11. Mexi. *in tract. tassæ panis conclus.* 4. *num.* 17. Auiles *ad cap.* 1. *Prætor. num.* 6. *pag. mihi* 42. Menoch. *illustr. cap.* 5. *num.* 16. Cabed. *Lusit. decis.* 74. *num.* 5. *parte* 1. Garc. Gironda *de priuilegiorum, seu exemptionum explicat. num.* 902. Thom. de Thomas. *in floribus legum reg.* 308. vbi asserit procedere quando in communi vtilitate priuata etiam includitur. Intellige etiam quando vtilitas publica venit principaliter

cipaliter', non quando secundariò, Surd. *decis.62. num* 8.

8 *Quam apud Ecclesiam Rauennaten.*] Notatur ad hoc quòd in seruitio Papæ existentes, vt sunt eius Cardinales,& Capellani, percipiunt fructus beneficiorum, vt per Boër.*decis* 1 .*n* 8. Quotidianas verò distributiones non percipiunt sine speciali eius priuilegio, Selu. *de benefic.part.q* 6.*n.*36. Nicol.Garc.*eod.tract part.*3.*c.*2. *num.*585. *cum seq* Monet.*de distribut.quotid.part.*2. *q.*9. *num.*13.

9 In gloss.*Generali*, ibi, *arg.quod Papa, & Cardinales curam & solicitudinem gerunt pro statu Ecclesiæ generalis.* Notatur ad hoc,quòd Cardinales vnà cum summo Pont. totam gubernant Ecclesiam, vt per Sanctar. *d. q.*2. *num.*20. ideoque vniuersalis Ecclesiæ capita vocantur à Martin. Lauden. *de Cardin.in* 2.*tract.q.*3. & propterea multi Doctores scribunt Papam, sine Cardinalium consilio ardua negotia tractare non debere, vt Abb.*in cap. per venerabilem*, §. *rationibus qui filij sint leg.*Anch.*cons.*195.Ant.Burg.*in c canonum statuta n.*10. *supra de const.* Ant. Lauden. *tract. de Cardin. p.*2. *quæst.*45.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus in Archiepiscopum postulatur, & ex quo postulatio præsentata est Papæ,non possunt postulantes ab ea recedere, sed debet superioris iudicium expectari.*

2 *Nominationes dirigi debent Præposito, & capitulo, & non sufficit si dirigantur Capitulo, non exprimendo caput.*

3 *Iurium incorporalium quasi possessio non acquiritur per actus, qui fiunt ex gratia, & amicitia.*

4 *Mandati fines sunt diligenter obseruandi.*

5 *Postulare possunt, qui eligere valent.*

6 *Concorditer & vnanimiter dicitur factum quod à maiori parte fit in iis, quæ à pluribus fiunt iure Collegij, seu Capituli.*

7 *Beneficia oriundis potius, quàm exteris concedenda.*

8 *Exteri in Regno Portugalliæ ex summi Pontificis indultu, sine Regis permissu, & literis naturalitatis beneficia habere non possunt.*

9 *Castellani, & non exteri possunt beneficia obtinere in Regnis Castellæ.*

10 *Nauarri Summorum Pontificum diplomatibus, & regijs legibus ad beneficia Nauarræ exteros non admittunt.*

11 *Aragoniæ naturales, & non exteri possunt ibi beneficia obtinere.*

12 *Galli, & non exteri beneficia in Regno Franciæ obtinere possunt.*

13 *Papa in dubio intendit cuique prouidere in patria sua.*

14 *Scrutinio publicato, an liceat postulantibus variare, ostenditur.*

Cap. Bonæ memoriæ. *ij.* IV.

1 POstulatio postquam est præsentata superiori, postulantes non possunt illam mutare, sicut nec poterant mutare electionem. Item si contempti volunt postea consentire, valet postulatio, si in persona postulata non erat vitium. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarell. Collect. Barbat. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anan. Host. Innocent. Panorm. Bald. Butr. Anchar.Compostel. Viuian. *in rationali libri primi iuris Pontif. pag.* 94. Alagona *in compend. iuris Canonici pag.*37. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decretal. lib.*1. *titul.*4. *cap.*4.

In superscript.text.ibi, *Præposito, & Capitulo.* Notatur ad hoc quòd nominationes dirigi debent Præposito & Capitulo,& non sufficit si dirigantur Capitulo, non exprimendo caput,vt per Rebuff.*in tract.nominat. q* 8.*n.*33. 2

De gratia multoties,&c.] Notatur ad hoc quòd per actus,qui fiunt ex gratia, vel amicitia,non acquiritur quasi possessio iurium incorporalium, *l.si in meo fundo, ff de aqua plu.arc. l.fluminum* §. *item videamus, l.Proculus,ff.de damno infecto,*Rebuff.*in tr.de pacif.possess.n.*169. *&* 170.Bellet.*disquisit.Cleric.tit.de clerico debitore*, §.12. *num.*12. 3

Ac contra formam mandati.] Nam mandati fines sunt diligenter obseruandi, Tiraq.*in l si vnquam, verbo, litteris, num.*19 Menoch.*cons.*134. *num* 3. Ioseph. Ludouic.Perus.*decision.*37.*num.*5 *& decis.*117 *à num* 12. Azeued. *l.*1. *num.*7.*tit.*6.*lib.*3. *& l.*5.*num.*1. *tit.*4. *lib.*5. *nouæ recop.* Cardoso *in praxi iudicum, verbo, mandatum, num.*7.*&* 8. Moneta *de opt. canon cap.*3.*num.*149. Camill. Borrell.*in sum.omnium decis. titul.*66. *num.*437. Ego ipse *de Axiomat. iuris vsufreq, Axiomat.* 144. *num.*1. 4

Electionem canonicam, vel postulationem.] Notatur ad hoc quòd postulare possunt qui eligere valent, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib* 30. *tract.*3. *num.*202. 5

Vnanimiter vota vestra,] Aduertendum est quòd licèt verbi, seu nominis proprietate attenta, vt electio vnanimiter seu concorditer facta dicatur, requiratur omnium nemine discrepante consensus, vt notat gloss.*verbo, concordent, in c.cupiente. de elect. lib.*6.*in c quorundam, eod.tit.& lib* quàs communiter recipiunt Doctores secundùm Abb.*in c.*3 *num.*16. *de re iudicata,* Lambertin.*de iurepatron.art.*8.6. *q. princ.part.*2. *lib.*2. *à n.*2 hoc tamen procedit in his, quæ fiunt à pluribus vt singulis,in his verò,quæ à pluribus fiunt iure Collegij, seu Capituli concorditer & vnanimiter dicitur factum, quod à maiori parte fit, vt expressè probat text.*in cap.an causis* 30. *infrà de elect. & in cap. ad aures, de his quæ vi*, notant Bald. Card. *in d. cap.*3. *de re iudic.* 6

Quæ de regno Hungariæ originem duceret.] Notatur ad hoc quòd beneficia oriundis potius, quàm exteris sunt conferenda, vt per Cosm. *in pragm. Sanct* §. *nam Ecclesiarum, verbo externum*, Roch. *de iurepatr. verbo honorificum n.*47 *&* 48. Greg. Lop. *l.*1. *verbo præsentare tit.*15.*& l.*13.*verbo de aquel.part.*2 Duen.*reg* 202. Mandos.*reg.*6 *q.*41.*&* 43.*& cons.*17. *à n.*18. Azeued. *l.*14. *n.*10.*tit.*13.*lib.*1.*nouæ recop.* Hoied.*de incompatibil.benefic. c.*23.*n.*85. Cou.*pract.c.*35.*n.*5. Rebuff. *in tract.nominat. q* 9 *num.*48.Flamin.*de resignat tom.*1.*lib.*4.*q.*7. Salzed.ad Bernard. *in pract. cap* 54. *aliàs* 56. *num.*4. *in nouæ edit.* Azor. *institut.moral.part.*2.*lib.*6. *c.*15. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel gloss.*9.§ 1 *num* 37.*&* seq. Ceuall. *commun.q.*693. Villar. *del patronado de Calatayud. p.*3. *num.*7. *& part.*8. *Costumbre* 4. me citato *in hoc loco* Diana *resol. moral. part.* 1. *tract.* 3. *resol.*6. Vnde ex Summi Pont. indulti exteri in Regno Portugalliæ sine Regis permissu, & literis naturalitatis non possunt beneficia habere, vt refert Cabed. *de patronatibus Regiæ Coronæ, cap.* 29. Gabr. Pereira *de manu Regia tom.*2. *cap.* 64. *numero* 30. *cum seqq.* vbi *num.* 38. agit an exteris ab illo Regno pensio dari possit. Idem etiam apud Castellanos cautum est *in l.*18. *sequent. tit.*3. *lib* 1. *Ord.* vbi Perez, *& l.*14.*tit.*3.*lib* 1.*nouæ recopilat.* vbi Azeued.Couar.*d c.*35. *numero* 1. Ceuall. *communium contra communes, tom.*4. *q.*897. *numero* 347. Cuius Regni Castellæ reputantur 7 8

natus

naturales nati in Regno Nauarræ per Regiam conces-
sionem, quam referunt Burg. de Pacè *ad l. 1. Tauri,*
10 *n.45* 1.Salzed.*d.c.56.n.24. in nouiss. edit.* nam in Regno
Nauarræ etiam Summorum Pontif. diplomatibus, &
Regiis legibus idem obtentum est, vt *in pragm. 1. & 3.*
11 *lib.1. Ordinam illius Regni.* Et in Regno Aragoniæ per-
petuo foro idipsum est stabilitum, *lib.1.fori Aragoniæ,*
tit.de Prælaturis, & aliis beneficiis non possidendis, Anton.
Oliban.*in comment ad vsaticum alium namque,de iure fisci,*
c.13 n.53.cum seqq. Ferret.*in constit. Cathalonie, gloss.2.*
12 *n.62.* Ac etiam in Regno Franciæ,vt referunt Rebuf.
de pacifois possessor.n.216.& in praxi tit.de rescriptis mix-
tis,n.7. Cosm.*in proœm.pragmat. sanct.§ nam Ecclesiarum,*
verbo,exterorum,ad fin. Selu.*de benefic.p.2.q.26.* Guillelm.
in repet.cap Raymutius, verbo, & vxorem nomine, il quinto
à num.482. Carol.de Grassal. *lib.2. Regal.Franciæ iure 8.*
Nicol.Garc.*de benefic. p.7.c.9 num.2.* Valer.Reginald.*in*
praxi fori pœnitent. lib.30.tract.3.n.160. Et demum Six-
tus V.*in sua constit.64. incip.in sacrosancto, sub dat. 9. Se-*
ptembris anno Incarnationis Dominicæ 1587. prohibuit
admitti ad beneficia Regni Valentiæ alienigenas Re-
gnorum Hispaniæ,in quibus ipsi Valentini ad similia
non admittuntur, est in Bullario nouo *tom.2.pag.590.*
& seq. Vtrùm autem valida debeant censeri statuta, &
consuetudines quòd beneficia oriundis conferantur,
& non aliis, vide Doctores citatos *in collect. ad cap.ad*
decorem n 3 de instit. An alienigena,cui prohibetur ha-
bere beneficium in Regno, possit habere pensionem
super fructus beneficij Regni?vide Gregor. Lop.*l.13.*
verb.de à quel obispado, tit.15. part.1. Quintil. Mandos.
cons.55. Hieron. Portol. *in schol.* ad Molin. *§. alienigena*
num.11. Gambar. *de offic.& potest. legati à latere lib.6.ex*
*n.371.*Ioan.Martin.de Olano *in antin.lit.B. n.30.* Perez
l.23.in gloss.è naturales dellas tit.2.lib.7 Ordinam.pag 414.
Azeued.*l.18.tit.3.lib.1. nouæ recop.* latè Gabr.Pereira *de*
manu Regia tom.2.c.64.n.38.

13 *Nec vellemus ei præscere alienum.*] Notatur ad hoc
quòd in dubio Papa intendit cuique prouidere in pa-
tria sua, vt per Nicol.Garc.*de benefic.p.7.c.9.n.16.* alias
si forensis, vel alienigena impetrat beneficium non
facta mentione de loco suæ originis, seu de sua dioe-
cesi, gratia est subreptitia, dixi ad gloss.*cap.proponente,*
sup. de rescript.

14 In gloss. *Dissidere,* ibi, *vel nisi iam publicatio scrutinij*
fuerit facta.] Notatur ad hoc quòd publicato scrutinio
non licet postulantibus variare, similis gloss.*verbo,nul-*
lum,in cap. pen.& gloss.vnic.in cap.vlt infr.hoc tit. Contra-
rium tamen verius est vt semper liceat postulantibus
variare,& à postulatione recedere quousque illa fuerit
Superiori præsentata,ita in præsenti tenent Innocent.
*n.9c.*Host.*n.28.vers.& nota.* Ioan.Andr. *in cap.publicat.*
infr. de elect. à n.17. cum seqq. vbi etiam Anchar.*col.vlt.*
vers.vltimò scias, Butr. *col. pen. & vlt.n.24.* Panorm.*n.6.*
Imol.*in princ.n.2.* Anania *num.2.* quos citat Rendina *in*
promptuario recept. sentent. tom.1. tit.36. num. vlt. Lauor.
var.lucubr.tom.1.tit.4.c.13.n.30.

SVMMARIVM.

1 *Postulatio contra quam agitur de contempto, potest*
fine præiudicio alicuius reiici, potest tamen de spe-
ciali gratia admitti.
2 *Postulato per postulationem nullum ius acquiritur.*
3 *Postulatus post solemnem postulationem admissam dici-*
tur prouisus.
4 *Patronus non tenetur alium præsentare, si ordinarius*
sine legitima causa præsentatum admittere nolit.

CAP. Postulationem. V.

POstulationem factam potest repellere superior, & 1
per eam nullum ius alicui acquiritur, admittet
tamen procuratores, quibus auditis faciet quod iu-
stum est. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabarell.
Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anan. Host. Barbat.
Innoc. Panorm. Bald. Butr. Anchar. Compostel. Viuian.
in rationali primi libri iuris Pontif. pag. 94. Alagona *in*
*compend. iuris Canonici, pag.*38. remissiuè Ximen. *in*
concord.part.1.& 2. refertur ab Anton. August. *collect.3.*
Decretal.lib.1.tit.4.cap.5.

Per postulationem huiusmodi nullum ius sit alicui ac- 2
quisitum.]Notatur ad hoc quòd per postulationem nul-
lum ius acquiritur postulato, diriguntur enim tantùm
vota ad Superiorem vt de gratia velit admittere postu-
latum, ita post Abb.& Mandeg. tenent Erasm.à Co-
chier *de iurisdictione Ordinarij in exemptos, p.4.q.5.n.4.*
Aloys.Ricc.*p.5 collect.*1648. Cuch. *in instit.maior.lib.4.*
tit.2.n.28 Zerol.*in præxi Episc.p.1.verbo,ius ad rem.*§.14.
Nicol.Garc.*de benef.p.4.c.2.n.7.* Lauor.*d.tit.4.c.13.n.30.*
& 32.& c.19.n.109. At verò post admissionem dicitur 3
prouisus, si postulatio solemnis fuerit, veluti si coram
tali Superiore facta sit,qui super quolibet impedimen-
to postulati facultatem habeat dispensandi,si verò po-
stulatio solemnis non fuit,vt quia facta inconsulto Su-
periore qui in impedimento postulati dispensare, si
potest ipse postea eam admittat, huiusmodi admissio
vim non habet electionis,& confirmationis,sed ex tali
admissione nihil aliud postulatus consequitur,nisi quòd
censetur redditus per postulationem habilis, vt eligi
possit, ita quòd sublatum est impedimentum, quo ob-
stante prius eligi non poterat,ita Rendina *in promptua-*
rio recept.sent.tom.1 tit.36.n.35.

In gloss. *Nullum,* ibi,*non debet illud facere.*] Notatur 4
ad hoc quòd patronus non tenetur alium præsentare,si
Ordinarius sine legitima causa præsentatum admitte-
re nolit.Ego ipse *in meo tract.de officio & potest. Episcopi*
p.3 alleg.72.n.167.

In ead. gloss. ibi, *Et licèt non possint à postulatione re-* 5
cedere, &c.] Notatur ad hoc quòd præsentata supe-
riori postulatione postulantes non possunt amplius
ab ea recedere, & variare, non quòd postulato sit ali-
quod ius ex tali postulatione acquisitum, sed ob reue-
rentiam superioris, vt per Lauor. *var. lucubrat. tit. 4.*
cap.14. num.8. vbi *num. 9.* subdit quòd superior non
potest postulationem factam ab omnibus, vel à dua-
bus partibus ob vtilitatem Ecclesiæ absque iniuria
reiicere.

In ead.gloss. ibi, *secundus obtinebit.* Vide tamen quæ
dixi ego ipse *d.alleg.72.n.19.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopus non est eligendus ad aliam dignitatem, sed*
postulandus.
2 *Episcopus vnius Ecclesiæ non potest eligi, sed postulari.*

CAP. Etsi vnanimiter. VI. & vlt.

Honor. III.

EPiscopus vnius Ecclesiæ, non potest eligi ad aliam 1
dignitatem, sed postulari. Colligunt ex Ordinar.
Abb. antiq. Zabarell. Collect. Barbat. Bellam. Ioan.
Andr.

Andr.Imol.Anan.Host.Anch.Innoc.Panorm.Bald.But. Compost. Viu. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 95. Alagon.*in compend.iuris Canon.pag.* 58.remissiuè Ximen. *in concord.p.*1. *& tom.*2.*repet.in iure Canon.ad* 1.*Decret.librum* Paul.de Eleazariis.

2 Hanc eandem conclus.ex hoc text.desumunt Valer. Reginald.*in praxi fori pœnit lib.*30.*tract.*3.*n.*102.*in fine*, Pet.de Biax.*in direct.electionum, p.*2.*c.*34.Bartac.*de Episcop.lib.*2.*q.*50.*n.*89 Erasm. à Cochier. *de iurisd. Ord.in exemptos, p.*4.*q.*5.*n.*2.vbi dicit Episcop.vnius Ecclesiæ postulari tantum deberi ad aliam, quia eligi sine Pont. consensu non possunt, ex quo sunt matrimonialiter propriæ Ecclesiæ allegati, librúmque volatum non habeant.

De Electione.

TIT. VI.

SVPER hanc rubr.scripserũt Zabar.Bald. Bellam.Io. Andr. Imol. Anan. Panorm. Dec.Butr.Mantua, Petr.Alphons.de Valasconcel.*in harmonia rubric.* Petr. de Rauenna *in compend. iuris Canon.* Bernard. Compost. *in breuiario iuris Canon.* Cuillelm. Durand. Specul. *in breuiario aureo iuris Canon. fol.*10. Daniel Venat.*in analysi methodica iuris Pontif.à pag.*38 Mart.Mesnart.*in epitome Decret.fol.*7.*vers.* Goffr.& Host.in sum. huius tit.Alex.Casan.& Anastas. Germon.*paratitlis ad quinq.libros Decret* Lancel.*in inst.Canon.* Bart. Carthag. *in expos.titul.iuris Canon.* Zipæ. *in analytica postremi iuris Eccles.enarrat* nouissimè Io. Honor.*lib.*1 *sum.in Decret.* Canis.*in sum.iuris Canon.* Cafarel. *in exotem eiusdem iuris*, omnes sub hoc tit.& Andr.Vallens. in suis Comment. supra Decret.*& vol.*2.*repet.in iure Canon.ad lib.*1.*Decret.* Paulus de Eleazariis.

De electione, vide Petr. Biasio *in directorio electionum*, Guillelm.de Mandagoto *in tract.de elect. nouorum Prælat.cum addit.*Boërij,& Matth.Bros.Flenering.Goaden.*de forma & modo eligendi nouum Prælat.* qui habentur*to.*15 *p.*1.*tract.nouorum*, Guillelm. Durand.*in speculo iuris, lib.*4.*sub hoc tit.*Canis.*in summa iuris Canon.lib.*1.*tit.* 11.*de electione* Turzan.Villalob. Donat.à Fina, & alios *tom.*1.*commun.opin lib.*1.*tit.*5 *de elect.*Cosm.*in pragm.sanctionum, tit.de electione*, Rebuff.*in concordatis, tit.de electionis derogatione, & tit.de Regia ad Prælaturas nominat. §.vlt.verbo, ad electionem, & verbo possunt, & in praxi, tit de electione* Zechi.*de benef & pension.c.*4. Pet.Greg.*ad Decret.lib.*1.*vbi per* 21. *capita materiam huius tit.exponit.* Azor.*inst mor.p.*2.*lib.*2.*c* 28.*& lib.*6.*c.*14. Nau.*to.*1.*cons. sub hoc tit.*& Sayr.*in floribus decis.sub eod.* Fr.Emman.*to.* 2.*q.Regul.q.*41.*art.*1. Tambur.*de iure Abbatum to.*2.*disp.* 5.Rendina *in promptuario receptarum sent. to.*1.*tit.*36.*de elect.Eccles* Filliuc.*to* 3.*tr.*41.*c.*3. Castel.*in special tr electionis.& confirmatione Canon præsertim Prælatorum Regularium*, Sigism.à Bononia *in simili tr.* Iul.Lauor.*var.lucub. tit.*4.*de elect.*

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiæ Collegiatæ non debent prouideri de Prælato per collationem, seu prouisionem, sed per electionem canonicam faciendam per ipsum Collegium.*
2 *Auctor huius text qui fuerit, ostenditur.*
3 *Collegium faciunt duo.*
4 *Collegij totum ius potest venire ad vnum.*
5 *Collegio cuilibet etiam inferiori de iure communi data fuit potestas eligendi sibi Prælatum.*
6 *Electio Abbatis pertinet ad Conuentum.*
7 *Populum faciunt decem homines.*

CAP. Nullius. I. *Lucius.*

COllegiatæ, vbi sunt duo, vel tres, prouideri debet per electionem eorundem, alioquin electus expellatur. Colligunt ex Ord.Abb.antiq. Zabar. Collect.Innoc.Anch.Bellam.Host.Io.Andr. Imol.Anania, Bald.Panor.Felin.Dec.Butr. Henric.Mantua, Compost. Viu.*in ration.primi libri iuris Pontif. pag.* 40. Raymund. *c.*2.Burchard.*lib.*1.*c.*19. *Decret.*Iuo *p.*5 *c.*73. *Decret. & vol.* 2. *repetitionum iuris Canon. ad lib* 1.*Decretal.* Paulus de Eleazariis, remissiuè Ximen. *in concord p.*1.*&* 2. & refertur ab Ant. Aug. *collect.*1. *Decretal.lib.*3. *tit.*4. *cap.* 1.

In superscript.ibi, *Lucius Papa.* Ab aliis Pio, Gregorio, vel Alexandro tribuitur, itavt minimè constare possit quisnam Pontifex huius text.fuerit auctor, vt colligitur ex Ant. Aug. *in notis ad collect.* 1. *Decretal. sub hoc titul.* vbi similiter testatur in libris Conciliorum verba huius textum non inuenisse, quo ad aduerto *in meo tract de officio & potestate Episcop.p.*1.*tit.* 1.*c.*3.*n.*15. 2

Vbi duo, vel tres fuerint in congregatione.] Notatur ad hoc quòd duo faciunt collegium,& ad eos, si alij non extent, spectabit electio, vt per Mascard. *de probat. conc.*584.*n.*8.Fr.Emman.*q Reg to.*1.*q.*5 *§.art.*11 *in princ.* Ant.Ragucci.*de voce Canon.in Capitulo, q.*1.*n.*3.Tambur. *de iure Abbatum tom.*1. *disp.*5 *q.*8.*n.*1. Aduerte tamen quòd licèt nullum Collegium Ecclesiasticum possit constitui in vno,quia saltem duo requiruntur per hunc text.constitutum tamen semel in multis, potest totum ius collegij venire ad vnum, & conseruari in illo,aliis mortuis, priuatis, &c. Nau.*cons.*6.*n.*2.*sub tit.de elect. in nouis*, Fr.Ludou.Mirand.*in manuali Prælat.to.*2.*q.*23.*art.* 5.*concl.*2. Seraph.*dec* 860.*n.*7.*& dec.*1050.*n.*5. Tambur. *d.q* 8.*n.*3. *&* 4. Rot.*in Cremon. Præposituræ* 25. *Februarij* 1622.coram bonæ mem.Vbaldo. 3 4

Nisi eorum electione.] Notatur ad hoc quòd eligendi sibi Prælatum potestas cuilibet collegio etiam inferiori data fuit de iure communi, Sylvest.*verbo, electio* 1.*q.* Bertach.*de Episcop.lib.*1.*p.*3.*à princ.*Pet.Greg.*de elect.c.*6. *n.*9. Duar.*de sacris Eccles ministris, lib.*5.*c.*1. Guillelm. Mandagot.*de elect.nouorum Prælat.c.*1. Corras.*de Sacerdot.p.*4.*c.*1.*à n.*28. Petr. de Biaxio *in direct. elect.p.*1.*c.*2. *cum seqq* Læli Zechi.*de Repub.Eccles.c.*24.*de Canon.vers. septimo*, Nic.Garc.*de benef.p.*5.*c.*4.*n.*9. Fr. Lud.Miranda *in manuali Prælat.to.*2.*q.*23.*art.*5.*concl.*1. Ant. Raguc.*de voce Canonicorum in Capitulo, q.*10.*n.*3.Paul. Layman.*in Theolog morali lib.*4.*tit.*2.*c.*12.*n.*3.Tambur.*de iure Abbatum tom.*1. *disp.*5.*q.*8. *à princ.* vnde electionem Abbatis pertinere ad eius Conuentum, per hunc text. resoluunt Nauar.*commentar.* 3.*de Regul.n.*2. Fr. Lud. Miranda *vbi proximè.* 5 6

In glos. 1. ibi, *& decem homines faciunt populum.* Boër. *decis.*173.*num.* 8. Gregor. *l.*2. *verbo, tale tit.* 12. *p.*7. Perez *l.*3.*vbi glos. verbo, aiuntamiento, tit.*18.*lib.*8. *Ordinam.* 7

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Electus ad clamorem populi non debet per superiorem confirmari.*
2 *Sardicense Concilium quale fuerit, ex quo hic text. desumitur, ostenditur.*
3 *Osius quis, & qualis fuerit eius vita, refertur.*
4 *Electio facta ad importunum populi clamorem non valet.*
5 *Delinquentibus priora commissa delicta non obstant etiam quoad gradus, & honores assequendos, quando postea verè emendatam vitam ostendunt.*
6 *Emendatus potest ad Episcopatum assumi.*

CAP. Osius. II. *Conc. Sardicen.*

1 ELectus ad clamorem populi non debet per superiorem confirmari. Colligunt ex Ord. Abb.antiq. Zabar.Collect.Bellam.Io.Andr.Imol.Anan.Host. Anc. Innoc.Panor.Bald.Dec.Butr. Henric. Compost. Viu.*in rational.1.libri iuris Pontif.tag 98.* Alagona *in compen.iuris Canon.pag. 4.* remissiuè Casal.*in annot.* & Ximen.*in concord.p.2.* refertur ab Ant. Aug.*coll.1.Decret.lib.1.tit.4. cap.2.*

2 *Sardicense Concilium.*] Fuit celebratum anno Domini 347.in Sardica ciuitate, quæ confinis est Illyriæ,Myriæ & Thraciæ nobilis tunc ciuitas, distincta à Sardibus, nunc à Turcis, qui eam occuparunt, Triaditze nuncupata. Interfuerunt huic Concilio Episcopi Orientales, & Occidentales 300.circiter, de quo Fr. Padil.*in epitom.Conc fol 8. & 114.* Sozomen.*lib.3. histor. c 11.* Card. Baron. *tom.3 annal. Eccles.anno Domini 347. n. 1. cum seqq* partim confirmatum, reprobatum esse scribit Card.Bellarm.*lib.1.de Conc.c.7.* quia ex 376.Episcopis Sardicæ congregatis pars maior Catholicam,& orthodoxam Nicæni Concilij confirmauerit;ex iisdem verò 76. reliqui Orientales Episcopi Arrianam fidem scripserunt,verius tamen est quòd ipsemet Bellarm.*lib. 2.de Rom. Pont.c.21 & 25.* & Baron. *ann.347.n.62.* tradunt duo fuisse Sardicensia Concilia,vnum legitimum ex orthodoxis duntaxat Episcopis congregatum, alterum spurium,& illegitimum ab Arrianis Philippopoli celebratum ementito nomine Sardiense appellatum, hoc de quo agit text. OEcumenicum fuit à Iul. Rom. Pont.indictum, in quo Osius Cordubensis Episcopus Legationis Pontificiæ munere & officio functus fuit.

3 *Osius.*] Ratissimum fuit Ecclesiæ sydus suo sæculo, & miraculum, gloriáque eius ætatis, cuius laudes S. Athanasius *in apologia de eius Fuga*, Hist. Ecclesiast. *lib. 5. cap. 16.* Histor.Tripart. *lib. 1. cap. 9.* item & S. Isidor. *de scriptoribus Ecclesiast.lib.1. cap.1.* aliique illius temporis scriptores, mirè extollunt, cùm ipse sit quem Sylvester Papa ad Constantinum iussit, cuiusque diligentia ipse Constantinus ad fidem conuersus extitit, quémque parentem animæ selegit, & ad componendas discordias inter Arrium, & Alexandrum misit, quique ab Ecclesia Princeps iudicatus fuit, vt Arrianam hæresim damnaret, & Nicænum ordinaret Concilium: & ab eo Symbolum fidei, quod canitur in solemn tatibus Missarum, processit, & additum postea in Concilio Hispano, fuit receptum in vniuersa Ecclesia Catholica, Cæcilianum Episcopum Carthaginensem à crimine ei illato defendit: Donatum schismaticum, eiúsque errores confutatur: Eustachij Monachi Sebastiensis Episcopi errores primus detexit, & impugnauit in Concilio Gangrensi in Paphlagonia celebrato: Sardicenses canones ordinauit: Nouatianos hæreticos prostrauit, & denique qui solus tot támque diuersas hæreses expugnare, & è medio Ecclesiæ tollere potuit, itavt è cœlo missus eo turbulentissimo tempore hæresim videretur Doctor veritatis, lumen fidei, Conciliorum defensor, & Imperatorum parens, in quo totus Orbis videtur fundamentum constituisse doctrinæ & veritatis. Vnde Constantius Imper.quamvis potentia & fastigio Imperij ingentem numerum fautorum haberet ex Præsulibus Ecclesia pro secta Arrij tuenda, omnes pro nihilo ducebat, Osiúmque solum magis suæ opinionis velle asserebat, quàm omnes alios ex Orbe terrarum, idque adeò graviter & instanter curauit, vt Osium iam decrepitum senem, quem stigmata candentis ferri pro Christi fide impressa à Daciano habere Nicephorus recitat, quémque exultatum pro defensione fidei Catholicæ sæpè viderunt Patres antiqui,& exemplum quoddam patientiæ omnibus propositum, & diuersa martyria sustinentem, tandem cum compulerit vi oppressum, senio confectum se subscribere Arrianæ hæresi in conciliabulo Syrmiensi.

Vt clamarent in Ecclesia.] Notatur ad hoc quòd non 4
valet electio facta ad importunum populi clamorem, vt per Cosm.*tit de electo verbo, procibus, pag.154.* Rebuff. *tit. de Rescriptis, art. 2. gloss. 3. vers. item non valet*, Sanch. *de matrimon.lib.4. disput.7. num. 4. vers. & pro eadem parte*, iunctis multis, quæ de vulgi leuitate, & inconstantia, ac vanis populi vocibus non audiens, latè prosequuntur Per. Greg. *ad Decret tit. de elect.c 5. à num.18.* & ex Platone, ac aliis Philosophis, Mant.*sing.194.*

In gloss. *Pœnituerit.* Aduerte delinquentibus priora 5
commissa delicta non obstare etiam quoad gradus, & honores assequendos,quando postea verè emendatam vitam ostenderint, nam post lapsum multi pœnitentes fortiores resurgunt,& expendit text.*in c.talibus*, iuncta *gloss.in d pœnit.dist.* 1. Tiraq.*de pœnis temper.causa 51.n 11* & in Sanct.Seuero Bituricensi Episcop.Card. Cæs.Baron.*in Martyrolog Rom.sub die 29. Ianuar.* Hinc gloss.*verbo gratiam,in c fidelior.50.dist.* colligit quòd potiùs eligendus est, qui postquam peccauit pœnituit, quàm ille,qui semper bonus fuit,sequuntur Rom.*sing. 732.incip.sunt electi* Ant.Pret.*de præstantia cleric.c.3.n.10. cum seq.* Selu.*de benef.p.3.q.2.n.39.* Rip.*in c eam te,n.32. & seq.sup.de rescript.* Thom.Act.*de ludo schaccorum, q 9. n.15.* Ioan.Segur.*in direct. lud.c.8.n.7. & seq.* ac alij,quos refert Coned. *ad Decretum collect. 47.* & ideò huiusmodi emendatum posse ad Episcopatum assumi tenuit Nau.*in miscel.de orat. miscel. 39. n. 65. vers.aduertendum*, & ad Cardinalatum, ac Papatum extendit Andr.Gamar.*de auctoritate Legati de latere, lib.7.n.114. & seq.*

SVMMARIVM.

1 *Electio Canonica confirmanda est, debet tamen Superior ante confirmationem inquirere de conuersatione, & vita electi vbi fuit conuersatus.*
2 *Societas prana paulatim depranat, & corrumpit innocentem.*

CAP. Postquam. III. *Greg. III.*

SVperior antequam confirmet electum, inquirere 1
debet de vita & moribus in loco vbi fuit conuersatus. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabarell. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Host. Innoc.

Innoc. Panor. Bald. Dec. Butr. Henric. Anch. Compost. Viu. *in rationali 1. libri iuris Pontif pag.* 90. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 40. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord part.* 2. desumitur ex *lib.* 8 *epist.* 18. *registri B. Gregorij*, quamvis vulgò tribuatur Greg. III. refertur ab Ant. Aug. *coll.* 1. *Decret lib.* 1. *tit.* 4. *c.* 11.

Cuius vita, vel actus, &c.] Ergo confirmator ex officio suo habet ius confirmandi, vel cassandi electionem, provt sibi videbitur expedire pro bono communi cognoscendo, & inquirendo de persona electi, an sit idonea, & de modo electionis, an sit canonicè facta, Nau. *cons.* 1. *in antiq.* alias 2. *in nouis*, *hoc tit* Sayr. *in fauoribus decis. sub eod. tit. decis.* Sigismond. à Bononia *in tract. de elect. dub.* 46. *n.* 8. *& dub* 47 *n.* 7. *cum seqq* Iul. Lauor. *var lucubr. tit.* 4. *c.* 25. *n.* 59.

2 *Vbi est conuersatus.*] Notatur ad hoc quòd facienda est inquisitio de moribus & vita eligendi ad aliquam dignitatem vbi ille conuersatus est, quia eius mores ibi noti sunt, tum quia ex societate & conuersatione eius vita, & mores cognoscuntur, nam societas praua paulatim depranat, & corrumpit innocentem, Prouerb. 13. *Qui cum sapientibus graditur sapiens erit amicus stultorum similis efficitur* Eccles. 13. *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea, & qui excommunicauerit superbo, induet superbiam Apost.* 2. ad Cor. 5. *Nolite seduci, corrumpunt bonos mores colloquia praua.* Menandri iste versiculus est, *Mores bonos conuictus inficit improbus* De quo & Tertul. *lib.* 1. *ad vxor* Conuictum, atque Deo digna commercia sectare, memor illius versiculi sanctificati per Apostolum, bonos corrumpunt mores congressus mali. Et S. Hieron. *epist.* 8. *ad Demetriadem c.* 10. Mores & studia dominarum plerunque ex ancillarum & comitum moribus iudicantur. Istam à mala sodalitate corruptelam & infamiæ notam multis veteres prouerbiis significabant, qualia sunt Eccles. 7. *Omnis homo similis sui sociabitur*, & 1. ad Cor. 5. *Modicum fermentum totam massam corrumpit*, & 2. ad Cor. 6. *Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas lucis ad tenebras?* Graculus semper graculo assidet, quod vsurpauit Arist. & Greg. Nazian. Cretensis cum Cretensi, vulpes cum vulpe. Et apud Diogenem Laertium, canis cani videtur pulcherrima, & boui bos, & asina asino, & sus sui. Et Theocritus, Formicæ grata est formica, cicada cicadæ, accipiter placet accipitri. Hinc & illa veterum documenta Theoginis Cyrno cùm commendasset vt cum bonis assiduè versaretur, & ab eorum latere nunquam discederet, malos contrà fugeret, subiecit, nam à bonis bona disces, sin consuetudinem habeas cum improbis, amittes eam etiam, qua præditus eras, mentem, vt est apud Xenoph. *in com. de dictis & factis Socratis.* Euripid. *in Phœnis, Si quis*, ait, *malorum gaudeat commercio, rogare qualis ipse sit non est opus.* Nam quisque similis est sodalitij sui. Pares cum paribus, ait Tullius *in Catone*, facillimè congregantur.

SVMMARIVM.

1 *Electio in Archiepiscopum Sedes Apostolica pallium non tradit, nisi prius præstet fidelitatis, & obedientiæ iuramentum.*
2 *Simoniæ absque vitio in traditione spiritualium possunt exprimi ea, quæ tacitæ insunt.*
3 *Christi actio nostra est instructio.*
4 *Papa potest dispensare super Concilium.*
5 *Concilium generale à Summo Pontif. eiusve auctoritate indicitur, conuocatúrque.*
6 *Pallium de corpore B. Petri quomodo assumi dicatur, ostenditur.*
7 *Conditiones, quæ ipso iure insunt, benè apponuntur, & exprimuntur sine aliquo vitio.*

CAP. Significasti. IV. *Paschal.*

ARchiepiscopo electo Papa non tradit Pallium, 1
nisi prius iuret fidelitarem, & obedientiam. Item Concilia non dant legem Romanæ Ecclesiæ, sed Papa dat robur, & auctoritatem Conciliis. Denique iuramentum ob licitas causas non est in sacris Scripturis prohibitum. Colligunt ex Ord. Abb. antiq Zabar. Collect. Bellam. Ioan. And. Imol. Anan. Host. Barbat. Innoc. Panorm Bald. Dec. Butr. Henric. Anch. Compost. Viu. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 100. Alagona *in compend iuris Canon pag.* 40 remissiuè Ximen. *in concord p.* 1. *& 2.* refertur ab Ant. Aug. *coll.* 1. *Decret. lib.* 1. *titul.* 4. *cap.* 21.

Tali conditione.] Notatur ad hoc quòd ea, quæ tacitè 2
insunt, possunt exprimi in traditione spiritualium sine aliquo vitio simoniæ, vt per Cosm. *in pragm. sanct. tit. de coll.* § 1. *verbo noluerit, pag mihi* 217. *vers.*

Dominum nostrum Iesum Christum.] Notatur ad hoc 3
quòd Christi actio nostra est instructio, *c. eligitur* 81. *dist. c. Deus omnipotens* 1. *q.* 1. *Extrauag.* 1. *de concess. præb.* notat Mant. *lib.* 2. *dialog* 201. Vnde Greg. *hom.* 17. *in Euang.* ait ipsa acta Domini præcepta esse, qui dum aliquid tacitus facit, quid agere debeamus, innotescit, refero ego ipse *in tr. de offic. & potest. Episcop. p.* 1. *tit.* 1. *c.* 1. *n.* 1. *in fine.*

Aiunt in Conciliis, &c.] Notatur ad hoc quòd Sum- 4
mus Pontifex potest dispensare super Concilium, ad quod plures citaui Doctores *in remissionibus meis ad decretum inchoando Concilio sess.* 1. *n.* 1.

Cùm omnia Concilia, &c.] Notatur ad hoc quòd ge- 5
nerale Concilium à Summo Pont. eiúsve auctoritate inducitur, conuocatúrque. Azor. *instit. mor. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 47. *quæst.* 1. Francisc. Leo *in thesauro fori Eccles. p.* 1. *c.* 9. *n.* 1. Vgolin. *de potest. Episcop. c.* 48. *n.* 3. Bobadil. *in sua politica, lib.* 2. *c.* 18. *n.* 194.

Quæ à B. Petri tantùm corpore assumuntur] De corpo- 6
re Beati Petri pallium assumi dicitur, eo quòd à solo Romano Pont. Petri successore est accipiendum, Zechi. *de Republ. Eccles. tit. de statu Illustriss. Patriarch n.* 5. *vers. traditur.* Vasconcel. *in harmonia rubricarum, sub tit. de auctoritate, & vsu pallij. n.* 7. Vel meliùs gloss. *hic verbo, corpore*, ait, quia pallia consecrata deferuntur ad altare sacrum in memoriam corporis B. Petri, & inde traduntur Archiepiscop. præsentibus, vel procuratoribus eorum si absunt, sequuntur Guid. Panc. *in thesauro var lect. lib.* 1. *c.* 10. Durant. *de ritibus Eccles lib* 2. *c.* 9. *n.* 43. Rusæus *de præeminentia Archiep. dignitatis, priuil.* 21. *vers. & sciendum.*

In gloss. *Conditione* ibi, *& præterea conditiones, quæ ip-* 7
so iure insunt, bene apponuntur, & exprimuntur sine aliquo vitio. Vide Roch. *de iurepatron. verb. vel is à quo*, 9. 24. *n.* 45 Cou. *in c. alma mater, p* 1. § 9. *n.* 7.

In gloss. *Auctoritate*] Notatur ad hoc quòd Pontifi- 8
cis auctoritas in quolibet iuramento semper excepta intelligitur, vt per Turzan. *tom.* 1. *comm. opin. l. b.* 1. *tit.* 2. *n.* 111. *pag.* 160.

SVMMARIVM.

1 *Schismaticus si ad vnionem Ecclesiæ reuersus eligitur in Episcopum, electio non tenet, sed ex dispensatione potest confirmari.*
2 *Schismaticus non potest sine dispensatione obtinere beneficia Ecclesiæ etiamsi ad vnitatem Ecclesiæ redierit.*
3 *Suspensionis causa cessante cessat suspensio.*

Cap. Quia diligentia. V.

Alex. III.

1 SChismaticus si ad vnionem Ecclesiæ reuersus eligitur in Episcopum, electio non tenet, sed ex dispensatione potest confirmari. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bald. Bellam. Io. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Innoc. Panor. Dec. Butr. Henric. Compost. Viu. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 100. Alagona *in compend iuris Canon. pag.* 41 remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *coll.* 1. *Decret. lib.* 1. *tit.* 4. *c.* 14. & est in Conc. Lateran. *p.* 4 *c.* 1. *tit. de election. & electorum potestate.*

2 *Dispensatiuè permittimus.*] Notatur ad hoc quòd schismaticus non potest sine dispensatione obtinere beneficia Ecclesiastica, etiamsi ad Ecclesiæ vnitatem redierit, vt per Illustriss. D. meum Roder. à Cunha, post primam huius libri impressionem à me visum *in com. ad c. ad Catiensis* 17. *n.* 2 *dist.* 61. Sanch. *in præcepta Decalog. lib.* 2. *c.* 36 *n.* 18. Nic. Garc. *de benef. p.* 1. *c.* 10. § 1. *n.* 161. vbi *n.* 162. intelligit de schismatico publico, secus de occulto maximè emendato & conuerso, & *n.* 164. cum Abb. dicit quòd in Episcopis requiritur dispensatio Papæ, in aliis verò sufficit dispensatio Episcopi.

3 In gloss. fin. ibi, *item est argumentum*, &c.] Notatur ad hoc quòd suspensionis causa cessante cessat suspensio, vt per Tiraq. *tract. cessante causa, p.* 1. *n.* 245.

SVMMARIVM.

1 *Electus in Romanum Pont. à duabus partibus Cardinalium, nulla exceptione obstante, est Papa. Electus autem à minori numero gerens se pro Papa incidit vnà cum sibi adhærentibus in pœnas hìc contentas.*
2 *Constitutiones referuntur de electione Summi Pontificis agentes.*
3 *Pontificis electio qualiter olim fiebat, ostenditur.*
4 *Papæ in electione an locus sit de substantia, remissiuè.*
5 *Papæ in electione duarum partium concordia requiritur, & quid hodie attenta nouissima Greg. V. constitutione ostenditur.*
6 *Papa à nemine iudicatur.*
7 *Schismatici an sint excommunicati, ostenditur.*
8 *Electus an computetur in numero duarum partium, ostenditur, & n.* 9
10 *Papa non potest sibi eligere successorem.*
11 *Papa potest facere constitutionem super electione Summi Pont.*
12 *Hæresis crimen opponi potest contra electum à duabus partibus Cardinalium.*
13 *Papa in electione si duæ partes Cardinalium nullo modo consentire velint, quid faciendum, ostenditur.*

Cap. Licèt de vitanda. VI.

1 ELectus in Romanum Pont. à duabus partibus Cardinalium nulla exceptione obstante, est Papa, qui verò à paucioribus eligitur, non est Papa, & si se gerit vt Papa, ipse & lectores excommunicati sunt. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Innoc. Anch. Bellam. Host. Io. Andr. Imol. Anan. Bald. Panorm. Dec. Butr. Henric. Compost. Viu. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 101. Alagona *in compen iuris Canon pag.* 41. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. desumptus est Conc. Lateran. *c.* 1. refertur ab Ant. Aug. *coll.* 1. *Decret. lib.* 1. *tit.* 4. *c.* 1.

2 Cùm text. hic de Romani Pont. electione agat, necessariũ duxi constitutiones omnes de huiusmodi electione agentes recensere, quapropter text. in primis memoro *in c. si Papa* 79. *dist.* editũ à Simac. Papa anno salutis 479. contra tractantes de electione Romani Pont. Papa superstite, eóque in consulto. Deinde alterum *in c. in nomine Domini* 22. *dist.* editũ anno Domini 1059. in Concilio apud Lateranum habito à Nicolao Papa II. de iis ad quos electio Romani Pont. pertinet. Post. a emanauit cõstitutio nostri text. in Concilio Lateranensi ab Alexand. III. anno salutis 1180. qua à duabus partibus Cardinalium Romanum Pont. eligi debere statuitur. Subsequenter prodiit alia Greg. X. in Concil. Lugdun. edita anno 1274. relata *in c. vbi periculum, hoc tit. lib.* 6 qua locus & tempus electioni præfiguntur Conclauis etiam vsus instituitur. Quæ quidem Gregorij X. constitutio declarata fuit postea per aliam Clem. V. in Conc. Viennensi anno salutis 1310. & referuntur *in Clem. Ne Romani hoc tit* vbi etiam nonnulla de potestate cœtus Cardin. Sede vacante adiiciuntur. Prodiit deinde constitutio, seu Bulla Clem. V I. incip. *Licèt in constit.* edita anno salutis 1351. qua multa circa Conclauis vsum, locum seruos Cardin. cibos, & alia eodem pertinentia declarantur. Emanauit postea constitutio, seu Bulla Iul. II. incip. *Cùm tam diuino* edita anno salutis. 1505. vbi habetur quòd electio Papæ per simoniam est nulla, & sic electus quamvis in concordia Cardin. & eorum nemine discrepante, est apostaticus, & vt simoniacus, & hæresiarcha habetur, & est priuatus omnibus officiis, beneficiis cuiuscunque generis, ac etiam priori Cardinalatus honore, & perpetuò ad omnia prædicta inhabilis efficitur, & contra ipsum à quocunque Cardinali potest opponi de simoniaca labe, & sicut de vera & indubitata hæresi. Exiit Paul. I V. Bulla incip. *Cùm secundum*, anno salutis 1558. con ra tractantes de electione Roma i Pont. Papa viuente, eóque inconsulto. Subsequuta fuit alia Bulla Pij Papæ I V. incip. *In eligendis*, anno salutis 1562. in qua de exequiis defuncti Pontificis, & de potestate sacri Collegij Cardinalium, & Officialium Romanæ Curiæ Sede vacante agitur. Denique habemus nouissimam constitutionem seu Bullam Greg. Papæ X V. incip. *Æterni*, editam anno salutis 1621. in qua tres tantùm formæ electionis Romani Pont. approbantur, & scrutinium per secreta schedularum suffragia fieri præcipitur. Et vt Romani Pont. electio secundùm nouissimam huius constitutionis formam fieri posset, editum fuit Cæremoniale quoddam continens ritus electionis Roman. Pont. eiusdem Greg. X V. iussu editum, & auctoritate confirmatum, ac in Typographia Cameræ Apost. impressum anno salutis 1622.

3 *Inter Cardinales.*] Ab initio ipso Ecclesiæ hoc perpetuum ac solemne fuit vt Pontificem Cardinales, id est ij, quos nunc Cardinales vocamus, eligerent, reliquo etiam Clero cum populi interuentu, ac Imperatoris accedente consensu, licèt eius spreta auctoritate Pontifices aliquando creati fuissent, quod multorum malorum seges erat. Hic mos eligendi Pontificem, habito scilicet Imperatoris & populi consensu, perduraruit vsque ad tempora Alexandri III. nostri text. Auctoris, qui primus respirare valens Lateranense aduocauit Concilium, de quo in hoc text. quo totum eligendi ius in Cardinales transtulit, reliquo Clero, & populo, atque etiam Imperatore excluso quod deinde à Greg. X. *in d. c. vbi periculum*, & à Clem. V. *in d. Clem. Ne Romani*, roboratum legitur, vide Card. Turrecrem. *de potest. Eccles. lib.* 2. *cap.* 45. Card. Bellam. *tom.* 1 *de clericis, lib.* 1. *cap.* 9. Paleot. *de consultat. sacri Palatij, p.* 1. *quæst.*

q.4.§ & eo magis, Camill.Borell.*in summa omnium decis. tit.4.n.5.* Campan.*in diuersorio iuris Canonici, rubr.7.c.6. n.35.* plures refert Doctores Cened.*ad Decret. collect.* 4 115.*n.5.* in electione Papæ an locus sit de substantia, vide Rendinam *in promptuario receptarum sent.to.1.tit.84. num.5*

5 *Et à duabus partibus concordantibus.*] Notatur ad hoc quòd duarum partium concordia sufficit ad supremi Præsulis validam electionem, vt per Azor. *institut. moral.part.2.lib.4.c.5.q.7.* Camill. Borell.*d.tit.4.num.6.* Campan.*d.cap.6.n.59.* Et nouissima Gregorij XV. constitutione incip.*Æterni*, *in* §. . cautum est in posterum electionem Romani Pont. fieri aliter non posse quàm per secreta schedularum suffragia duarum ex tribus partibus Cardinalium in Conclaui præsentium, præterquam si omnes & singuli Cardinales similiter in Conclaui præsentes nemine dissentiente aliquibus ex eorundem Collegio Cardinalium committerent eligendi potestatem, vt vice omnium Ecclesiæ Catholicæ prouiderent de Pastore: aut nisi communiter ab omnibus & singulis Cardinalibus, qui itidem in Conclaui præsentes erunt nemine pariter dissentiente, quasi per inspirationem, nullo præcedente de persona speciali tractatu per verbum ELIGO, intelligibili voce prolatum, aut scripto, si voce fieri non potuerit, expressum, fuerit celebrata, &c.

6 *Quia non potest ad Superiorem*, &c.] Pontifex enim à nemine iudicatur, vt Patres Concilij Romani sub Syluestro *can. vlt.* statuerunt, habetur etiam in Conc. Chalcedonen. sub Leone *sect.3* & in altero Conc. Romano sub Adriano II. cuius verba refert VIII. Synodus *act* 7 idipsum fatetur Lateran. Conc. vlt. sub Leone X. *sess.*11. & Conc. Florent. sub Eugen. IV. *sess.*7. & Leo Magnus *epist.*84. *ad Anastas. Imper.* Gelas. *epist. ad Episcopos Dardaniæ*; 1 latus *in c. cuncta per mundum* 9. *q.*3. S. Gregor. *lib.*9 *epist.*34. ac plerique alij Patres, Bonifac. Martyr *in cap. si Papa, vbi gloss. verbo*, *à nemine* 40. *dist.* Nicol Papa *in epist. ad Michaël. Imper. in cap. satis*, item & in alia ad Lud. Imper. *in c. in scripturis* 96 *dist.* Bellet. *disquisit. cleric. p.*1. *tit.*1. *de fauore clericorum personali* §.1. *num.* 10.

7 *Excommunicationi subiaceant.*] Notatur ad hoc quòd schismatici sunt excommunicati, vt per Abb *in rub. de schismaticis*, & Corras. *de benef. p.*2. *c. vlt. n.*18. Melius tamen dicendum est omnes schismaticos non videri absolutè & in vniuersum excommunicati in hoc text. cùm loquatur in casu particulari, nempè de electo in Papam à tertia parte Cardinalium, alio electo à duabus partibus, & illi adhærentibus, vt contigerat in electione Alex. III. huius text. auctoris, vt per Platinam, & Chacon. *in eius vita*, & rectè aduertunt Azor. *inst. mor. p.*1. *lib.*8. *c.*20. *q.*6. Soar. *de censuris, d.*23. *sect.*3. *n.*2. quos refert, & sequitur Nicol. Garc. *de benef. p.*11. *cap.* 10. *num.*153.

8 In gloss. *Duabus partibus.* Quærit hæc gloss a an electus computetur in numero duarum partium, & negatiuam tuetur opinionem, sequuntur *hic*, Innoc. *in princ.* Bellam. *sub num.*29. Compostel. *sub n.*3. Dec. *super hanc gloss. sub n.*29. Gloss. *etiam in c. cùm iure, hoc tit. verbo. consentiant*, vbi Innoc. *in verbo*, *dummodo*, Compost. *sub n.*5. Bellam. *sub n.*17. Archid. & Gemin. *in cap. si quis Apostolicæ* 79. *dist.* Contrarium verò quòd scilicet electus computetur in numero duarum partium colligitur ex text. *in l. planè, ff. quod cuiusque vniuers.* ibi: *planè vbi duæ partes decurionum adfuerint iis quoque quem decernunt, numerari potest*, per quem tenent Ioan. de Platea *in l. nominationem, n.*2. *C. de decurton. lib.*10. Nicol. Pignol. *ad ling. Romani* 813. *incip. An in Collegio*, Imola *hic n.*9. affirmans in electione Papæ indistinctè computarj electum, Bald. etiam *sub n.*8. Zabarel. *n.*6. idipsum scribunt *in cap. cùm in iure, hoc tit.* Coll. *ct. n.*c. Archidiac. *in* 5. *notab. num.*3. Zabarel. *sub num.*3. *notab.*1. Imola *sub num.*3. Abb. *num.*5. subdens opinionem Innocent. esse falsam, Franch. *in cap. vbi periculum, hoc tit. lib.*6. *vers. & an tunc, sub num.*17. Barbat. *cons.*33. *num.*19 *&* 21. Ripa *resp.*2. *tit. de iurepatron. n.*7. Bertachin. *in rubert. verbo, electio*, §. *electio à quibus fiat, & in verbo, Papa, in princ.* addit Ioannem XXII. ipsum in Papam elegisse, teste Antonino *in chronic.* Fr. Emman. *quæst. Regul. to.*2. *q.*53. *art.*10. *vers. neque etiam*, Pinedi *in vita D. Ioannis Baptistæ, lib.*2. *art.*3. *cap.*10. *pag. mihi* 422. Has contrarias opiniones fœdere distinctionis conciliant Doctores, primam dicunt habere locum quando in forma scrutinij secreti proceditur ad electionem, secundam verò quando non in forma scrutinij secreti fit electio: ratio est, quia cùm scrutinium secretò fiat, iuxtà *c. quia propter, hoc tit.* non posset electio habere originem quàm à se ipso, quod cessat quando ipso audiente alium, ipsum nominant, & sic nominationi factæ ab aliis consentit, non autem seipsum, eligere incipit, huius distinctionis auctor fuit Host. *in cap. per vestras num.* 5. *de iurepatron.* vbi eum sequitur Ioan. Andr. *sub num.*4. Anchar. *sub numero* 3. Butr. *sub num.*8. Zabar. *in opposit.* Idem etiam tenuerunt *in d.c. cùm in iure*, idem Host. *ante num.*1. Abb. antiq. *n.*1. Bald. *sub n.*2. & 3. Anch. *sub n.*3. *in opposit.* Zabar. *n.*5. *opposit.* Butr. *sub num.*30. Imola *sub num.*4. Abb. *sub n.*5. Anania *in princ. & in cap. Cumana, hoc tit.* prædictam Host. distinctionem sequuntur Zabarell. *in* 4. *opposit.* Imola *vers. in eadem glossa, sub num.* 9. Butr. *num.* 35. Anchar. *sub n.*3. Abb. *sub num.*10. eandem amplectuntur distinctionem, Syuester *verbo, electio* 2. *num.* 23. Tabiena *cod. verbo* 1. *num.* 23. Alberic. *in dictionario, verbo, electio*, §. *in numero eligentium*. Barthol. Veronens. *caut.*96. *incip. Vidimus pridie* Lambert. *in tr. de iurepatron. in* 8. *art.*8. *q princ.* 1. *p.*2. *libri*, Lancel. Conrad. *in templo omnium iudicum, lib.* 1. *c.*1. § 2. *q.*4. *sub n.*8. Franc. Marc. *decis.*929. *incip. Quæritur an electus, p.*1. Caluacan. Fiuiz. *decis.*4. *incip. Pulchra & perutilis, n.*4 *p.*1. Iul. Lauor. *var. lucubrat tit.*4. *c.*4. *ex num* 14.

Verùm quicquid sit habemus in hoc peculiarem 9
declarationem in d. constit. Gregor. XV. incip. *Æterni*, vbi *in* §. 2. sic habetur. Numerum autem suffragiorum duarum ex tribus partibus Cardinalium in Conclaui præsertim vt electio per viam scrutinij, siue scrutinij & accessus valida sit, decernimus, & declaramus ita esse censendum, vt in duabus tertiis partibus suffragium electi non numerentur, nec quisquam siue scrutinij, & accessus, siue compromissi via procedatur, se ipsum eligere, seu suffragium sibi dare vllatenus possit electi tamen persona si in Conclaui sit, debeat in numerum Cardinalium computari. Et *in* §. 3. Rursus nemo per viam scrutinij, seu scrutinij & accessus habeatur pro electo nisi publicatis omnibus suffragiis, & electi, si numerum tantummodo duarum ex tribus partibus habuisse compertum sit, etiam schedulis apertis. Et *in* §.4. Ac si contingat plures in schedulis nominatos duas tertias partes suffragiorum tulisse, in suffragiorum paritate neuter electus in imparitate verò, qui numero suffragiorum superior erit, dummodo duas tertias partes, etiamsi in vno suffragio excedat, electus censeatur. Et *in* §. 11. Nulli autem tam in schedula scrutinij, quàm accessus plures nominare liceat, alioquin suffragium in quo plures fuerint nominati, nullum sit, accedere tamen vni ex nominatis à se in dicta schedula, vel alij, dummodo aliquod aliud suffragium in eodem scrutinio tulerit, non prohibeatur, & in numero Cardinalium in Conclaui præsentium numeretur. Et *in* §. 12. Neque in quolibet scrutinio nisi semel accedere liceat, neque

per accessum ab alterius nominatione in scrutinij schedula facta recedi decernimus, & declaramus. Et *in* §. 19. Quòd si electio huiusmodi alibi celebrata fuerit quàm in Conclaui clauso, vel aliter, quàm per secreta schedularum suffragia duarum ex tribus partibus Cardinalium in Conclaui præsentium in scrutinio seu scrutinio & accessa, electi suffragio non computato, vel per viam compromissi, ab omnibus Cardinalibus similiter in Conclaui præsentibus, nemine dissentiente initi, & ita nemo seipsum elegerit, vel quasi per inspirationem nullo præcedente de persona speciali tractatu, omnium pariter Cardinalium præsentium in Conclaui communiter nemine itidem dissentiente per verbum ELIGO intelligibili voce prolatum, aut scripto si voce non potuerit, expressum, nulla sit, & inualida eo ipso absque vlla declaratione, & ita electo nullum ius tribuat: quinimo is non Apostolicus, sed apostaticus sit, & habeatur, & tam ipse quàm eligentes, eiusque fautores, & complices sententiam excommunicationis, & anathema, aliasque censuras, & pœnas inuasoribus Sedis Apostol. à sacris Canonibus, & constitutionibus Apost. impositas pariter ipso facto incurrant, à qua, sicut ab alia quacumque in hac constitut. imposita & irrogata, seu infra imponenda, & irroganda pœna excommunicationis tam ipsi quàm quilibet alius, siue S. R. E. Cardinalis siue alia persona cuiuscumque gradus conditionis, dignitatis, & præeminentiæ à nullo, neque etiam à maiori Pœnitentiario, cuiuscunque facultatis, vigore præterquam à Romano Pont. nisi in mortis articulo, absolui possit, & tam ipse, eiusque complices, & fautores, quàm alij quicumque etiam S.R.E. Cardinales huius constit. in aliquo transgressores aliis grauissimis pœnis teneantur, futuri Pont. canonicè intrantis arbitrio irrogandi.

10 Multa alia in prædicta constit. pro Summi Pont. electione nouiter fuerunt constituta, quæ ibi videri possunt, licèt enim Summus Pont. non possit sibi eligere successorem in vita, Caietan. *de auctoritate Papæ, & Concilij, tract. 1. c. 13. & tract. 2. c. 21.* Tiraq. *de iure constit. p. 3. limit. 2 n. 4.* Alphons. Mendoza *in q quodlib. q. 4. pag. mihi* 301. Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 1. q. 98.*

11 Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 4. c. 5. q. 3.* Potest tamen facere constitutionem super electione sui successoris, vt probat Flamin. *de resignat lib. 2. q. 1. n. 13.*

12 In gloss. *exceptione*, ibi, *& sic nulla exceptio potest opponi sibi nisi de hæresi.* Notatur ad hoc quòd contra electum à duabus partibus Cardinalium crimen hæresis opponi potest, vt per Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 4. cap. 5. versic. at Innocentius,* Lauor. *var. lucubrat. tom. 1. tit. 4. c. 6. n. 15.* vbi subdit hoc dubio carere stante constit. Iulij II. incip. *Cùm tam diuino, 14 Ianuar. 1505.* in Bullario nouo *tom. 1. constit.* eiusdem Pont. *pag.* 405.

13 In gloss. *Nullatenus*, ibi, *quid ergo fiet si nullo modo duæ partes consentiant*, &c. Notatur ad hoc quòd si contingeret quòd duæ partes nullo modo in electione Pontificis consentire velint, brachium sæculare debet se interponere, vt Cardinales includantur in aliquo loco, de quo exire non valeant donec consenserint, vt ex Platina, Monfred. & aliis colligit Lauor. *d. cap. 6. num* 13. vbi subdit ita factum fuisse in electione Honorij III. apud Perusiam anno 1216. & in electione Cœlestini IV. anno 1241. & in electione Gregorij X. anno 1271.

***

SVMMARIVM.

1 *Electio ad Episcopum fieri debet de digno scientia, moribus, & ætate, & qui habeat trigesimum annum completum, & sit de legitimo matrimonio natus.*

2 *Ordines minores non veniunt appellatione sacrorum.*

3 *Prima tonsura non confertur nisi habenti ætatem septem annorum completorum.*

4 *Ætas ad quatuor minores, quæ requiratur, ostenditur.*

5 *Ætas ad tres Ordines sacros constituta quæ sit, ostenditur.*

6 *Bissexti dies non est numerandus in commutatione annorum ad Ordines.*

7 *Boni mores sunt maximè necessarij beneficiariis, & qui dicantur, remissiuè.*

8 *Illiteratus penitus est irregularis, & ideo ordinari non potest.*

9 *Prima tonsura initiandus debet scire rudimenta fidei, ac legere, & scribere saltem in lingua natiua.*

10 *Ordinibus minoribus initiandi debent intelligere saltem linguam Latinam.*

11 *Subdiaconatus, & Diaconatus Ordinibus assumendi debent esse versati in minoribus, ac de literis, & iis, quæ ad Ordinem exercendum pertinent, instructi.*

12 *Sacerdoti autem, quæ scientia sit necessaria, ostenditur.*

13 *Beneficium simplex consequi volenti satis est si Canonicas horas recitare, & construere sciat.*

14 *Canonicatum aliquem Cathedralis Ecclesiæ impetrans, quam scientiam debeat habere, ostenditur.*

16 *Episcopus debet esse ætatis triginta annorum.*

17 *Cardinales debent esse constituti in eadem ætate, qua Episcopi.*

18 *Episcopalem ad dignitatem promouendus natus esse debet de legitimo matrimonio.*

19 *Legitimati per subsequens matrimonium possunt ad Episcopalem dignitatem promoueri, non verò ad Cardinalatus celsitudinem ascendere.*

20 *Scientia requisita in Episcopis quanta debeat esse, ostenditur.*

21 *Theologus præferendus est Canonistæ in assequutione Episcopatus, præcipuè vbi hæreses pullulant.*

22 *Canonistis potius, quàm Theologis adhærendum est in materia vsurarum.*

23 *Episcopus electus antequam sit confirmatus non potest administrare ea, quæ sunt iurisdictionis.*

24 *Episcopus post confirmationem, etiam antequam sit consecratus, habet ea, quæ sunt iurisdictionis, non quæ Ordinis.*

25 *Episcopus confirmatus, & non consecratus potest exequi gratias directas suo prædecessori ratione dignitatis, indulgentias, & dimissorias ad Ordines concedere.*

26 *Beneficium primum curatum non perditur, nisi fuerit capta possessio secundi.*

27 *Tempus ad consecrandum Episcopum est trimestre à notitia confirmationis.*

28 *Dispensatio concessa Episcopis, vt vltra tres menses consecratio differatur, non extenditur ad retentionem beneficiorum.*

29 *Beneficia obtenta vacant ipso iure per promotionem ad Episcopatum post adeptam possessionem, & consecrationem secutam, & quid in promissis à Summo Pont. ostenditur.*

30 *Dignitas, cui animarum cura subest, non potest conferri nisi attingenti 25. suæ ætatis annum.*

31 *Dignitas, quæ iurisdictionem habet, non potest conferri ei, quæ 25. annum non attigerit.*

32 *Dignitas principalis in Collegiata conferri non potest nisi habenti 25. annos inceptos.*

33 *Abbates*

33 *Abbates non possunt esse minores 25. annorum.*
34 *Ætas 25. incepta requiritur in beneficio curato.*
35 *Eligentes scienter indignum priuantur ipso iure electione, & ius eligendi amittunt.*
36 *Patroni Ecclesiastici præsentantes indignum scienter, priuantur iure præsentandi, laici verò pro prima tantum vice.*
37 *Beneficium incapaci collatum propter conferentis negligentiam deuoluitur ad Superiorem.*
38 *Vicarius si conferat beneficium indigno, non est Episcopus conferendi potestate priuatus.*
39 *Indignus quis dicatur.*

Cap. Cùm in cunctis. VII.

1 EPiscopus eligi debet vita, scientia, & moribus commendabilis, & quòd habeat trigesimum annum completum, & sit de legitimo matrimonio natus. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect Anch. Bellam. Io. Andr. Imol. Anan. Host. Innoc. Panorm. Bald. Dec. Butr. Henric. Boich. Compost. Viu. *in rational. primi libri iuris Pont. f. pag.* 104. Alagona *in compen. iuris Canon. pag.* 41. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1. *tit.* 4. *cap.* 16.

2 *Sacris Ordinibus, & Ecclesiasticis ministeriis.*] Notatur ad hoc quòd minores Ordines non veniunt appellatione sacrorum Ordinum, vt per Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 59. *n.* 11. & 12. Ordinum appellatione qui veniant dixi *de appellat. verb. vtriusque iuris signif. appell.* 179.

3 *Ætatis maturitas.*] Prima tonsura non confertur, nisi habenti ætatem septem annorum completorum, *c. de singulis* 77. *dist. gloss. verbo, infanti, in c. nullus, de temporib. ordin. lib.* 6. *gloss. vlt. in Clem. fin. de ætate & qualit.* Viuald. *in candelabro aureo, rubr. de sacram. Ordinis, n.* 17. Ioan. Firman. *tract. de Episcopo, lib.* 2. *q.* 31. *n.* 56. *p.* 1. Rebuff. *consil.* 2. *incip. hæ literæ, n.* 3. Mandos. *tract. de minori ætate, cap. n.* 12. Tolet. *in sum. lib.* 1. *c.* 25. *n.* 15. Menoch. *de arbitr. casu* 427. *n.* 7. Flamin. *de resignat. lib.* 4. *q.* 9. *n.* 9. Henriq. *in sum. lib.* 10. *c.* 19. *§.* 1. Vgolin. *de potest. Episc. c.* 16. *§* 7. *n.* 2. Moneta *de distribut. quotid. p.* 2. *q.* 19 *n.* 11. Campan. *in diuersorio iuris Canonici, rubr.* 7. *cap.* 1. Carol. de Grassis *de effectibus clericalib. in prælud. num.* 284.

4 Ætas ad quatuor minores Ordines constituta quæ sit à Doctoribus confusè in hoc loquentibus conuenit inuestigare. Aliqui vnam eandémque omnibus Ordinibus min. constituerunt ætatem, illam scilicet, quæ est maior infantia, vt *gloss. v't. in d. Clem. fin.* & ibi Zabar. *n.* 7. Mandos. *d. cap.* 4. *n.* 12. Alij verò crediderunt Ostiario, Lectori, Exorcistæ eandem sufficere ætatem, nempè septennium completum, subdentes in Acolyto duodecimum annum requiri, vt gloss. *in sum.* 77. *dist.* Armil. *verbo, Ordines* 1. Henriq. 1. *d. c.* 19. *§.* 1. Moneta *d. q.* 9. *n.* 11. vel decimumquartum requiri in eo, qui Acolytatu insigniri præoptat, asserit Rebuff. *in sua praxi rubr de clericis ad sacros Ordines, malè promotis, gloss* 2. *n.* 1. *& in rubr. ad regulam Cancel.* 25. *vers. ista ætas.* Verùm ad tres primos Ordines duodecimum annum expletum, & ad Acolytatum decimumquartum inchoatum requiri decens esse visum est, Soto *in* 4 *sentent. dist.* 25 *quæst.* 1 *art.* 2. *vers. quo autem*, & Campan. *d. rubr.* 7. *cap.* 2. *n.* 2. cui opinioni ego libenter assentior, nam in hoc cùm à Concilio Trid. nihil præstitutum reperiamus, ætas illa attendenda est, quæ à Canonibus præscribitur, provt decisum referunt Armend. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ, lib.* 1. *tit.* 1. *ad* 1. *num.* 3. Piasec. *in praxi noua Episcop. p.* 1. *c.* 1. *num.* 22. *in fine.*

Ætas ad tres Ordines sacros constituitur à Concil. Trid. *sess.* 23. *de reform. c.* 12. vt scilicet nullus ad Subdiaconatus ordinem ante 22. annum, ad Diaconatus ante 23. & ad Presbyteratum ante 25. ætatis suæ promoueatur, qui quidem anni sufficiunt inchoati, & ad Presbyteratum satis est 25. incepisse per diem, Nau. *in man. c.* 25. *num.* 69 *cum seqq. & n.* 103 Zerol. *in praxi Episcop. verbo, Ordo*, §. 1. Guttier. *canon. lib. c.* 26. *n.* 8. Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. p.* 1. *c.* 4. *n.* 3. Henriq. *d. c.* 19. *§.* 2. *& lib* 13. *c.* 38. *§.* 2. Petr. Ledesm. *in sum. p.* 1. *tract. de sacram. Ordin. c.* 7. *à principio*, Piasec. *in praxi noua Episcop. d. c.* 1. *n.* 3. *pag.* 34. Moneta *d. q.* 19. *n.* 12. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom* 3 *q.* 23. *art.* 6. Armend. *d. lib.* 1. *tit.* 2. *l.* 1. *de ætate in decl. n.* 4 Bonacina *de Sacramentis disp.* 8. *q. vnica punct.* 5. *n.* 12. Nic. Garc. *de benef. p.* 7. *c.* 4. *n.* 21. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30 *tract* 3. *n.* 116. Coninch. *de Sacram. tom.* 2. *disp.* 20 *n.* 102. Miranda *in manuali Prælat. tom* 1 *q.* 39. *art.* 2. Carol. de Grassis *d. prælud n.* 289. & 291. Campan. *d. rubr.* 7. *c.* 3. In qua annorum computatione non est numerandus dies bissexti, quia annus à iure determinatus intelligitur ex 365. diebus continuis, ita Henriq. *d. c.* 2. § 2 Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. post resol.* 276. *in notab. de materia sacram. Ordinis, vers. quoad interstitia, in* 2. *edit.* & faciunt quæ ego ipse trado *in meo tract. de offic. & potest. Episc. part.* 3. *alleg.* 101. *n.* 20. quicquid contrarium teneant Fornar. *de Ordine, cap.* 3 *n.* 5. Bonacina *d. puncto* 5. *n.* 14. Circa ætates verò, quæ ad Ecclesiastica requiruntur beneficia, immorari non oportet, iam *in d. nostra p.* 3 *alleg* 60. *à num.* 65. de hoc latè egimus, & ibi videre poteris quæ requiratur ætas ad dignitates in Cathedralibus Episcopatu inferiores, quibus nulla subest animarum cura, *n.* 67 de dignitatibus in Collegiatis, & *n.* 69. de Canonico in Cathedrali, & *n.* 71. de Canonico in Collegiata, & *n.* 72. de promouendo ad beneficium simplex.

7 *Grauitas morum.*] Notatur ad hoc quòd ad beneficia requiritur morum probitas, vt per Filliuc. *tom.* 3. *tract.* 41. *cap.* 5. *num.* 40. Boni mores qui dicantur, & quando, & qui parui, vide Plat. *de legibus dial.* 2 & 3. Arist. *in problem. sect.* 14. *num.* 1. *& ethic. lib.* 4. *cap.* 8. *& moral. lib.* 10. *cap.* 1. Ioan. Pic. Mirand. *in astralog. lib.* 3. *cap.* 12. Boni mores sunt necessarij in ordinatis, & beneficiariis, Selu. *de benef. p.* 1. *q.* 5. *num.* 35. Cosm. *in pragmat. sect. tit. de elect. cap. sicut*, §. *deinde*, *verbo*, *moribus*, *fol.* 99. *vers.* Nau. *in cap. si quando, except.* 11. *n.* 2. *& except.* 15. *prope finem*, *de rescript.* Guttier. *canon. lib.* 1. *c.* 26. *à n.* 34. Flamin *de resign. lib.* 4. *q.* 11. *à n.* 15. Et grauitas morum plus valet, quàm cætera Syluan. *cons.* 22. *num.* 22.

8 *Et literarum scientia.*] Cùm penitus illiteratus, id est, qui prima Grammaticæ rudimenta non didicit, irregularis sit, ad Ordines igitur promoueri non potest, *c. præcipimus* 34. *dist. cap. illiteratos* 38. *dist.* Nau. *in man. c.* 27. *n.* 205. *& in c. si quando, except.* 11. *n.* 45. *&* 50. *de rescript.* Menoch. *de arbitr. casu* 415. Lambert. *de iure patron. p.* 1 *lib.* 2. *art.* 24. *q.* 9. *n.* 2. Fulu. Pacian. *de probationibus lib.* 2. *cap.* 34. *n.* 79. Guttier. *canon. lib.* 1. *cap.* 26. *n.* 37. Flamin. *de resignat. lib.* 4 *q.* 4. *n.* 2. *& q* 11 *n.* 17. *cum seqq. & lib.* 5 *q.* 3. *à n.* 70. Mirol *de irregul. lib.* 1. *cap.* 32. Carol. de Grassis *de effectibus cleric. in prælud. num.* 237. *& seq.* Campan. *in diuers. iur. Canon. rubr.* 5. *c.* 5 *n.* 2. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 2. *c.* 28. *q.* 9. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel gloss.* 4. *n.* 41. *cum seqq.* Bellet. *disquisit. cleric. p.* 1. *tit. d. disciplina clericali*, §. 4. Miranda *in manuali Prælat. tom.* 2. *quæst.* 8. *art.* 7.

9 Prima tonsura initiandus scire debet rudimenta fidei, ac legere & scribere, *cap. fin. de tempor. ordinat.*

lib.6. Conc. Trident. *sess. 23. de reform. cap. 4.* Franc. Leo *in Thesauro fori Ecclesiast. part. 3. cap. 8. num. 6.* Bonacina *de Sacram. disp. 8. quæst. vnica, puncto 5. numero 16.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. decis. 390 in 1. edit. & resol. 329. num. 6. in 2. edit.* Sed cùm Concil. Trident. dicto loco non exprimat in qua lingua valeat tonsura initiandus legere & scribere, intelligendus est in lingua patria, seu natiua, Azor. *dict. part. 2. lib. 6. cap. 6. quæst.* quem refert & sequitur Campan. *rubr. 5. cap. 2. num. 2.*

10 Ad minores Ordines promouendi debent intelligere saltem linguam latinam, *c. in singulis, vers. si fraganibus stipendiis 37. dist.* Conc. Trid. *d. sess. 23. c. 5. & 11.* Menoch. *de arbitr. casu 425. n. 58.* vbi aduertit posse Episcopum arbitrari magis expedire Ecclesiæ si Ordines conferat ei, qui etsi adhuc Latinam linguam non intelligat, est tamen bonæ indolis, & pro ætate docilis.

11 Ad Subdiaconatum, & Diaconatum assumendi debent esse versati in minoribus Ordinibus, ac de literis, & his, quæ ad Ordinem exercendum pertinent, instructi, Conc. Trid. *d. sess. 23. c. 13.*

12 Sacerdoti autem est necessaria scientia libri Sacramentorum, Lectionarij, Antiphonarij, Homiliarum per circulum anni Dominicis diebus, & singulis festis aptatum, *cap. nullis cap. quæ ipsis 38 dist.* Abb. *hic, n. 4.* vbi etiam Host. *num. 10.* Et nullus ad Presbyteratum est promouendus nisi qui possit docere populum ea, quæ ad salutem scire sunt necessaria, ac administranda Sacramenta, Conc. Trid. *dict. sess. 23. cap. 4.*

13 Beneficium simplex consequi volenti satis est, si Canonicas horas recitare, & construere sciat. Flam. *de resignat. lib. 4. quæst. 11. num. 30.* Campan. *in diuersorio iuris Canon. rubr. 5. cap. 3. num. 3.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. decis 390 in 1. edit. & resol. 329. num. 6. in 2. edit.* praxi noua Episcop. *part. 1. cap 1. num. 40.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 4. sub num. 73.* Bellet. *disquis. clerical. part. 1. tit. de disciplina clericali, §. 4. num. 23. & 26.*

14 Canonicatum aliquem Cathedralis Eccl siæ, seu in ea dignitatem non habentem iurisdictionem impetras maiori præditus debet esse scientia, quàm is, qui simplex, & residentia carens vellet consequi beneficium, nam cùm teneantur ad industriam, & consilium in Capitulo, debet habere mediocrem scientiam, & eam saltem, quæ sit necessaria ad eorum munus exequendum, Abb. *hic n. 4.* Menoch. *d. casu 425. n. 25.* Conc. Trid. *sess. 24. de reform. cap. 12.* qui dignitates omnes & saltem dimidiam partem Canonicatuum in Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesiis insignibus, vbi id commodè fieri potest, non nisi Doctoribus, & Licentiatis in Theologia, vel iure Canonico conferendas hortatur, non autem præcipit, vt aduerto ego ipse *d. 60. n 58.* vbi *num. 60.* de scientia & gradu requisito ad Archidiaconatum, *num. 61.* ad Decanatum, & *num. 62.* ad Scholastriam, & *num. 63.* ad principalem dignitatem in Collegiata.

15 *In seipso debet ostendere,* &c.] Faciunt per me adducta *de offic. & potest. Episc. p. 3. tit 5 gloss 3. a n. 29.*

16 *Nisi qui iam trigesimum ætatis suæ annum exegerit.*] Notatur ad hoc quòd nullus ad Episcopatus culmen promoueri potest ante trigesimum suæ ætatis annum, qui debet esse completus, licèt glos. *verbo compleuerint, in cap. vnic. de ætate, & qualit. lib. 6.* asserat Episcopum esse posse qui trigesimum ingressus est annum, quia etiamsi verbum, *exegerit,* de quo in hoc text. perfectum non indicaret tempus, id tamen Greg. XIV. *const. sua public. 15. Maij 1591.* expressis declarauit verbis, ibi, *annum trigesimum expleuisse,* Menoch. *de arbitr. casu 427. n. 24.* Rebuff. *de pacificis possess. num. 184.* Francisc. Leo *d. cap. 3. n. 7.* Henriq. *in summ. lib. 10. c. 19. §. 3. & lib. 14. cap. 9. in princip. vers. ad Episcopatum,* Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarr. ad lib. 1. tit. 2. l. 1. de ætat. num. 18.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 6. cap. 5. in princ.* Guttier. *canon. lib. 1. quæst. 16. n. 39.* Ludou. Miranda *de ordine iudic. num. 4. art. 2. concl. 3.* Less.. *de iustit. 2. cap. 34. dub 20. num. 103.* Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 30. tract. 3. n. 163. vers. 1.* Viuian. *in praxi iurispatr. part. 2. lib. 6. cap. 7. num. 4.* Lauor. *var. lucubrat. tom. 1. tit. 4. c. 12. num. 6.* Campan. *d. rubr. 7. c. 3. num. 3. & cap. 6. num. 44.* Filiuc. *tom. 3. tract. 41. c. 5. num. 32.* Ioan. Anton. Massob. *in praxi habendi concursum requis. 10. dub. 11. num. 19.* secundùm Romanam impress. Et eandem ætatem requiri in promouendo ad Cardinalatum, tenent Henriq. *dict. cap 9. propè fin. & d. §. 3.* Azor. *d. lib. 6. cap 6. quæst. 14.* Campan. *d. rub. 7. c. 6. n. 47.* & ante alios Selu. *de benef q. 5. num. 18.* & pragmatica Sanction. Iuuátque Concilij Basilien. auctoritas *sess. 23.* nam licèt à Summo Pont. approbatum non sit, quæ ætas requiratur in Cardinalibus, hodie tamen in hac parte receptum est à Trid. *sess. 24. de reform. cap. 1.* dum decreuit ea omnia, quæ de Episcoporum doctrina, & ætate, & cæteris qualitatibus ab eod. Trid. Constituta sunt, in creatione S. R. E. Cardinalium, etiamsi Diaconi sint, esse obseruanda, constat autem ex dictis in Episcopo triginta annos esse necessarios; ergo totidem in Cardinalibus requiruntur, Hoied. *de incompatib. benef p. 1. c. 24 num. 27.* Card. Paleot. *de consultationibus Sacri Palatij p. 1. vers. quoad ætatem,* vbi aduertit ex nouissima Sixti V. constitutione, quod de Diaconis Cardinalibus inquit Trid. fuisse immutatum; constituit enim Sixtus V. eos saltem in 22. ætatis suæ anno creari posse, ita vt intra annum ad sacri Diaconatus Ordinem promoueri teneantur, refert Filiuc. *d. c. 5. n. 33. in fine.* 17

Quam quidem ætatem in Cardinalibus intelliges necessariam secundum communes regulas, non verò impedimento esse quominus Summus Pontifex minores ætate creare possit, vt sæpiùs fieri videmus, & optimis rationibus, & auctoritatibus licitum comprobat idem Paleoth. *part. 3. q. 4 vers. & eo magis* quamvis enim Romanus Pont. annos supplere non possit, potest tamen illorum indolem, & prudentiam agnoscere in annis inuenilibus, iuxta illud, Cæsaris virtus contingit ante diem, & quod de Tobia *cap. 1.* legitur, quòd cùm esset iunior nihil tamen puerile gessit. Ad supremum verò Papatus apicem vt quis euehi possit quot annos natus esse debeat non videtur hæsitandum, sufficit enim in quacunque ætate eligatur, sed decens est ne minor annis triginta Summus Pont. renuntietur, Selu. *de benef quæst. 5 p. 3. num. 14.* Henriq. *d. §. 3.* Campan. *d. c. 6. nu. 50.* Iul. Lauor. *var lucub. tit. 4. c. 12. num. 5.*

Vtrùm autem dispositio huius text. qui requirit, vt nullus ad Episcopatus culmen promoueri possit nisi trigesimum suæ ætatis exegerit, locum habeat in supremis Religionum generalibus? In quo dubio Azor. *instit. moral. p. 2 lib. 6. cap. 6. q. 1.* & Lud. Miranda *in man. Prælat. tom. 2. q. 3. art. 1. concl. 2.* tenent Prælatos Regulares iurisdictionem quasi Episcopalem habentes trigesimum annum exigere debere. Contra quos tamen verior est sententia, immo sufficere ætatem annorum 25. vt melius resoluunt Soar. *de Relig. tom. 4. l. 8. c. 3. n. 7.* Sigism. à Bononia *de elect. dub. 2. n. 1. vers. & hanc assertionem,* Tamburin. *de iure Abbatum, tom. 1. disp. 6. q. 9 n. 3. & 4.*

Et de legitimo matrimonio.] Notatur ad hoc quòd ad Episcopalem dignitatem promouendus de legitimo matrimonio natus esse debet, Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. p. 1. c. 5. n. 9.* 18

Quales

19 Quales sunt per subsequens matrimonium legitimati, eum iuris fictione à tempore natiuitatis habeantur legitimi, Cou. *de sponsalibus, p. 2. c. 8. §. 2. n. 30.* Peg. *de fideicom. art. 24. n. 12.* Viuian. *tom. 2. communium opin. lib. 6. tit. 4. n. 101. pag. 17.* Menoch. *cons. 16. n. 5. & 17. & cons. 799. n. 12.* Soar. *tom. 5. de censuris, disp. 50. sect. 5. à num. 10.* Bellet. *disquisit. cleric p. 1. tit de disciplina clericali, §. 2. n. 18.* Azor. *instit. moral. part. 3. lib. 2. cap. 14. q. 14.* Campan. *rub. 11. c. 13. num. 127.* me citato *in hoc loco* Lauor. *var. lucubrat. tom. 1. tit. 4. cap. 16. num 61.* quamvis huiusmodi non possint ascendere ad celsitudinem Cardinalatus, provt statuit Sixtus V. in sua constit. 50. incip. *Postquam*, Sayr. *de censur. lib. 6. cap. 10. num. 13. & 14.* Bellet. *dict. tit. de disciplina cleric. §. 3. num. 22.*

20 *Et scientia commendabilis demonstretur.*] Nouissimè per Conc. Trident. *sess. 22. de reformat. cap. 2* requiritur scientia, qua muneris sibi iniungendi necessitati satisfacere possit, veluti si antea in vniuersitate studiorum Magister, siue Doctor, aut Licentiatus in sacra Theologia, vel iure Canonico, aut publico alicuius Academiæ testimonio, idoneus ad alios edocendos ostendatur. Cuius tamen Concilij dispositioni fuit additum per Const. Greg. XIV. incip. *Onus Apostolicæ*, relatam per Quarantam, *verbo, Electio*, vt peculiaris circa doctrinam promouendi ad Episcopatum diligentia adhibeatur, ita quod priuilegium Doctoratus, aut licentiaturæ nemini suffragetur, sed de eorum etiam doctrina diligens fiat inquisitio, nisi ex aliqua publica functio, ne illud notorium esset. Postmodum verò Clemens VIII. statuit quod ad Episcopatus in Italia assumendi in Vrbe coram ipso, & sacra Congregat. Cardinalium, aliorumque grauium, & peritorum Prælatorum, & virorum; in Gallia verò, & Hispania coram S. R. E. Cardinalibus Legatis ibi existentibus, & Legatis deficientibus coram Sedis Apost. Nuntiis, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis de speciali Papæ mandato, assistentibus aliis Prælatis, ac peritis viris, vt huiusmodi negotij granitas requirit, se examini subiiciant, qui approbati, & non aliàs ad Ecclesiarum regimina admittuntur, vide Menoch. *de arbitr. casu 425. num. 35.* Henriq. *in summ. p. 2. lib. 10. c. 16. § 2. lit. R. & c. 3. §. 2. & lib. 14. cap. 9. §. 1. vers. gradus*, Petr. Alphons. de Vasconcel. *in harmonia rubr. iuris Canon. tit. de ætate, & qualit. num. 4.* Benium *de priuil. Iurisconsl. p. 2. priuil. 24.* Azor. *institut. moral. part. 2. lib. 3. c. 28. q. 9. & lib. 6. c. 6. quæst. 1.* Lessi. *de iustit. lib. 2. cap. 34. dub. 24.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 4. num. 67.* Cened. *ad Decretum coll. 51. num. 4. in fine*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tractat. 3. n. 171.* Bellet. *disquisit. clerical. part. 1. tit. de disciplina cleric. §. 4. à num. 33.* Francisc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. part. 1. cap. 3. n. 10. & 11.* Campan. *in diuersorio iuris Canonici, rub. 5. cap. 4. per totum*, me citato *in hoc loco* Iul. Lauor. *var. lucubr. tom. 1. tit 4. de elect. c. 16. n. 18. & 19.*

21 In assequutione Episcopatus Theologus præferendus est Canonistæ, præcipuè vbi hæreses pullulant, Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 1. q. 11. art. 4.* Bobadil. *in sua politica, lib. 1. cap. 6. num. 14.* Henriq. *in summ. lib. 10. cap. 33. §. 2. lit. E.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 3. c. 28. q. 10.* Benius *de priuileg. Iurisconsl. p. 2. priuil. 25.* plures per Cened. *ad Decret. collect. 51. n. 5.* In pertinentibus verò ad forum iudiciale, & censuras ac pœnas Ecclesiasticas Canonistæ Theologis præferuntur, vt per Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præs. 71. n. 49.* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 2. c. 17. q. 3. & part. 3. lib. 1. c. 3. q. 4.* Fr. Emman. *d. art. 4.*

22 Vnde Canonistis potiùs quàm Theologis adhærendum esse in materia vsurarum, resolunt Viu. *tom. 2. communium opin. lib. 1. tit. 10. de decimis, n. 15. vers. & in hoc, pag. 187.* Gemin. *de vsuris commento 4. § 4. n. 67.* Galp. Roderic. *de annuis redditib. lib. 3 q. 4 à n. 64.* Marta *de iurisd. part. 2. cap. 7. n. 14. & in votis nouissimarum decis. voto 14. n. 5.* Cardin. Mantica *de tacitis & ambig. conuent. lib. 2. tit. 1. num. 58.* Item & in materia matrimonij, decimarum, & similium, vt per Benium *d. priuil. 25. n. 3* vbi *priuil. 16.* resoluit in beneficiis & officiis obtinendis Canonistam Theologo præferri debere.

§. Cùm verò.

Beneficia electi in Episcopum vacant per confirmationem, adeptionem possessionis, & consecrationem sequutam, vel postquam præfixum tempus ad petendam consecrationem lapsum fuerit. Colligunt Doctores *in princ. text.* citati.

Et confirmationem electionis acceperit.] Notatur ad hoc quod Episcopus electus antequam sit confirmatus non potest administrare ea, quæ sunt iurisdictionis, vt per Selu. *de benef. p. 2. q. 15. à princ.* Perez *l. 2. vers. est & alia, tit. 6. lib. 1. Ord. pag. 15.* Azor. *inst. mor. p. 2. lib. 3. c. 28. q. 14. & c. 29. q. 9* post confirmationem verò, etiam antequam sit consecratus, habet ea, quæ sunt iurisdictionis, non quæ Ordinis; Cosm. *in pragm. sanct. tit. de elect. verb. benedictionis, n. 3. pag. 149.* Cou. *var. lib. 3. cap. 16. num 6.* Flamin. *de resignationibus lib. 10. cap. 6. numero 30.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 29. q. 5. cum seqq.* Vnde poterit exequi gratias directas suo prædecessori ratione dignitatis, Flores de Mena *var. quæst. lib. 1. q. 5. num 75.* & indulgentias dare, D. Th. *in 4. dist. 20. q. 1. art. 4. quæstiunc. 2.* Soar. *tom. 4. disp. 50 sect. 3. num 3.* Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 7. n. 121.* Augustin. de Ancona *de potestate Ecclesiæ, q. 29.* Azor. *d. cap. 29. q. 8.* Alphons. Aluar. Guerrero *in speculo iuris Pontificij, c. 28.* Nugn. *in addit. quæst. 25. art. 1. quæstiunc. 3. vers. secunda conclusio*, Campan. *in diuersorio iuris Canonici in proœm. num. 2.* & dimissorias ad Ordines concedere, Flores de Meua *var. lib. 3. q. 24. n. 11.* vbi *n. 18.* resoluit, quod potest dispensare in casibus in quibus posset si esset consecratus. Hodie verò Episcopi & alij Prælati Superiores, Abbates & cæteri Monasteriorum regimina exercentes à Sede Apost. prouisi absque literis Apost. ad commissas eis Ecclesias & monasteria accedere, vel bonorum Ecclesiasticorum administrationem accipere non possunt, per *Extrauag. iniunctæ 1. de elect. inter. communes* vbi dixi. 23

Et Ecclesiasticorum bonorum administrationem habuerit.] Notatur ad hoc quod primum beneficium Curatum non perditur nisi fuerit capta possessio secundi, vt per Flam. *de resign. lib. 3. q. 1. n. 91.* Gutier. *cons. 1. à n. 4.* dicam infrà *ad c. de multa, de præbend.* interim vide quæ ego ipse *de officio & potestate Episcop. p. 3. alleg. 62. à num. 28.* 26

Decurso tempore de consecrandis Episcopis.] Tempus ad consecrationem est trimestre à notitia confirmationis, Conc. Trid. *sess. 23. de reformat. c. 2.* Bertachin. *de Episcopo, tract. 2. lib. 3. quæst. 1. fol. 82.* Rendina *in promptuario receptarum sentent. tit. 38. à num. 15.* optime Flamin. *de resign. lib. 7. q. 1. n. 93.* praxis Episcop. *part. 1. verbo consecratio Prælatorum*, Francisc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. part. 1. c. 3. num. 10.* Card. Tusch. *pract. concl. tom. 2. lit. C. concl. 74.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gl. 24. num. 141.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 30. in princ.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 32. tract 2. n. 58.* Campan. *in diuersorio iuris Canon. rubr. 6. cap. 6. n. 9.* Et dispensatio concessa Episcopis 27

vt vltra prædictos tres menses consectatio differatur non exenditur ad retentionem beneficiorum, Sanch. *de matrim. lib. 8. disp. 1 n. 24.*

29 *Beneficia quæ habebat*, &c.] Beneficia obtenta vacant ipso iure per promotionem ad Episcopatum post adeptam possessionem, & consecrationem sequutam, vel postquam præfixum tempus ad consecrationem petendam lapsum fuerit, Concil. Trident. *sess 7. cap. 9. & sess. 23. de reformat. cap. 2.* Lambertin. *de iurepatron. p. 1. lib. 1 quæst. 6. art. 15. à num...* Hojeda *de incompatibil. benefic part. 1. c. 4. num. 3.* Put. *decis 438. num. 1. & 3. lib. 2.* Verall. *decis. 400. num 1. lib. 2.* Flamin. *de resignat lib. 3. quæst. 1. num. 76.* Petr. Greg. *de benef. c. 24. n. 10.* Anast. Germon. *de indultis Cardinalium, §. si verò, à num. 20.* Azor. *p. 2. lib. 7 cap. 16 quæst. 12.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. p. 4. collect 866.* Io. Cochier. *ad reg. 24. Cancel. n. 26.* Vgolin. *de officio & potestate Episcopi, cap. 1. § 2. num. 3.* Gonzal. *ad reg. 8 Cancel glos. 15. num. 53.* Camill. Borrell. *in summ. omnium decis tit. 21. num 84. & num. 8.* Nicol. Garcia *de benef part. 1 cap. 6. à num. 1.* Card. Tusch. *tom. 1. lit. C. conclus. 44 num 6* vbi post Oldrad. *cons. 14. num. 2. & 4.* subdit, non procedere in Abbate, neque in aliis dignitatibus. In prouisis tamen per Summum Pont. (quæ prouisio & electionis & confirmationis vim habet) statim quod per eum promotus est beneficia ipsius possunt conferri tanquam vacantia, non expectata consecratione, vt de stylo Curiæ seruatur, itavt iam non possint renuntiari: Flamin. *d. q. 1. à num. 77.* Azor. *d q. 12.* Anastas. Germon. *à §. si verò, n. 21.* quos ego ipse refero *de officio & potestate Episcopi, p. 3. alleg. 57. num. 68.* vbi *numeris seqq.* multa de hac materia inuenire poteris. Quod autem hæc vacatio fiat per solam promotionem ad Episcopatum non expectata possessionis apprehensione, de stylo tantùm Curiæ Romanæ, asserit Rot. *in Terdonen. pensionis 2. Decemb. 1585.* coram Card. Blanchetto, *& in Carthagin. pensionis 13. Februarij 1604.* coram Card. Pamphilio sen. Stylus autem ex eo procedit quod Papa in promotione consistorialiter decernit illa vacare eo ipso à die promotionis Rot. *Caputaquen. Abbatiæ 16. Maij 1620.* coram bonæ memoriæ Dunozeto, & id eo Rot. coram Card. Seraphin. *decis. 110. & num. 2.* articulo maturè discusso declarauit prædictum stylum procedere quando Papa in actu promotionis, vel translationis decernit vacare beneficia, alias vbi non adest expressum decretum vacationis, standum est dispositioni iuris, & ideo ad inducendam vacationem requiri adeptionem possessionis, resoluunt Doctores suprà citati, refert Ferentill. *in annot. ad decis. 464. Buratti lit. A.*

Per promotionem autem ad Episcopatum in terris infidelium non vacant beneficia, Anast. Germon. *de indultis Cardin. §. si verò num. 26.* Nau. *cons. 14. num. 3. de elect.* Ioan. à Cochier. *ad reg. 14. Cancel. n. 26.* Paris. *de resignat. lib. 3 q. 1 n. 9. & n. 89.* Azor. *instit. moral. p 2. lib. 7. cap. 16 p. 12.* Nicol. Garc. *d. c. 6 n. 44.* ego ipse *d. alleg 57. num. 74.*

§. Inferiora.

Assumendus ad dignitates, & officia citra Episcopatum, ac curata beneficia debet attingere 25. annum, & aliàs esse idoneus scientia, & moribus, & si non est in Ordine requisito, debet se promoueri facere in proximis temporibus, aliàs monitus non parens priuatur beneficio, non obstante appellatione, nisi ex causa legitima excusetur. Colligunt DD. *in princ. text.* citati.

30 *Decanatum, Archidiaconatum, & alia, quæ curam animarum*, &c.] Concordat Conc. Trid. *sess. 24. de reformat. cap. 12.* in illis verbis, vbi, *Nemo igitur deinceps ad dignitates quascunque quibus animarum cura subest, promoueatur, nisi qui saltem vigesimum quintum ætatis suæ annum attigerit.* refero ego ipse *dict. part. 3. alleg 60. num. 65.* quæ quidem Concilij dispositio locum habebit, si principaliter cura subest, si verò accessoriè vnita sit Parochialis dignitati, eam obtinens non debet necessariò attingere vigesimumquintum annum, provt decisum referunt Galet. *in Margarita casuum conscient. verbo, Parochus 6.* Campan. *in diuersorio iuris Canonici, rub. 7. cap. 6. num. 22.* Vnde dignitas, quæ 31
iurisdictionem spiritualem habet, non potest conferri ei, qui 25. annum non attigerit, Nau. *cons. 4. num. 2. sub tit de ætate & qualit. in vtraque edit.* Sayr. *in floribus dec sub eod 11. decis. 4.* Et ad quamcunque principalem 32
dignitatem in Collegiata requiri ætatem vigintiquinque annorum inceptorum, cùm regulariter habeat curam animarum in foro interiori, vel saltem in exteriori, resoluit Nicol. Garc. *de benef. part. 7. cap. 4. num. 61.* Filliuc. *tom. 2. tract. 41. capit. 5. numero 31.* Idem 33
in Abbatibus resoluunt Bertach. *in suo repertor. verb. Abbas num. 64. & 71.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib 6. c 5. q 2.* Lessi. *de iustitia, lib. 2. cap. 34. dub 20. n. 207.* Valer. Reginald. *d lib. 30. tr. 3. n. 164.* Ioan. Ant. Massobr. *d. dub. 11 à n. 22.*

Vigesimumquintum annum ætatis attigerit.] Notatur 34
ad hoc quod in beneficio curato requiritur ætas annorum vigintiquinque, vt per Menoch. *remed. 15. recuper. numero 42.* Rebuff. *de pacificis possess. num. 182.* Valer. Reginald. *d. tract. 2. numero 164. vers. aduerte,* Flamin. *de resignat. lib. 4. q. 9. numero 14. cum seqq. & q. 11. num. 14.* Nicol. Garc. *d part. 7. c 7. num. 41.* Cened. *part. 3. collect. 30. num. 1.* Hoied. *de incompatibil. benefic. parte 1. cap. 24. numero 22.* Petr. Greg. *rei benefic. cap. 37 numero 5.* Guttier *canon. lib. 1. cap 26. numero 3.* Emman. Sà *verbo beneficium num. 9.* Filliuc. *tom. 3 tract. 21. cap. 5. numero 29.* Ioan. Anton. Massobr. *d dub. 11. numer 27.* Qui quidem vigintiquinque anni ad Ecclesiam parochialem obtinendam non requiruntur completi, sed incepti sufficiunt, vt satis adducitur ex verbis huius text. ibi, *attigerit*, & ex *cap. licet canon. de elect. l. 6.* Et Trident. Conc. *d. c. 12.* ex quibus ita deducunt omnes modo citati, optimè Nau *in man. cap. 25. numero 116.* in qua ætate Episcopus dispensare non potest, vt scilicet quis ante 25. annum Parochialem Ecclesiam valeat obtinere, cùm enim constet hanc ætatem huiusmodi beneficiis requisitam ex generali Concilij Lateranensis constit. in hoc text. & Lugdunensis *in d. cap. licet canon.* & Trid. *dicto cap. 12.* & constet contra generalis Concilij decreta Episcopum dispensare non posse, sequitur in huiusmodi ætate illum dispensare minimè posse, atque ita post Specul. notauit S. Iu. *de benefic part. 2. q. 3. n 32.* Imol. *in Clem. 1. n. 34. de statu monach.* Corras. *de Sacerdot. p. 3. c. 1. num. 2.* Trot. *de vero & perfecto clerico lib. 2. cap. 18. num. 1.* Petr. Greg. *d. num. 5.* Ad text. verò *in c. 2. de ætate & qualit.* respondebitur provt in addit. ad eundem.

Amplia Parochiale beneficium conferri non posse ei, qui legitimam non habet ætatem, quamvis iam ad Sacerdotium sine legitima dispensatione fuerit ordinatus, gloss. *verbo ætate, in c. ei qui 29. de præbend. in 6.* quam ibi sequuntur Doctores communiter, & memorabilem dicit Nau. *cons. 7. n. 6. de ætat. & qual.* Curatum beneficium quod dicatur dixi *de offic. & potestate Episcopi, p. 3. allegat. 67. num. 159. cum seqq.* Massobr. *in d. praxi prælud. 3.*

§. Clerici.

Eligentes indignum contra formam huius cap. priuati sunt pro prima vice potestate eligendi, &
idem

idem in Collatore, & defectum Capituli supplet Episcopus, & è conuerso, & si Capitulum negligit, sit deuolutio ad Metropolitanum. Colligunt Doctores *in princip.* citati.

35 Probat hic §. scienter eligentes indignum priuari ipso iure electione, & ius eligendi admittere. Tiraq. *in §. hoc sermone, limit.* 1 *n.* 32. Bellacomb. *tom.* 1. *communium opinionum, lib.* 1. *tit.* 5. *n.* 22. *pag.* 171. Molina *de primog. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 48. Azor. *instit. moral. p.* 2 *lib.* 2. *c.* 14. *vers. ius eligendi*, Lanoy. *var. lucubrat. tit.* 4. *c.* 15. *n.* 76. Filliuc. *moral. q. tom.* 3. *tract.* 41 *c.* 4. *n.* 173. Paul. Layman. *in quæst. Canon. de Prælat. elect. q.* 70. Tambur. *de iure Abbatum tom.* 1 *disp.* 6. *q.* 8. *n.* 18. Sigism. à Bononia *de elect. dub.* 91. *n.* 4. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 58. *n.* 11. Cald. Pereira *de potestate elig. c.* 1. *n.* 60. vbi quoque hoc procedere dicit etiam in electore officij secularis. Indignus autem quoad hoc propositum is dicitur, qui habet defectus personæ expressos in hoc text. ita Panorm. *hic n.* 6. *& in c. cùm inter il.* 1. *n.* 15. *hoc tit.* Nicol. Garc. *de benefic. p.* 7. *c.* 12. *n.* 84. Soar. *de censur. disp.* 24 *sect.* 2. *n.* 22. Auil. *in simili tract. p.* 2. *c.* 6. *disp* 12. *dub.* 4. *ad finem*, Sigism. à Bononia *de elect. dub* 61. *n.* 11. Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 1. *disp.* 6. *q* 8. *n.* 19 An verò eligens præsumatur sciuisse electum illum fuisse indignum, iudicis arbitrio est relinquendum, vt post Pelaez *de maioratu p.* 1. *q.* 19. *à n.* 1. declarat Aloys. Ricc. *in praxi aurea resol.* 441.

36 *n.* 9. Vnde patroni Ecclesiastici, qui dicuntur eligere, priuantur iure præsentandi sicut eligentes, Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 4. *collect.* 1029. *& in praxi aurea resol.* 441. *n.* 4. Si autem præsentantes sint patroni laici pro ea tantùm vice præsentandi iure priuantur, si indignum scienter præsentauerint, vt per Roch. *de iurepatron. verbo, honorificum, n.* 15. Lambertin. *cod tract part.* 1. *lib.* 2. *q.* 10. *art.* 4. *n.* 23. Perez. *l.* 2. *vers. pro quo sit conclusio, & vers. tertia conclusio, tit.* 6. *lib.* 1. *Ordin. pag.* 153. Marc. Anton. *lib.* 1 *resol.* 19 *n. vlt.* Cald. Pereira *in c.* 1. *num.* 61. Vgolin. *de potestate Episcopi, c.* 51. §. 1. *n.* 4. *vers. Secundo*, quos ego ipse refero *de officio, & potestate Episcopi, part.* 3. *alleg.* 72. *n.* 105. Sic etiam conferens scienter beneficium indigno priuatus est conferendi potestate, vt per Rebuff. *in praxi benefic. tit. pœnæ contra collatores indignis conferentes, n.* 1. Card. Mantic. *Rotæ decis.* 158.

37 *n.* 2. & propter conferentis negligentiam deuoluitur ad Superiorem beneficium incapaci collatum. Innocent. *in c. cùm in nostris. n.* 1. *vers. sed si talis electus, de concess. præbend.* quem *ibidem* sequuntur Ioan. Andr. *n.* 4. & Abb. Panorm. *n.* 22. ac etiam Mantic. *d. decis.* 138. *n.* 1. & quamuis non possit argui negligentia Ordinarij Episcopi nisi à die scientiæ, *cap. licet, infrà de suppl. neglig. Prælat.* Rebuff. *in praxi, sub tit. de deuolut. n.* 10. tamen debuit prius scire conditionem eius, cui confert beneficium, & ita præsumitur, ex Rebuff. *d. tit. pœnæ contra collatores, à n.* 2. quia antequam conferat, de vita, & moribus illius debet inquirere, & plenam eius notitiam habere, *c. bonæ, il.* 2. *in fine*, vbi Abb. *n.* 15. *de postulat. Prælat.* Rebuff. *d. tit pœnæ contra collatores, n.* 3. Si

38 Vicarius contulerit beneficium indigno, non esse Episcopum conferendi potestate priuatum tenent Rebuff. *in pract. benef. tit. form. Vicar. n.* 140. Sbrozz. *de Vicario Episcopi, l.* 3. *q.* 37. qui declarant nisi Episcopus habuerit ratam collationem.

39 *Priuatos.*] Ita est, ipso iure, vt per Bellacomb. *d. n.* 22. Card. Pereira *d. c. n.* 62.

SVMMARIVM.

1 *Compromittentes super electione tenentur recipere electum à compromissario si est idoneus.*
2 *Potestas data alicui per viam compromissi, & gratiæ non potest etiam re integra reuocari.*
3 *Tertiarij cuiuslibet religionis connumerantur inter personas Ecclesiasticas.*
4 *Tertiarij gaudent fori priuilegio, præcipuè si viuant in communitate.*

CAP. Causam quæ. VIII.

1 COmpromittentes tenentur accep are electum à compromissario si electus est idoneus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Barbat. Anchar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Innoc. Panorm. Bald. Butr. Henric. Boich. Compost. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag.* 108. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 42. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1 *Decretal. lib.* 1. *tit.* 4. *c.* 17. & est post Concil. Lateranen. *p.* 40. *c.* 5.

2 Collige ex text. quod quando est data potestas alicui per viam compromissi, & gratiæ, illa potestas etiam re integra reuocari non potest, vt per Rebuff. *in praxi benefic. tit. forma Vicariatus, n.* 197.

3 Notari hunc text. ad hoc quod Tertiarij cuiusvis Religionis connumerantur inter personas Ecclesiasticas, aduertit Aloys. Ricc. *in collect. decis.* 4 *collect.* 1051 ac

4 etiam gaudere fori priuilegio si viuant in communitate, seu claustraliter, vt tenent Alphons. del Castillo *Siciliæ decis.* 88. Grilenzon. *cons.* 49. Squillante *de priuileg. cleric. c.* 7. *num.* 42. Diana *resol. moral. p.* 1. *tract.* 1. *resolut.* 84. Iacob. de Graf. *in decisionibus aureis lib.* 2 *cap.* 49. *num.* 27. Curia Philip. *part.* 3. §. 1. *n.* 15. Soar. *tom.* 5. *de censuris, disp.* 22. *sect.* 1. *n.* 50. Fr. Ludou. Mirand. *in man. Prælat. tom.* 1. *q.* 36. *concl.* 2. Molina *de iustit. tom.* 4. *tr.* 3. *disput.* 50. *num.* 4. *in princ.* Fr. Paulin. Berti Lucens. *in praxi criminali Regular. tit.* 4. *cap.* 30. *num.* 6. Quid autem dicendum si in communitate non viuant, vide per me resoluta *de officio & potestate Episcopi, part.* 2. *alleg.* 12. *num.* 31. *& de iure Ecclesiast. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *vers. de Fratribus.*

SVMMARIVM.

1 *Electus ante confirmationem beneficia conferre, vel aliter administrare non potest.*
2 *Electus ante confirmationem non potest conferre beneficia.*
3 *Episcopus Canonica institutione confirmatus habet omnia, quæ sunt iurisdictionis, & quid attenta Extrauag. iniunctæ, de electione ostenditur.*

CAP. Nostri. IX.

1 ELectus ante confirmationem non potest conferre beneficia, vel aliquid administrare. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Anchar. Bellam. Ioan. Andr. Innocent. Imola, Anania, Panorm. Butr. Henric. Compostel. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag.* 108. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 42. remissiuè Ximen. *in concord. p.* refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 1. *tit.* 4. *c.* 18. & est post Concil. Lateranens. *part.* 45. *c.* 1.

Cum

2 *Cùm sua non sit electio confirmata.*] Notatur ad hoc quod electus ante confirmationem non potest conferre beneficia, vt per Seluam *de benefic. part 2. q 15. à princ.* Rebuff. *in tract. de pacificis possess. n. 251.* poterit tamen si electus simul sit & confirmatus, quamvis non consecratus. Valet Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. num. 240.* Episcopus enim canonica institutione confirmatus habet ea omnia, quæ sunt iurisdictionis, Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resolut. 136.* Azor. *instit. moral part. 2. lib. 3. cap. 29. q. 5.* Verùm attenta dispositione *Extrauag. iniunctæ, de elect. inter communes*, opus est vt Episcopus si velit ea, quæ sunt iurisdictionis, exercere, obtineat literas Apost. sine quibus nec admitti & recipi tanquam Episcopus, nec possessionem Ecclesiæ sibi collatæ consequi potest, D. Barbosa *in l. divortio in prin. ip p. 2. num. 50. ff. soluto matrim.* Flamin. *de resignat. lib. 8. q. 5. num. 33.* Azor. *d. c. 29. q. 9. vers. cæterùm.*

SVMMARIVM.

1 *Electio facta post appellationem, & prima non cassata, & contra priuilegia Ecclesiæ, cassanda est.*
2 *Priuilegij tenor attendendus est.*
3 *Verba intentioni deseruiunt, non intentio verbis.*

CAP. Considerauimus. X.

1 ELectio facta post appellationem, & prima non cassata, & contra priuilegia Ecclesiæ, est cassanda. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Hostiens. Ioan. Andr. Imol. Innocent. Bald. Anania, Panorm. Dec. Butr. Henric. Anchar. Compost. Viuian. *in rationali libri primi iuris Pontificij, pag. 109.* Alagona *in compendio iuris Canonici, pag. 42.* remissiuè Ximen. *in concord. part. 2.* refertur ab Anton. Augustin. *collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 4. cap. 22.*

Post appellationem, &c.] Notatur ad hoc quod electio facta post appellationem est nulla, vt per Luc. Castellin. *de elect. cap. 16. num. 3.* vbi *num 1.* per hunc text. resoluit non esse admittendam, minimèque valere appellationem ne fiat electio simpliciter, & absolutè, secus verò si appellatio contineat ne fiat electio nisi canonica, & assignetur probabilis causa appellationis.

2 *Contra tenorem priuilegiorum.*] Notatur ad hoc quod priuilegij tenor attendendus est, nec de illo iudicandum nisi ipsius tenore inspecto, vt per Abb. Butr. Anchar. Dec. & Socin. *in c. porro 7. infrà de priuil.* Tiraq. *in l. si vnquam, verbo, libertis. n. 8.* Burg. de Pace *q. 2. num 17.* Surd. *cons. 1. à n. 31.* Intellige non solùm quoad verba, sed etiam multo magis quoad mentem, vt si de ea appareat à verbis recedendum sit, & quoad sensum concedens potiùs sequendum, vt probat text. *in c. quanto 26.* vbi gloss. *verbo, sola, illo tit. de priuil.* & vbi notarunt Butr. & Socin. vterque *n. 2.* aduertunt Henriq. *in sum. lib. 3. c. 30. in princ. iuncta lit. C.* Sanch. *de Matrim. lib. 8. disp. 1. n. 11.* nam verba intentioni deseruiunt, non intentio verbis, *c. sedulo 38. d. st.* & colligitur ex vulgari regula, *l. non aliter, ff. de legatis 3. & l. 3. §. conditio, ff. de acquirendis legatis*, cum innumeris, quæ latè congerunt Tiraq. *d. verbo, libertis, à n. 47.* Card. Mantic. *de coniectur. vltimarum volunt. lib. 3. tit. 3. n. 9.* Simon. de Prætis *de interpret. vltimarum volunt. lib. 2. dub. 2. solut. 1. à n. 280.*

SVMMARIVM.

1 *Metropolitanus confirmatus licèt nondum receperit pallium, potest suum suffraganeum consecrari facere.*
2 *Delegari possunt ea, quæ sunt Ordinis, si delegatio ex iusta causa fiat.*
3 *Episcopus postquam fuerit in Archiepiscopum promotus, & nondum pallium consequutus, non potest virgines consecrare, Chrisma conficere, nec Clericos ordinare.*

CAP. Suffraganeis. XI.

1 METropolitanus electus, & confirmatus antequam recipiat pallium, potest mandare suffraganeis, vt consecrent Episcopum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Innoc. Anchar. Bellam. Host. Ioann. Andr. Imola, Anania, Bald. Panorm. Butr. Henric. Boich, Compostel. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontific. pag. 109.* Alagona *in compend. iur. Canon. pag 42* remissiuè Ximen. *in concord. p. 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 2. Decretal. lib. 1. tit. 3. c. 1.*

2 Collige ex tex. quod possunt delegari ea, quæ sunt Ordinis si delegatio ex iusta causa fiat, nempe. Episcopo absente, vel impedito, vt per Cou. *var. l. 2. c. 20. num. 3.* Bursat. *cons. 110. n. 12. in princ.* Bertacin. *de Episcopo, tit. de vita Episcopi, n. 2. in fine*, Sbrozz. *de officio Vicarij lib. 1. q. 5. n. 11.*

3 In gloss. *Pallium*, ibi, *quia ante pallium receptum non potest consecrare virgines*, &c. Notatur ad hoc quòd Episcopus postquam fuerit in Archiepiscopum promotus, & nondum pallium consequutus, non potest virgines consecrare, Chrisma conficere, nec Clericos ordinare vt Episcopus, nec Archiepiscopus, Quaranta *in summa Bullarij, verbo, Archiepiscopi auctoritas, auct. 12.* vbi Prosp. de Augustino *in addit.* id dicit verum in suo Archiepiscopatu tanquam Archiepiscopus, vt etiam notat ea, quæ sunt Ordinis ante receptum pallium alteri posse committere.

SVMMARIVM.

1 *Eligi iterum potest is, cuius electio fuit cassata vitio personæ, sed electionis modo, secus si vitio personæ.*
2 *Reprobatus semel ad aliquam Ecclesiam vitio personæ nec ibi, nec alibi potest eligi.*
3 *Electionis cassatione vacat ipso iure beneficium.*
4 *Personæ vitio, qui ad beneficia eligi, seu præsentari non possunt, quales sint, remissiuè.*

CAP. Super eo. XII. *Clem. III.*

1 ELectio cassata non vitio personæ, sed electionis, non impedit quin electus iterum eligatur etiam in eadem Ecclesia dummodo aliqua simonia non intercesserit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Anchar. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Host. Innocent. Panorm. Bald. Butr. Henric. Boich. Compostel. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag. 110.* Alagona *in compendio iuris Canonici, pag. 43.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 2. & vol. 2. repetitionum iuris Canonici ad lib. 1. Decretal.* Ioan. Calderinus refertur ab Anton. Aug. *collect. 2. Decretal. lib. 1. tit. 3. cap. 3.*

2 Probat hic text. semel reprobatum ad aliquam Ecclesiam vitio personæ, nec ibi, nec alibi posse eligi, secus

secus tamen si electio cassata fuit propter vitiosum processum, vt per Ludou. Miranda *in manuali Prælat. tom.2.q.23.art.11.concl.5.vers.circa sextum.*

3 Notatur ad hoc quod per cassationem electionis vacat ipso iure beneficium, Ioan. à Cochier *in comment.ad reg.8. Cancel.num.19. vers.11.* Gonzal.*ad reg.8. Cancel gloss.15.n.36.*ego ipse *de officio & potest. Episcopi p.3.alleg.57.n.218.*

4 *Non vitio personæ.*] Qui autem sunt hi, qui vitio personæ ad beneficia eligi, seu præsentari non possunt, dixi ego ipse *de officio & potestate Episcopi, p.2.alleg.42. & p.3.alleg.72.à n.79.*

SVMMARIVM.

1 *Postulari potest in Abbatem non professus si ex aliqua bona causa fiat talis postulatio.*
2 *Religiosus nondum professus potest in Abbatem postulari, quamvis non possit eligi.*

CAP. Cùm Monasterium. XIII.

1 POstulari potest in Abbatem non professus si ex aliqua bona causa fiat talis postulatio. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Innoc. Panorm. Bald. Butr. Henric. Anch. Compost. Viuian. *in rationali primi libri iur. Pontif pag.*111. Alagon. *in compend. Iuris Canon pag.* 43. remissiuè Ximen. *in concord p.*1. referrur ab Anton. August. *collect.2. Decretal lib.1.tit.3.c.*5.

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Præpos. *in c. sicut 2, n.3. dist.*43. Abb. *in c.quia ingredientibus n.4. de testam.* Dominic. *in c.nullus n.4. hoc tit. lib.6.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*30. *tract.3.n.*202. *in fine,* nouissimè Illustriss. D. meus Rodericus à Cunha post primam huius libri impressionem à me visus *in comment.ad d.cap sicut n.2.* vbi intelligit, dummodo talis postulatio debeat peti à Papa, & non ab inferiore.

SVMMARIVM.

1 *Electio debet esse in libertate eligentium, nec valet contraria consuetudo.*
2 *Consuetudo non potest tollere libertatem in eligendo, potest tamen inducere, vt ex certo genere personarum electio fiat.*
3 *Conuentuales dicuntur à conuentu, seu à conueniendo.*
4 *Episcopi electio quo loco fieri debeat, remissiuè.*
5 *Principium omnium gerendorum à Deo sumendum.*
6 *Electionibus Prælatorum Spiritus Sancti gratiam inuocari vsus est receptissimus.*
7 *Priuilegio, vel consuetudine possunt Reges habere ius nominandi Episcopos, vel eorum electioni assensum præstandi.*
8 *Hispaniarum, & Lusitaniæ Reges potiuntur iure nominandi, seu præsentandi Episcopos ad Ecclesias Cathedrales.*
9 *Franciæ Rex habet ius nominandi, seu præstandi Episcopos ad Ecclesias in suo Regno.*

CAP. Cùm terra. XIV.

1 ELectio debet esse omnino libera, & consuetudo contraria non valet, vt illa, quæ Hierosolymæ vigebat, qua erat solitum duos latenter Patriarchæ, vel principi nominare in Prælatos, & Patriarcha, vel Episcopus quem volebat, admittebat, vel electionem irritabat. Non tamē prohibetur quin Patriarchæ, vel Regis pro tempore assensus requiratur, vbi id est solidum, sed solùm mandatur vt electio liberè, & canonicè fiat, vt nimirum electores in vnum locum conueniant, & personam nominent, &c. Nec sit plena facultas laico electionem impediendi. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Innoc. Henric. Panorm. Bald. Butr. Anch. Compostel. Viuian. *in ration. primi libri iur. Pontif. pag.* 111. Alagon. *in compend. iur. Canon. pag.* 34. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.2. Decretal lib.1.tit.3. cap.6.*

Franæ consuetudinis.] Notatur ad hoc quod consuetudo non potest tollere libertatem in eligendo, vt per Cou. *spon al.p.2.c.3.§.5 n.9.* vbi tamen asserit quod potest inducere vt ex certo genere personarum fiat electio, per text. *in c cùm dilectus, de consuetud.* & multo minus superiores, iuxta ea, quæ resoluunt Panormit. *in cap. licet num. 7. hoc tit.* Nau. *cons. 5. sub eod. tit.* Fr. Emman. *in summ tom 1 cap.*103. & Sacra Cardin. Congreg. Concilij Trid. requisita an stante libertate electionis licèat Prælato, superiori proponere, duo vel tres, ex quibus necessario vnus eliga ur? Respondebit non licere, teste Castellin. *de electione cap.*14 *num.*60. *in fine.* 2

Conuentualibus Ecclesiis.] Dicuntur conuentuales à conuentu, seu à conueniendo, Rebuff. *in praxi benef. part.1. tit. regularia beneficia, num* 4. Ant. Fabrit. *rei beneficiariæ, tit. de beneficiis Cathedralium, n.*21. vbi asserit quod secundùm proprietatem sermonis conuentuales dici possunt etiam Cathedrales, & aliæ, quæ Collegium habent, licèt fæculares sint, quod etiam dicit Azor. *instit. moral part.2.lib.9.cap.3.quæst.*14. *vers. conuentuales.* 3

In quo fuerit electio celebranda.] Electio Episcopi quo loco fieri debeat, dicam infrà *ad cap. quod sicut* 28. *hoc tit.* 4

Inuocata Spiritus sancti gratia.] Principium omnium gerendorum à Deo sumendum, & Pontifices & Imperatores docent *in cap in nomine Domini 23. dist. & in l.1 C. de offic. Pratoris Africæ,* cum aliis citatis à Ioan. Vallens. Peixotio *super repet. Signoroli de Homodæ. ad rub. C. qui admitti à n.*1. Mozz. *de contractib. tit. quomodo contractus deficiat, à n.*27. Steph. Gratian. *Marchiæ dec.*1. Fr. Paulin. Bertin. Lucens. *in praxi criminali Regularium, tit 4. in princ. n.6.* Cald. Pereira *de empt. & vendit. c.1. n.1. & 14.* Specialiter verò in electionibus Prælatorum Spiritus sancti gratiam inuocari vsus est receptissimus, vnde pro forma & validitate electionis præmittendam esse Missam de Spiritu sancto constituit Basil. Concil. *in præam sanct. §. & cùm humanæ fragil. tatis,* notant Petr. de Biaxio *in direct. electionum, part.3.c.13.n.2.* Petr. Gregor. *ad decretal. de electione, c.15. n.3.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. quæst. 52. art. 2.* quod intelligit Abb. *in cap cum Ecclesia num. 1. de causa possess.* quando adest particularis constitutio cum claus. irritanti, aliàs enim Missam de Spiritu sancto in electionibus non esse de essentia, sed de solemnitate, resoluunt Tabien. *verbo electio 2. num. 20. in fine,* Sigism. à Bononia *de elect. dub.19. num.5.* Lauor. *var. lucubrat. tit.4. cap.19. num.43.* Tamburin. *de iure Abbatum tom. 1. disput. 5. quæst. 6. nu.n.28.* 5

6

Regis.] Notatur ad hoc quod priuilegio, vel consuetudine possunt Reges habere ius nominandi Episcopos, vel eorum electioni assensum præstandi, vnde optimis rationibus defendi potest ius illud, quo Hispaniarum & Lusitaniæ Reges potiuntur nominandi, seu præsentandi Episcopos ad Ecclesias Cathedrales 7

quo

quocumque modo vacantes, quas refero ego ipse *de officio & potestate Episcopi, p. 1. tit. 1 c. 3. à n. 19* Provt de nostro Lusitaniæ Rege agens latè comprobat Cabed. *de patronatib. Regiæ Coronæ, c. 37. per totum.* Gabr. Pereira *de manu Regia tom. 1. pag 234. n. 76.* vbi ait hoc ius præsentandi in Lusitania esse à tempore Regis Alphonsi V. refert Illustriss. D. meus Roderic. à Cunha post primam huius libri impressionem à me visus, *in comment. ad cap. cùm longè 25. dist. 63.*

Et de Hispaniarum Rege, *l. 18. tit. 5 p. 1. & l. 4. tit. 6. lib. 1. recopil.* Cou. *de sponsalibus p. 2. §. 10 à n 5.* Cassan. *in Catalogo gloriæ mundi, p. 5. consid 24. vers 99.* Palat. *in introduct. rub de donation. inter virum, n. 24 & de benef. vac. in Curia, § 4 & 8.* Perez *l. 3. tit. 3 lib. 1 Ordin pag 70. & l. 2. tit. 6. eod lib. pag 148.* Azeued. *l. 1. tit. 6 lib. 1 nouæ recopilat.* Mench. *controuers illustr. c. 22. n. 14. cum seq & c. 51. à n. 3.* Spin. *in speculo testam. gloss. 4. princ n. 1.*, Guttier. *practic. lib 3. q. 13. n. 72.* Bobadil. *in sua politica, lib. 2. c. 18 n. 215.* Quintanad. *Ecclesiast. l. 1. c. 5. n. 4.* Azor. *instit moral p. 2. lib. 10. c. 7. q 4.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. q. 122 art. 3.* Camil. Borel. *de Regis Catholici præstantia c. 50 à n. 4 & ex n. 36.* plures alios refert Cened. *ad Decretum collect. 51. num 3.* Marian. *in historia Hispaniæ lib 25. c. 5.* vbi ait
8 quod Papa Adrianus VI. concessit Carolo V. Imper. & eius successoribus ius præsentandi Episcopos Hispaniæ, qui antea prouidebantur ad supplicationem Regum. Illustriss. D. Roderic. à Cunha *in comment. ad c. 2. n. 7 dist 23.* Gil. Gonzal. *in sua historia de Salamanca lib. 3. c. 18.* latissimè Salgado *de protect Regia tom. 1. p. 3. c. 10. n. 223. cum multis seqq.* ex quibus Quintanad. *d. c. 5 pag. 46 & 47.* dicit hanc consuetudinem nominandi Prælatos esse iam immemorabilem etiam ante natiuitatem Caroli Magni, & Camill. Borrell. *d. cap 50. ex n 36.* dicit quod præsentandi ius & nominandi Prælatos fuit anno circiter 979. in anno primo Agathonis Papæ, quo tempore fuit facta declaratio Concilij Toletani, de quo *in cap cùm longè 63 dist.* in quo supponitur longo antè tempore Regibus Hispaniæ ius illud competiisse, præcipuum tamen fundamentum huius iuris Regij patronatus est priuilegium Apost. quod habent Reges Hispaniæ, de quo *in l. 1. tit. 6. l. 1. recop.* Nicol. Garc. *de benefic p. 5. c. 1. n. 217.* & quales quotque Episcopatus prouideat Rex Catholicus tam in Hispania & Lusitania, quàm in Neapolis Regno, & in Sicilia, & in Regno Sardiniæ & in Ducatu Mediolanensi, refert Mart. *de iurisd p. 2. c. 10 n. 15.*

9 Et de Gallorum Rege agunt Rebuff. *in conc tit. de electionis derogat. vers. quintum tempus, & in tr. nominat. q. 1 n. 28.* Petr. Greg. *ad decretal tract. de electione, cap 6. à n. 23.* Carol. de Grassal. *lib. 2 Regal. Franciæ iure 3.* Guillel. Benedict. *in repet. c. Raynutius, de testam. verbo, & vxorem nomine Adelasiam, decis. 2 à n 78.* Cui iuri, quod prædicti Lusitaniæ, Hispaniæ & Galliæ Reges habent eligendi Episcopos, non derogant reseruationes, quæ per regulas Cancellariæ factæ sunt de omnibus Ecclesiis Cathedralibus pro Summo Pont. eiusque dispositione, vt per Cou. *pract cap. 36. num. 2.* Azeued. *vbi proximè n 6.* Palat. *de benefic. in Curia vacantibus, §. 11.* Nicol. Garc. *de benefic part. 5. cap 1. num 219.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 24. à num. 153. & gloss. 51. n. 49.* Cabed. *de patronat. Regiæ Coronæ, c. 10. n. 3. & c. 35. n. 7.* Cened. *ad Decretal. collect. 79. n. 2.*

Sed propter hoc.] Notatur ad hoc quod si propter
10 defectum formæ, vel solemnitatis requisitæ in aliquo actu; ij qui actum fecerunt, sunt suo ipso iure priuati potestate eiusdem actus faciendi, non eum poterunt iterum facere, licèt secus sit si sunt tantùm priuandi, vt per Tiraq. *in §. hoc sermone, lim. 1. n. 54.*

SVMMARIVM.

1 *Potestas exercendi ea quæ sunt Ordinis non transfertur per confirmationem electionis, sed per consecrationem.*
2 *Iurisdictionis exercitium actu acquiritur per confirmationem.*
3 *Promissus ex solo titulo Canonico, veluti qui habetur per electionem, secuta confirmatione administrare poterit ante apprehensam corporalem possessionem, si modò ab alio non sit occupata.*
4 *Episcopo quæ competant ratione ordinis, qui ei confertur in consecratione Episcopali, ostenditur.*
5 *Excommunicatum absoluere potest in foro iudicandi, qui iurisdictionem habet, licèt Presbyter non sit.*
6 *Beneficiorum collatio est actus iurisdictionis.*
7 *Electus in Episcopum non potest actualiter deponere Clericum, quamuis possit pronuntiare eum deponendum.*
8 *Depositio actualis videtur quidam actus Ordinis dependens ab ipsa consecratione, secus vero in verbali.*

CAP. Transmissam. XV.

POtestas exercendi ea quæ sunt Ordinis, non trans- 1
fertur per confirmationem electionis, sed per consecrationem. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Host. Ioan. Andr. Innoc. Imola, Bald. Anania, Panorm. Butr. Henric. Anch. Comp. Viuian. *in rationali libri 1. iuris Pontif. pag. 113.* Alagona *in compendio Iuris Canonici, pag. 43.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Augustt. *collect. 2. Decretal. lib. 1. tit. 3. cap. 7.*

Confirmationem accepisti.] Notatur ad hoc quod 2
exercitium iurisdictionis actu acquiritur per confirmationem, vt per Cosm. *in pragmat. sanct. tit. de collationibus, verbo, nominationes, pag. mihi 186.* Perez *l. 2. vers. probatur vlterius, tit. 6. lib. 1. Ordin. pag. 155.* & alios citatos per me *de officio & potestate Episcopi, part. 1 tit 1. cap. 4. num. 7.* Vnde prouisum ex solo titulo 3
Canonico, veluti qui habetur per electionem sequuta confirmatione ante apprehensam corporalem possessionem, si modò ea ab alio non sit occupata, administrare poterit, Mil. *verbo, possessio, vers. possessio beneficij.* Ripa *in cap. sapè, num. 69. infirm. de restit. spoliat.* Rebuff. *in tract. de pacificis possess. num. 243. & in praxi beneficiali, tit. de simonia in resign à num. 26.* Couar. *lib. 3. var. cap. 16. num 6.* vbi asserit Seluam, Rochum, Lambertin. & alios fateri hanc esse communem, quicquid aliud sentire videatur Flamin. *de resignat. lib 10. quæst. 6. num. 7:* nisi eum intelligamus quando possessio ab alio sit occupata, vel loqui dicamus attento iure nouiori *Extrauag. iniunctæ, de elect. inter communes*, vbi opus est vt Episcopus si velit ea, quæ sunt iurisdictionis, exercere, obtineat literas Apostol. sine quibus nec admitti & recipi tanquam Episcopus, nec possessionem Ecclesiæ sibi collatæ consequi potest, de quo ego ipse *dist. cap 4. num. 9.* Vnde iam colliges ex text. beneficiari im habentem titulum posse propria auctoritate possessionem sui beneficij occupare, vt per Innoc. Panorm. *num 3.* & communiter DD. in præsenti, Domin. & Franch. *in cap. eum qui, de præbend. lib 6* Rip. *in cap sapè num 69. de restitut. spoliat.* dicit communem Cou. *var. lib. 3. cap. 16.*

cap. 16. n.6. Menoch. *remed.9.recup.n.*177. Pro quibus facit text.*in c.qualiter* 17.*& in c.nosti 9.hoc tit.& in cap. auaritiæ,eod.tit.lib.6.* Facit etiam, quia is, qui titulum obtinet beneficij, statim absque vlla beneficij apprehensione ius, seu quasi dominium in beneficio acquirit iuxta text.*in c.si tibi absenti, de præbend.lib.6.& in cap.vlt. de conceſſ.præb. eod. lib.* Contrariam tamen sententiam tenent Dyn. & alij, quos refert & sequitur Couar.*vbi supr.num.*8. Menoch. si contrarius *remed.6. adipisc.n.*34.Pro quibus facit,quod prouisi de quibuscumque beneficiis non aliter mittuntur in possessionem, quàm ex auctoritate Ordinarij, ex text. *in c.cùm Bertoldus*,ibi,*in possessionem,de sent.& re iud.* Et Archidiaconis tanquam Episcoporum ministris iure fuit concessum, vt possint in corporalem beneficij possessionem clericum inducere, ex text. *in c. ad hæc,& in c. vt nostrum, de officio Archidiac.*

Ego tamen has contrarias opiniones fœdere distinctionis componendas esse iudico, vt scilicet prior procedat in beneficiis vacantibus quoad validitatem possessionis, & ad effectum vt à pœna fiat excusatio. Posterior verò in eisdem beneficiis vacantibus ad hoc, vt licita sit possessio,& in beneficiis occupatis,ad hoc vt pœna incurratur. Et iuxta hanc concordiam dicendum est text.in præsenti, & reliqua iura, quæ dicunt data confirmatione posse beneficiarium administrationem exercere, intelligi seruatis seruandis,& sic interuenientibus à iure requisitis; nec enim satis est,quod aliquis dominium acquirat ad hoc, vt possessionem propria auctoritate capere possit, constat namque per aditionem hæreditatis absque vlla apprehensione illius,dominium in hæredem transire, ex reg. text. *in l. cùm hæredes, in princ. ff. de acquir. poſſeſſ.* & tamen non ideo possessionem propria auctoritate hæres capere potest, sed oportet vt illam à iudice petat, ex text. *in l.2. C. de edicto D. Adriani tol.* resoluit Cald. Pereira *de nomin.emphyt q.9 à princ.* Valasc.*conſ.*68.*n.*6.sic similiter legatarius à tempore mortis dominium cõsequitur, ex *l.à Titio, ff.de furtis*,vel saltem à tempore aditæ hæreditatis, ex *l.si tibi homo*, §.*cum seruo, ff.de leg.* resoluit Mench.*de ſucceſſ.creat.*§.10.*n.*17. Cald. Pereira *de nomin.q.*16.*à n.*23. qui quidem legatarius conuincitur remedio possessorio si propria auctoritate corporalem possessionem apprehendat, ex *l.*1. *ff. quorum legat.* notant omnes *in l. non dubium, C. de leg.* aduertit. Clar. §.*testamentum, q.*68. quæ fit vt ad exemplum *l.*2. *C.de edict. D. Adrian.* proditum sit remedium possessorium adipiscendæ,quo beneficiarius habens canonicam institutionem, officium Prælatorum implorat, vt eadem visa vulgo registrata,iubeant illum mitti in possessionem,ita Abb. *in c. pastoralis, n.*12. *de causâ poſſeſſ.* communis,vt per Menoch.*remed.6.adipisc.à n.*34.

4 *Et ministerium consecrationis desiderant.*] Quæ autem competant Episcopo ratione Ordinis,qui ei confertur in consecratione Episcopali,vltra gloss.*hic,verbo, de talibus*,inuenies apud Rebuf.*in pract.benef.tit.forma Vicar. à n.*32.Cuch.*inſtit.iuris Canonici,tit.de conſecrat.Epiſcopi à n.*9.*& tit.de Epiſcop.à n.*21.*l.*2.Berrachin.*de Epiſcopo l.4.tit.de poteſt.Epiſc.circa ſpiritualia, à num.*39.Sbroz.*de officio Vicarij, l.*2.*q.*2.

5 In gloss.*De talibus, fin.* ibi,*excommunicare.*] Notatur ad hoc quod ab excommunicationis vinculo potest absoluere in foro iudiciali, qui iurisdictionem habet, licèt Presbyter non sit, cùm excommunicatio non requirat Ordinem sacrum, & excommunicandi potestas pertineat ad iurisdictionem contentiosam, vt per Cou.*in cap.Alma Mater,p.*1.§.11.*n.*19. Azeued. *ad Curiam Pisanam, lib.*1.*c.*13.*n.*9.Henric.*in ſumm.lib.*13.*c.*24.*in princip.lit.C.* Soar.de Pace *in praxi tom.*2.*præl.ud.*1.*c.*6. Vnde omnes Prælatos quamvis Episcopis minores sint, dummodo confirmati existant, de iure communi subditos suos excommunicare posse resoluit Nau. *in man.cap.*27.*à n.*5.

In ead.gloss.ibi, *Beneficia conferre.*] Notatur ad hoc 6
quod collatio beneficiorum est actus iurisdictionis, vnde potest fieri per confirmatum in Episcopum ante consecrationem,vt per Cosm. *in pragmat. sanction. tit.de collatione, verbo, iurisdictio, pag.*181. Rebuff.*in tract. de pacificis poſſeſſ.n.*251.Gonzal.*de regul.*8.*Cancel.*§.4.*proœm. *num.*27.

In ead.gloss. ibi, *Depositio Clericorum.*] Notatur ad 7
hoc quod electus in Episcopum non potest actualiter deponere Clericum, quamvis possit pronuntiare eum deponendum, Hyppol. *sing.*200.*n.*1. quia actualis de- 8
positio videtur quidam actus Ordinis dependens ab ipsa consecratione, secus verò in verbali depositione, quæ etiam respectiua nihil aliud est quàm sententia quædam, & ita actus solius iurisdictionis, non Ordinis, vt per Mar.Alterium *de cenſuris,tom.*2.*diſp.*2.*cap.*7. *verſ. quærunt Doctores*, quem ego ipse refero *de offic.& poteſt.Epiſc.p.*3.*alleg.*110.*n.*24.

SVMMARIVM.

1 *Electioni de se factæ renuntians appellare nequit ad impediendam electionem alterius, & electio, quæ est à suspensis celebrata, non tenet.*
2 *Liberè fieri non dicitur, quod fit ad postulationem Principis.*
3 *Electioni renuntians, si appellauit ab electione nouâ, non auditur.*
4 *Suspensus eligere non potest.*
5 *Electio facta ab excommunicato vitando est illicita, & nulla.*
6 *Beneficij collatio facta ab excommunicato vitando est nulla.*
7 *Collatio facta ab excommunicato occulto an valeat, ostenditur.*
8 *Præsentatio facta à patrono Ecclesiastico excommunicato, etiam occulto est nulla, secus in laico.*
9 *Resignatio beneficij ab excommunicato vitando factâ est nulla.*
10 *Dispensatio in nullitate collationis à Summo Pont. facta ad ipsummet spectat.*

CAP. Cùm inter. XVI.

ELectioni de se factæ renuntians non potest appel- 1
lare ad impediendam electionem alterius, quia non sua interest. Suspensi non possunt eligere, nec suspensus eligi. Colligunt ex Ordin.Abb.antiq.Zabarell.Collect. Bellam. Ioan.Andr.Imola, Anania, Host. Innoc.Henric.Panorm. Bald.Butr.Anchar.Compostel. Viuian. *in ration. primi libri iuris Pontific. pag.*113. Alagona *in compend.iur.Canon. pag.* 43. remissiuè Casal. *in annot.*& Ximen.*in concord. part.*1.& 2.refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decretal. lib.*1.*tit.*6. *cap.*1.

Coëgit inuitum.] Id est,instantia precum deuictum, 2
vt intelligit Innoc. quasi Papa non tam illum iussu coëgerit, quàm precibus, vt aduertit Barbat. *conſ.*60. *n.*2.*& conſ.*30.*lib.*3.*& conſ.*45.*lib.*4. & facit text. *in cap. nullus* 36.*q.*2. ex quo iuncta glossa palam colligitur quod non dicitur liberè fieri, quod fiat ad postulationem Principis.

De iure minimè appellare potuisset.] Notatur ad hoc 3
quod renuntians electioni si appellauit ab electione noua non auditur, sicut nec etiam auditur appellatione interposita ne Canonici accedant ad electionem,

vt per Salgado *de protect. Reg. tom.* 1. *p.* 2 *cap.* 13. *n.* 219. Flamin. *de resignat l.* 1. *q.* 13. *n.* 20. vbi *n.* 21. & 229. cum Anch. *hîc n.* 1. dicit posse illum, qui renunciauit electioni de se factæ, de nouo eligi ad idem beneficium, in tantùm vt non possit appellare quominus de nouo non eligatur. Et idem Flamin. *d. loco n.* 23. cum Anchar. *in cap. per tuas, n.* 4. & 5. *de locato*, ait quod si contigerit eum de nouo eligi, potest consentire huic secundæ electioni, licèt in prima renuntiauerit, refert Salgado *d. c.* 13. *n.* 220.

Quod ab interdictis, &c.] Notatur ad hoc quod interdicti eligere non possunt, vt per Petr. Greg. *de elect. c.* 7. *n.* 9. Iul. Lau. *var. lucubr. tom.* 2. *tit.* 4. *c.* 15. *n.* 87.

Quod electio fuerit facta à suspensis &c.] Notatur ad 4
hoc quod suspensus eligere non potest, Rendina in *promptuario recept. sent. tom.* 1. *tit.* 41. *n.* 21. Ricciul. *in tract. de iure personarum, extra gremium Ecclesiæ existen. l.* 4. *c.* 3. *n.* 9. Tambur. *de iure Abbatum, tom.* 1. *disp.* 5. *q.* 8. *n.* 13. Iul. Lauor. *d. c.* 15. *n.* 61. sine sit suspensus ab officio, & beneficio simul, siue ab officio tantùm, non tamen si sit suspensus solùm à beneficio, nisi vox competeret ratione illius beneficij à quo aliquis reperitur suspensus, vt rectè tradunt Nau. *in man. c.* 17. *n.* 163. *vers. sexto*, Henriq. *in sum lib.* 13. *de excomm c.* 32. §. 4. Quando verò aliquis est suspensus simpliciter, nunquam potest eligere, quia sic suspensus intelligitur ab officio & beneficio, vbi contrarium ex verbis, aut intentione ferentis aliud non colligeretur, gloss. *verbo à suspensis, in cap. cum dilectus, de consuetud.* vbi Innoc. *n.* 4. Panorm. *n.* 18. & Bald. *n.* 13. Straph. *decis.* 860. *n.* 6. Sic etiam electio facta 5
ab excommunicato vitando est illicita, & nulla, vt per Sylu. st. *verb. electio, n.* 5. Cou. *in c. Alma Mater, p.* 1. §. 7. 6
n. 9. Sic etiam collatio beneficij facta ab excommunicato vitando est nulla, Abb. & alij *in c. postulastis, de Clerico excom. ministr.* vbi diximus Cou. *d.* §. 7. *num.* 9. Soar. *de censuris, tom.* 5. *disp.* 14. *sect.* 2. *à n.* 1. vbi *n.* 4. aduertit tole- 7
ratum excommunicatum post *Extrauag. Ad euitanda scandala* validè posse beneficia conferre. An autem collatio facta ab occulto excommunicato valeat, vide *d.* §. 7. *n.* 9. Nau. *in man. c.* 27. *n.* 21. post Guillelm. Benedict. & Ant. Gabr. Flamin. *de resignat. lib.* 1. *q.* 16. Soar. *d. to.* 5. *disp.* 14. *sect.* 2. *n.* 3. Henriq. *in sum lib.* 13. *cap.* 7. *n.* 2. Cald. Pereira *de nominat. emphyt. q.* 5. *n.* 47. illa apud omnes recepta est opinio, declaratum, excommunicatum, vel pro tali habitum non posse conferre beneficia, secus si adhuc declaratus non esset, tunc enim licèt verè & realiter sit excommunicatus, tamen valet collatio, quia illa fit ratione publici officij, quo casu gesta per ipsum sustinentur: ita Rebuff. *in cap. postulastis n* 69. *de Clerico excomm.* Rota apud Farin. *tom.* 2. *consil. decis.* 168. item *decis.* 534. *num.* 3. & *seq. p.* 11. *tom.* 2. *in recent. & decis.* 692. *ead. p.* 1. relata per Ricciul. *d. c.* 3. *num.* 14. Præsentatio ta- 8
men facta à patrono Ecclesiastico excommunicato etiam occulto est nulla, facta autem à patrono laico etiam publico excommunicato valet, vt per Gomez. *de expectativ. n* 60. Zerol. *in prax. Episc. p.* 1. *verb. beneficium*, §. 5. *dub.* 3. & *verb. excomm. causa formatis, dub.* 8. post Roch. Rebuff. & Sayr. sequitur Nicol. Garc. *de benef. p.* 5. *cap.* 4. *n.* 317. vbi *n.* 319. asserit verum esse posse Episcopum non admittere præsentationem factam à patrono laico, quem scit esse excommunicatum, cùm ille malè faciat præsentando, licèt non sit denunciatus, & si esset denunciatus, debet illam repellere, aliàs peccaret saltem venialiter propter communicationem cum illo, & consequenter si aliàs legitimè non præsentaret infra tempus datum ad præsentandum, daretur deuolutio, vt rectè ait Soar. *d. sect.* 2. *n.* 28.

Sic denique resignatio beneficij ab excommunicato vitando facta est nulla, ex Cou. *d.* §. 7. *n.* 9. *ver. quid autem*, Soar. *d. sect.* 2. *n.* 35. Illud maximè aduertendum duxi ad Pontificem solùm spectare dispensationem in nullitate collationis ab ipsomet factæ, vt ex Panorm. notat Cou. *d.* §. 7. *n.* 8. vbi etiam dicit ad Episcopum pertinere dispensationem collationis nullius ab ipsomet factæ, quod etiam tenet Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 6. *c.* 7. *q.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Electus si non habet sufficientem scientiam, vel ante confirmationem administrat, eius electio cassari debet.*
2 *Electus non confirmatus, non potest quicquam exercere de iis, quæ pertinent ad beneficium, seu Prælaturam, ad quam est electus.*
3 *Electus si ante confirmationem alteri sua beneficia contulerit, quæ ipse prius habebat, annullata electione potest beneficia prædicta alteri collata recuperare.*

CAP. Qualiter. XVII.

ELectus si ante confirmationem administret, vel si 1
non habeat sufficientem scientiam, eius electio est cassanda. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Io. Andr. Imol. Anan. Host. Innoc. Panorm. Bald. Butr. Henric. Anch. Compost. Viu. *in rationali primi libri iur. Pontif. pag.* 114. Alagon. *in compend. iuris Canon. pag.* 44. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 1. *tit.* 6. *cap.* 2.

Antè confirmationem administrationi, &c.] Notatur 2
ad hoc quod electus non confirmatus non potest quicquam exercere de his, quæ pertinent ad beneficium, seu Prælaturam, ad quam est electus, vt per Perez *l.* 2. *vers. probatur vlterius, tit.* 6 *l.* 1. *Ordin. pag.* 155. Nam gesta per electum non confirmatum irritantur, vnde si ele- 1
ctus ante confirmationem alteri sua beneficia contulerit, quæ & ipse priùs habebat, annullata electione potest beneficia prædicta alteri collata recuperare, Compost. *hîc n.* 1. Ioan. Andr. *circa fin. n.* 18. Anan. *n.* 2. Panorm. *num.* 7. quos refert Rendina *in promptuario receptarum sentent.* 1. *tom.* 36. *n.* 10. licèt contrarium cum Calder. tenere videatur.

Pontifici conueniens.] Quam doctrinam, & scientiam 3
Episcopus habere debeat, dixi *de offic. & potest. Episc. p.* 1. *tit.* 1. *c.* 5. *n.* 7. & *p.* 2. *alleg.* 1. *à n.* 24. & suprà *ad c. cum in cunctis, n.* 10. *hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Canonici illi, qui sunt multum remoti, & sciunt mortem sui Prælati, non debent vocari ad electionem.*
2 *Eligendi Episcopum potestas ad Canonicos Cathedralis de iure spectat.*
3 *Eligendi Episcopos potestas ad Capitulum, & Canonicos spectans, vsque ad quod tempus duraverit, ostenditur.*
4 *Electionis Canonicæ vetus consuetudo in Germania tantùm seruatur.*
5 *Priuilegio, vel consuetudine possunt Reges habere ius eligendi Episcopos, remissiuè.*
6 *Prælatus dicitur honorabilior pars Capituli.*
7 *Dieta qualibet continet viginti milliaria.*
8 *Absentes qui Prælati mortem ex qua Ecclesia vacauit, non ignorarunt, sunt ad electionem vocandi, dummodo in loco sint, à quo vocari debeant.*
9 *Certus qui est amplius certiorari non debet.*
10 *Electio valet non expectatis iis, qui vocandi non erant.*

CAP.

Cap. Cùm. ij. XVIII.

1 CAnonici illi qui sunt multum remoti, & sciunt mortem sui Prælati, non debent vocari ad electionem, quia & ipsi venire tenentur ad Ecclesiam suam ordinandam. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Anch. Bellam. Io. Andr. Imol. Anan. Host. Innoc. Panor. Bald. Butr. Henric. Compost. Viu. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 115 Alagona *in compend Iuris Can. pag.* 45. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1 refertur ab Ant. Aug. *coll.* 5. *Decret. lib.* 1. *tit.* 6. *c.* 3.

2 *Vt ad electionem Pastoris Canon.* &c.] Notatur ad hoc quod potestas eligendi Episcopum ad Canonicos Cathedralis spectat de iure; Petr. Greg. *ad Decret. tit. de elect. c* 6. *n.* 9. Duar. *de sacris Eccles. ministr. lib* 5. *c.* 1. Guillelm. Mandagot. *de elect. nouorum Prælatorum. c.* 1. Corras. *de Sacerdotio, & c.* 4. *c* 1. *à n* 28. Pet. de Biaxio *in direct. elect. p.* 1. *c.* 2. *cum seq.* Læli. Zechi. *de Republ. Eccles. c.* 24. *de Canon. vers. septimo*, Nic. Garc. *de benef. p.* 5. *c.* 4 *n* 6. Quæ quidem eligendi Episcopos potestas ad Capitulum & Canonicos spectans duravit vsque ad tempora Bonifacij VIII. & Clem. V. vt constat ex titulis *de elect. in* 6. *& in Clem.* verùm vt tollerentur discordiæ magnæ, quæ quotidie oriebantur in electionibus à Capitulo, & Canonicis factis, vt notat Lancel. *in suis instit. tit. qui eligere, eligive possint, in princ.* cœpit Sum. Pont. Benedict. XII. in Extrauag. *ad regimen, de præbendis, inter com.* sibi reseruare Ecclesias Patriarchales, Archiepiscopales, & Episcopales, addita ibi clausula, *nunc apud Sedem vacantes, vel in futurum vacaturas*; quæ reseruatio postea facta fuit simpliciter, & generaliter quoad omnes Ecclesias Episcopales, tam apud Sedem Apostolicam, quàm extra Curiam vacantes *in reg.* 2 *Cancel.* quæ nunc est 3. *in nouissimis* S. D. N. Vrbani VIII. exceptis Cathedralibus in Regnis Galliæ, Hispaniæ, Coloniæ,
4 atque Lusitaniæ vacantibus, in quibus Sum. Pont. concessione potestas nominandi Episcopos eorum Regibus data est, itavt solùm in Germania veterem consuetudinem Canonicæ electionis seruari asserat Azor. *inst. mor. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 17. *q.* 3.

3 *Per quos à nobis vice Regia*, &c.] Notatur ad hoc quod priuilegio, vel consuetudine possunt Reges habere ius eligendi Episcopos, vel eorum electioni assensum præstare, dixi suprà *ad c. cum terra* 14. *verbo, Regis, hoc tit.*

6 In gloss. *Ad decanum* 1. ibi, *licèt sit honorabliior pars Capituli.* Notatur ad hoc quod Prælatus dicitur honorabilior pars Capituli, vt per Ant. Raguc. *de voce Canonicorum, q.* 20. *n.* 3.

7 In gloss. *Dierum*, ibi, *viginti milliaribus pro dieta computatis.* Notatur ad hoc quod quælibet dieta continet viginti milliaria, dixi suprà *ad c. nonnulli* 28. *de rescriptis, verbo, vltra duas dietas*; *n.* 10.

8 In gloss. *Cognouerunt*, ibi, *quia si sciuerant certiorari non debuerunt* Notatur ad hoc quod absentes, qui Prælati mortem, ex qua Ecclesia vacauit, non ignorauerunt, sunt vocandi, dummodo in loco sint à quo vocari debeant, id est, si haberi possunt, ita omnes in præsenti, Abb. *antiq n.* 1. Compost. *in princ.* Host. *n.* 12. Io. Andr. *n* 15. Anch. *n.* 3. Butr. *n* 17. Panorm. *n* 10. Imol. *n.* 7 quos citat Rendina *in prompt. recept sent. to.* 1. *tit.* 36. *num.* 30.

9 Notatur etiam ad hoc quod qui certus est, amplius certiorari non debet, vt per Tiraq. *de retract. lig. gloss.* 2. § 36. *n.* 24.

10 In gloss. *Assumatis.* Probat hæc glossa quod si Canonici ad electionem vocauerunt eos, quos vocare non tenebantur, vsque ad terminum præstitutum illos expectare tenentur, nisi ex tali expectatione præiudicium, damnum, aut periculum Ecclesiæ contingat: sed contrarium verius est, vt scilicet valeat electio etiam non expectatis his, qui vocandi non erant, ita tenuerunt omnes in præsenti, Compost. *n.* 1. Host. *n.* 4. Ioan. Andr. *n.* 18. Anch. *col. vlt.* Butr. *n.* 19. Bald. *in princ.* Panor. *n.* 11. Imola *n.* 8. quos citat Rendina vbi proximè *num.* 31.

SVMMARIVM.

1 *Electio non debet inspici an post appellationem, sed an contra fuerit celebrata, & penes vocantes, quibus competit votandi potestas, remanet ius eligendi si vocati venire contemnunt. Et ad officium confirmatoris spectat examinare electum etiam nemine opponente; & nisi electus doceatur legitimè ætatis, & literaturæ, habetur pro non legitimè electo.*

3 *Præsentatio, & collatio facta de digno omisso digniore valida est.*

4 *Eligens, aut præsentans dignum omisso digniori peccat mortaliter.*

5 *Restituendi obligatio nulla contrahitur ex prætermissione dignioris, si ei nullum iustitiæ ius per oppositionem acquisitum fuerit.*

6 *Dignior ad pastorale officium semper est eligendus.*

7 *Iudex Ecclesiast. inquirere tenetur de qualitate, & idoneitate personæ eligendæ.*

8 *Promouendus ad Episcopatus culmen debet attingere* 30. *suæ ætatis annum.*

9 *Scientia, quæ requiratur in Episcopo, remissiuè.*

10 *Scientia multa inflat non quidem suo, sed hominum vitio.*

Cap. Cùm nobis. XIV.

APpellatio vbi talis interponitur ne fieret electio 1
nisi Canonica, si post appellationem fit Canonicè, valet electio. Item si taliter appellantes discedant, & qui remanent eos inuitent, & ipsi nolint adesse, si fiat electio est bona. Item qui approbat electum, debet ex officio inquirere de qualitatibus, & impedimentis electi, etiam nemine instante, & mediocris doctrina, licèt non sit eminens, sufficit. Item si non constet electum habere sufficientem ætatem ad Episcopatum, Papa si vrgens necessitas, & euidens vtilitas Ecclesiæ ita postulet, solet dare tali Ecclesiæ procuratorem in temporalibus & spiritualibus. Colligunt ex Ord. Abb. Antiq. Zabar. Collect. Innoc. Anc. Bellam. Host. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panor. Butr. Henr. Compost. Viu. *in ration. 1. libri iuris Pont. pag.* 115. Alagon *in compen. iur. Can. pag.* 44. remissiuè Cas. *in ann.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *coll.* 3. *Deret l.* 1. *tit.* 6. *c.* 4.

Nemini citò manum imponas.] Vide per adducta *de* 2
offic. & potest. Episcop. p. 1. *tit.* 2. *gloss.* 3 *n* 30. *in fine.*

Illius quoque literatura licèt non eminentis.] Nota- 3
tur ad hoc quod satis est vt dignus eligatur ac præficiatur, itavt præsentatio & collatio ei facta valeat, etiam omisso digniore: ita D. Tom. 2. 2. *quæst.* 63. *artic.* 1. *ad* 3. Couarruuias *in c. peccatum, part.* 2. §. 7. *num.* 3. Petr. de Ledesma *in sum. part.* 2. *tract.* 7. *cap.* 1. *concl.* 6. Guttier. *canonic. lib.* 2. *c.* 11. *à numero* 15. Spin. *in speculo testam. gloss.* 4. *princ. num.* 84. Molina *de primog. lib.* 2. *c.* 5. *à num.* 49. Flamin. *de resig. lib.* 4. *q.* 11. *n.* 49. Fr. Ludou. Miranda *in manuali Prælat. to.* 2.

q.22.art.13 concl.2. Peccabit tamen qui dignum elegit, aut præsentauit, aut ei beneficium contulit omisso digniore, & perpensa qualitate, cùm teneretur digniorem præficere. Hæc est communis tam Canonistarum, quam Theologorum sententia, provt ex Canonistis tenent ordinarij *in cap.licèt 8 quæst.1. & in c. constitutus, il secondo, de appellat.* Cou.d.§.7.num.4. & 5. Nau.*in man.c.17. num 73. & de orat.miscel.38.cum seqq. vsque ad 42. & cons.2.num.1. de simonia, & in apologia de rddit. Eccles.q.2. mon. 23.* Petr. Rebuff. *in repet.cap.postulastis, de cler.excomm.ex num.47.* Ioan. Matien. *in dial. relat.p.3.c.8.ex num.16. & c.19.num.4.vers.quando autem, & c.56, num.16.* Palat. *in repet.c per vestras, notab.3.§.26. ex num.2.* Iacob. Benn. *de priuileg. Iurecons.part.2.priuil. 29. ex n.4.* Petr. Bollo *in œcon.canon.class 2.c.1. §.4.ex pag.173.* Humad. *l.5. gloss.3.tit.15 p.1. pag 106.* Cuch. *in instit. maiorum. lib. 4. tit.1. num.123.* Perez *l.2. g.1. tit.6. lib.1. Ordin.* Molina *d.cap.5. à num. 50. & n. 69.* Flamin. *d. q. 11.n. 39. & lib. 8. q. 9. n. 39.* Lambertin. *de iurepatronat. l.2.p.1.q.10. art.3. per totum, & præcipuè n.26. vers. tu circa,* Roch. de Curte *eod.tract.verbo, honorificum n.42.* Card. Paleoth. *de sacri Consistorij consult. p. 4. q. 1. in princip.* Ceuall. *communium contra communes q.659.n.1.* Aloys.Ricc. *in collectan.decisionum p.4. collect. 931.* Bobadil. *in sua politica, lib.1. cap.1.num.76.* Sayr. *in floribus decis. sub.tit. de pœnitent. decis.22.* Alex. Raudens. *decis. 35.* Stephan. Gratian. *Marchiæ decis. 97.* plures alios refert Cened. *ad Decretal. collect. 56. n.6.* Vgolin. *de potest. Episc.cap 50.§.13.n.2.* Campan. *in diuers. iuris Canonici, rubr. 6. cap.1. n.32. & rubr.7. c.6. num.70.* Molfes. *in suo promptuario triplicis iuris tr.6. sub tit de benefic. n.6.* Nicol. Garc. *de benef. p.7. cap.56. num. 63.* Rot. *decis.65.n.4.* apud Farin. *p.1. recent.* Iul. Lanor. *var. lucubrat.tit.4.c.21. ex n. 58.* Ex Theologis hanc eandem sententiam sequuntur D. Thom. *d. q. 63.art.1. & 2. & q.185. art.3. & quodlib.4. art.15. & quodlib.6. art.9.* D. Antonin. *p.2.tit.1.c.20. §.1.* Caiet. *d quæst.63. art.2. & q.185. art.3.* Sylvest. *verbo, electio 1.q.16.* Sot. *de iustitia, lib.3 q.6.art.2. & lib.10.quæst.2. art.3.* Arag. 2. 2. *q.62. art.2.ad 4. concl. 1. q. 63. art.2.* Valent. *tom.3. disp.5. q.7. puncto 2. q.3.* Fr. Emman. *in summ. tom.1. cap.106. & 108.* Zechi. *de benef. & pension. cap.4. num.8. & 9. & de munere Episcopali, cap.4. n.5.* Vasq. *in opusc. de benef.p.2.§.3. dub.1.* Fr. Sigism. à Bononia *de elect. dub.34.* latè & eleganter per conclusiones materiam declarat Illustriss. D.meus Roderic. à Cunha post primam huius libri impressionem à me visus *in comment. ad cap. si fortè dist.63.* Tamburin. *de iure Abbatum tom.1.disput.5. quæst.13. ex num.4.* Petr. à Nauar. *tom. 1. de restitut. lib.2. c.2. ex num. 120.* Mich. Salom. *22. q.63. art.2. in 3. controu. ex col.994. & controu.4.ex col.1022.* Vega *in summ.p.1.cap.97. & c.109. casu 1. & part. 2. cap. 17. casu 1.* Azor. *instit. moral. p.2. lib.6. cap.15. q.1.8. & 9. & cap.21. q.5. & cap.26. q. 12.* Iacob. de Graffis *in aureis decis. p. 1. lib.2. c. 99. n.2.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent.l.32. tract.3. num.195.* Fr. Ludou. Mirand. *d.art.13. concl. 1.* Rebello *de obligat. iustit. p. 1. l. 3. q. 4.* Castellin. *de elect. c 9.*

5 Sed nulla contrahitur restituendi obligatio digniore prætermisso, si ei nullum iustitiæ ius per oppositionem aut aliquem ligitimum titulum acquisitum fuerit, Nau *d.c.17.num 72. & seq.* Cou. *d.§.7.num.6.* Cuch. *d tit.1 num 123.* Perez *d.l.2.tit.6.l.1. Ordinam.* Molina *d.cap.1. num.57.* Spino *d.gloss.18 num.9. & 10.* Guttier. *d.cap.11.à n.47.* Ceuall. *d q.659.n.12.* Valent. *d.puncto 2. q.6.* Azor. *d lib.6.cap.15.q.12.* Rebello *d. ib.3.q.4. & 5.* Less. *de instit. 2.cap 34.dub.15.* Campan. *d.n.70. vers. cæterùm,* & dixi *de offic. & potest. Episc. p.3. alleg. 60. num.98.*

6 Nulli dubium esse potest ad officium Pastorale digniorem semper esse eligendum, quod maximis rationibus, & sacrarum literarum apertissimis auctoritatibus comprobari demonstro ego ipse *de offic. & potest. Episcop. p.1. tit.2. gloss.3.n.30.* quod & clarissimè nobis ostendit Concil. Trid. *sess.24. de reform. c.1.* ibi, nisi quos digniores, & Ecclesiæ magis vtiles ipsi indicauerint. Nec obstat text. in præsenti, quatenus habet literaturam non eminentem, sed solùm conuenientem sufficere, quia electus erat Subdiaconus Papæ, & cum competenti literatura habebat curialitatem antiquam, & ideo ob experientiam bene agendi, quam acquisiuisse præsumitur dum viuens in Curia, poterat præferri digniori, Raudens. *d. decis.66. casu 17.* & ita declarasse Leonem X. in Bullario *fol. 191.* refert Aloys. Ricc. *d.collect.931. vers. vert.ò.*

7 *Ex officio suo.*] Notatur ad hoc quod Iudex Ecclesiasticus inquirere tenetur de qualitate, & idoneitate personæ eligendæ, ordinandæ, vel confirmandæ, vt per Marantam *de ord. iudic p.6 in fr.n.13.*

8 *Quod annum ætatis trigesimum attigisset.*] Notatur ad hoc quod promouendus ad Episcopatus culmen debet attingere trigesimum suæ ætatis annum, de quo dixi supra *ad cap. cùm in cunctis 7. verbo, nisi qui iam trigesimum hoc tit.n.16.*

9 In gloss. *Literaturæ,* ibi, *quæ scientia exigitur in Episcopo.* Dixi *ad cap cum in cunctis, verbo, & literarum num.*.

10 In ead. glos. ibi, *quia multa scientia inflat.* Non quidem suo, sed hominum vitio, vt refero ego ipse *de offic. & potest. Episc p.1.tit.2. gloss.10. num.8.* vbi alia in hac materia inuenies non contemnenda.

11 In glos. *Procuratorem.* Tenet hæc glossa electum non legitimæ ætatis, quem Papa, suadente Ecclesiæ, vtilitate, procuratorem constituit in Ecclesia ad quam fuit electus, non per hoc confirmatum videri, sed cùm legitimam impleuerit ætatem de nouo eligi debere, ita tenuerunt omnes in præsenti, præcipuè Innoc. *in fin. super verb. administratione,* Compostel. *n.11.* Host. *n.21.* Ioan. Andr. *n.37.* Bald. *n.4.* Anchar. *in fin. vers. quintò, quæro,* Butr. *n 39.* Panorm. *col.vlt. vers. in glossa,* Imol. *n.12.* quos citat Rendina *in promptuario recept. sententiarum, tom.1.tit.36.n.24.*

SVMMARIVM.

1 *Illegitimus potest postulari, non autem eligi, & electores nisi probauerint illum ignoranter elegisse, incidunt in pœnas Lateranen. Concilij.*
2 *Emendatus mitius est puniendus.*
3 *Emendatus quando quis dicatur, remissiuè.*
4 *Confessio spontanea minuit pœnam.*
5 *Natalium defectus penitus occultus non supplet Pontificis dispensationem.*
6 *Naturalis filius de iure Canonico quis dicatur, ostenditur.*
7 *Declaratur rex in præsenti.*
8 *Illegitimè nati sunt inhabiles ad beneficia Ecclesiastica*
9 *Par in parem non habet imperium.*
10 *Illegitimitatis defectum non supplet personæ honestas, vitæ probitas, & fama electi.*
11 *Dispensatur facilius cum viris literatis.*
12 *Fama bona est thesaurus inæstimabilis.*
13 *Fama bona est maximum bonum.*
14 *Nomen bonum habere melius est, quam diuitias multas.*
15 *Principis assensus in Episcoporum electionibus, an & quando interuenire possit, ostenditur.*
16 *Mandatum speciale, aut generale, non requiritur ad dispensationes, & quæuis alia priuilegia impetranda.*
17 *Decretum, vel scriptura testimonialis non est de substantia.*

18 *Inge*

18 *Ingenua quæ dicatur, remissiuè.*
19 *Legitimati per subsequens matrimonium possunt promoueri absque dispensatione ad Ordines, beneficia, honores, ac etiam Episcopatum.*
20 *Verba cum effectu sunt intelligenda.*
21 *Dictio*, nullus, *coniuncta cum verbo*, cuiuscunque temporis, *denotat nullitatem.*
22 *Scientia præsumitur contra eum, qui ex officio tenebatur inquirere, & scire.*
23 *Ignorantia in crassa, & supina pro scientia habetur, etiam in pœnalibus.*
24 *Ignorantiam allegans illam probare tenetur.*
25 *Ignorantia probatur per iuramentum, aut signis, aut coniecturis.*
26 *Electus, quando fuit per Summum Pontificem depositus, & ij, quibus suffragiorum est, alium elegerunt, si Papa restituat primum, quis præferatur, restitutus, vel nouiter electus, ostenditur.*

Cap. Innotuit. XX.

1 ILlegitimus postulari potest, non eligi in Episcopum, & electores, nisi probent ignoranter elegisse incidunt in pœnas Lateranensis Concilij, super quo tamen Papa potest dispensare, quia omnes Pontifices habent eandem potestatem. Colligunt ex Ord. Abb. Antiq. Zabar. Collect. Bellam. Io. And. Imol. Anan. Host. Anch. Innoc. Panorm. Bald. Butr. Henric. Compost. Viu. *in ration. primi libri iur. Pontif. pag.* 117. Alagon. *in compen. iur. Can. pag.* 45. remissiuè Casal. *in ann.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *col.* 1. *Decret. lib.* 1. *tit.* 9. *cap.* 5.

2 *Spontanea.*] Notatur ad hoc quod emendatus, & correctus mitiùs est puniendus, vt per Tiraq. *de pœnis temper. causa* 30. *n.* 6. Emendatur autem quando quis
3 dicatur dixi *de offic. & potest. Episcopi p.* 2. *alleg.* 43. *à n* 22.
4 nam minuitur pœna stante spontanea confessione, ex Gabr. Ozasc. & Bertaz. tenet Mart. Ant. *var. res. lib.* 3. *res.* 35. *num.* 2.

5 *Esset læsa*] Notatur ad hoc quod defectus natalium penitus occultus non supplet Pontificis dispensationem, vt per Cou. *in Clem. si furiosus, p.* 2. §. 3. *n.* 4. Villadieg. *de irreg. col.* 33. *vers. dixi vlterius.*

6 *Et non coniugata susceptum*, &c.] De iure Canonico ad hoc vt filius naturalis dicatur, requiritur quod sit conceptus ex soluto & soluta non coniugata, inter quos secundùm Canonicas sanctiones liberè poterat contrahi matrimonium, etiamsi non sit natus ex vnica concubina domi cohabitante, provt de iure Ciuili requiritur, vide Cou. *de sponsalib. p.* 2. *cap.* 2. §. 4. *n.* 2. Gom. *l.* 9. *Tauri, n.* 1. Duen. *reg.* 350. *ampl.* 9. Rojas in *epit. Successionum, cap.* 10. *num.* 40. Paleoth. *de nothis & spuriis, c.* 12. Sarmien. *lib.* 1. *select. c.* 7. *à princ.* Emman. Costa *in l. Gallus*, §. *& quid si tantùm, part. fin. num.* 60. *ff de liberis & posth.* Lara *in l. si quis à liberis, à princ. n* 80. Viuian. *tom.* 1. *communium opinion. lib.* 5. *tit.* 16. *pag.* 754. Menoch. *cons.* 60. *num.* 2. *cum seq. & cons.* 285. *num.* 10. *& de præsumpt. lib.* 6. *præs.* 54. *n.* 4. Mascard. *de probat. concl.* 341. *& concl.* 799. Surd. *de alimentis. tit.* 1. *q.* 6. *n.* 9. *cum seqq. & cons.* 177. *n.* 6. Mench. *illustrium, cap.* 102. *n* 10. *cum seqq.* Card. Mantica *de coniecturis vltim. volunt. lib.* 11. *tit.* 9 *n.* 22. Spin. *in speculo testam. gloss.* 16. *num.* 118. Azeued. *l.* 9. *à num.* 1. *tit.* 8. *lib.* 5. *nouæ recop.* vbi Matiens. *gloss.* 2. Ioan. Garcia *de nobilit. gloss.* 20. *n.* 34. *cum seqq.* Peregrin. *de fideicom. art.* 22. *n.* 86. *& art.* 28. *n.* 49. *& de iure fisci, lib.* 3. *tit.* 18. Campan. *in diuersorio iuris Canonici, rubr.* 11. *cap.* 13. *à n.* 5. Molina *de iustitia tract.* 2. *disp.* 172. *vers. per subsequens, & disp.* 165. Soar. *de censuris, disp.* 50. *sect.* 2. *à n.* 4. Garc. Mastrillo *Siculiæ decis.* 152. *n.* 7. Valasc. *cons.* 134. *à n.* 5. Cald. Pereira *de nominat. emphyt. q.* 21. *à n.* 4. *& quæst. forens. in com. ad* §. *tam autem, in princ. inst. de inof. test.* D. Barbos. *in l.* 1. *ff solut. mat. p.* 4. *n.* 63. Card. Tusch. *tom.* 5. *lit. N. conc.* 10.

Quali furtim.] In integra relata per Anton. Aug. 7
collect. 1. *Decretal. tit.* 6. *cap.* 5. subsequuntur verba sequentia, quo facto cum ipsa infra quadriennium à natiuitate ipsius matrimonium contraxit: quæ verba demonstrant post quadriennium inter parentes matrimonium fuisse subsequutum, & per consequens electum tanquam legitimatum per subsequens matrimonium ad Episcopatum esse promouendum, vt dixi suprà *ad cap cùm in cunctis, verbo, & de legitimo matrimonio, hoc eod. tit.* Sed respondebis ea verba in Gregorij IX. compilatione non reperiri, & ex antiqua fidem non facere, iuxta eiusdem Gregorij proœmium.

Non legitimè genitos.] Notatur ad hoc quod illegiti- 8
mè nati inhabiles sunt ad Ecclesiastica beneficia, cùm nec ad Ordines, nec ad clericatum admittantur, vt per Bertachin. *l.* 2 *de Episcopo, n.* 83. Gom. *in reg de triennali, q.* 2. Menoh. *de arbitr. casu* 201. *n.* 35 *&* 36. Rebuff. *in praxi, tit de dispensat super defectu natalium, n.* 3. Nic. Garc. *de benef. p.* 7. *c.* 2. *n.* 2.

Cùm non habeat imperium par in parem.] Vide Rebuff. 9
tom. 1. *ad leges Galliæ tr. de euocat. n.* 46. *pag.* 163. Cottam *in memoralib. verbo par, p.* 657. Menoc. *de arbitr. casu* 438. *n.* 9. Daniel Venat. *in analysi methodica iuris Canon. l.* 1. *tit.* 5. *axiom.* 4 Bart. Peret. *ad Extrauag. ambitiosæ, de rebus Eccles. non alien verbo, prædecessorum, n.* 5. *pag mihi* 226. Surd. *cons* 47. *n.* 10 *& cons.* 106. *n.* 12. *& cons.* 167. *n.* 16. Aloys. Ric. *in collect. decisionum, p* 5. *coll.* 1094. Sigismund. Scaccia *de appel q.* 2. *n.* 10. Aldrete *in alleg. iuris pro omnimoda Regular. exempt. p.* 3. *c.* 4. *n.* 28. Thom. de Thomassetis *reg* 218.

Multa enim hoc casu, &c.] Notatur ad hoc quod per- 10
sonæ honestas, vitæ probitas, & fama electi non supplent defectum illegitimationis, & ideo necessaria est dispensatio, ad quam obtinendam multum iuuant merita personæ, vt per Tiraq. *de pœnis temper. causa* 51. *n.* 12. *& n.* 150.

Literarum scientia.] Notatur ad hoc quod cum lite- 11
ratis viris faciliùs dispensandum, dixi *ad c. de multa, verbo, literatas personas, inf. de præbendis.* De literatis personis, & de earum in Ecclesia Dei vtilitate multa adduxi *in tract de offic & potest. Episcopi, p.* 2. *alleg.* 45. *à num.* 1.

Fama personæ] Fama bona est thesaurus inæstimabi- 12
lis, Bald. *in l.* 1. *col.* 4. *C. de confessis*, Flamin. *de resig. lib* 5. *q.* 2. *n.* 92. Et est maximum bonum, Fr. Ant. à Sousa 13
in relect. de censuris Bullæ Cœnæ, c. 13. *disp.* 70. *n.* 3 itavt me- 14
lius sit habere nomen bonum, quàm diuitias multas, Prouerb. 22. Mascard. *de probat. concl.* 234. *cum seq. & concl.* 1219. *n* 9. *&* 10. Sayr. *in clavi Regia, lib.* 11. *c.* 3. *n.* 1. nam nomen bonum dat odorem sicut lilium suauitatis, Henriq. *cons.* 2. *n.* 13. & elidit omne iudicium, & malam præsumptionem, Bald. *in l. fin. in vlt. col. ff. de probat.* Alex. *in l fin. col.* 3. *ff. de quæst. & cons.* 90. *vol. pen. vol.* 3. Dec. *cons.* 189. *incip. latatus sum. col. penult. vol.* 7.

Assensus Principis.] An & quando in Episcoporum 15
electionibus assensus Principis interuenire debeat, dixi suprà *ad c cum terra* 14. *hoc tit.*

Cùm non ad postulandam dispensationem, &c.] 16
Notatur ad hoc quod ad dispensationem requiritur mandatum eius, cui impetratur, vt per Abb. *hic num.* 10. Bald. *in l. illud*, 8. *si talis, num.* 101. *ff. de manorib.* Corset. *in suis singul. verbo, mandatum, statim*

in princ. Specul. *tit. de procurator. §. ratione igitur, n. 5. versic. 21. & num. 6. vers. 24.* Sed contrarium verius est, videlicet nec speciale, nec generale mandatum desiderari ad dispensationes, & quævis alia priuilegia impetranda, sed posse validè impetrari, eo, cui impetrantur, ignorante, ita Loaz *de matrim. Regis Angliæ, dub. 8. numero 5. & seqq.* Bellam. *hic num. 13.* Rebuff. *in præxi benefic. tit. differentiæ inter rescripta gratiæ, & iustitiæ, num. 16. & tit. de dispensat. num. 13.* Gregor. Lop. *l. 19 verbo, sin personaria, tit. 18. p. 3.* Nauar. *cons. 4. de rescript. in nouis*, vbi etiam *cons. 2. à n. 1.* Sayr. *in floribus dec. sub tit. de privileg. dec. 4.* Nec obstat text. in præsenti, quia non loquitur de speciali mandato eius, cui impetranda erat dispensatio, sed de mandato Capituli, ac proinde supponit sufficere mandatum speciale Capituli ad impetrandum dispensationem illegitimo malè electo. Vel adde cum Loaz *d. dub. 8. n. 10.* in hoc text. non ad petendam dispensationem, sed ad petendam solius irritæ electionis confirmationem nuntios illos à Capitulo destinatos fuisse, & ideo non potuere nomine Capituli supplicare Pontifici pro dispensatione, cùm fines mandati diligenter sint obseruandi, *c. cui de non sacerdotali, de præbend. in 6.* ideo deneganit Pontifex dispensationem tanquam non petitam à Capitulo.

17 In glos. *Decreto*, ibi, *hodie vero ita est de substantia*, &c. Quamvis hæc glossa teneat electionis decretum, vel scripturam testimonialem esse de substantia electionis, omnes tamen in præsenti in hoc eam reprehendunt, tenentes huiusmodi decretum de solemnitate esse, non de substantia, ita Compostel. *num. 2.* Abb. *antiq. n. 8.* Host. *num. 8.* Anchar. *n. 2. vers. tertio*, Butr. *num. 16.* Imol. *num. 12.* Anan. *n. 3*, Panorm. *n. 16.* quos citat Rendina *in prompt. recept. sent. to. 1. tit. 36. num. 20.*

18 In glos. *Ingenua.* Vide Richard. *ad princip. Instit. de ingenuis.*

19 In glos. *Coniugata*, ibi, *dico quod bene potest eligi.* Notatur ad hoc quod legitimati per subsequens matrimonium possunt promoueri absque dispensatione ad Ordines, beneficia, honores, ac etiam Episcopatum, vt per Cou. *de sponsalib. part. 2. c. 8. §. 2. n. 24.* Duen. *reg. 350. ampl. 5.* Surd. *de alimentis, tit. 8. priuileg. 67. n. 7.* & vide infrà *ad c. tanta, qui filij sint legit. num. 24.*

20 In ead. glos. ibi, *quia verba intelligenda sunt cum effectu.* Vide Thom. de Thomassetis *reg. 304.* Surd. *cons. 3. n. 25. & cons. 179. n. 40.* Card. Tusch. *pract. concl. to 8. lit. V. concl. 60.* Ignat. de Villar. *in sylua resp. resp. 1. n. 25.* Fr. Anton. à Sousa *in relect. de censuris Bullæ Cœnæ, cap. 4. disput. 26. num 2. & c. 11. n. 6. & c. 12. disput. 63. n. 2.* Aloys. Ricc. *Curiæ Archiep. Neapol. decis. 41. n. 3. p 2.* Vgolin. *de officio, & potestate Episcopi, cap. 36. §. 1. n. 2.* Cardoso *in præxi Iudicum, & Aduocat. verbo, verbum, num 5.* Galer. *in margarita casuum conscientiæ, eod. verbo.*

21 In glos. *Nullam esse*, ibi, *est canon latæ sententiæ.* Notatur ad hoc quod dictio, *nullus*, coniuncta cum verbis *cuiuscunque temporis*, denotat nullitatem, ita Tiraq. *in l. si vnquam, verbo, reuertatur, n. 243. C. de reuocandis don.* Sayr. *in Claui Regia, l. 3. c. 8. n. 26.* Ego ipse *in tr. de diction. vsu freq. d. 229. n. 3.* Et addito verbo *esse* in infinitiuo importat nullitatem actus ipso iure, Tiraq. *d. verb. reuertatur, à num. 180.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 32. num. 36.*

22 In glos. *Ignorantiam.* Notatur ad hoc quod præsumitur scientia contra eum, qui ex officio tenebatur inquirere, & scire, & ignorantia minimè excusat, non adhibita debita diligentia, vt per Flores de Mena *var. lib. 1. q. 3. n. 9.* Sanch. *de mat. l. 3. disp. 42. n. 1.*

In ead. glos. ibi, *ignorantia crassa, & supina non excusat.* Aduerte ignorantiam crassam & supinam pro scientia haberi etiam in pœnalibus, vt per Tiraq. *de retractu lig. c. 35. glos. 4. n. 35.* 23

In ead. glos. ibi, *quia improvidè ipsum elegerunt.* Vide quæ notat Tiraq. *de retractu lig ad fin. n. 42. & de iure mariti, glos. 8. n. 152.* 24

In ead. glos. ibi, *& probarent ignorantiam.* Notatur ad hoc quod allegans ignorantiam illam probare tenetur, Menoch. *de præs. lib. 3. præsumpt. 23. n. 10.* Farinac. *in praxi crim. p. 3. q 90. n. 105.* vbi *n. 106 & seqq.* asserit illam probari per iuramentum, aut signis, vel coniecturis. 25 26

In glos. *Susceptionem.* Dominicalem vocat quæstionem hæc glossa, in qua arguit pro vtraque parte, & nihil determinat, vtrùm quando electus fuit per Sum. Pont. depositus, ij, quibus suffragiorum ius est, ad aliam processerunt electionem, aliúmque elegerunt, si Papa restituat primum, quis præferatur, restitutus, vel nouiter electus? in qua quæst. relicta Abb. antiq. & Baldi distinctione frequentiùs omnes in præsenti sic sub distinctione resoluunt, si Papa in restitutione clausulam decreti irritantis, quicquid in contrarium factum fuerit, &c. adiecerit, tunc recuperat restitutus prælaturam, non obstante alia electione interim facta, quæ ob decretum nulla redditur: si si verò clausula decreti minimè adiecta sit, tunc aut electio per Canonicos facta Papæ restitutionem præcessit, & valida est electio, aut Papa priùs restituit, & postea Canonici elegerunt, tunc nihil valebit, ita tenent in præsenti, Innoc. *col. 1 n. 5. in verbo, ordinationem*, Compost. *col. vlt. n. 5. super verbo, super ordinatione*, Ioan. Andr. *col. vlt n. 27. & seq.* Host. *col. 4. n. 21. cum duobus seqq* Butr. *col. vlt. n 45.* Panor. *col. vlt. n. 12* Imol. *n. 15.* quos citat Rendina *in prompt. recept. sent. tom. 1. tit. 36. num. 4.* 27

SVMMARIVM.

1 *Electores non possunt in præiudicium electi compromittere, sed si consenserit electioni suæ, vel consentire velit, non obstante laudo in contrarium lato est confirmandus si aliquid canonicum sibi non obsistat, licèt non sit de gremio illius Ecclesiæ quantumcunque ob causam à maiori parte fuerit appellatum.*

2 *Electio facta de extraneo idoneo à toto Collegio, vel maiori ipsius parte valet.*

3 *Appellatio nulla extraiudicialis suspendit executionem, aut causat attentata.*

4 *Morbo epileptico, seu caduco laborans, inhabilis est ad beneficia, & non potest celebrare.*

5 *Morbo sui natura sanabili affectus non præsumitur in eodem morbo perseuerare, & persistere.*

6 *Electio, seu collatio facta cuicunque idoneo extraneo est valida.*

7 *Morbo epileptico, seu comitiali correptus Ordines assumere non potest, nec in susceptis ministrare.*

8 *Dæmoniaci an possint fieri Clerici, remissiuè.*

9 *Passiones animi vehementes, & similes morbi durare præsumuntur.*

10 *Furor præsumitur durare omni tempore.*

11 *Mentis sanitas naturaliter, & de iure præsumitur.*

CAP.

Cap. Cùm inter. *ij.* XXI.

1 ELectores non possunt compromittere in præiudicium electi, etiamsi non sit de gremio Ecclesiæ, dummodo electus electioni consenserit,& hoc procedit etiamsi contra electum fuerit appellatum dicendo ipsum laborare morbo epileptico, nam si constet ipsum tali morbo non laborare,& nullum habere Canonicum impedimentum, quicquid post electionem in ipsius præiudicium factum fuerit,irritum est & inane, & ipsius electio est confirmanda. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq.Zabar. Collect.Bellam.Ioan.Andr. Imol. Anan. Host. Innoc. Panorm.Bald. Butr. Henric. Anchar.Compostel. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag.* 118. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.*45. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Anton.Augustt. *collect.* 3. *Decret. lib.*1. *tit* 6.*c.*6.

2 *Discretionem vestræ*,&c.]Notatur ad hoc quòd electio facta de extraneo idoneo à toto Collegio, vel à maiori ipsius parte valet, vt per Fr.Lud.Mirandam *in manuali Prælatorum. tom.*2.*q.*23.*art.*21 *concl.*1. vbi etiam asserit quòd ad electiones de iure communi non est necessarium quòd electus sit de Collegio ad hoc vt valeant, quamvis id facere multo sit melius, sanctius, atque honestius, refert ad hoc plures Doctores Nicol. Garc. *de benefic. p.*7.*c.*9.*n.*7.

3 *Non obstante appellationis obiectu.*] Notatur ad hoc quòd nulla appellatio extraiudicialis suspendit executionem,aut causat attentata,vt per Cou.*pract.c.*24.*n.*5. Gonzal.*ad reg.*8.*Cancel.glos.*9.§.1. *in annot. contra nullit. num.*29.

4 *Morbo epileptico laborare.*] Notatur ad hoc quòd morbo epileptico,seu caduco laborans est inhabilis ad beneficia,vt per Rebuf.*in tract.de pacificis possess.n.*212. Henriq. *in sum.lib.*14.*c.*8.§.8. & non potest celebrare, Ant.Raguec.*de Missa in Ecclesia,q.*16.

5 *Dummodo à morbo sit immunis obiecto.*] Notatur ad hoc quòd morbo sui natura sanabili affectus non præsumitur in eodem morbo perseuerare, & persistere,vt per Menoch. *de præsumpt.lib.*6 *præsumpt* 44.*n.*1.vbi *n.*2. contrarium resoluit in morbo sui natura perpetuo & insanabili.

6 In glos. *Aliam.* Notatur ad hoc quòd etiam de honestate, qui est ex loco, seu diœcesi beneficij,debeat, si est idoneus, aliis extraneis præferri, valeret tamen collatio, seu electio facta cuicunque idoneo, vt per Selu. *de benefic. part.*3.*q.*26.*n.*2. Franc.Mar.*decis.*1368. *part.*1.Sahag.*in cap.eam te,num.*30.*sup. de rescript.* Zerol. *in praxi Episc. part.* 1. *verbo, beneficia* §.8. Nauar. *cons.*6. *num.*1. *de elect. in nouis.* Vnde resoluit hæc glossa electionem factam à maiori parte, & saniori Collegij semper præualere siue electus sit ex propria Ecclesia, siue ex aliena, vt per Canonistas omnes in præsenti, Compostel. *in lect. in princ.* Innoc.*num.*2 Cald.Florent. *col.*3.*vers.quòd si maior,num.*6.Panorm. *n.*8. *in fine*, quos refert Rendina *in prompt. receptarum sentent. tit.* 36. *num.*1.

7 In glos. *Epileptico*, in addit. ibi, *de epilepticis*, &c. *an promoueri possint.* Aduerte morbo epileptico,seu comitiali correptum Ordines assumere non posse, nec in susceptis ministrare, de quo Pelag. *de planctu Ecclesiæ, lib.*1.*c.*48.*lit.F.* Nau.*in man.c.*27.*n.*203.Maiol.*de irregul. lib.*2.*cap.*16,*n.*4. Francisc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. p.*2.*c.*8 *n.*32. Henriq. *d.c* 8.§.8. vbi etiam affert plures huius infirmitatis species.

8 In ead. glos. ibi, *dæmoniacis*, Dæmoniaci, id est, obsessi à dæmonibus, an possint fieri Clerici, vel in susceptis Ordinibus ministrare, dixi *de officio, & potestate Episcopi part.*2. *alleg.*61. *n.*51. & adde Raguec. *d. tract.de Missa in Ecclesia, q.*17.Iacob.de Graff.*in aureis decis.p.*1. *lib.*4. *c.*27. *n.*47. Barthol. de Vecchis *in praxi seruanda in admittendis ad Religionis statum nouitijs disp.*9. *dub.*21. *num.*4. etiamsi semel hoc genus vexationis quis passus fuerit, vt per Soar.*de censur.disp.*51.*sect.*1. *num.*7. Sayr.*eod. tract.lib.*6.*c.*9.*num.*14. Valenz.*cons.*25. *n.*2.*cum seqq.*

In glos. *recusatus*, ibi,*quia non constabat*, &c.Notatur ad hoc quòd passiones animi vehementes, & similes morbi durare præsumuntur, vt per Mascard. *de probation.concl.*825.*n.*2. Xuar. *alleg.*1.*n.*21. Vnde furor præsumitur durare omni tempore, si constet furiosum fuisse antea furore agitatum, quamuis habeat dilucida interualla, vt resoluunt Ioseph.Lud.*tom.*3.*communium opin.tit.de probation.concl.vnica,vers.infertur,*193. *pag.*477. Molina *de primog.lib.*2.*c.*9.*num.* 10. ait Molina Theologus *tract.*2.*disp.*139.*n.*3.*vers.in dubio autem*,Menoch.*de præsumpt.lib.*6.*præs.*45. *n.*18. & *cons.*374. *n.*45. Mascard.*de probation concl.*824.*num* 4. Sanch.*de matrim. lib.*1.*d.sp.*8.*n.*17.*vers.& ratio est*, Valasc.*consult.*145.*n.*13. & 14.Aloys.Ricc.*in praxi rerum fori Ecclesiast.decis.*251. *n.*3.Nam mentis sanitas naturaliter, & de iure præsumitur, & asserenti contrarium incumbit onus probandi, Rot.*in Perusina hæreditatis* 12.*Iunij* 1617.coram bonæ mem.Buratto, inter eius impressas *decision.*256. *ex n.*1. vbi *n.*2. resoluit quòd mentis sanitas præsumitur etiam in sene,& *n.*15.subdit quòd mentis sanitas probatur per communem reputationem, & per testes deponentes de rebus prudenter gestis, & *num.*16. quòd mentis sanitas arguitur ex frequentia Sacramentorum, Ecclesiarum, ac Missæ auditione, & *num.*22. subiicit quòd mentis sanitatem arguit prudens propositio.

SVMMARIVM.

1 *Electus à maiori, & saniori parte Capituli, si est, & erat idoneus tempore electionis, confirmabitur, si autem erat indignus in Ordinibus, scientia, vel ætate, & fuit scienter electus, electus à minori parte, si est dignus, confirmabitur.*
2 *Alter alterum nobilitate antecedit.*
3 *Seniorum voces in electionibus sunt præferendæ.*
4 *Senes præferuntur iunioribus.*
5 *Senectus ætate sit doctior, vsu tutior, & processu temporis sapientior.*
6 *Irregularis beneficij incapax est.*
7 *Clericus ad beneficium curatum cum dignitate nisi sit in sacris constitutus eligi non potest.*

Cap. Dudum. XXII.

CApituli maior pars quando eligit vnum, & minor alterum, si primus erat indignus ob aliquod Canonicum impedimentum, & id notum erat tempore electionis, electio est nulla, & illa, quæ fuit facta à minori parte, confirmabitur, si non erat indignus, primus remanet electus, & secundus cassatur. Colligunt ex Ord.Abb.antiq. Zabar. Collect.Bellam.Ioan. Andr. Imol.Anania,Host.Innoc.Henric.Panorm.Bald. Butr.Anch.Compostel.Viuian. *in ration. primi libri iuris Pontif pag.* 119. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.*46 remissiuè Ximen. *in concord. p.*1 & 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.*; *Decretal. lib.*1. *tit.*6. *cap.*7. 1

Qui alios dignitate.] Notatur ad hoc quòd alter alterum ob nobilitatem antecedit, vt per Tiraquell. 2

de nobilit. c. 20. n. 54. Nam nobiles præferuntur ignobi-
1 ibus, Tiraq. *d. c. 20. n. 1.* Perez *l. 1. vers. sit igitur conclusio, tit 1. lib. 4 recopilat. pag. 763.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præs. 59 num. 10.* Ioseph. Sesse *Aragoniæ dec. 8. n. 7.* Illustr. D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad cap. vlt. num. 4. dist. 60.*

3 *Ætate, & tempore præcedebant.*] Notatur ad hoc quòd seniorum voces in electionibus sunt præferen-
4 dæ. Tiraq. *de primogen. in præfat. n 156.* Nam senes præferuntur iunioribus, Guillelm. *in cap. Raynutius, verbo, in extremis, num. 6. de testam.* Menoch. *cons. 126. num. 22. & 26.* Illustriss. D. meus Roder. à Cunha *ad cap vlt. n. 4. & 5. dist. 20.* Et plus valet vmbra senis, quàm enfis iuuenis, vt ex Baldo refert Auiles *in proœmio ad capita Prætorum, n. 18. pag. 17.* & multa de senibus adducit Pineda *in vita D. Ioannis Baptistæ, lib. 2. artic. 1. cap. 6.*
5 *§. 139. pag. mihi 98.* Senectus enim ætate fit doctior, vsu tutior, processu temporis sapientior, vt ex D. Hieronymo refert Melchior Phœbos *Lusit. dec 66. n. 6. & 7. tom. 1.*

6 *Vel in Ordinibus.*] Notatur ad hoc quòd irregularis beneficij capax non est in tantum quòd collatio ei facta sit nulla, Cou. *in cap. Alma Mater, p. 1. §. 7. num. 1. & in reg. peccatum part. 2. §. 8. n. 6.* Lambert. *de iurepatr. part. 1. lib. 2. q. 9. n. 4.* Rebuff. *de pacificis possess. num. 226.* Zerol. *in praxi Episcop. part. 1. verbo, beneficia, §. 5. dub. 5. & p. 2. verbo, irregularitas, §. 4. & 8.* Flamin. *de resignat. l. 4 q. 3. à num. 32. & lib. 5. q. 3. num 181. & q. 6. num. 79.* Guttier. *canon. lib. 1. c. 5. n. 92.* Henriq. *lib. 13. c. 14. §. 1. & c. 56. §. 1. & lib. 14. c. 2. §. 5.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 6. c. 7. q. 2.* Less. *de iustitia, lib. 2. c. 64. n. 120.* plures alios refert & sequitur Nicol. Garcia *de benef. part. 7. cap. 11. num. 2.* quamvis contrariam sententiam, nempe collationem irregulari factam non esse nullam ipso iure, sed valere donec priuetur, teneant Innocent. Anchar. Franc. Sylvestr. & Soar. quos refert Nicol. Garcia *d. c. 11. n. 4.*

7 Notatur etiam ad hoc quòd Clericus ad beneficium curatum cum dignitate, nisi sit in sacris constitutus, eligi non potest, vt per Anch. Imol. Burt. Franc. & alios resoluit Rendina *in promptuario recept. sentent. tom. 1. tit. 17. num. 8. in fine*, vbi à principio disputat an Clericus in minoribus Ordinibus constitutus possit de iure Decretal. ad beneficium curatum sine dignitate assumi, & concludit cum receptiori Doctorum sententia absque dispensatione non posse, asserens hodie in hoc esse correctum text. in præsenti per text. *in cap. si pro Clericis, de præbend. in 6 & in c. 2. de instit. eod. lib.*

SVMMARIVM.

1 *Postulatum tanquam institutum, vel administratorem qui recipiunt ante admissionem postulationis, priuantur potestate eligendi, & potestas deuoluitur ad alios, licèt pauciores, & si nullus sit de Capitulo, ad Papam.*
2 *Eligendi potestate si aliqui propter delictum commissum priuati fuerint, illa potestas ad alios, qui non deliquerunt, deuoluitur.*
3 *Electio facta per comminationes, & impressiones, est ipso iure nulla.*
4 *Legis auxilium frustrà inuocat, qui committit in legem.*
5 *Citatio non requiritur in notoriis, quando notoriè constat absenti nullam competere defensionem.*
6 *Iura semper præsumunt pro iudice.*
7 *Iudex semper præsumitur prædicasse provt de iure.*
8 *Negantis factum per rerum naturam nulla est directa probatio.*
9 *Testes singulares non probant, nec ad probationem faciendam coniunguntur.*
10 *Nuntio non creditur.*
11 *Timor inferendæ violentiæ, licèt illata non sit, vitiat electionem.*
12 *Electio Papæ ad quos pertineat, si Sede Apost. vacante omnes Cardinales mortui essent, ostenditur.*
13 *Consuetudo est altera natura.*
14 *Negatiua tribus modis dicitur.*
15 *Negatiua pura, & simplex probari non potest.*
16 *Negatiua facti probatur cùm habeat in se implicitam affirmatiuam, vel in eam resoluatur.*
17 *Negatiua probatur per confessionem partis.*
18 *Potestate eligendi si aliqui ob delictum commissum priuati sint, & ad eos deuoluta, qui non deliquerunt, si etiam ij delinquant, ad quos tunc pertineat eligere, ostenditur.*

CAP. Bonæ memoriæ. *j.* XXIII.

POstulatum ad Ecclesiam tanquam institutum, vel 1
administratorem recipientes ante admissionem postulationis à superiore factam priuantur potestate eligendi, & potestas deuoluitur ad alios, licèt pauciores, & si omnes priuati sunt, deuoluitur ad Papam in Ecclesiis Cathedralibus. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabarell. Collect. Anchar. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Imol. Arania, Panorm. Host. Bald. Butr. Henric. Compostel. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag. 119.* Alagona *in compend. Iuris Canon. pag. 46.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Augustin. *collect. 3 Decretal. lib 14 tit. 6 c. 8.*

Collige ex text. quòd si aliqui eligere debentes ob 2
delictum commissum potestate eligendi priuati fuerint, illa potestas ad alios, qui non deliquerunt, deuoluitur, vt per Rendinam *in promptuario receptarum sent. tom. 1. tit. 36. n. 33.* Ant. Raguc. *de voto Canonicorum in Capitulo quæsito 30. n 13.* & intelligit *n. 14. & 15.*

Deinde inquireret, &c.] Notatur ad hoc quòd electio 3
facta per comminationes, & impressiones, est ipso iure nulla, vt per Cosm. *in pragm. sanction. tit. de electione, verbo, præsumant, pag. 13. versa.*

Quia frustrà legis auxilium inuocat, qui committit in 4
legem.] Vide Bertazol. *in repet. l. si quis maior, Cod. de transaction. num. 276. & num. 646.* Surd. *cons. 37. num. 3.* Acac. Anton. *in comment. ad l. Titio centum 71. num. 47. ff. de condit. & demonstr.* Card. Tusch. *tom. 2. lit. C. conclus. 954. & tom. 5 lit. L. concl. 270.* Sigismund. Scac. *de appellationib. quæst. 5. num. 74.* Francisc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. part. 1. c. 11. num. 3. & part. 2. c. 3. num. 8.* Bellet. *disquisit. cleric. part. 1 tit. de disciplina clericali, §. 16 num. 9.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Ecclesiast. decision. 291. num. 2. in 1. edit. & resol. 250. in 2. edit.* & alios per me citatos *in tract. de Axiom. iuris vsufreq. Axiom. 136. num. 14.*

Excessus notorius examinatione non indiget.] Notatur 5
ad hoc quòd in notoriis, quando constat absenti nullam competere defensionem, non requiritur citatio, vt per Tiraq. *in tract. res inter alios acta, vers. postremo, pag 19.* Vant. *de nullit. tit. ex defectu citationis, num. 20.* Azin. *in praxi, §. 7 c. 5. limit. 42.* Menoch. *de arbitr. lib. q. 17. n. 15.* Farin. *in praxi crimin. part. 1. q. 21. à num. 70.* Cened. *ad Decretal. collect. 94. num. 4.* Sicut etiam non requiritur quando notoriè constat non competere ius parti, vt per Camil. Borrel. *in summa omnium decis. tit. 44. num. 350.*

Et pro his, quæ à iudice sunt acta, præsumitur.] Nota- 6
tur ad hoc quòd pro iudice semper iura præsumunt,

vt

vt per Marantam *de ord. iud. 2. p. sexta princ. tit. 9. num. 21.* Cou. *de sponsal. p. 2. c. 8. §. 12. vers. ex quibus primò*, Menoch. *cons. 100. n. 1. cum seqq. & de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 67.* etiamsi à sententia sit appellatum, Surd. *de alim. tit 1. q 120. n. 11.* quia præsumitur illum iudicasse, provt de iure, idem Surd. *decis. 170. num. 4.*

7

8 *Quia negantis factum per rerum naturam nulla est directa probatio*] Vide Alc. *de præs. reg. 3 præs. 20.* Clar. *lib. 5. §. fin. q. 52. n. 4.* Cou. *var. lib. 2. c. 6. n. 5* Mascard. *de probation. concl 70. & concl. 1370. à n. 10.* Fulu. Pacian. *eod. tr. lib. 1 c. 36.* Alphan. *coll. 582.* Card. Mantica *de coniect. vltim. volunt lib. 2 tit. 1. n. 5* Card. Tusch. *pract concl. tom 5 lit. N. concl. 30.* Farin. *in praxi crimin. part. 1 q. 65. n. 200. cum seqq.*

9 *Essent in suo testimonio singulares.*] Notatur ad hoc quòd testes singulares non probant, nec ad probationem faciendam coniungun ur, de quo dixi *ad c. in omni negotio 4 n. 31. inf. de test.*

10 *Sicut nuntium.*] Ergo nuntio non creditur, vt per Tiraq. *de retractu lig. §. 8. gloss. 9. n. 10.*

11 In gloss. *Metuebant*, ibi, *timebant enim sibi inferri &c.* Notatur ad hoc quòd timor inferendæ violentiæ, licèt illata non sit, vitiat electionem, vt per Alexand. *cons. 98. n. 5. vol. 3.* Rebuff. *tom. 2. ad leges Galliæ tit. de rescissione contractuum art. vnico, gloss 22. n. 6.* Sigism. à Bononia *d dub 54. n. 14* Sanch. *de matrim. lib. 4. disp. 1. n. 18.* vbi dicit hanc glossam esse receptam ab omnibus in præsenti. Vnde colligitur electionem celebratam per metum impedientem omnino libertatem eligendi ipso iure nullam esse, vt per Nau. *cons. 5 n. 2. hoc tit.* Ludou. Mirand. *in man. Prælat tom. 2. q 23. art. 1.* Laur. de Peirinis *tom. 1. de Relig. subdito q. 1. de obedient. c 31. §. 8.* Castel. *de elect. c. 4. n. 56.* Tambur. *de iure Abbatum disp 5. q. 22. n. 7. & 8.* Sigism. à Bononia *de elect. dub. 54* Lauor. *var. lucubr. tom. 1. tit 4. c. 21. ex n. 4.* qui duo vltimo loco citati addunt, quòd vt metus sit sufficiens ad reddendam electionem nullam, debet esse metus cadens in constantem virum, qui vt talis sit, tria requiruntur, primum vt malum quod timetur, sit graue, quod arbitrio iudicis relinquitur, fortis enim, & intrepidus non timet quæ non oportet, vel vbi & quando non oportet; secundum vt probabiliter pertimescatur inspecta qualitate incutientis, & patientis metum; tertium, vt timens non possit facilè occurrere malis quæ timentur. Item ad incurrendum iustum metum non requiritur necessariò vt mala prædicta timeantur in persona propria, sed satis est si timeantur in persona consanguineorum, & arctissimo necessitudinis vinculo coniunctorum. Lauor. *d. c. 21. n. 5.* Sigism. à Bononia *d. dub. 54. n. 14.*

12 In ead. gloss. ibi, *& si electio Papæ in Vrbe Rom. fieri non potest*, &c. Quærit curiosè Dionys. Paul. *de vera Patriarch. sedium erect. c. 16. n. 31.* ad quos pertineat Papæ electio si Sede vacante Apost. omnes Cardinal. essent mortui; & respondent cum Sylu. Aldobr. *in scholus ad Dec. ad c. Licet, de vitanda, n. 52. alias 31. sup. hoc tit.* quod pertinet ad Canonicos Lateranensis Ecclesiæ, licèt Bald. *in l. vbi absunt, ff de tutor. & curat.* & Lancel. Conrad. *in templo omnium Iudicum, lib. 2. c. 1. in princ. n. 6.* dicant tunc temporis electionem pertinere ad Patriarchas.

13 In gloss. *Per rerum naturam.* ibi, *consuetudo enim est altera natura.* Vide Surd. *de alimentis, tit. 1. n. 7.* Franc. Nunez de Valasco *en los dialogos de contencion de la milicia y sciencia, dialogo 3 fol. mihi 76. vers* metipsum *Axiom. 56. num. 1.*

14 In ead. gloss. ibi, *Negatiua tribus modis dicitur*, &c. Vide Menoch. *de præs. lib. 2. præs. 50. num. 6. cum sequent.*

15 In ead. gloss. ibi, *& hæc negatiua pura, & simplex probari non potest* Vide Don à Fina *tom. 1. communium opinion. lib. 4. tit. 9. num. 35.* Mascard. *de probat. concl. 1087.* Fulu. Pacian. *eod. tract. lib. 1. cap. 38.* Menoch. *d. præsumpt. 50. à num. 8.* Carot. *de locato & conducto, part. 3. tit. de negatiua probanda*, Cardoso *in praxi iudicum, verbo probatio, n. 29.* Et ideo dispositioni testium de negatiua deponentium non creditur, Natt. *cons. 199. n. 13. vol. 1.* Ruin. *cons. 97. circa fin. vol. 4.* Simanch. *de hæretic. cap. 26. n. 4.* Herculan. *de probat. negat. n. 127.* Clar. *§. fin. q 52. n. 3.* & Anton. Gabr. *commun. tit. de testib. concl 4. n. 3. & 8.* Mascard. *concl. 70 num. 5.* Ozasc. *decis. 66. n 29.* Farin. *in praxi crim q 65. n. 221. & 228.* Quinimo tales testes deponentes super negatiua vera, vaga, & indeterminata, sunt de falso suspecti, Natt. *cons. 648. n. 5. vol. 4.* Grammat. *decis. 56. n. 4.* Clar. *d q 52. n. 3. in fine, & §. falsum, vers. solet etiam dici*, Menoch. *de præs. lib. 2. pres. 55. num. 7.* Mascard. *de probation. concl 1364. n. 10* Farin. *d. q. 65. n. 205. cum seqq* Tamen hæc suspicio non habetur pro veritate ad testem de falso, seu pœna falsi puniendum, vt per Bossi. *in tit. de pœnis reorum n. 34* Clar. *in §. falsum, vers. solet etiam dici*, Farin. *d. q. 65. num. 207.* vbi dicit quòd testis deponens super negatiua improbabili, & nullatenus coarctata, non possit de falso puniri, Buccaron. *de different inter iudicia ciuil. & crimin. differ. 53, ex n. 9* vbi *n. 11* subdit dictam suspicionem bene haberi pro veritate quoad effectum ciuilem, idest, vt depositioni testis non credatur.

16 In ead. gloss. ibi, *item negatiua facti probatur cùm habeat in se simplicem affirmatiuam.* Vide Flamin. *de resignation. lib 8. quæst. 2. num 27.* Nam probari etiam potest negatiua si resoluatur in affirmatiuam, vt per Menoch. *d præs. 50 à num. 14.* Mendez à Castro *in praxi Lusitana lib. 5. c. 1. num 62.* Vbi autem affirmatiua debet constare ex actis, ex ipsorum reuolutione satis dicitur probata negatiua, Affl. *decis. 107. num. 5. in fine, & num. 6.* Canaler. *decis. 110. num. 4.* Rot. *decis. 64. n. 2. p. dueers.*

17 In gloss. *Singulares*, ibi, *negatiua enim probatur per iuramentum ipsius negantis.* Ac per confessionem partis, vt per Mascard. *de probationib. concl. 1087. n 11.* Flamin. *de resignat. lib. 11. q. 14. n. 70.* Cardoso *d. verbo, probatio, num. 31.*

18 In gloss. *Ad nos*, Probat hæc glossa quòd si ob delictum commissum aliqui potestate eligendi priuati fuerint, & ad eos deuoluta, qui non deliquerunt; si etiam ij delinquant, vel indignum eligant, eligendi potestas non ad eos, qui primò deliquerunt, deuoluitur, sed ad superiorem eorum, ad quem fuisset facta deuolutio, si omnes pariter deliquissent, sequuntur Host. *n. 31.* Compost. *n. 10.* Bald. *n. 16.* Io. Andr. *n. 58* Innoc. *n 9.* Butr. *n. 87.* Panor. *n. 13.* quos citat Rendina *d. tit. 26 n. 33.*

SVMMARIVM.

1 *Electo sufficit probare electores fuisse in quasi possessione tempore electionis, licèt aliud non probet.*

2 *Ecclesiæ quando dicantur ad aliquem pleno iure pertinere, remissiuè.*

3 *Hæres pleno iure institutus, etiam in vsufructu institutus intelligitur.*

4 *Pensionarius potest agere remedio spolij pro pensione sibi subtracta.*

5 *Pensionarius potest agere interdicto vnde vi, contra negantem soluere pensionem, quæ soluebatur suo prædecessori.*

6 *Remedium recuperandæ possessionis competit spolio facto super iuribus incorporalibus.*

7 *Actus eligendi, conferendi, vel præsentandi ad eum pertinent, qui est in quasi possessione eorum actuum.*

8 *Gesta valent per eum, qui est in quasi possessione & communi existimatione alicuius officij.*

9 *Incorporalium iurium quasi possessio acquiritur per vnicum actum secundum veriorem, & n.* 10.

10 *Declaratur text. in præsenti, & in cap. cùm olim, & in cap. cùm Ecclesia, de causa possessionis, dum tres actus electionis videntur exigere.*

11 *Declaratur text. in l.* 1. §. *hoc interdicto, ff. de itinere, actúque priuato, dum vsum triginta dierum requirit ad acquirendam quasi possessionem itineris.*

12 *Declaratur text. in cap.* 1. §. *si verò vassallus, quid sit inuestitura, dum duas, vel tres solutiones requirit ad inducendam feudi quasi possessionem.*

13 *Incorporalium vt quasi possessio acquiratur ex vnico actu electionis requiritur quòd sit electio confirmata.*

14 *Factum non reputatur, quod non habuit effectum.*

15 *Incorporalium quasi possessio, vt acquiratur ex vnico actu, requiritur, quod illius vsus exerceatur iure proprio.*

16 *Eligendi præsentandi, & similium quasi possessio absque scientia, & patientia aduersarij acquiri non potest.*

17 *Incorporalium quasi possessio vt acquiratur bona fides vtentis an sit necessaria, ostenditur.*

18 *Actus, ex quibus prætenditur acquisita quasi possessio, debent esse clari, certi, & non turbidi.*

19 *Testis omni exceptione maior ille reputatur in iure, qui nulla legitima exceptione repelli potest.*

20 *Emphyteuta requisitus, si neget soluere pensionem, potest conueniri à domino directo interdicto. Vnde vi.*

21 *Index, qui iudicauit in prima instantia, dicitur suspectus in causa appellationis.*

22 *Index qui in prima instantia fuit non potest esse Aduocatus in secunda.*

23 *Aduocatus actoris in prima instantia non potest esse in secunda.*

Cap. Querelam. XXIV.

1 ELectio sufficit ad obtinendum probare electores fuisse in quasi possessione tempore electionis; licèt non probet quòd proprietas iuris eligendi ad illum pertineret. Item sententia lata super possessione non præiudicat proprietati, & spoliatus debet restitui ante quæstionem proprietatis. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Io. And. Imol. Anan. Host. Innoc. Henric. Panorm. Bald. Butr. Anch. Compost. Viu. *in ration.* 1. *libri iuris Pontif. pag.* 120. Alagon. *in compend. iuris Canon. pag.* 47. remissiuè Casal. *in ann.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2 refertur ab Ant. Aug. *col.* 3. *Decret. lib.* 1. *tit.* 6. *c.* 9.

2 *Pertineat ad Ecclesiam sanctæ Agathæ pleno iure.*] Ecclesiæ quando dicantur ad aliquem pleno iure pertinere, dixi *ad c. cùm & plantare,* § *in Ecclesiis, super verbo, pleno iure, infr. de priuil.* Et de dictione, *pleno iure,* aliqua
3 dixi in meis remiss. *de dictionibus, & claus. d.* 232. & ibi resolutis adde quòd hæres pleno iure institutus, etiam in vsufructu institutus intelligitur, vt ex Alex. *cons.* 56. *vol.* 3. & aliis, sequitur & explicat Card. Mant. *de coniectur. vlt. volunt. lib.* 9. *tit.* 6. *n.* 17. & 19. & relati à Menoc. *de præs. lib.* 4 *præs.* 140. *n.* 26.

Est aduertendum quòd si Ecclesia, vel dignitate vacante occupentur bona per tertium, Ecclesiæ competit interdictum, *vnde vi,* vt per Abb. *hîc in fin. & in c. litera tuæ n.* 2. *post med. vers. & etiamsi spolietur Ecclesia, de dilat.* Rot. *decis. in princ.* & *ibi* adden. *n* 4 *vers. respondetur ad primum, de restit. spol. in nouis* quod intelligitur vt scilicet competat pro naturali possessione occupata; sed non ideo excluduntur quin ratione ciuilis competat interdictum *vti possidetis,* in consequentiam cuius recuperatur naturalis per interdictum *vnde vi,* non autem per vim expulsiuam, aut compulsiuam, sed propter vim inquietiuam, ita Rot. *in Colimbrien. præstimoniorum* 10. *Decembris* 1631. coram R. P. D. Dunozetto. Mortuo enim prælato penes Ecclesiam remanet possessio ciuilis, & considerabilis, vt optimè declarat Rot. *in Senen. Pontis Arrighi* 12. *Iunij* 1573. coram Rubeo, quæ est *decis.* 390. *n.* 3 *p.* 1. *diuers.* quæ subdit istam possessionem sufficere ad effectum interdicti recuperandæ possessionis, & allegat dictam addit. *ad decis.* 1. *n.* 4. *de restit. spol.*

Petens pensionem, &c. sibi restitui de nouo subtractam.] 4 Notatur ad hoc quòd pensionarius potest agere remedio spolij pro pensione sibi subtracta, vt per Dec. *cons.* 135. & 215. *col.* 1. *in fin.* Aym. *cons.* 11. *n.* 6. & 7. Afflict. *decis.* 395. *n.* 3. *cum seqq.* Tiraq. *de retract. lig.* §. 1. *glos.* 6. *n.* 11. *cum seq.* Viu. *tom.* 1. *com opin. lib.* 4. *tit.* 2. *n.* 46. *pag.* 456. Ozasc. *decis.* 99. *n.* 10. Menoc. *remed.* 1. *recup. n.* 82. & *n.* 87. *cum seqq.* & *remed.* 15. *n.* 100. Azor. *inst. mor. p.* 2. *lib.* 8. *c.* 13. *q.* 1. Bernard. Græuæ. *ad pract. Cam. Imp. lib.* 1. *concl.* 75. Et aduersùs tertium negantem soluere pensionem potest agere interdicto possessorio, Valasc. *de iure emphyt. q* 32. *n.* 24. Sic etiam potest agere interdicto *vnde vi,* contra 5 negantem soluere pensionem, quæ soluebatur suo prædecessori, vt per Gig. *de pensionib. q.* 47. *n.* 10. Mascard. *de probat. concl.* 1323. *n.* 19 Menoch. *remed.* 1. *recup.* 87. & *n.* 160. Ceuall. *comm. contra communes q.* 656. Felician. *de censib. lib.* 2. *c.* 1. *à n* 8. Nam possessio bonorum Prælati continuatur in Ecclesia, vt per Flam. *de resig. lib.* 2 *q.* 7. *n.* 50. Cabed. *de patronatibus Regiæ Coronæ, c* 9. *n.* 5. Cald. Pereira *de empt. c.* 12. *n.* 17. Bernard. Græuæ. *d. lib.* 1. *concl.* 129. *n* 8. An detur actio pensionario contra successorem in beneficio pro terminis decursis, & non solutis in vita prædecessoris? olim Rota nunquam voluit admittere actionem, vt notauit Cassad. *decis* 4. *n.* 3. *de locato,* Crescent. *decis.* 6. *num.* 3. & 7. *de solutionibus,* ipsa tamen postmodum eam concessit, cum hoc temperamento æquitatis, vt debeant præcessisse diligentiæ contra successorem eundem, adeò vt pensionarius nulla notari possit negligentia, Seraph. *dec.* 1351. *n.* 1. Greg. *decis.* 507. *n.* 2. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *n.* 199. Stephan. Gracian. *disceptat. forens. c* 94. *numero* 59. Marescot. *var. lib.* 1. *c.* 8. Pacif. *de Saluian. interdicto decis.* 99. & *inspect.* 3. *c.* 4 *à num.* 199. Vnde ipsa Rot. *in vna Canarien pensionis* 15. *Ianu.* & 17. *Nouembr.* 1597. coram Gyptio, censuit quòd successor tenetur ad solutionem pensionis pro terminis decursis tempore alterius Episcopi facta diligentia contra hæredes prædecessoris; & clariùs sufficere diligentias contra prædecessorem, vel eius hæredes, & bona censuit eadem Rota *in Toletana pensionis* 13. *Iunij* 1608. *coram D. Penia.*

Notatur etiam ad hoc quòd competit remedium re- 6 cuperandæ possessionis spolio facto super iuribus incorporalibus, vt per Gabr. *commun opin. lib.* 5. *tit. de rest. spoliat. concl.* 1. *n.* 27. Menoch. *remed.* 1. *recup. q.* 8. Ceuall. *comm. contra comm. q.* 501. Flores de Mena *var. lib.* 1. *q.* 2. *num.* 24.

In quasi possessione præsentandi clericum existebat.] 7 Notatur ad hoc quòd actus eligendi, conferendi, vel præsentandi ad eum pertinent, qui est in quasi possessione eorum actuum, vt per Duen. *reg.* 282. Selu. *de benef. part.* 2. *quæst.* 7. *num.* 2. post Roch. Lambertin. *de iure patron. q.* 3. *princ. part.* 2. *lib.* 2. *art.* 1. *cum sequent.*

Cabed.

Cabed. *de patronat. Regiæ Coronæ*, c. 8. Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 4. §. 2.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 5. cap. 5. à primo.*

8 Notatur etiam ad hoc quòd valent gesta per eum, qui est in possessione, & communi existimatione alicuius officij, vt per Sanch. *de matrim. lib. 3. d. 22 n. 48.*

9 *Per multa tempora per soluta.*] Notatur ad hoc quòd quasi possessio incorporalium, vel iuris eligendi, præsentandi, vel conferendi non acquiritur per vnicum actum, sed plurium, duorum saltem, vel trium multiplicatio est necessaria, consonant text. *in c. cum Ecclesia 3.* ibi, *in trium Episcoporum Electionibus, & in cap. cùm olim. 7.* ibi, *duobus Archidiaconis de causa possess. & prop. l. 1. §. hoc interdicto*, ibi, *non minus quàm triginta diebus, ff. de itinere, actuque priuato.* text. opt. *in cap. 1. §. si verò vasallus*, ibi, *in duabus aut tribus acceptionibus quietis quasi possideat, quid sit inuestitura, in vsibus feudorum.* Ex quibus hanc partem tenent Ripa *in l. 1. § interdicto, num. 5. ff. quorum bonorum*, Roman. *cons. 70. n. 13.* Paris. & Caualcan. quos refert & sequitur Flores de Mena *var. lib. 1. q. 1. num. 25.* nuncupatim agentes de quasi possessione percipiendi pensionem in terminis huius tex. non dissentit Card. Tusch. *tom. 7. conclus. 34. num. 7. & 10.*

10 Contraria verò sententia, quòd vnicus actus sufficiat ad acquirendam quasi possessionem iurium incorporalium, verior est & receptior, quam tenet glos. *in cap. si verò 12. de iureiur.* & est de mente glos. *verbo, triuium in d. cap. cum Ecclesia*, quam ibi sequuntur Card. *n. 3.* Ripa *n. 91.* Rebuff. *n. 10.* & post Bald. *de præscription. part. 5. q. 8.* communem sæpiùs profitentur Cou. *pract. c. 14. n. 2. & in reg. possessor, part. 2. in princ. n. 6.* Cardin. Tusch. *tom. 3. lit. E. concl. 83. n. 5. & tom. 7. verbo possessio, concl. 421. & verbo quasi possessio, concl. 34.* Triuisan. *decis. 54. part. 2.* Put. *decis. 192. lib. 1.* Mascard. *de probat. concl. 173. à num. 8.* post Roch. Lambertin. & plures alios Gonzal. *ad regul. 8 Cancel. glos. 45. §. 2. à n. 29.* post. Caputaquen. Achil. de Grassis, Aloys. Ricc. *in collect. decis. part. 4. collect. 1454.* post Gutier & Menoch. Ceuall. *communium contra commun quæst. 717. num. 4.* post Duaren. Corras. Rufin. & alios Nicol. Garc. *d. c. 5. n. 59. cum seqq.* optimè Cabed. *de patronatib. Regiæ Coronæ, cap. 6. in princ.* Camill. Borell. *in summa omnium decis. tit. 52. n. 216.*

11 Qua retenta opinione non obstant text. pro prima suprà allegati, nam ad text. in præsenti, & *d. c. cùm olim*, dum plures solutiones, & *d. cap. cùm Ecclesia*, dum tres electiones videntur exigere, respondetur multiplicationem actuum ibi requiri non ad acquirendam, sed ad iustificandam quasi possessionem, quia actus geminati, & per temporum internalla repetiti magnam inducunt iustitiæ præsumptionem, maioremque afferunt firmitatem. Nec multum discrepat quod respondet Menoch. *remed. 15. recuper. num. 396.* clericos *hic & in d. cap. cùm Ecclesia*, ac Episcopum *in d. c. cùm olim*, iudicasse commodum sibi esse allegare, & probare actuum multiplicitatem, quia possessio quo antiquior, eo iustior præsumitur; & firmior, est, vt probat tex. *in cap. licet causam, vers. ex præmissis, de probationib.* cum similibus, de quibus Menoch. *remed. 3. retin. à num. 725.* planè Mascard. *de probat. conclus. 1199. à princ.* Card. Tusch. *tom. 4. lit. I. concl. 285.*

12 *& tom. 6 lit. P. concl. 412. & 439.* Non obstat etiam text. *in d. l. 1. §. hoc interdicto, ff. de itinere, actuque priuato*, dum vsum triginta dierum requirit ad acquirendam huiusmodi quasi possessionem itineris, in quo videtur ex diametro contrarius textui *in l. 1. §. quod autem scriptum, ff. de aqua quotid.* dum ad quasi possessionem aquæ ducendæ decidit sufficere vnicum actum, cùm tamen vtrobique Prætor eisdem verbis interdictum concepisse videatur: respondetur enim faciendo differentiam inter ire per fundum alienum, & inter aquam ducere per alienum fundum, nam primùm cùm sit de illis actibus, qui iure familiaritatis solent exerceri, requiritur ad hanc præsumptionem eligendam actuum pluralitas: secundum verò cùm sit de illis, qui non nisi iure proprio exercentur, iuxta *l aquam C. de seruitut.* ideo vnicus actus sufficit: ita Padil. *in l. 1. C. de seruitut. à n. 21.* Abb. *in d. c cùm Ecclesia, à n. 22.* & Ripa *à n. 52.* Rebuff. *super glossas n. 10.* idem Rebuff. *ad leges Galliæ tom. 3. tit. de materiis possessoris, in præfat. num 103.* Menoch *remed. 5 retin. à n. 8.* Vel forsan meliùs poteris dicere *d. l. 1. §. hoc interdicto*, non probare quasi possessionem itineris acquiri non posse absque multiplicatione illa actuum per triginta dies, sed solùm interdictum illud de itinere non dari nisi ei, qui per triginta dies vsus est, forma scilicet ipsius interdicti, & verbis Prætoris, quæ eum in modum interpretatur Iureconsultus, quia scilicet non videtur vsus per annum, vel aliquam eius partem, qui saltem per vnum mensem vsus non est, & quia verum est dicere aquam duxisse eum, qui vna nocte, vel vno die dixit, & Prætor in interdicto de aqua quotidiana simpliciter dixit, hoc anno aquam duxisti, non immeritò interpretatur idem Iureconsultus vnicum actum in eo interdicto sufficere atque ita ex diuersa verborum conceptione diuersimodè Vlpianus vtrumque interdictum interpretatur, quasi vsus huius anni exigat aliquod tempus, & factum continuum, ductus verò aquæ minimè, sed actu momentaneo absoluatur.

Minus obstat tex. *in d. cap. 1. § si verò vasallus*, dum 13
duas vel tres solutiones requirit ad inducendam feudi quasi possessionem, quia respondetur iura feudorum ius speciale continere, quod subinde ad alias materias trahi non potest, iuxta reg. *huius singulare ff. de legibus, & reg. quæ à iure communi exorbitant de reg. iur. in 6.* & nuncupatim de ipsis feudorum libris agens cum Bart. Bald. Iul. Clar. Roch. & pluribus aliis confirmat Molin. *de primog. lib. 1. c. 7. princ.* & omnino *n. 5.* Quamvis enim secundùm hanc communem Doctorum sententiam facilè responderi possit ad *d. § si vero vasallus*, tamen non immeritò dici potest illum non agere de quasi possessione inducenda, neque ad hunc effectum tres illas requirere solutiones, sed de probatione constitutionis feudi, & de onere probandi inuestituram cui incumbat, in qua materia formam præscripserat *in c. 1. in princ. tit. quid sit inuestitura*, quo probari non possit, nisi per publicum instrumentum, vel pares Curiæ, cuius rei rationem ponit text. *in c. 1. vers. idcirco, de notis feuderum*, ne scilicet quid excogitetur falsitatis in perniciem domini, notant post alios Duen. *reg. 326.* Mascard. *de probat. concl. 769. à num. 5.* Hanc igitur reg. limitat text. *in d. §. si verò vasallus*, vt probatis tribus solutionibus necessarium non sit fieri probationem per pares Curiæ, sed sit in electione possidentis, aut iurare feudum esse rectum, aut domino referre iuramentum; nihil ergo text. concludit ad intentum ad quod adducitur, inducendæ scilicet quasi possessionis.

Illud verò animaduertendum duxi, quòd ad hoc 14
vt acquiratur quasi possessio in istis incorporalibus ex vnico actu multa requisita sunt necessaria, de quibus per Calderin. *cons. 12. de iurepatron.* Cassad. *dec. 7. de causa possess.* inter cætera requisita illud est principale, quòd sit electio confirmata, & plerumque suum effectum fuerit sortita, ita vt electio etiam vera & realis absque confirmatione ad hanc quasi possessionem non sufficiat, vt per Innocen. Oldrad Abb. Federic. & alios quos refert Rip. *in d. cap. cùm Ecclesia, n. 3. vers. quintò quæritur*, post Rebuff. Roch. & plures Rotæ

&c.

decis. comprobat Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 45. §. 2. *n.* 36. *& seq* Card. Tusch. *d. verbo, quasi possessio, concl.* 34.
15 *à n.* 1. Nicol. Garc. *d. part.* 5. *c.* 5. *n.* 67. *&* 99. Factum enim non reputatur id, quod non habuit effectum, *l.* 1. §. *nihil. ff. de inoffic. testam. l. si quis sub conditione ff. de testam.* Surd. *cons.* 436. *n.* 14.

16 Secundum requisitum est, quòd vsus iste, quo acquiritur huiusmodi quasi possessio, exerceatur iure proprio, seu suo, notatur glos. *verbo vocem*, ibi, *hoc enim non sufficit, in d. c. cùm Ecclesia*, vbi Abb. *n.* 25. *vers. tertio*, Ripa *n.* 49. Rebuff. *n.* 20. *in fin.* & post Calder. Lambert. *de iurepatron. art.* 10. *q.* 3. *à num.* 6. Menoch. *remed.* 3. *retin. n.* 13. *& remed.* 6. *num.* 131. Gonzal. *d. glos.* 45. §. 2. *num.* 34.

17 Tertium requisitum est, vt requiratur scientia eorum, quibus præiudicatur, itavt quasi possessio eligendi, præsentandi, & similium absque scientia, & patientia aduersarij acquiri non possit, probat *d. cap cum olim, de causa poss.* ibi, *sine reclamatione aliqua Canonicorum*; est enim generaliter receptum iurium incorporalium quasi possessionem minimè acquiri posse, nisi sciente, & patiente aduersario, ex *l.* 1. *C. de seruit.* ibi, *eo sciente*, & quia incorporalium quasi possessio traditionem, vel patientiam requirit, & in ea formaliter consistit, *l.* 1. §. *vltim. ff. de seruit. rustic. præd. l.* 3 §. *dare ff. de vsufruct.* cum aliis multis, ex quibus ita tradit Bart. *in d.* §. *hoc interdicto, n.* 10. *& in l.* 1. *n.* 3 *ff. de vi & vi arm.* sequuntur Cou. *in reg possessor part.* 2. *in princ. n.* 8. Menoch. *remed.* 5. *retin. à n.* 32. Peregrin. *var. lib.* 3. *à n.* 51. Gilchen. *de præscript. part.* 2. *memb.* 3. *c.* 12. *à n.* 4. Fachin. *controu. iur. lib.* 7. *c.* 20. Castill. *de vsufruct. c.* 12. *à n.* 26. Quare hoc requisitum expresè exigunt Abb. *in d. c. cùm Ecclesia, n.* 25. & Ripa *n.* 64. & plures alij, quos referunt & sequuntur Lambert. *d. art.* 10. *à n.* 3. Gonzal. *d. glos.* 45. §. 2. *à num.* 32. Caputaq. *decis.* 418. *part.* 2. Rot. *decis.* 167. 184. *&* 803. *p.* 1. *& decis.* 4 *part.* 2. *diuers.*

18 Quartum requisitum est, vt ad acquirendam hanc quasi possessionem incorporalium bona fides vtentis sit necessaria, quod tenuerunt Bart. *in d.* §. *hoc interdicto, num.* 9. *&* 12. Calderin. *in d. cons.* 12. quem sequuntur reliqui omnes, vt post Rip. *num.* 83. Rebuff. *num.* 20. *vers. circa quod, in d. c. cùm Ecclesia*; & esse generale in omnibus seruitutibus, quòd earum quasi possessio sine bona fide acquiri non possit, tradunt Menoch. *d. rem. retin. num.* 20. *cum seqq.* & alij de quibus Gonzal. *d.* §. 2. *num.* 35. & planè relati à Garc. *d. part.* 5. *c.* 5. *num.* 67. *& num.* 70. *cum seqq.* Verùm contraria sententia longè verior est, quòd licèt quoad alios effectus, & præcipuè vt possessio iusta sit, bona fides requiratur, atque ita quoad præscriptionem, fructus, & similia; ad effectum tamen acquirendi quasi possessionem in suo esse perfecto atque etiam quoad interdictum recuperandæ, minimè necessaria est huiusmodi bona fides, vt tenet expresè Innoc. *in c.* 2. *num.* 6. *de restit. in integ.* Abb. *n.* 26. & Rip. 67. *in d. c. cùm Ecclesia.* latè Lambert. *d. q.* 3. *art.* 10. *n.* 11. *cum seqq.* & post Corras. *de sacerdotio, part.* 2. *c.* 5. *num.* 3. atque alios, quos refert, fatetur Garc. *d. c.* 5. *num.* 69.

19 Quintum requisitum est quòd talis, vel tales actus ex quo, vel ex quibus prætenditur acquisita quasi possessio, sint clari, & certi, non verò turbidi, dubij, & obscuri, Gonzal. *d. glos.* 45. §. 2. *n.* 38. nam ex turbidis & obscuris collationibus, electionibus, aut præsentationibus non acquiritur quasi possessio, vt fuit sæpè resolutum in Rota, præsertim *in vna Tarusana plebis* 5. *Iunij* 1587. *coram Bubale*, sicut non est locus manutentioni, quando possessio non est clara, sed intricata turbida, & offuscata, Veral. *decis.* 200. *part.* 2. & fuit dictum *in vna Cæsaraugustana fructuum* 13. *Ianuarij* 1599. *coram Illustrissimo Pamphilio.*

Testes omni exceptione maiores.] Maior omni exceptione testis ille reputatur in iure, qui nulla legitima exceptione repelli potest, vt per Mascard. *de probation. concl.* 855. *num.* 10. *& concl.* 1019. *n.* 5. *& concl.* 1306. *n.* 6. Farinac. *in praxi crimin. p.* 2. *tit. de oppositione contra personas testium, q.* 62. *à num.* 1. Steph. Gratian. *discept. forens. tom.* 3. *c.* 537. *n.* 14. 20

In eundem statum percipiendi, &c.] Notatur ad hoc quòd emphyteuta requisitus, si neget soluere pensionem, potest conueniri à domino directo interdicto *vnde vi*, vt per Mascard. *de probationib. conclus.* 603. *n.* 7. Gutrier. *consil.* 45. *num.* 2. Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 18. *num.* 10. Nam pro recuperandis annuis præstationibus, vel pensionibus merè personalibus conceditur creditori interdictum possessorium recuperandæ contra illum, qui de nouo soluere recusat, vt per Abb. *hic n.* 12. Ripa *in l. vlt. num.* 3. *ff. quorum bonorum*, Afflict. *decis.* 395. Menoch. *remed.* 1. *recup. n.* 87. Gig. *de pension. quæst.* 4. 21

In glos. *Commisit.*] Notatur ad hoc quòd iudex, qui iudicauit in prima instantia, dicitur suspectus in causa appellationis, vt per Menoch. *de arbitr. casu* 418. *num.* 17. *& lib.* 2. *q.* 73. *num.* 3. Aym. *cons.* 232. *num.* 8. Et qui in prima instantia iudex fuit, non potest esse Aduocatus in secunda, Azened. *ad l.* 13. *n.* 1. *tit.* 16. *lib.* 2. *nouæ recop.* vbi *num.* 4. asserit quòd Aduocatus qui fuit in vna causa, non potest esse iudex in illa; sic etiam Aduocatus actoris in prima instantia non potest esse rei in secunda, & vice versa, vt per Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 1. *in proœm. n.* 41. quem refero ego ipse *de offic. & potestate Episcopi, part.* 3. *alleg.* 97. *num.* 27. 22 23

SVMMARIVM.

1 *Eligentes scienter indignum priuati sunt potestate eligendi in electione, quæ primò occurrit facienda.*
2 *Eligentes indignum scienter priuantur potestate eligendi.*
3 *Approbare nemo potest, quod semel reprobauit.*
4 *Suspensio à beneficio extenditur tantùm ad fructus beneficiorum, non autem ad facultatem administrandi in spiritualibus, & temporalibus.*
5 *Suspensus Clericus debet tantum habere de fructibus sui beneficij, quod sufficiat sibi pro alimentis, quando non habet vnde sustentetur.*
6 *Suspenso ob contumaciam non debentur alimenta.*
7 *Electio secunda dicitur prima respectu tertiæ.*

CAP. Cùm VVintonien. XXV.

ELigentes scienter indignum, v. g. illegitimum, iuxta Concil. Lateranense per triennium carere debent Ecclesiasticis beneficiis, & pro illa vice eligendi potestate priuantur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Anch. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anania, Hostien. Innoc. Panorm. Bald. Butr. Henric. Compostel. Viuian. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 121. Alagona *in compendio iuris Canonici pag.* 47 remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1 *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 1. *tit.* 6. *c.* 10. 1

Quòd hominem non legitimè natum scienter eligere præsumpserunt.] Notatur ad hoc quòd eligentes indignum scienter priuantur potestate eligendi, de quo dixi *ad c. cùm in cunctis*, §. *Clerici, suprà hoc tit.* 2

Quòd ipsi post primam electionem admiserant illos.] Notatur ad hoc quòd nullus potest approbare quod semel reprobauit, vt per Surd. *cons.* 351. *n.* 41. Sanch. 3

de

de Matrim. lib.9.disp.6.n.9. cum aliis per me citatis *in tract.de Axiom.iuris vsufreq.Axiom.31.n.2. & de dictionib.vsufr.dict.39.n.2.*

4 In gloss. *Admiserant*, ibi, *& licèt isti sint suspensi à beneficio,non impediuntur eligere*, &c.] Notatur ad hoc quòd suspensio à beneficio extenditur tantùm ad fructus beneficiorum,non autem ad facultatem administrandi in spiritualibus, & temporalibus, vt per Henriq. *in sum.lib.14.cap.32.§.4.in comm.lit.C.* Valer. Reginald.*in praxi fori pœnit lib.32.tract.1.n.18.*

5 In ead.gloss.ibi, *Tamen modicam sustentationem debent habere.*]Notatur ad hoc quòd Clericus suspensus debet tantum habere de fructibus sui beneficij, quod sufficiat sibi pro alimentis,quando non habet vnde sustentetur, vt per Cou.*lib.3. var.c.13.n.8 vers.duodecimo, in princ.* Surd. *de aliment.tit.1 q.82.n.5.* Nau. *consil.45.n.2. de temporib.ordin.in antiq.& cons.7.iuncto cons.27.de sent. excom.*Henriq.*dict.lib.13.c.13.§.4.iuncto commento lit.N.* Campan. *in diuersorio iuris Canonici, rubr.11.c.16.n.20.* Sayr. *de censuris, lib.4.c.6.n.12.*Vgolin.*tab.4.c.8.§.7.n.2.* Moneta *de distrib.quotid.p.2.q.15 num.40.* post Guttier. Soar.Garc.& Mar.Alteri.idem tenet Ricciul.*in tract de personarum extra gremium Ecclesiæ existentium,lib.4.c.14. à num.24.* vbi assignat rationem quare hoc idem non sit in excommunicato: secus est quando Clericus habet aliunde, vel quando potest viuere de propria industria, ex eodem Surd. *d. q 82.n.6. & tit. q.36.n.1.*

6 *& 2.* vbi *num.3.* quando dicatur non habere aliunde. Suspenso verò ob contumaciam minimè debentur alimenta, Moneta *num.41.*Campan.*num.21.* dictis locis, Ricciul.*n.26.*

7 In gloss. *Tertia concurrebat*, ibi, *d citur prima respectu istius*] Notatur ad hoc quòd secunda electio dicitur prima respectu tertiæ, vt per Tiraq. *de iure primog.q.3. num.12.*

SVMMARIVM.

1 *Eligentes scienter indignum in Episcopum, suspendun-tur à beneficiis per triennium, nec possunt interim assumi ad dignitates illius Ecclesiæ.*
2 *Confessio probat inter alias personas.*
3 *Simonia committitur tam per dantes quàm per accipientes, & tam per agentes quàm per consentientes.*
4 *Dictio* penitus, *omne præiudicium excludit, nullámque limitationem admittit, & significat nullitatem actus ipso iure.*
5 *Episcopatus desiderantibus est auferendus.*
6 *Episcopatus potest appeti sine peccato ab illo,qui eo dignus est,dummodo principaliter appetatur,vt prosit, licèt minus principaliter ob honorem,& fructus eius.*

CAP. Cùm causam. XXVI.

1 ELigentes scienter indignum, v. g. simoniacum in Episcopum, sunt ob hoc suspensi à beneficiis Ecclesiasticis per triennium, nec possunt interim ad dignitates illius Ecclesiæ eligi,vel assumi. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect.Bellam.Host.Ioan. Andr. Anch. Innoc. Imola, Anan. Bald.Panorm.Butr. Henric. Compostel. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.121.* Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.48.*remissiuè Ximen.*in concord.p.1.& 2.* refertur ab Anton.Aug. *collect.3.Decret.lib.16.tit.11.*

2 *Habuisse colloquium cum quibusdam.*] Notatur ad hoc quòd confessio probat inter alias personas, vt per Valasc.*consult.33.n.2.*

3 *Quocirca mandamus*, &c.] Notatur ad hoc quòd simonia committitur tam per dantes, quàm per accipientes, & tam per agentes, quàm per consentientes, vt per Menoch.*cons.67.n.12.*

Penitus amouentes.] Dictio, *penitus*, est præcisa, & 4
omne præiudicium excludit, nullamque limitationem admittit,vt per Menoch. *remed. 14. recup.n.5.& remed. 4.adipisc.n.19.& de præs.lib.4.præs.166.n.49.* Moder. *de iurisdict. p.2. casu 85.num.19.* Ceuall. *communium contra comm. q.828.n.22.* Steph. Grat. *Marchiæ decis.51.n.23.* Cened.*pract.quæst.lib.1.sing.73.n.1.*Et significat nullitatem actus ipso iure,Sanch.*de Matrim.lib.8.dis.11.n.75.* Nicol.Garc. *de benef.p.8.c.1.n.5.* plures refert Cened. *ad sextum, collect.25.n.3.*

In gloss. *Colloquium*,ibi, *Et desiderantibus Episcopatus* 5
est auferendus. Ad hoc elegans est auctoritas S. Ioan. Chrysost.*hom.35.*Opus quidem desiderare bonum,bonum est;primatum autem honoris cõcupiscere vanitas est;primatus enim fugientem se desiderat,desiderãtem se horret.Hæc ille. Inde ad celsitudinẽ gradus appetere Episcopatum præsumptuosum duco, si tamen propter annexum laborem;qui est ordinatus ad honorem Dei, & proximi salutem quis Episcopatum optet, bonum opus desiderat, in quo consensu accipiendum esse Apostol.*ad Tim.3.*D.Th.2.2 *q.185.art.1.* Alph.Aluar. Guerrero *in spec.iur.Pontif.c.4. post princ.*Azor.*instit.moral.p.2.lib.3.c.28 q.2.* Sanctorum exempla recusantium Episcopatus acceptare retuli ego ipse *de offic.& potest. Episc.p.1.tit.1.gl.ff.2.*& ibi citatis addo quæ de eximiæ sanctitatis viro Fr. Bartholomæo de Martyribus, qui è Dominicana familia præcepto obedientiæ coactus fuit Archiepiscoparum Bracharensem acceptare tradũt Fr. Lud.de Sousa nobilis eiusdem D.Fr.Bartholomæi scriptor *lib.1.c.8.*Illustr.Dmeus Roderic.à Cunha *in comment ad c.1.n.10.dist.85.*Hinc Nauar.*cons.37.n.7.sub tit. de sent.excomm in nouis*, resoluit absque peccato etiam 6
veniali posse appeti Episcopatum ab illo,qui eo dignus est, dũmodo principaliter appetatur vt possit, licet minus principaliter appeteretur ob honorem, & fructus eius.

SVMMARIVM.

1 *Electio cassatur vbi non professus eligitur ad regimen Ecclesiæ Regularis,consuetudine in contrarium obstante.*
2 *Factum non attenditur, sed quid fieri debuit.*
3 *Religionem professus qui non est, regulari præfecturâ non est dignus.*
4 *Regularis vnius Ordinis, vel habitus, non potest eligi in Prælatum alterius Ordinis, vel habitus.*
5 *Beneficium regulare an sæculari dari possit in commendam, vel è conuerso, ostenditur.*

CAP. Cùm causam. XXVII.

ELigi nequit non professus ad regimen Ecclesiæ 1
Regularis, consuetudine in contrarium non obstante,quia secundùm legem diuinam nõ est arandum in asino,& boue,nec vestiendum veste ex lino,& lana contexta.Colligunt ex Ord.Abb.antiq.Zabar.Collect. Anch.Bald.Bellam.Host.Ioan.Andr. Innoc. Imol.Anan. Panorm.Butr.Henric.Compostel. Viu.*in rationali primi libri iur.Pontif.pag.122.* Alagon. *in compend. iuris Canon. pag.48.*remissiuè & Ximen.*in concord.p.1.& 2.* refertur ab Ant.Aug.*collect.3.Decretal lib.1.tit.6.cap.12.*

Non debemus attendere solummodo quid factum sit, sed 2
quid faciendum.] Nam factum non attenditur,sed quid fieri debuit,*peruenit.inf.de decim.* Card.Tusch.*tom.3.tit. F.concl.24.*Non factum,sed faciendi causa inspicienda

est, *l. verum, ff. de furtis,* cùm paria sint non facere, vel facere indebito modo, *l. 1. §. pen. ff. quorum legat.*

3 *Irritetis electionem,* &c.] Quia nemo, qui non est professus religionem, est regulari præfectura dignus, *c. officii, & c. cùm magistrum, hoc tit.* quod multipliciter declarat Illustriss. D. meus Roderic. à Cunha post primam huius libri impressionem à me visus *in comment. ad c. 2. n. 2. dist.* 48. nec Regularis vnius Ordinis, vel
4 habitus, potest eligi in Prælatum alterius Ordinis, vel habitus, *c. cùm singula, §. prohibemus, de præbendis, lib. 6. Clem. 1. de electione,* Fr. Lud. Miranda *in man. Prælat. to. 2. q. 23. art. 11. concl. 4.* Soar. *de Relig. tom. 4. tract. 8. lib. 2. c. 3. n. 11.* Sigism. à Bononia *de elect. & potest. Prælat. Regul. dub. 60. n. 4.* Tambur. *de iure Abbatum tom. 1. disp. 5. q. 11.* ideo Nau. *comment. 3. de regularib. in princ. n. 2.* & Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. q. 122. art. 4.* dicunt Reges Hispaniæ, quibus Adrianus VI. indulsit præsentandi in suis Regnis Abbates, alios præfectos Collegiatarum sæcularium, & regularium, saltem consistorialium, non potuisse præsentare ante, & multò minùs post Concil. Trid. ad Præfecturas regulares personas sæculares, nec regulares alterius Ordinis, refert Nicol. Garc. *de benef. p. 7. c. 10. n. 14.*

5 *In Priorem.*] Secus ergo si non esset Prior, vel Abbas, sed Beneficium daretur illi in commendam, siquidem constat per commendam non dare beneficium, nisi quando in commendatarium tam temporalia, quàm spiritualia in perpetuum transferuntur, tunc enim solum beneficium commenda censeretur. Iunat quòd iura in quibus prohibetur ne beneficium regularibus detur, vel è conuerso, non faciunt mentionem de commendatario, sed de proprio Prælato, veluti Abbate, provt *in c. ad nostram, 37. & seq. infr. hoc tit.* & de Priore, provt in hoc text. & constat quòd licèt talis commenda sit beneficium, non tamen commendatario verus & proprius titulus conceditur, & ita in specie Hojed. *de incompatib. benef. p. 1. c. 14. n. 5.* Couar. *in c. 2. n. 2. de testam.*

SVMMARIVM.

1 *Nominatio, vel appellatio eius, cuius non interest, electionem non impedit, sed si vocandus contemnitur, eo prosequente contemptum, cassatur electio etiam confirmata, & potest prosequi, nisi consenserint electioni.*

2 *Electio Prælati est facienda in Ecclesia Cathedrali, seu loco consueto, & in subsidium, vbi commodiùs daretur facultas.*

3 *Electio facta in loco interdicto valet.*

5 *Pars minor non vocata ad electionem potest agere, & rescindere à maiori parte factam.*

6 *Eligendi ius habentes legitimè citari, & vocari debent.*

7 *Citatio nunquam præsumitur.*

8 *Canonicatus extinguitur morte Canonici, & constituitur in personam sequentis.*

9 *Papa solus concedere potest, vt Episcopus in die suæ consecrationis Ordines conferre possit.*

10 *Metropolitanus antequam pallio decoretur non debet Conc. conuocare, Chrisma conferre, &c. nec se Archiepiscopum nominare.*

11 *Ordines sacri quando conferuntur Missa non est de eorum substantia.*

12 *Vicarius, qui non est Episcopus Suffraganeos sui Archiepiscopi consecrare non potest, etiamsi haberet mandatum exercendi pontificalia.*

CAP. Quòd sicut. XXVIII.

ELectio plurium potius est nominatio, quàm electio, & licitè postea potest procedi ad electionem vnius in Cathedrali. Item Principi sæculari patrono non simplex nominatio, sed solemnis electio est præsentanda, vt præstet assensum postulationi, licèt aliquando secus fiat abusiuè. Item appellatio interposita ab eo, cuius non interest, vel sine causa facta, non impedit electionem. Item si aliqui de corpore vocati (dummodo vocari possint sine periculo) nolint venire, ipsorum absentia non impedit electionem, sed si contemnuntur, & non vocantur, electio est nulla, nisi pro bono pacis deinde consentiant. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Host. Io. And. Innoc. Imol. Bald. Anan. Panorm. Dec. Butr. Henric. Anchar. Compost. Viu. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 123. Alagon. *in compend. Iur. Canon pag.* 48. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 3 Decretal. lib. 1. tit. 6. c. 13.* 1

Si fieri potest, in Cathedrali Ecclesia electio debeat celebrari.] Notatur ad hoc quòd electio Prælati est facienda in Ecclesia Cathedrali, seu loco consueto, & in subsidium vbi commodiùs daretur facultas, vt per Rẽdinam *in præmptuario recept. sent. tom. 1. tit. 36. n. 21.* Perez *l. 2. vers. dubitatur etiam, tit. 6. lib. 1. Ordin. pag. mihi* 154. Petr. Greg. *syntagm. iuris, lib. 15. c. 12. n. 19.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 28. q. 18.* Camil. Borrel. *in summa omnium decis. tit. 6. n. 14.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 62. n. 13.* Vn- 3
de electio facta in loco interdicto valet, Perez *d. l. 2. vers. quæri etiam posset,* Azor. *d. p. 2. lib. 6. c. 14. q. 27.* 2

Si autem Miriden. &c.] Quinam sint vocandi, & expectandi ad electionem canonicam, dicam commodiùs ad *c. quia propter, infr. hoc tit.* 4

Sed contemptos, &c.] Notatur ad hoc quòd minor pars non vocata potest agere, & rescindere conclusum à maiori, vt per Abb. *hic not. ab. 7.* Ant. Ragucc. *de voce Canonicorum in Capitulo, q. 11. n. 1.* vbi *n. 2.* quòd vitium contemptus potest separatim per singulos purgari, & *n. 3.* quòd qui non habet vocem in Capitulo, non potest agere de contemptu. 5

In gloss. *Vocatos.*] Notatur ad hoc quòd oportet vniuersos, qui ius eligendi habent, legitimè vocari, & citari, vt per Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 6. c. 14. q. 7.* & vide *infr. ad d. cap. quia propter, n. 9.*

In ead. gloss. ibi, *Quia nuntio creditur an aliquis sit vocatus.* Notatur ad hoc quòd nuntio præsertim iurato, creditur an aliquis ex vocalibus absens, sit vocatus nec ne, vt per Boër. *ad Mandagot. de election. nouorum Prælat. p. 1. c. 4.* Gabr. *cons. 4. lib. 2.* nouissimè Luc. Castellin. *de elect. c. 8. n. 17.* 6

In ead. gloss. ibi, *Aduersario incumbit probatio.* Quia citatio nunquam præsumitur, Felin. *in c. tenor, n. 1. infr. de sentent. & re iudic.* Ias. *in l. ne quicquam, §. vbi n. 53. ff. de offic. Procons.* Tiraq. *de præscript. vers. 36. fol. 62.* Perez *l. 1. vers. quæro 18. tit. 1. lib. 3. Oridinam. pag. 493.* Mascard. *de probation. concl. 290.* Menoch. *de præsumpt. lib. 2 præsumpt. 22.* Rebuff. *de reprobat. testium, n. 68.* Surd. *cons 88. n. 1.* Cald. Pereira *de empt. cap. 34. num. 39. & cap. 35. num 31. 32. & 37.* 7

In gloss. *Consentire, in fin.* ibi, *in Canon. secus.* Notatur ad hoc quòd Canonicatus in Ecclesia receptiua extinguitur morte Canonici, & nouus constituitur in persona sequentis, & ideò propriè non dicitur Canonicus habere successorem, vt per Abb. *in c. quoniam Abbas, col. 5.* & ibi Felin. *col. 3. infr. de offic. delec.* Ant. Ragucc. *de voce Canonicorum in Capitulo, quæst. 22. n. 1.* 8

*n.*1. D. Barbos. *in l. filiofam.* §. *fin. num.* 28. *ff. soluto matrim.* Card. Mantic. *decis.* 229. *n.* 2. & fuit dictum *in Syracusana Canonicatus*, 1. *Februar.* 1623. coram R. P. D. meo Pirouano.

§. Super eo.

9 Episcopus dum celebratur Missa consecrationis suæ, vel Archiepiscopus ante receptum pallium Ordines conferre non debet. Colligunt Doctores *in princip.* text. citati, & ideo solius est Summi Pont. concedere, vt Episcopus in die suæ consecrationis Ordines conferre possit, ego ipse *de offic. & potest. Episc. p.* 3. *alleg.* 50. *num.* 20.

10 *Præterea cùm non liceat Archiepiscopo*, &c.] Notatur ad hoc quòd antequam Metropolitanus pallio decoretur, non debet Concilium conuocare, Chrisma conficere, Clericos in sua Prouincia ordinare, Pontifices consecrare, vel Ecclesias dedicare, nec se Archiepiscopum nominare, vt per Durand. *in rationali diuinorum, lib.* 3. *c.* 17. *n.* 11. Stephan. Quaranta *in summa Bullarij, verbo Archiepiscopi auctoritas, vers.* 32. *auctoritas*, vbi additio bona.

11 In glos. *Diuidatur.* Aduerte cùm sacri Ordines conferuntur, Missam non esse de eorum substantia, Armil. *verbo Ordo, n.* 9. licet tamen requiratur de honestate, & vsu, Imola *hìc n.* 16. Ego ipse *de offic. & potest. Episc. p.* 1. *alleg.* 14. *n* 16.

12 In glos. *Sine pallio.*] Notatur ad hoc quòd Vicarius qui non est Episcopus, Suffraganeos sui Archiepiscopi consecrare non potest, etiamsi haberet mandatum exercendi Pontificalia, vt per Sbroz. *de offic. Vicar. lib.* 2. *q.* 10. *n.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Electio per minorem partem Capituli facta non tenet, nec per subsequentem consensum ratificari potest.*
2 *Factum à maiori parte in rebus Collegij, Vniuersitatis, vel Communitatis valet.*
3 *Præsentatio facta ex impetu, vel iracundia non valet.*
4 *Nullum ab initio non conualescit ex tempore.*
5 *Dictio*, Maximè, *interdum apponitur taxatiuè.*
6 *Allegatio partis non facit ius.*
7 *Argumentum sumere non licet ex facti contingentia.*
8 *Verba narratiua in dispositionibus legalibus super contingentiam facti non inducunt dispositionem, nec plenam probationem efficiunt si non proferantur principaliter propter se.*

CAP. Auditis. XXIX.

1 ELectio à minori parte Capituli facta est ipso iure irrita, nec consolidatur per subsequentem consensum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Anch. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Imol. Anan. Panorm. Host. Bald. Butr. Henric. Compost. Viu. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 121 Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 49. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 1. *tit.* 6. *c.* 14.

2 *Vel maioris, & sanioris partis ipsius.*] Notatur ad hoc quòd factum à maiori parte in rebus Collegij, vel Vniuersitatis, vel Communitatis valet, & sic regulariter in his, quæ pertinent ad plures, vt vniuersos, ex Duen. *reg.* 296. vide dicta *ad c. cum omnes* 6. *n.* 5. *de constit.*

3 *In electionem prorupit.*] Id est, per iracundiam, Tiraq. *de pœnis tempor. causa* 1. *n.* 28. Non enim valet præsentatio facta ex impetu, vel iracundia, Viuian. *in praxi iuris patron. n.* 2 *lib.* 11. *c.* 4. *n.* 5.

4 *Cùm ex post facto nequiuerit conualescere, quòd ab initio non valebat.*] Notatur ad hoc quòd nullum ab initio non conualescit ex tempore, vt per Franc. Molin. *de ritu nuptiarum, lib.* 1. *c.* 12. *n.* 13. Card. Tusch. *tom.* 5. *lit. N. concl.* 142. *cum seq.* Th. de Thomassetis *reg.* 255. vbi intelligit quando ab initio actus omnino inualidus erat; limita in actu conditionali, D. Barbosa *in l.* 1. *solut. matr. p.* 4. *n.* 96.

5 In glos. *Ex post facto*, ibi, *id est, irritanda de iure.* Vide Tiraq. *in l. si vnquam, verbo, reuertatur, n.* 376. *C. de reuocandis donat.*

6 In ead. glos. ibi, *Maximè pro tantum ponitur.*] Notatur ad hoc quòd dictio *maximè*, interdum apponitur taxatiuè, Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præs.* 100. *num.* 12. Azeued. *l.* 1. *n.* 37. *tit.* 19. *lib.* 8. *nouæ recop.* Hieron. Fernand. de Otero *in repet. cap. gratum, de offic. & potest. ind. deleg. n.* 38. quos ego ipse refero *de dictionib. & clauf. dict.* 168. *n.* 4. aliàs *dict.* 197. *n.* 9.

7 In ead. glos. ibi, *Allegatio fuit partis aduersæ.*] Notatur ad hoc quòd allegatio partis non facit ius, vt per Palat. *in repet. rubr.* §. 17. *n.* 21. Sicut nec exemplum, aut 8 facti contingentia, cum ex ea non liceat argumentum sumere, Tiraq. *in d. l. si vnquam, verbo, liberis, num.* 37. Sic 9 etiam narratiua in dispositionibus legalibus super cõtingentiam facti non inducunt dispositionem, nec licet ab eis arguere, Bernard. *reg.* 781. Guttier. *pract. lib* 3. *q.* 17. *n* 61. Nec plenam probationem afficiunt, si non proferantur principaliter propter se, vt per Menoch. *de præs. lib.* 133. *a princ.* Mascard. *de probationib concl.* 622. Guttier. *d. q.* 17. *à n.* 63. Castil. *quotid. q. lib.* 2. *c* 26. *n.* 76. Benedict. Ægid. *ad l.* 1. *C. de sacros. Eccles. in initio, p.* 1. *n.* 4. *in princ.* Card. Tusch. *tom.* 8. *lit. V. concl.* 81. Cald. Pereira *de nominat. emphyt. q.* 1. *à n.* 47. *q forens. cons.* 33. *n.* 58. *in fin.*

SVMMARIVM.

1 *Potestas data compromissariis ad eligendum Prælatum re non integra, id est, si cœperunt habere tractatum, non potest reuocari.*
2 *Citatio, quæ fit ad congregandas Vniuersitates, & Capitula Ecclesiarum, aut Collegia, debet fieri per sonum campanæ.*
3 *Electores compromissarij congruentius erunt in numero impari.*
4 *Compromissum re integra, & antequam incipiatur etiam facta commissione reuocari potest.*
5 *Compromissariis data potestas eligendi Prælatum, seu Officialem, semper intelligenda est de idoneo.*

CAP. In causis. XXII.

1 POtestas data compromissariis ad eligendum Prælatum re non integra reuocari non potest, & desinit res esse integra postquam compromissarij cœperunt habere tractatum. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Innoc. Anch. Bellam. Host. Io. And. Imol. Anan. Bald. Panorm. Butr. Henric. Boich. Compost. Viu. *in rationali primi libri iuris Pontific. pag.* 126. Alagon. *in compen. iur. Canon. pag.* 49. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decret. l.* 1. *tit.* 6. *c.* 15.

2 *Campanam pulsari fecerunt.*] Notatur ad hoc quòd citatio, quæ fit ad congregandas Vniuersitates, & Capitula Ecclesiarum, aut Collegia, debet fieri per sonum campanæ, vt per Rebuff. *tom.* 3. *ad leges Galliæ, tit. de citat. in præfat. n.* 106. Cald. Pereira *quæst. forens. cons.* 11. *à princ.* vbi *n.* 8. resoluit quòd citatio fieri potest, vbi maior pars Canonicorum sit congregata etiam extra Capitulum, quod ita prolatum non est verum.

3 *Duos elegerunt, vt quinque de eodem Capitulo eligerent electores.*] Notatur ad hoc quòd compromissarij electores congruentius erunt in numero impari, vt per Fr. Lud. Miranda *in naturali Prælatorum, tom. 1. q. 23. art. 34. concluſ. 1.* vbi cum Panorm. hîc tenet quòd Capitulum non ſolùm poteſt compromittere certis perſonis poteſtatem eligendi, verùm etiam poteſt eligere aliquos per quos eligantur compromiſſarij, electuri poſtmodum vice omnium, & nomine totius Capituli.

4 *Cùm res non eſſet integra.*] Notatur ad hoc quòd re integra, & antequam incipiatur, etiam facta commiſſione, reuocari poteſt compromiſſum, vt per Fr. Lud. Miranda *d. art. 34. concl. 3.* vbi cum Innoc. hîc dicit, quòd cùm attinguntur ſubſtantialia negotij, deſinit negotium ipſum eſſe integrum, vt puta cùm cœperunt tractare de perſona eligenda. Secus eſt autem ſi tantummodo ſunt expleta aliqua pertinentia ad actus ſolemnitatem, vt quia dixerunt Miſſam de Spiritu ſancto, & ſimili. Vide Rendinam *in promptuario receptarum ſent. tom. 1. tit. 36. n. 15.* quòd autem electio ex compromiſſo fieri non poſſit, niſi omnes Collegæ omnino huic compromiſſo conſenſerint, dixi ad gloſ. *verbo, vice omnium, in c. quia propter, infra hoc tit.*

5 *Si perſona eſſet idonea.*] Notatur ad hoc quòd poteſtas data compromiſſariis eligendi Prælatum, ſeu officialem, ſemper intelligenda eſt de idoneo, ita quòd ſi electus non ſit idoneus, non tenentur ipſum electores recipere, Sylueſt. *verbo, electio, 2. q. 3.* Fr. Lud. Miranda *d. q. 23. art. 36.*

SVMMARIVM.

1 *Electio Canonicorum de conſuetudine ad ſolum Capitulum pertinere poteſt.*
2 *Iniuriam facere non videtur, qui vtitur iure ſuo.*
3 *Epiſcopus loci Ordinarius in collatione beneficiorum ſuæ diœceſis fundatam, habet iure communi intentionem.*
4 *Beneficia, & præbendæ Eccleſiarum Cathedralium non ſunt de iure communi liberæ collationis Epiſcopi, ſed potiùs ſimultaneæ cum Capitulo.*
5 *Beneficiorum collatio ad Epiſcopum vnà cum Capitulo ſimul pertinet.*

Cap. Cùm Eccleſia Vulterana. XXXI.

1 CAnonicorum electio de conſuetudine ad ſolum Capitulum pertinere poteſt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Hoſt. Io. Andr. Anch. Innoc. Imol. Anan. Bald. Panor. Butr. Henric. Compoſt. Viu. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag. 126* Alagona *in compend. Iuris Canon. pag. 47.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 3. Decretal. lib. 1. tit. 6. c. 16.*

2 Hanc tandem concl. probant Caſſad. *deciſ. 22. n. 2. de præbend.* Rebuff. *conſ. 60. col. 3. verſ. quod tamen fallit.* Gonzal. *d. gloſ. 45. in princ. n. 71.* Rot. *deciſ. 166. n. 1. p. 1. diuerſ. & deciſ. 134. p. 3. etiam diuerſ.* Caual. *deciſ. 97. n. 3. & dec. 238. n. 2.* quos refero ego ipſe *in tract. de Canon. c. 14. n. 20.*

Qui non videtur iniuriam facere, qui vtitur iure ſuo.] Vide Maſcard. *probat. concl. 1051. n. 31.* Menoch. *de præſumpt. lib. 6. q. 19.* Surd. *conſ. 374. n. 17.* Thom. de Thomaſſetis *reg. 1.* Flamin. *de reſign. tom. 2. lib. 13. q. 1. n. 164.* Marc. Anton. *var. reſol. lib. 3. reſol. 12. n. 1.* Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſiaſt. p. 2. c. 3. n. 75.* cum aliis per me *de Axiom. iuris vſufreq. Axiom. 135. n. 8.*

3 In gloſ. *Poſtulauit*, ibi, *quia ſolus Epiſcopus debet dare præbendas.* Notatur ad hoc quòd Epiſcopi loci Ordinarij in collatione beneficiorum in ſua diœceſi exiſtentium fundatam habent iure communi intentionem dixi *ad c. conquerente, infr. de offic. Ordin.* & antea *de offic. & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 57. n. 1.* vbi multos refero Doctores.

In ead. gloſ. ibi, *patet quòd de iure communi ſimul debent eligere.* Notatur ad hoc quòd beneficia, & præbendæ Eccleſiarum Cathedralium non ſunt de iure communi liberæ collationis Epiſcopi, ſed potiùs ſimultaneæ, ita quòd Epiſcopus, & Capitulum inſimul debeant illa conferre, & probare, & non vnus ſine alio, vt per Caſſad. *deciſ. 22. de præb.* Rot. *deciſ. 32. n. 1. cum ſeq. p. 1. recent. & in Vigellen. optionis 10. Ianu. 1622.* coram bon. mem. Rembold. Card. Caual. *dec. 138. n. 1.* vbi *n. 2. & 3.* ſubdit quòd collatio dignitatum in Cathedrali ex conſuetudine poteſt ſpectare ad ſolum Capitulum, & quòd hæc conſuetudo probatur ex quaſi poſſeſſione ſic præſentandi, iunctis præſertim adminiculis, & atteſtatione Capituli, Gonz. *ad reg. 8. Cancel. gloſ. 45. n. 36.* plures refero *in tract. de Canonic. 1. 4. n. 2.* Et ſic prædictorum beneficiorum collatio ad Epiſcopum vnà cum Capitulo ſimul pertinet, vt per Ioan. Andr. hîc *n. 14.* Panorm. *col. 3. n. 8.* Anan. *n. 4. verſ. nota quòd in Eccleſia*, quos refert Rendina *in promptuario receptarum ſent. tom. 1. tit. 3. n. 9.* ſequuntur Mandoſ. *in reg. 18. Cancel. q. 14. à n. 2. & conſ. 28. n. 7.* Mantica *deciſ. 56. n. 2.* ſæpiùs Rota apud Nicol. Garc. *de benef. p. 5. c. 4. n. 14.* & apud Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p. 4. collect. 1388.* vbi etiam ex pluribus eiuſdem Rotæ deciſionibus aſſerit in portionibus, & dimidiis portionibus Eccleſiæ Cathedralis habere locum, ſimultaneam Epiſcopi, & Capituli collationem.

SVMMARIVM.

1 *Compromittentes tenentur acceptare electum à compromiſſariis ſi ſecundum formam compromiſſionis elegerunt.*
2 *Compromiſſum fieri poteſt limitatè, & ſub conditione.*
3 *Electionis confirmatio à Metropolitano, vel alio immediato ſuperiore petenda eſt.*
4 *Compromiſſi forma de eſſentia, & ſubſtantia electionis compromiſſariæ excedi non debet.*
5 *Exemplo ſubditi nocere res eſt perniciоſum.*
6 *Teſtes ſingulares non probant.*
7 *Sententia in cauſa beneficiali in rem tranſit iudicatam.*
8 *Papa ſolus poteſt diſpenſare in ætate ad ſuſceptionem Ordinum.*
9 *Diſpenſare non poteſt Epiſcopus, vt puella, quæ 12. annum non compleuerit, poſſit habitum in Monaſterio ſuſcipere.*
10 *Diſpenſare non poteſt Epiſcopus, vt Abbatiſſa minoris 40. annis eligantur.*
11 *Diſpenſare non poteſt Epiſcopus contra Concilium.*
12 *Sententia ſi ſemel fuit lata contra opponentem, non poterit amplius alius eundem defectum opponere.*

Cap. Cùm dilectus. XXXII.

1 COmpromittentes tenentur recipere electum à compromiſſariis ſi ſit dignus, niſi contra formam compromiſſi eum appareat electum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Coll. & Bellam. Hoſtien. Ioan. Andr. Innoc. Imol. Bald. Anania, Panorm. Dec. Butr. Henric. Anch. Compoſtel. Vivian. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 127.* Alagona *in compendio iuris Canonici pag. 49* remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1 & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 3. Decretal. lib. 1. tit. 6. c. 17.*

In

2 *In tres Canonicos Morin.* &c.] Notatur ad hoc quòd compromissarij electores in numero impari congruentius esse debent, dixi *ad cap. in causis* 30. *suprà hoc tit.*

3 *Quam de gremio ipsius Ecclesiæ ducerent eligendum.*] Notatur ad hoc quòd compromissum fieri potest limitatè, & quodammodo sub conditione, vt scilicet ipsi compromissarij teneantur eligere eum, in quem maior pars totius Capituli consenserit, scrutatis votis omnium de Capitulo sigillatim, & secretè ab ipsis, vt per Fr.Lud.Miranda *in manuali Prælator.tom.*2.*q.*23.*art.*37. *concl.vnic.*

4 *Metropolitanus*, &c. *electionem factam de ipso solemniter confirmauit.*]Notatur ad hoc quòd electionis confirmatio à Metropolitano, vel alio immediato Superiore petenda est, vt per Petr.de Biaxio *in directorio elect p.*3. *c.*43.*à n.*6. Corras.*de Sacerdotio*, *p.*2.*c.* 4.*à n.*3.Selu.*de benef.p.*2.*q.*22.*n.*11.Mandagot.& Boër.*de elect.nouæ Prælat.c.*56.Petr. Greg.*ad Decret.tr.de elect c.*19.*à n.*10.Fr. Lud.Mirand.*d.q.*23.*art.*32.

5 *Electores ipsi terminos potestatis sibi traditæ non seruantes.*]Notatur ad hoc quòd forma compromissi de essentia, & substantia electionis compromissariæ excedi non debet, vt per Fr.Lud.Mirand.*d.q.*23.*art.*38.*concl.*1. *vers.tertio.*

6 *Quia res pernicioſa esset exemplo*, &c.]Facit illud Aug. ad Pastores, Eiscop.honestè, & vt Christianum Antistitem decet, vinat, caueátque ne suo exemplo subditis noceat.Et D. Greg. *lib.*24. *mor.c.*30. sic ait : Vnde necesse est, vt is, qui præest, quæ exempla subditis præbeat, solerter attendat, & tantis se sciat viuere, quantis præest, quia, vt dicit Plinius, non tam imperio nobis opus est, quàm exemplo, plura in hoc proposito refero ego ipse *de offic.& potest. Episc.p.*1.*tit.*2. *gloss.*3.*n.*23.

7 *In suis testimoniis singulares.*] Notatur ad hoc quòd testes singulares non probant, nec ad probationem faciendam coniunguntur, dixi ad *c.in omni negotio* 4.*n.*31. *de testib.*

8 *In rem transit iudicatam.*] Notatur ad hoc quòd sententia in causa beneficiali in rem transit iudicatam, vt per Socin.*reg.*449. Palat. *in repet.c per vestras notab.*4.*n.* 21.*de donation. inter* Couar.*de sponsalib.p.*2. *c.*8. §.12. *num.*14.

9 In gloss. *In ætate*,ibi, *quòd Episcopi possunt dispensare in ætate.* Notatur ad hoc quòd nemo potest cum quoquam siue ad susceptionem, siue ad executionem Ordinum ante legitimam ætatem dispensare præter Papam, vt per Valer. Regin.*in praxi fori pœn. lib.*3.*c.n.*62.

10 Vnde Sacra Congreg. Concilij respondit non esse dispensandum, vt puella, quæ duodecimum annum non compleuerit, possit habitum in monasterio suscipere, refert Armend. *in addit.ad recop. legum Nauarræ*, *lib.*2.

11 *tit.*29.*l.*7.*de relig. n.*43. Sic etiam Episcopus non potest dispensare, vt Abbatissæ minores quadraginta annis eligantur, refert decisum idem Armend.*in addit.ad recop.legum Nauarræ*, *lib.*1 *tit.*18.*l.*7.*de Episc.n.*202.& Nicol.Garc.*de benef.p.*7.*c.*7.quos ego ipse refero *de offic.& potest.Episc.p.*2.*alleg.*27.*n.*59.

12 In ead.glos.ibi, *credo quod potest dispensare in hoc contra Concilium.*Notatur ad hoc quòd Episcopus non potest dispensare contra Concilium, vt per Duen. *reg.* 248.Cou.*de sponsal.p.*2.*c.*6.§ 10.*n.*11.Henric.*in sum.*13. *c.*57.§.1.*lit.*C.post Guttier.Franc.Leo.Stephan.Gratian. Valer.Reginald.& alios, ego ipse *de offic.& potest.Episcop p.*2.*alleg.*33.*n.* 25. vbi *n.*26. resoluo pluribus ad id citatis Doctoribus posse Episcopum ex magna causa necessitatis, vel vtilitatis dispensare.

13 In glos.*Iudicatum*, ibi, *præiudicat omnibus.*]Notatur ad hoc quòd si semel lata fuit sententia contra opponentem, non poterit amplius eundem defectum opponere, vt per Tiraq.*in tr.res inter alios actu, vel limit.* 26.*pag.*31.

SVMMARIVM.

1 *Electio confirmatur si ex septem compromissariis tres eligunt quartum, & ille consentit, & est idoneus.*

2 *Compromissi in forma si habeatur, vt compromissarij possint eligere vnum ex se ipsis, optimè id poterunt efficere.*

3 *Eligendi facultatem habens, poterit se ipsum eligere.*

4 *Nominandi ad emphyteusim potestatem habens non potest se ipsum nominare.*

5 *Executor deputatus ad distribuendum inter pauperes eleemosynas, poterit sibi assumere, si egeat, vel inter filios pauperes fraude cessante distribuere.*

Cap. Cùm in iure. XXXIII.

SI ex septem compromissariis tres eligerent vnum ex his septem, & alij tres vnum extra gremium Capituli, electus ex septem recipitur, si ille consentiat, & aliud Canonicum non obstet impedimentum. Colligunt ex Ord.Abb.antiq. Zabar. Collect.Anc. Bellam.Io.Andr.Imol.Anan.Host.Innoc.Panorm.Bald.Butr.Henric.Compost.Cened.*collect.*99.Viu.*in ration.primi libri iuris Pontif.pag.*128.Alagona *in compend.iur. Canon. pag.*50.*& vol.*2.*repetitionum iur. Canon. ad primum Decret.librum.* Ioan. Calderin. remissiuè Ximen. *in concord. part.*1.*&* 2.refertur ab Ant. Aug.*collect.*3. *Decret.lib.*1. *tit.*18. 1

Collige ex text. quòd si in forma compromissi habetur vt compromissarij possint eligere vnum ex se ipsis, optimè id poterunt efficere, & electus potest consentire electioni de se factæ, & eius vox computabitur, vt fiat maior numerus, & maior pars censeatur, vt per Spin.*in speculo test.glos.*27.*princ.n.*56.Mexi.*tr.tassæ panis*, *concl.*6.*n.*49.*vers.cui adstipulatur*, Azeued.*ad Curiam Pisanam*, *lib.*2.*c.*11.*n.*1.*cum seqq.* Azor.*inst mor.p.*2. *lib.*16.*c.*4.*q* 5.*vers.quæres etiam*, Cened.*ad Decret.coll.*99. *n.*2.Fr.Lud.Miranda *in manuali Prælat.tom.*2.*q* 23.*art.*40. *concl.*1.vbi respondet ad auctoritatem Apost.*ad Hebr.*5. nempè quòd nemo debet sibi honorem, id est, Prælaturam, assumere, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron,*& concl* 2.cum Archid.Innoc. Host.& Io. Andr. *in c qui Episcopatum*, 8. *q.* 1. tenet quòd quando plures sunt compromissarij, bene possunt vnum de se ipsis eligere, quamvis id non habeatur expressè in forma compromissi, cùm tamen non sit expressè prohibitum. Procedit huius text.decisio in electione, quæ fit per compromissum; secus tamen dicendum in electione, quæ fit per viam scrutinij, secreti; vt *in c. Cumana* 50. *in fr. hoc tit.* Azeued.*d.c.*11.*n.*7.Cened.*d.coll.*99.*n.*2.Ratio autem quare in electione quæ fit per compromissum, possit quis suffragari pro se, votumque suum conferre sibi, vt electionem de se factam compleat atque perficiat,cùm tamen in electione,quæ est per scrutinium, nullus possit sibi suffragari, illa potest esse, quia in compromisso electio non incipit, siue inchoatur primò à prædicto compromissario, seu ab aliis, à se verò ipso tantùm perficitur, & consummatur, quod non contingit in electione, quæ fit per scrutinium, Sylvest. *verbo, electio*, 2.*q.*18.Fr.Lud.Miranda *d.concl.*2.*vers.sed est difficultas.* 2

Super quo, &c.] Collige ex text.concessa potestate septem electoribus ad eligendum, electionem

de vno factum, in qua ipse consentiat, validam esse, tradit *gloss.* 1. Innoc. *à num.* 1. Abb. *à num.* 6. & reliqui in præsenti, resoluunt scribentes per text. *ibi in cap. fin. de sortileg.* gloss. & alij *in l. planè 4. ff. quod cuiusque vniuers. nomine* Lambertin. *de iurepatron. lib. 2. part 1. q. 8. art. 1. num. 11.* refert plures Cened. *ad Decretal. collect. 99. n. 1.* Intellige in electione iam facta per viam simplicis compromissi, nam cùm electus de quo *hic*, electionem de se factam perficere censeatur, patet ex verbis huius text. ibi, *electioni de se factæ*, &c. Et stante tali perfectione directè, & principaliter seipsum eligere non dicatur, imò effectum est, vt per talem electi consensum electio de se facta sustineatur, vt text. habet, qui intellectus manifestè confirmatur ex verbis huius text. ibi, *iuxta compromissi tenorem*, &c. Contra quem intellectum non obstat *reg. cùm quid prohibetur, lib. 6.* siquidem respondetur prædictam regulam in hoc casu non violari, & quòd nulla ratione peruenitur ad illud, quod est se ipsum simpliciter, directè, & principaliter eligere; alij enim tres electores negotium inchoarunt, & certè quodammodo principaliter fecerunt, ipse verò electus consentiendo perfecit, quo casu aut tollitur, aut saltem extenuatur suspicio ambitionis, eo quòd text. iste voluit in forma compromissi, vt vnus ex septem electoribus potiùs eligi potuisset; ad quod alludere videtur text. in præsenti, ibi iuxta compromissi tenorem, &c.

Vnde etiam colligitur text. non procedere quando vnus tantùm est compromissarius, siquidem facta virtute compromissi de illo, & per illum electio non valebit, eo quòd non ab aliis iam factæ, sed per ipsum faciendæ electioni adhibet proprium consensum, & vti talis seipsum eligere dicitur, contra reg. text. *i cap. vlt. de institut.* maximè se ingerendo, & vitium ambitionis exercendo, quod in hac specie manifestè apparet contra reg. text. *in cap. per vestras, vers. cùm igitur, de iurepatron.* Nec refragatur, quòd vt legimus, vacante Sede Apost. Collegium Cardinalium in Ioannem XXII. Iacobum Portuensem antea appellatum, compromisit, vt virtute compromissi nomine eligentium per illum Pontifex in Ecclesia designaretur, quem tamen constat seipsum nominasse; & in Pontificem fuisse electum, vt testatur D. Antonin. *p. 3. tit. 21. c. 4. in princ.* & constat ex historia Pontificiali *p. 2. c. 2. in eius vita.*

Respondetur enim talem electionem iuri naturali non repugnasse, nec enim est contra naturalem rationem, vt vnus, & idem sit eligens, & electus, eo quòd se ipsum eligendo non accepit à se, quod antea habebat, in quo prædictæ rationis naturalis repugnantia consistat, sed tantùm iuris humani repugnantiam prædictam electionem habuisse ex supradicta ratione suadente, provt fatentur Doctor. in præsenti, qui referunt ita fuisse eo tempore conclusum, nihilominus tamen tale vitium non potuisse prædictam electionem inficere, quoniam contra talem electionem nulla exceptio à iure humano profecta opponi potest, vt dicit text. *in cap. licèt, sup. hoc tit.* resoluunt Hoied. *de incompat. benef. p. 1. c. 1. n. 3.* Maiol. *de irregul. lib. 2. c. 4. à princ.*

3 In gloss. *Ex se, vel ab aliis* 2. Notatur ad hoc quòd is, cui eligendi facultas concessa est, non poterit se ipsum eligere, nec se instituere; aut præsentare in beneficio, in quo est ipse patronus, vt per Azeued. *d. cap. 1. num. 7.* Molinam *de primogen. lib 2. cap. 4. num. 58.* Pinedam *in vita S. Ioannis Baptistæ, lib. 2. art. 3. cap. 10. pag. mihi 422.* Flamin. *de resignat. lib. 9. q. 17. num. 104.* Cened. *d. collect. 99. num. 3.* Et nuncupatim de patrono, qui non potest seipsum præsentare, non à procuratore ab eo constituto præsentari, dixi *de offic. & potest. Episc. 3. alleg. 72. à n. 85.* & dicam infrà *ad cap. consulit 15. de iurepatr.* Idem esse resoluendum in habente potestatem nominandi ad emphyteusim resoluit Valasc. *consult. 193. n. 8.* Ratio verò huius resolutionis principalior illa esse potest, ne isti se ipsos eligentes & præsentantes in vitium ambitionis incidant, gloss. & alij *in c per nostras, infr. de iurepatr.* quod quidem ambitionis vitium vbi non apparet, bene potest quis incipere à se, & à fortiori à consanguineis, vt ex Paris. tenet Flamin. *d. q. 17. n. 119.* nam ordinata charitas incipit à se ipso, *cap. non satis 86. dist. gloss. in c. 3. de suppl. neg. Prælat.* Et ideo exequutor deputatus ad distribuendum inter pauperes poterit sibi eleemosynam assumere, si egeat, Petr. de Aragona *2. 2. q. 52. art. 9. pag. 775. in fin. cum sequ.* Mexi. *de concl. 6. n. 49. in princ.* Azeued. *d. c. 10. n. 5.* Spin. *in speculo testam gloss. 6. princ. n. 10. & gloss. 28. n. 28.* Flamin. *d. q. 17. n. 120. & seqq.* Surd. *de alimentis, tit 1. q. 94. n. 4.* Gonzal. *id reg. 8. Cancel gloss. 2. n. 55.* Cald. Pereira *de potest. elig. c. 13. n. 9.* Ac inter filios pauperes fraude cessante distribuere, Mascard. *de probat. concl. 531. n. 17.* Gonzal. *d. gloss. 2. n. 54.* Cald. Pereira *d. c. 13. num. 9.*

4

5

SVMMARIVM.

1 *Imperatoris electio spectat ad septem Germaniæ Principes, Papa examinat si est dignus, & consecrat, ac coronat, & in defectu supplet, & data paritate vocum gratificatur cui vult.*

2 *Imperator per electionem, non per hæreditariam successionem de iure Canonico creandus est.*

3 *Papa potuit transferre Imperium in personam Caroli Magni à Græcis in Germanos, & disponere de Imperatoris electione, confirmatione, coronatione, &c.*

4 *Papa potest electionem de Imperatore factam improbare, si idoneus non videretur, & ex rationabili causa alium eligere, & electum deponere.*

5 *Imperator debet sacro oleo vngi à Papa in brachio, siue humero dextero.*

6 *Imperator iure communi consecratur manibus Summi Pont.*

7 *Imperator electus, vnctus, & consecratus coronam auream à Papa accipit.*

8 *Imperator antequam à Rom. Pont. coronetur, dicitur tantùm nominatus, siue electus.*

9 *Excommunicatus in iudicem, vel ad dignitates seculares, quibus sit annexa iurisdictio, assumi non potest.*

10 *Imperator dicitur Aduocatus, & defensor Ecclesiæ.*

11 *Imperatoris in electione sufficit maior pars Electorum suffragium ferentium.*

12 *Excommunicatus non potest eligi, & si eligatur, electio nulla est ipso iure, & n. 21.*

13 *Nemo potest venire contra suum iuramentum.*

14 *Iuramentum semper intelligitur rebus sic stantibus.*

15 *Iuramentum de obediendo Imperatori non obligat quando per depositionem, vel aliter desinit esse Imperator.*

16 *Eligens non potest astringi ad eligendum certam personam.*

17 *Iurans alicui vt Prælato suo, vel domino fidelitatem, amissa per eum prælatione, vel dominio, illi amplius non debet fidelitatem.*

18 *Schaccorum ludus qualis, & de eius origine, & inuentione, qui Doctores tractent referuntur.*

19 *Schaccorum ludus nec laicis, nec clericis prohibitus est.*

20 *Imperator quomodo dicatur mundi dominus, ostenditur, & n. 21.*

22 *Excommunicatus si eligatur in iudicem, vel dignitatem, cui annexa sit iurisdictio, electio est nulla ipso iure.*

23 *Electi si duo sunt in Imperatorem, poterit Papa gratificari cuilibet voluerit, si sint pares meritis.*

24 *Sententiam æquali probabilitate data ex parte iuris liberum erit iudici in iudicando quamlibet partem sequi.*

25 *Absolutionem petens probat se esse excommunicatum.*

26 *Emancipationis instrumentum probat patriam potestatem præcessisse.*

27 *Legitimationis instrumentum probat quem non esse legitimum.*

28 *Absolutio à iuramento, cùm imminente necessitate non potest haberi ob non datam copiam Superioris, tunc absque ea contra iuramentum propria auctoritate venire debet.*

Cap. Venerabilem. XXXIV.

1 ELectio Imperatoris spectat ad septem Principes Germanos, tres Prælatos, & quatuor laicos, & electio facta per eorum maiorem partem cæteris non contemptis tenet. Et ad Papam pertinet electum examinare, approbare, & inungere, consecrare, & coronare si est dignus, vel reiicere si est indignus, vt quia sacrilegus, excommunicatus, tyrannus, fatuus, & hæreticus, paganus, periurus, vel Ecclesiæ persecutor; & electoribus nolentibus eligere Papa supplet, & ille data paritate vocum eligentium potest gratificari cui vult. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Io. Andr. Imol. Anan. Host. Innoc. Panorm. Bald. Butr. Henric. Anch. Compost. Viu. *in ration. 1. libri iuris Pontif pag.* 28. Alagon. *in compend Iur. Can. pag.* 50. remissiuè Casal. *in ann.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 3. Decret. lib. 1. tit. 6. c. 19.*

2 *Verùm in illis Principibus*, &c.] Notatur ad hoc quod iuris Canonici est vt Imperator per electionem, non per hæreditariam successionem creetur, vt per Azor. *inst. mor. p. 2. lib. 10. c. 3. à princ.*

3 *Quæ Romanum Imperium in personam Magni Caroli*, &c.] Aduerte Summ. Pont. Leonem III. ex circumstantiis suo tempore occurrentibus, relatis à *gloss. hic verbo, transtulit.* postulante fine naturali, ac Ecclesiæ defensione, rectóque ipsius regimine in spiritualibus, potuisse transferre in personam Caroli Magni Imperium à Græcis in Germanos, disponere de Imperatoris electione, confirmatione, coronatione, & iuramento fidelitatis, insimul præscribendo formam, & conditiones, quas iustè in iis omnibus adhibuit, eaque omnia sibi reseruando præter eligendi potestatem, quam postea Greg. V. primùm concessit illis septem Germaniæ Magnatibus, nempè tribus Ecclesiasticis, & quatuor Sæcularibus, quos nuncupatim refert glos. *verbo, autem, in c. ad Apostolicam, de re iud. lib. 6* ita referuntur Nau. *in c. nouit. notab. 3. à n. 124. de indic.* Molina *de iustitia, & tr. 2. disp. 24. & disp. 20. vers. ad primum quod in tertio*, Card. Bellarm. *controu. 3. generali, sub tit. de Rom. Pont. lib. 5. c. 8. vers. septimum, cum seq. & in tr. de transl. Imperij, lib. 1. c. 4. cum seqq. iuncto c. 12. l. 2. per totum*, atque etiam *lib. 3.* præcipuè *c. 3.* Petr. Mariz. *in suis dialogis variæ historiæ, dialog. 2. c. 5. pag. 5. & c. c. p. 60.* Fr. Ludou. Miranda *de ordine ind. q. 2. art. 3. conc. 5. in fine*, Azor. *inst. mor p. 2. l. 4. c. 19. q. 7. & l. 11. c. 8. q. 4.* Vnde licèt Imperialis dignitas ante Imperij translationem non à Summ. Pont. sed ab ipso Deo mediante iure gentium instituta fuerit, vt per text. *in l. ex hoc iure, ff. iustit. & iure* prosequitur Mench. *illust lib. 1. c. 1. à n. 23.* post prædictam tamen translationem à Sum. Pont. factam cum prædictis conditionibus, & dependentiis Imperialis dignitas, vt sic à Sum. Pont. habetur, & ab eo in hunc sensum instituta dicitur, Molina *d. disp. 24. d. & 29. vers. ex dictis infero*, Bellarm. *d. c. 8. vers. septimum*, Soar. *de legibus, l. 3. c. 7. sub n. 7. 12. & 13.* Itavt non immerito obseruent Nau. *d. n. 187.* Molina *vbi proximè*, Imperium Germanicum post prædictam translationem magis pendere à Sum. Pont. quàm aliud quodlibet Regnum; ideo in aliam gentem Imperium transferre posse, tenent Cassan. *in catalogo gloriæ mund. p. 5. consid. 38.* Alph. Aluar. Guerrero *in specul. iuris Pontif c. 16 vers. sed quia, post med* Don. Gars. Mastril. *de magistrat. lib. 1. c. 1. n. 8* me citato *in hoc loco* Diana *resol. mor. p. 1. tr. 2. resol. 123. in fine.*

4 *Ius & auctoritas examinandi personam electam*, &c.] Notatur ad hoc quod Romanus Pont. potest electionem de Imperatore improbare, si ei idoneus non videretur, vt per Peregr. *de iure fisci, l. 1. c. de iis, qui iura fiscalia habent, num. 5.* & ex rationabili causa alium eligere, Mastril. *d. c. 2. n. 7.* imo & electum deponere, vt probat text. *ad Apost. de re iud. lib. 6* & resoluit Mastril. *d. c. 2 n. 8* exemplis confirmat Card. Bellar. *d. lib. 5. c. 8.* Soar. *de defensione fidei Cath. contra Anglicanæ sectæ errores, l. 2. c. 23. n. 14.*

5 *Qui eum inungimus.*] Notatur ad hoc quod Imper. debet sacro oleo vngi à Sum. Pont. in brachio dextro, siue humero, vt per Castal. *de Imp. q. 18. & 26. cum seqq.* Azor. *inst. mor p. 2. l. 10. c. 5 q. 2.* vbi *in vers. cæterùm*, asserit quod Imperator ex priuilegio & mandato Romani Pont. præsertim absentis, potest alio oleo deliniri. Significationes autem Vnctionis referunt Aug. de Ancona *de potestate Papæ, q. 38. art. 2.* Castald. *q. 27.* Valdes. *de dignitate Regum, Regnorúmque Hispaniæ, c. 14. à n. 1.* vbi dicit oleum, quo vngitur, significat lætitiam, & promptitudinem ad debellandos Ecclesiæ inimicos, & pugnando pro fide, & ad consequendam victoriam.

6 *Consecramus.*] Notatur ad hoc quod Imperator iure communi consecratur manibus Sum. Pont. vt per Azor. *d. c. 5. q. 3.*

7 *Et coronamus.*] Notatur ad hoc quod Imperator electus, vnctus, & consecratus coronam auream à Rom. Pont. accipit, vt per Azor. *d. c. 5. q. 4.* Et antequam à Romano Pont. coronetur, non vocatur simpliciter Imper. sed delegatus, duntaxat, vel nominatus, siue electus, ex eodem Azor. *d. l. 10. c. 6. q. 1.*

8 *Sacrilegium quemcunque vel excommun.*] Notatur ad hoc quod excommunicatus in Iudicem vel ad dignitates sæculares, quibus sit annexa iurisdictio, assumi non potest, vt per Butr. *hic n. 12. & 13.* Abb. *n. 11.* & alios relatos per Ricc. *de iure personarum, l. 4. c. 17. n. 1.* & per Cald. Pereira *de renouat. emphyt. quæst. 7. num. 1. propè finem.*

9 *Sedes Apost. aduocato*, &c.] Notatur ad hoc quod Imperator Aduocatus, & defensor Ecclesiæ dicitur, consonat text. *in Clem. ne Romani, hoc tit* ibi, *ipsius Ecclesiæ debeant esse promptissimi defensores*, notat Valdes. *de dignit. Regum, c. 1. n. 4.*

10 *Quamvis plures de illis*, &c.] Notatur ad hoc quod in electione Imperatoris sufficit maior pars electorum suffragium ferentium, vt per Azor. *d. lib. 10. c. 4. quæst. 1.*

11 *Excommunicatus electus.*] Notatur ad hoc quod excommunicatus non potest eligi, & si eligatur, nulla est electio ipso iure, vt per Flamin. *de resignat. l. 3. q. 6. n. 80.* Cou. *in cap. alma mater, p. 1. cap. 7. sub numero 1. vers. primum.* Vide *infrà n. 21.* Cætera de hac materia etiam habentur *in c. postulastis, infr. de cler. excom. ministr.*

13 *Contra illud venire timere noluerunt.*] Notatur ad hoc quod nemo potest venire contra suum iuramentum, vt etiam per text *in l. si quis maior, C. de transact.* resoluunt Surd. *dec.* 234. Guttier. *de iuram. confirm. p.* 1. *c.* 60. *cum seq. & p* 3. *c.* 17. *n.* 2.

14 *Non obstante iuramento.*] Notatur ad hoc quod iuramentum semper intelligitur rebus sic stantibus, vt per Tiraq. *in l. si vnquam, in princ. n.* 166. *C. de reuocandis donat.* Cald. Pereira *in responso pro D. Roderico Sylua, vers. ad hæc.*

15 Vnde iuramentum de obediendo Imperatori non obligat quando per depositionem, vel aliter desinit esse Imperator, Surd. *de aliment. tit* 9. *q.* 30. *n.* 22.

16 *Insuper si prædictus Dux*, &c.] Notatur ad hoc quod eligens non potest adstringi ad eligendam certam personam, vt per Lauor. *variar. lucub.* 4. *c.* 17. *n.* 59. vbi intelligit procedere in mandante, seu principali, non autem in mandatario qui pendet à voluntate mandantis.

17 *Et quantum ad obtinendum Imperio reprobato iuramentum*, &c.] Notatur ad hoc quod iurans alicui, vt Prælato suo vel domino fidelitatem, amissa per eum prælatione, vel dominio illi amplius non debet fidelitatem, vt per Soar. *tom.* 2. *de relig. tr. de iuram. l.* 2. *c.* 31. *à num.* 16.

18 In glos. *In Germanos*, ibi, *Sicut Rex Schaccorum.* De ludo schaccorum, & eius origine, ac inuentione agunt Thomas Actius *de ludo schaccorum*. Viu. *tom.* 2. *comm. opin. lib.* 3. *tit.* 29. *n.* 14. *pag.* 434. Cornel. Kilian. *in suo diction. Teutonicolatino, verbo, Schack, spel. pl* 453. Orozco *en nel thesoro de la lengua Hespañola verbo, Axedrez pag. mihi* 106. Petr. Greg. *syntag. Iuris, lib.* 39. *c.* 4. *n.* 8. Franc. Patrit. *de Regno, l* 3. *cap.* 12. Ioan. de Barros *lib.* 4. *decade* 2. *c.* 5. Fr. Hierom. Roman. *de Republica*

19 *gentilica, lib.* 10 *cap. vlt. & cap.* 11. *&* 12. Hic enim schaccorum ludus nec laicis nec clericis prohibitus est, Vivian. *d. tit.* 39. *n.* 3. *in princ.* Sayr. *in claui Regia, lib.* 11 *cap.* 12. *num.* 5. Farin. *in praxi crimin. part.* 3. *q.* 108. *n.* 114. *cum seqq.* Paul. Comitol. *resp. mor. lib.* 1. *quæst* 91.

20 In ead. glos. ibi, *ipse enim est Princeps mundi, & dominus.* Notatur ad hoc quod Imperator dicitur mundi dominus, provt seipsum ita appellat, Antonin. *in l. deprecatio, ff. ad legem Rhodiam de iactu*, & habetur *in l. bene à Zenone, C. de quadriennij præscript. in fin. cum similibus*, pro qua sententia multa fundamenta adducunt Cou. *in reg. peccatum, p.* 2. *§.* 9. *sub n.* 5. *col.* 2. *cum seqq.* Moder. *de iurisdict. p.* 1. *c.* 20. *à n.* 1. per quæ hanc sententiam licèt non de facto, tamen de iure procedere contendit Bart. existimans oppositam esse hæreticam, *in l. hostes, ff. de captiuis, & in Extrauag. ad reprimendam, verbo, totius Orbis*, Bald. *in §. vlt. col. pen. de prohibita feudi alienat. per Federicum, & in l.* 1. *C. de summa Trinit.* Greg. Lopez *in l.* 1. *glos.* 1. *tit.* 1 *part.* 2. innumeri penè Scriptores, vt per Couar. *d §.* 9. *sub n.* 7. *vers. literis tandem*, & per Mench. *illustr. lib.* 1. *cap.* 20. *à numero* 1. & per Cassan. *in Catalogo gloriæ mundi, p.* 5 *consid.* 28. & per Nauar. *in c. nouit. notab.* 3. *à n.* 155. *infr. de iud.* & per Sot. *de iust. l.* 4. *q.* 4. *art* 2. & per Soar. *de legibus l.* 3. *c.* 7. *n.* 1. seqnitur post multos Azeued. *in l.* 1. *à n.* 20. *tit.* 17. *lib.* 9. *nouæ recopilat.*

21 Sed quoad illa etiam intermedia tempora, quibus Imperatores & Monarchæ modo apud has, modo apud illas nationes, videlicet Assyriorum, Persarum, Græcorum, & tandem Romanorum, floruere, verius duco Imperatorem sæcularem nunquam de facto, aut de iure dominium totius Orbis habuisse. De facto, quia antiqui Imperatores, exceptis iis Prouinciis, quę ipsis legitimo aliquo titulo subiiciebantur, in aliis potius erant Tyranni, quàm legitimi superiores, quia eos ferè omnes per violentiam occuparunt, pauciſſimis earum spontè, multis verò violenter tacentibus, imo & pluribus quoad fieri potuit pro modo oblatæ occasionis expressè repugnantibus, & pristinam libertatem vendicantibus, vt inquit D. Aug. *l.* 18. *de ciuit. Dei c.* 2. sequitur Nau. *vbi proximè n.* 152. tum etiam, quia innumeræ Nationes & Prouinciæ semper extiterunt, quæ ipsis incognitæ fuerunt, vt colligitur ex *l. mercatores, C. de offic. Præfecti Prator. Africæ, & ex l. postliminium, ff. de capt.* obseruat Alciat. *in l.* 1. *de sacros. Eccles.* Cou. *d §.* 9. *sub n.* 5. *col. in fin.* vt videre est in Lusitanicis & Hispanicis conquisitionibus, vt per hanc rem considerat Mench. *d. cap.* 20. *sub num.* 23. Ad text. verò *in d. l. deprecatio, & in d. l. bene à Zenone*, cum similibus respondent Nau. *à num.* 155. *d. loco*, Mench. *d. c.* 20. *numero* 29. Soar. *d. c.* 7. *sub n.* 6. Molina *de iustit. tr* 2. *disp.* 30. *vers. illud*, videlicet Imperatorem ibi hyperbole aut synecdoche vsum fuisse, & sensisse non de toto mundo, sed solùm de Romano, qui scilicet Romanorum Imperio parebat: hic autem intellectus licèt conueniat decisioni text. *in d. l. bene à Zenone*, cum similibus, non tamen conuenit decisioni text. *in d. l. deprecatio*; vt alibi commodiùs ostendam.

In glos. *Electus.* Notatur ad hoc quòd si excommunicatus eligatur in iudicem, vel dignitatem, cui annexa sit iurisdictio, electio est nulla ipso iure; vt per Abb. *hîc n.* 11. Butr. *n.* 14. Socin. *in c. sacris, n.* 240. *& n.* 277. *vers. intelligendo, de sent. excom.* Ricc. *d c.* 17. *n.* 4. quicquid Soar. *de censur. tom.* 5. *disp.* 16. *sect.* 2. distinguat inter electionem de excommunicato ad dignitatem sæcularem, & Ecclesiasticam, itavt prima veniat infirmanda per sententiam, secunda verò sit nulla ipso iure. 22

In glos. *Fauere*, ibi, *cùm merita*, &c. Notatur ad hoc quod si duo electi sint in Imperatorem, poterit Papa gratificari vtri voluerit, si sint pares meritis, aliàs debet præferri is, qui meritis superat, per *c. quoniam, de iurepatr.* vt per Tiraq. *de iure primog. q.* 17. *in* 3. *opinione, num.* 3. 23

In ead. glos. ibi, *dic quod in dubio potest fauere cui vult.* Notatur ad hoc quod data æquali probabilitate sententiarum ex parte iuris liberum erit iudici in iudicando vtramlibet partem sequi, faciunt tradita per Innoc. *in c. ne inimicis, supra de const* Sot. *de iust lib.* 3. *q.* 6. *art.* 5. *ad* 4. *prop.* 2. Salon. 2. 2. *q.* 63 *art.* 4. *controv.* 2. vbi Arag. *art.* 4. *dub. vlt.* Ceual. *com. contra com. q.* 398. *n.* 101. Morla *in emporio Iuris, p.* 1. *tit.* 2. *q.* 5. *n.* 15. *&* 30. Sayr. *in claui Regia, lib.* 1. *c.* 11. *n.* 4. *cum seqq.* Less. *de iustitia, lib.* 2. *c.* 14. *n* 64. *col.* 2. *post princ.* inde consequenter resoluentes posse iudicem in hac opinionum omnimoda æqualitate depositio dubio iudicare pro amico, vt quia bonum hoc fauorabile non tenetur magis vni quam alteri conferre, cùm æquale ius competat vtrique litiganti, & proinde non censetur facere acceptionem personarum, dummodo cautè, & rectè depositio affectu amicitiæ iudicet opiniones illas esse æquè probabiles, nec se ex eodem affectu exponat periculo prauè iudicandi de hac probabilitatis æqualitate, provt in hunc sensum hanc resolutionem agnoscit Menoch. *de arbitr. casu* 339. *sub n.* 32. quicquid oppositum crediderunt absolutè Nau. *in c. si quis autem, n.* 130. *de pœnit. dist.* 7. quem sequitur idem Menoch. sibi quodammodo contrarius, *remed.* 3. *retin. n.* 767. Bobadil. *in sua politica, l.* 5. *c.* 2. *numero* 30. *ad final.* & alij, quos refert & sequitur Cened. *pract. l.* 1. *q.* 8. *num.* 21. 24

In glos. *Postulauit.* Notatur ad hoc quod absolutionem petens probat se esse excommunicatum, vt per Mascard. *de probat. concl.* 13. *&* *concl.* 700. *num.* 1. *&* *concl.* 971. 25

concl. 971 *n.* 12. Rebuff. *in tract. de except. n.* 99. Couar. *in cap. Alma Mater, p.* 1. §. 12. *n.* 1. Sic etiam emancipationis instrumentum probat patriam potestatem præcessisse, Mascard. *concl.* 599. *n.* 4. *& concl.* 971. *n.* 3. Et instrumentum legitimationis probat quem non esse legitimum, Mascard. *concl.* 848. *n.* 13. *& concl.* 883. *num.* 1. Menoch. *de præs. l.* 6. *præs.* 53. *n.* 37. Valasc. *consult.* 176. *num.* 11.

28 In gloss. *Venire*, ibi, *obediendo illi.*] Notatur ad hoc quod quando imminet necessitas, & non potest haberi copia Superioris, à quo petatur absolutio à iuramento, tunc contra iuramentum licet venire propria auctoritate absque absolutione, vt per Hyppol. *singul.* 421.

SVMMARIVM.

1 *Absentes ad electionem de prouincia sunt vocandi, & confirmatur electio maioris, & sanioris partis.*
2 *Absentes qui sunt in Prouincia, vocandi sunt ad electionem.*
3 *Concilij pars sanior quod sentit id amplectendum est.*
4 *Maior pas dicitur non solùm, quæ est maioris numeri, sed etiam quæ sanioris iudicij.*
5 *Prouincia in vna illud dicitur esse, quod eidem propinquum est.*

CAP. Coram. XXXV.

1 ABsentes de prouincia sunt vocandi ad electionem, & electus à maiori, & saniori parte est confirmandus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Innoc. Anch. Bellam. Host. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panorm. Butr. Henric. Boich. Compost. Viu. *in rationali, primi libri iuris Pontific. pag.* 130. Alagon. *in compen. iur. Canon. pag.* 50. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 4. *Decret. l.* 1. *tit.* 3. *c.* 1.

2 *Qui fuerint in Prouincia, conuocati.*] Notatur ad hoc quod absentes, qui sunt in Prouincia, vocandi sunt ad electionem, vt per Rebuff. *in commen. ad tit. ff. de verbor. signif. ad l. absentem* 299. *vers. ad hæc, pag.* 632. *& in compendio alienant. n.* 77. Turzan. *ta.* 1. *commun. opinion. lib.* 1. *tit.* 5. *n.* 1. *pag.* 170. Azeued. *ad Curiam Pisanum, lib.* 2. *c.* 5. *n.* 1. Cosm. *in pragmat. sanctionum, cap. frequens, verbo abbreuationem, pag.* 69. Melch. Phœbos *Lusitania decis.* 65. Fr. Ludouic. Miranda *in manuali Prælator. tom.* 2. *q.* 23. *art.* 6. *concl.* 2. vbi ait hoc dupliciter limitari, primò secundum gloss. *hic*, quando distantia non est ita magna quin commodè etiam ipsi vocari possent; secundò vt hoc sit obseruandum quod consuetudine fuerit introductum, cùm illa attenta possit introduci vt absentes, qui sunt in Prouincia, non vocentur, & nihilominus valeat electio. Inde in Rot. apud Mantic. *decis.* 228. tantùm fuit ad electionem vocandos esse, qui sunt in Prouincia, siue Diœcesi, maximè quando absentia non est affectata, vel suspecta, ibique additur absentes in electionibus non esse vocandos per sonum campanæ, sed per nuntium, vel literas, refert Castellin. *de elect. c.* 8. *n.* 7

3 *Quod maiori, & saniori parti.*] Notatur ad hoc quod id est amplectendum quod sanior pars Concilij sentit, non verò solùm quod maior pars numeri, vt per Ioan. Garciam *de nobilit. gloss.* 3. §. 2. *n.* 20. *in med.* Pars enim sanior præfertur maiori numero, nisi in numero magnus esset excessus, Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 85. *n.* 4. Et maior pars dicitur non solùm, quæ
4 est maioris numeri, sed etiam, quæ sanioris iudicij, Menoch. *cons.* 96. *n.* 12. *cum seqq.* Quæ quidem maior pars sumenda est respectu totius, non respectu aliarum partium, ex Zerol. *in praxi Episcop. part.* 1. *verbo, Capitulum, n.* 13. *pag.* 85.

In gloss. *In Prouincia.*] Notatur ad hoc quod illud in 5
vna Prouincia esse dicitur, quod eidem propinquum est, vt per Molin. *de primog lib.* 4. *c.* 4. *n.* 14.

SVMMARIVM.

1 *Electio partis maioris facta cassatur contempta minori parte, etiamsi est vnus solus, non tamen ius eligendi deuoluitur ad minorem.*
2 *Prælato mortuo, antequam sepulturæ tradatur, ad electionem noui procedendum non est.*
3 *Electio irritata, ex quo facta fuit aliquibus contemptis, contemptores pro prima vice eligendi facultate non priuantur.*

CAP. Bonæ memoriæ. ij XXXVI.

FLectio non potest fieri ante sepulturam demor- 1
tui, vel contempto saltem vno, & si fiat, non tenet, non tamen deuoluitur ad illum vnum. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabarell. Collect. Anchar. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Imol. Anania, Panorm. Host. Bald. Butr. Henric. Compostel. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 131. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 50. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 1. *tit.* 3. *c.* 2.

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Petr. 2
de Baxio *in director. electionum, p.* 3. *c.* 2. Corras. *de Sacerdotio, p.* 1. *c.* 7. *n.* 7. *&* 8. Petr. Greg. *ad Decretal. tit. de elect. c.* 13 *n.* 25. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 11. *n.* 4. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 2. *q.* 52. *art.* 13. *in princ.* Laur. *var. lucubr. tom.* 1. *tit.* 4. *c.* 18. *n.* 20. Fr. Ludou. Miranda *in man. Prælatorum, tom.* 2. *q.* 23. *art.* 10. *conclus.* 1. vbi etiam resoluit quod si antequam mortuus Prælatus sepulturæ tradatur, ad electionem noui procedatur, nihilominus valet electio, præcipuè si tales accedere possint circumstantiæ, quod electio statim etiam ipsa eadem die sit facienda, & omnis cunctatio abiicienda, & repellenda, non expectata corporis sepultura, vt in casu, quo timeatur aliqua magna vis, & violentia alicuius magni Principis, aut aliquæ ipsius literæ, quæ valeant, aut possint 1
iustam atque legitimam impedire electionem.

In gloss. *Expectare.*] Notatur secundùm correctio- 3
nem additionis ad hoc quod electione irritata, ex quo facta fuit aliquibus contemptis, contemptores pro prima vice eligendi facultate non priuantur, sequuntur omnes *hic*, quos refert Rendina *in prompt. receptarum sent. tom.* 1. *tit.* 36. *num.* 6. *&* 7. quærit an consensus contempti post electionem præstitutus numerus augeat eligentium.

SVMMARIVM.

1 *Monachus qui non fuerit, in Prælatum Regularem eligi non potest, &* n. 2.

CAP. Cùm ad nostram. XXXVII.

NOn Monachus non potest simul fieri Monachus, 1
& Abbas. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabarell. Collect. Bellam. Host. Ioan. Andr. Anchar. Innocent. Imola, Anania, Bald. Panorm. Butr. Dec. Henric. Compostel. Vinian. *in rationali primi libri iuris Pontif.*

Pontif. pag. 132. Alagon. *in compend. iuris Canon. pag.* 50. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 4. *Decretal. l.* 1. *tit.* 3. *cap* 3.

Non fuit ante Monachus.] Notatur ad hoc quod non Monachus in Prælatum Regularem eligi non poteſt, ſicut nec poteſt eligi qui non eſt in Religione profeſſus, vt per citatos *ad c.* 27. *n.* 4. *ſub hoc tit* Fr. Lud. Mirand. *in manual. Prælatorum, tom.* 2. *q* 23. *art.* 11. *concl.* 5. *verſ octauo*, Gonz. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 8. *n* 78. Fr. Emm. *q. Reg. tom.* 2. *q.* 52. *art.* 8. Soar. *de Relig. tom.* 4. *tract.* 8 *lib.* 2. *c.* 3. *n.* 11 Lauar. *var. lucubr. tom.* 1 *tit.* 4. *c.* 16. *n.* 127 iſta autem profeſſio non ſufficit tacita, eo quod niſi Religioſus ſit, expreſsè profeſſus eligi nequit in Abbatem, ſeu Prælatum. Seraph. *deciſ.* 645. *n.* 1. Lauor. *d. c.* 16. *n.* 128. Bart. de Vecchis *in praxi obſeruanda in admittendis ad Relig. ſtatum nouit. diſp.* 14. *dub.* 7. *n.* 2. vbi id extendit ad moniales.

SVMMARIVM.

1 *Abbas eligi non poteſt niſi inſtructus in regula monachali.*
2 *Nobilis, & potentior, aliàs tamen idoneus præferendus eſt alteri etiam meliùs morato, & eruditiori, ſi ita expediat Eccleſiæ.*
3 *Eligendi qualitas attendenda eſt, quæ vtilior fuerit Eccleſiæ inſpecto beneficij ſitu, & qualitate.*
4 *Religioſus nullus poteſt eſſe Prælatus illius Religionis, quam non fuerit ſolemniter profeſſus.*
5 *Eligi ante ante profeſſionem nullus poteſt ad Beneficia Regularia adminiſtrationem habentia.*
6 *Legatus non poteſt diſpenſare, vt profeſſus in vna Religione in alia eligatur in Prælatum Prouincialem.*
– *Incontinenti quæ fiunt à iure ineſſe creduntur.*
8 *Fraus probatur ex temporis breuitate.*
9 *Ambitione non eſt tranſeundum ad dignitatem, & honores.*
10 *Simoniæ præſumptio colligitur ex vicinitate promiſſionis rei temporalis, & conceſſione beneficij.*

CAP. Officij. XXXVIII.

1 IN Abbatem eligi non poteſt qui non eſt inſtructus in regula monachali. Item qui ſtatim, atque eſt effectus monachus, eligitur in Abbatem, ſicut nullam habuerit promiſſionem, ſeu fiduciam, vt ipſum eligerent in Abbatem, tamen tenetur ſe purgare, deinde quando erit inſtructus in regula, ſi ita Eccleſiæ vtilitas poſtulet, eligi poterit in Abbatem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Innocent. Panorm. Hoſt. Bald. Butr. Henric. Anch. Compoſt. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag.* 132. Alagona *in compend. Iuris Can. pag.* 15. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 5. *Decretal. lib.* 1. *tit.* 3. *cap* 4.

2 *In quendam virum nobilem.*] Notatur ad hoc quod nobilis & potentior, aliàs tamen idoneus, præferendus eſt alteri etiam meliùs morato, & eruditiori, ſi ita expediat Eccleſiæ, vt per Tiraq. *de nobilitate, cap.* 20. 3 *num.* 17. eligendi enim qualitas attendenda eſt, quæ vtilior fuerit Eccleſiæ, inſpecto beneficij ſitu, & qualitate, nam ſi eſſet beneficium ſitum in finibus peruerſorum hominum, ita quod Eccleſia pro ſuis iuribus tuendis nobili vel potente homine indigeret, ille foret attenta neceſſitate Eccleſiæ cæteris præferendus, dummodo aliàs idoneus eſſet, vt dicit text. in præſenti: ſi verò Eccleſia ita eſſet ære alieno grauata, quod reſpondere vſurarum voracitati nequiret, tunc dines potius eligendus eſſet, quamvis alter eo doctior foret: quod ſi beneficium ſit in finibus hæreticorum pro quibus expugnandis expediret Eccleſiæ doctum hominem habere, tunc doctus eſſet nobili, vel diuiti præferendus, ita gloſſ. *verbo, impotentiam, in c. conſtitutis il* 2. *infr. de appellat.* vbi omnes Canoniſtæ, quos citat Rendina *in promptuario recept. ſent. tom.* 1. *tit.* 36. *num.* 25.

Non poſſit eligi in Abbatem, &c.] Notatur ad hoc 4 quod nullus Religioſus poteſt eſſe Prælatus illius Religionis, quam non fuerit ſolemniter profeſſus, vide *ſuprà ad c. præced.* & Fr. Ludou. Miranda *in manuali Prælat. tom* 2. *q.* 3. *art.* 4. *concl. vnica*, Bart. de Vecchis *in obſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum nouit. diſp.* 11. *dub* 9 eleganter Illuſtr. D. meus Roder. à Cunha poſt primam huius libri impreſſionem à me viſus, *in comment. ad c.* 2. *n* 2. *diſt.* 48. vbi limitat tribus modis, primò in poſtulatione, ſecundò in prouiſione, quæ fit per viam collationis, tertiò in electione ad Eccleſiam Cahedralem Regularem. Et ad beneficia Regularia 5 adminiſtrationem habentia nullus ante profeſſionem eligi poteſt, vt per Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 8. *num.* 9<.

Vel diſpenſare.] Notatur ad hoc quod Legatus non 6 poteſt diſpenſare, vt profeſſus in vna Religione eligatur in alia in Prælatum Prouincialem, vt per Fr. Eman. *q. Regularium, tom* 2. *q.* 52. *art.* 9.

Quæ incontinenti ſubſequuta ſunt.] Notatur ad hoc 7 quod incontinenti quæ fiunt à iure ineſſe creduntur, vt per Gonz. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 43. *n.* 54. Card. Tuſch. *tom.* 4. *lit. I. concl.* 81. Marc. Anton. *var. reſ. lib.* 1. *reſ.* 69. *n.* 5 *& reſ. ſin caſu* 62.

Notatur etiam ad hoc quod fraus probatur ex tem- 8 poris breuitate, vt per Maſcard. *de probat. concl.* 241. *& concl.* 530. *n.* 127. *& concl.* 815. *n.* 15. *& concl.* 1057. *n.* 4. Anton. Gom. *var. tom.* 3. *c.* 14. *num.* 4. *verſ. quintus caſus*, Tiraq. *in l. ſi vnquam, verbo, donatione largitus, num.* 257. *C. de reuocan. donat. & de retract. lig.* §. 1. *gloſſ.* 7. *numer.* 76. *& ſeq.* Neguzant. *de pignoribus, part.* 4. *princ. num* 39. *& ſeq.* Strach. *de mercat. tit. de doctoribus part.* 3. *n.* 32. *& 34.*

Verùm poſtquam, &c.] Notatur ad hoc quòd electione caſſata ob defectum temporalem electi, eodem defectu ceſſante, iſte reeligi poteſt, ſecus ſi fuit caſſata propter crimen perſonæ electæ, vt per Panor. *hic n.* 3. Caſtel. *de elect. c.* 4. *n.* 16.

In gloſſ. 1. ibi, *& ambitio bene repellit quemlibet à di-* 9 *gnitatibus.* Notatur ad hoc quod ad dignitates, & honores non eſt tranſeundum per ambitionem, vt per Perez *ll.* 1. *in princ. tit.* 16. *lib.* 2. *Ord pag.* 373. Greg. *l* 3. *verbo, Obiſpado, tit.* 17. *p.* 1. Azeued. *l.* 1. *n.* 2. *cum ſeqq. tit.* 5. *l.* 3. *nouæ recopil.* Bobadil. *in ſua politica, lib.* 1. *c.* 3. *num.* 67.

In ead. gloſ. ibi, *præſumitur quod turpiter, & ex con-* 10 *uentione ſit electus.* Notatur ad hoc quod ſimoniæ præſumptio colligitur ex vicinitate promiſſionis rei temporalis, & conceſſione beneficij, vt per Menoch. *de præſ. lib.* 5. *præſ.* 8. *n.* 7. *& l.* 6. *præſ.* 12. *n.* 33.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus minori excommunicatione poteſt eligere, & electio tenet.*
2 *Electio canonica quibus modis dicatur, oſtenditur.*
3 *Clauſula, ſupplentes, quam vim & effectum habeat, remiſſiuè.*
4 *Clauſula, de plenitudine poteſtatis, quam vim, & effectum habeat, remiſſiuè.*

5 *Excom*

5 *Excommunicatus non potest eligi ad beneficium Ecclesiasticum, & si eligatur, electio nulla est.*

6 *Eligendi ius non habet, qui excommunicationis maioris vinculo adstringitur.*

7 *Mitius agitur cum lege, quàm cum ministro legis.*

CAP. Illa. XXXIX.

1 ELectio aliàs Canonica confirmatur, licèt quidam eligentium essent minori excommunicatione ligati. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anania, Host. Innoc. Panorm. Bald. Butr. Henric. Boich. Anch. Compostel. Viuian. *in ration. primi libri iur. Pont. pag.* 133. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 51. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 4. *Decret. lib.* 1. *tit.* 2. *cap.* 5.

2 *Electionem canonicam.*] Aduerte electionem triplici modo dici canonicam, largè, strictè, & strictiùs, vt per Gemin. *cons.* 88. *num.* 4. Strictiùs dicitur canonica electio quando omnia interueniunt, quæ sunt de substantia, & solemnitate, quæ si omittantnr electio est nulla, vt *cap. quia propter* 42. *hoc tit.* Strictè dicitur quando seruantur illa, quæ sunt de substantia, omissis tamen his, quæ pertinent ad solemnitatem, vt puta vocatio absentium, & isto casu electio non est nulla, sed venit annullanda, vt *in cap. quod sicut* 28. *hoc tit.* Largè dicitur canonica quando non sunt seruata substantialia, nec alia solemnia requisita à iure positiuo, sed habet tantùm validitatem iuris naturalis, vt quia scilicet habet consensum eligentium, & ista de iure non est valida, vt *in d. c quia propter, & in c. sicut, de elect. l.* 6. vbi autem Papa appellat electiones canonicas, censendum est intellexisse de electionibus canonicis strictiori modo, cùm iura tales approbent, & illud est proprium significatum, quod communiter iura recipiunt, dum enim dicunt canonicum, intelligunt de valida, vt patet *in c. postulastis, in princip. de clerico excomm. minist.* & à propria verborum significatione recedendum non est, *l. non aliter ff. de legatis* 3. *c. in nostra, de iureiur.* Ita egregiè Gemin. *d. cons.* 88. *num.* 4. bene Rebuff. *in praxi, tit. Canonica institutione, quæ dicatur,* vbi quod sola illa dicitur canonica quæ sit secundùm Canones, *c. cùm aliter, de dolo, c grauis, de censib. c.* 1. *hoc tit.* optimè Rota *in Treueren. Abbatiæ* 24. *Ianuarij* 1625. coram Reuerend. D. Coccino Decano.

3 *Supplentes.*] De hac clausula egi latè *in meis remiss. de dictionib. & clausulis, clausul.* 104.

4 *De plenitudine potestatis.*] De vi, & effectibus huius clausulæ tractarunt Marta *de clausulis, pag.* 1. *claus.* 195. Cels. Hug. *in tract. clausularum pag.* 190. Ludou. Rodolphin. *in tract. de suprema, seu absoluta Principis potestate, c.* 5. & 6. & alij citati per me *claus.* 19.

5 *Excommunicationis laqueum*, &c.] Notatur ad hoc quod excommunicatus non potest eligi ad beneficium Ecclesiasticum, & si eligatur, electio est nulla, vt per Cou. *in c. alma mater, part.* 1. §. 7. *n.* 1. *vers. primum excommunicatus.* Rebuff. *in c. postulastis, n.* 85. *de clerico excomm. minist.* Flamin. *de resignat. lib.* 5. *q.* 6. *n* 80. Mar. Artel. *de censur. tom.* 1. *lib.* 2. *disp.* 13. *c.* 3. Ricciul. *in tract. de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium, lib.* 4. *c.* 6. *num.* 23. Viuian. *in praxi iuris Patron. part.* 2. *lib* 6. *cap.* 9. *num.* 2. vbi *n.* 3. Idem resoluit de suspenso tam ab officio quàm à beneficio. Sic etiam eligendi ius non habet,

6 qui excommunicationis maioris vinculo obstringitur, secus verò est si excommunicatione minori teneatur, vt per Azor. *instit. moral. p.* 2. *l.* 9. *c.* 14. *q.* 8. *vers. ius item.*

In glos. *Canonicam*, ibi, *mitius igitur cum lege, quàm cum ministro legis.* Vide Marc. Anton. *var. resolut. lib.* 1. *resolut.* 19. *n.* 56. Cald. Pereira *de empt. c.* 9. *num.* 7. *libell. de principiis vtriusque iuris lit. L. n.* 17.

SVMMARIVM.

1 *Postulatio si cum electione concurrit, & numerus postulantium est duplo maior, & postulatus est idoneus, postulatio admittitur reiecta electione: si verò indignus, & hoc maior pars postulantium ignorauerit, postulatio, & electio reprobantur; si vero sciebant, & electus idoneus erat, confirmatur electio, & idem si numerus postulantium non est duplo maior.*

2 *Verba omissa in hoc text. vbi inueniantur, ostenditur.*

3 *Electio & postulatio quando concurrunt data identitate electi, & postulati, præfertur postulatio si est facta à duabus partibus de tribus.*

4 *Canonici vacante Ecclesia pro illa tantùm vice ad coëligendum admittere possunt Clericos Ecclesiarum inferiorum, vel alios extraneos.*

5 *Eligens scienter indignum priuatur iure electionis illa vice.*

CAP. Scriptum. XL.

POstulatio, & electio quando occurrunt, si postu- 1
latus est idoneus, & numerus postulantium est duplo maior quàm numerus eligentium, admittitur postulatio, reiecta electione. Secus est si numerus postulantium non sit duplo maior, tunc enim admittitur electus si est dignus, quod etiam procedit si scienter postularunt indignum, reiicitur enim postulatio, & postulantes priuantur pro ea vice potestate eligendi, seu postulandi: si verò ignoranter postularunt indignum, reiicitur & postulatus, & electus. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabarell. Collect. Innoc. Anchar. Bellam. Host. Ioan. Andr. Imol. Anania, Bald. Panorm. Butr. Henric. Compost. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 133. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 15. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. refertur ab Ant. August. *collect.* 4. *Decretal. lib.* 1. *tit.* 3. *cap.* 6.

Et infrà.] Verba omissa refert Dionys. Paul. *de vera* 2
quatuor Patriarchalium sedium erectione, c. 16. *n.* 17. vbi dicit illa ex Vaticana Bibliotheca accepisse præcedente licentia Illustr. Card. Baronij Bibliothecarij.

Dubio maiorem facerent numerum, &c.] Notatur ad 3
hoc quod quando concurrunt electio & postulatio data identitate electi, & postulati, præfertur postulatio, si est facta à duabus partibus de tribus, quia illa quæ sit à duplo maiori numero nititur iuri, & gratiæ, vt per Iul. Lauor. *var. lucubr. tom.* 1 *tit.* 4. *c.* 14. *n.* 9. vbi tamen *n.* 7. ex Castellin. *de elect. c.* 2. *n.* 8. obseruat in ordine Prædicatorum legitimè postulatum dici illum, qui à maiori parte eorum, ad quos electio spectat, postulatus fuit.

Et si partes consenserint.] Notatur ad hoc quod pos- 4
sunt Canonici clericos Ecclesiarum inferiorum, vel alios extraneos ad coëligendum admittere vacante Ecclesia pro illa tantùm vice, vt per Abb. *hic num.* 3. Ermian. *de Episcopo, p.* 3. *q.* 3. *n.* 4. Lambertin. *de iurepatr. p.* 1. *lib.* 2. *q.* 3. *princip. art.* 17. *à n.* 3. Villagut. *in tract. de rebus Ecclesiæ non alienandis, c.* 48. *à n.* 20. quos refero ego ipse *de officio, & potestate Episcopi, p.* 1. *tit.* 1. *cap.* 3. *num.* 24.

Postulauerint scienter indignum] Notatur ad hoc quod 5
eligens scienter indignum priuatur iure electionis,

pro

pro illa vice, vt *supra* notatur *ad c. gratum, de postulat. Prælator. & ad c. cùm in cunctis*, §. *Clerici, hic tit.* & ibi citatis addo Lauor. *d tit. 4. c. 15. n. 76.* & Tamburin. *de elect. tom. 1. disp. 6. q. 8. n. 18.*

SVMMARIVM.

1 *Eligere Prælatum Cathedralis, vel Regularis Ecclesiæ intra tres menses si negligunt illi ad quos spectat electio, proximus superior Ecclesiam ordinabit, quod si intra tres alios menses non fecerit, canonicè punietur,* & n. 2.

3 *Episcopus debet eligi de numero Canonicorum, si in Capitulo idoneus reperiatur, aliàs extra Capitulum eligi potest.*

4 *Congregatio quælibet Ecclesiæ suum debet habere Prælatum, & Magistrum.*

CAP. Ne pro defectu. XLI.

1 ELectores si cessante iusto impedimento intra tres menses non eligunt Pastorem Cathedralis, vel Regularis Ecclesiæ, priuantur ea vice potestate eligendi, & deuoluitur ad proximum superiorem, qui intra alios tres menses cum consilio Capituli, & aliorum prudentum prouideat de persona idonea eiusdem Ecclesiæ, & si non reperiatur ibi digna, prouideat de persona alterius, sub pœna Canonicæ vltionis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Innoc. Panorm. Host. Bald. Butr. Henric. Anch. Compostel. Vivian. *in ration. primi libri iur. Pontif. pag.* 135. Alagon. *in compend. iur. Canon. pag.* 51. refertur ab Anton. Aug. *collect. 4. Decretal. lib. 1. tit. 3. c. 8.*

2 Hanc eandem conclu.ex hoc text. desumunt Marc. Anton. Cuch. *de institut. maior. tit. de elect. n.* 168. *&* 172. latè Lauor. *var. lucubr. tom. 1. tit. 4. c.* 18. *ex n.* 12. *&* 24. Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 2. q.* 52. *art.* 3. Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 3. c. 28. q. 6.* Fr. Ludou. Miranda *in manuali Prælat. tom. 2. q. 23. art. 10. concl. 2.* vbi etiam refert apud Minores fratres, & Regulares omnes priuilegium habentes communicationis, hoc non habere locum per priuilegium Clement. IV. relatum *in compendio priuilegiorum verbo, electio*, §. 4. In aliis verò Ecclesiis intra sex menses fieri debet electio Prælati, vt per *c. de multa, infrà de præbend. & c. nulla, de conces. præbend.* resoluit Azor. *vbi proximè.* Sic etiam ad conferenda beneficia semestre tempus competit Episcopo, *d. cap. nulla, c. licet, de suppl. negl. Prælat. Clement. 1. eod. tit.* Nicol. Garc. *de benefic part. 10. c. 2. num. 2.* & alij citati per me *de officio, & potestate Episcopi, part. 2. alleg. 58. num. 1.* vbi *num. 2.* ampliaui ad omnia beneficia, quamvis sint in quibuslibet Cathedralibus, & Regularibus Ecclesiis.

Vt vltra tres menses, &c.] A die scilicet vacationis computandos, vt per Cuch. *d. tit. de elect. n.* 170. Lauor. *d. c. 18. n. 23* vbi *n.* 14. differit quomodo isti tres menses numerentur.

3 *De persona idonea.*] Notatur ad hoc quod Episcopus debet eligi de numero Canonicorum, si in Capitulo idoneus reperiatur, aliàs extra Capitulum eligi potest, vt per Duen. *reg.* 202.

4 *Ipsius quidem Ecclesiæ.*] Notatur ad hoc quod quælibet Ecclesiæ congregatio suum debet habere Prælatum, & Magistrum, qui ex ipsius Ecclesiæ gremio assumi debet, vt per Fr. Emman. *d. q. 2. art. 8.* ita vt alteri præferendus sit, qui ex gremio Ecclesiæ eligitur, Rota *dec. 413. n. 1. p. 1. diuers.* & Sot. Petr. Nauar. & Cuch. quos refert, & sequitur Nicol. Garc. *de benef. p. 7. c. 9. n. 6.* & Illustr. D. Roderà Cunha *in clement ad c. 1. n. 8. dist. 70.*

SVMMARIVM.

1 *Electio in Ecclesiis Cathedralibus per aliquam de tribus formis, scrutinij scilicet, compromissi, & inspirationis, fieri debet, aliter electio celebrata non valet, & contra facientes priuandi sunt ea vice potestate eligendi.*

2 *Materia text. doctè pertractata vnde fuerit desumpta ostenditur.*

3 *Electionum forma qualis, remissiuè.*

4 *Verbum*, statuimus, *est iuris noui inductiuum.*

5 *Abbatum electio facienda est iuxta formam huius text.*

6 *Electio regularium Prælatorum facienda est iuxta formam huius text.*

7 *Conc. Trid. sess. 25. de regularibus, c. 6. non derogat dispensationi huius text.*

8 *Electiones beneficiatorum seu Prælatorum inferiorum non est facienda iuxta formam huius text.*

9 *Eligendi ius habentes debent citari, & vocari vt electioni intersint.*

10 *Electioni interesse non debent, qui eligere prohibentur.*

11 *Electioni interesse nullus est compellendus, nisi Ecclesiæ intersit.*

12 *Electioni interesse non tenentur, qui commodè vocari nequeunt.*

13 *Scrutatores tres, & non plures debent esse in electione per scrutinium facienda, aliàs electio non valet.*

14 *Scrutatores tres in electione, quæ fit per scrutinium de essentia, debent esse de Collegio.*

15 *Regula vtile per inutile, de regulis iuris, l. 6. non habet locum cùm aliquid inducitur pro forma substantiali.*

16 *Scrutatores vt aliqui extra Collegium in electione possint interuenire an consuetudine introduci valeat, ostenditur.*

17 *Electionis per scrutinium faciendæ substantiale est, vt electorum vota exquirantur secretè.*

18 *Electores non debent vocati accedere ad scrutatores bini, vel trini, vel singuli.*

19 *Scrutatores debent interrogare electores, & suffragatores, in quem consentiant, & quare, & quo zelo, & de meritis, ac qualitate illius.*

20 *Scrutatores ex se, & ore proprio vota exquirere debent.*

21 *Electores non possunt in scriptis vota sua præstare.*

22 *Testis per scripturam testificari non potest.*

23 *Scrutatores quomodo se scrutari debeant, ostenditur.*

24 *Electionis per scrutinium faciendæ substantiale est, quod vota in scriptis sint redacta.*

25 *Dictio*, mox, *significat incontinenti, nullo actu contrario interueniente.*

26 *Electionis per scrutinium faciendæ substantiale est, vt vota in scriptis redacta publicentur.*

27 *Electionis ad validitatem non sufficit habere maiorem suffragiorum partem, sed vlterius requiritur eandem esse saniorem.*

28 *Electio facienda est per solas personas de Capitulo, nec alius est admittendus tanquam procurator alicuius absentis legitimè impediti, nisi fuerit de eodem Capitulo, seu Collegio.*

29 *Canonici possunt totam potestatem eligendi in arbitro compromisso facto transferre.*

30 *Verba*, aliter electio facta non valeat, *habent vim decreti irritantis.*

31 *Electione quæ fit per viam Spiritus sancti, non est opus seruare formam huius text.*

32 *Verba*

32 *Verba*, non valeat, *denotant latam sententiam.*
33 *Eligendi potestate priuantur illi, qui contra formam hic decretam celebrant electionem, etiam sine vlla fraude.*
34 *Verbum*, priuentur, *non significat priuationem ipso iure, sed per sententiam.*
35 *Compromissum vt valeat, necesse est quod fiat ab omnibus votum, atque suffragium habentibus in Capitulo nemine discrepante.*
36 *Electionis substantialia, qua sint remissiuè.*
37 *Vocales, qui absentes in vno loco vnde euocari possunt, sed iusto impedimento detenti venire non possunt, procuratorem constituere valent, qui suo nomine eligat.*
38 *Impedimentum probatur per iuramentum impediti.*
39 *Præsentatio facta clandestinè non valet.*
40 *Electiones canonicæ nullatenus fieri debent de nocte, nisi in casu maximæ necessitatis.*

Cap. Quia propter. XLII.

1 FOrma Canonica eligendi triplex est, scrutinij, compromissi, & inspirationis, aliter facta electio non valet, electores priuantur ea vice potestate eligendi. In electione autem quæ fit per scrutinium præsentibus omnibus qui debent, & volunt interesse, assumi debent tres de collegio fide digni, qui secretè, & sigillatim vota exquirant, & scribant, & deinde publicent, & ille in quem maior, & sanior pars Capituli consenserit sine vlla appellatione est electus. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zab. Collect. Bell. Host. Io. Andr. Anch. Innoc. Imol. Anan. Bald. Panorm. Butr. Henric. Compost. Vin. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 135. Alagona *in compend. iur Canon. pag.* 52. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. *coll.* 4. *Decret. lib.* 1. *tit.* 3. *c.* 9.

2 Omnimodam huius text materiam semel & iterum doctissimè disposuit Reuerendissimus D. Ioannes Baptista Coccinus Sacræ Romanæ Rotæ decanus meritissimus, vir sanè probus, simul & integer, ac vtriusque iuris prudentissimus, in vna decisione eiusdem Sacræ Rotæ *in causa Meten. Monasterij, Lunæ* 5. *Iulij* 1621. & *in altera Treuen. Abbatiæ S. Maximini, Mercurij* 20. *Nouembris* 1624. & 24. *Ianuarij* 1625. quorum plura ex his, quæ sequūtur vti à tanto viro mirabilis doctrinæ, & eruditionis extensa, cùm alibi meliùs inueniri non possint, in præsentiarum ponere operæ pretium duxi, quæ decisiones impressæ reperiuntur apud Castell. *de elect. c.* 4. *propè fin.* & apud Ioan. Ant. Massobr. *in praxi habendi concursum prælud.* 8. *à n.* 30. secundùm Romanam impress. Iul. Lauor. *var. lucubr. tom.* 1. *tit.* 4. *c.* 21. *n.* 96. *cum seqq.* Tambur. *de iure Abbatum tom.* 1. *disp.* 5. *q.* 1. *post n.* 6. & *q.* 25. *post n.* 2.

3 *Diuersas electionum formas.*] De variis electionum formis, per scrutinium scilicet, compromissum, & electionem, agunt Petr. Greg. *ad Decret. sub tit. de elect. c.* 3. Fr. Emman. *q. Regul. tom.* 2. *q.* 51. *art.* 1. Azor. *inst. mor. p.* 2. *l.* 6. *c.* 14. *q.* 11. Lud. Miranda *in manuali Prælat. tom.* 2. *q.* 23. *art.* 2.

4 *Statuimus.*] Verbum hoc est iuris noui inductiuum, vt per Rebuff. *in concord. tit. de collat. §.* 1. *lit. A* Nic. Garc. *de benef p.* 3. *c.* 1. *n.* 9. Seraph. *Rotæ Rom. dec.* 510. *n.* 4. quos refero ego ipse *de dict. & claus. dict.* 334.

5 *Vt cùm electio fuerit celebranda, &c.*] Intelligitur etiam & procedit in electione Abbatum, vt tenent in præsenti Ioan. Andr. *n.* 59. Bellam. *in princ. n.* 3. Imola etiam *n.* 3. Abb. *n.* 7. *in fine, & n.* 8 Butr. *n.* 20. Rot. *decis.* 5. *in princ. iuncto n.* 2. *de elect. in nouis*, Greg. Lopez *lib.* 19. *verbo, Obispo, tit.* 5. *p.* 1. Franc. Marc. *decis* 992. *n.* 1. *lib.* 1. Cunhà *instit. maior. lib.* 4. *tit. de elect. n.* 279. *in fine*, Cosm. *in pragmat. sanction. tit. de elect. verbo, Abbatis* 3. *pag. mihi* 86. Canis. *de elect. § & hac de Episcop.* Seraphin. *decis.* 647. *n.* 4. Iodoch. Lorich. *in thesauro vtriusque Theologiæ, verbo, electio, in forma scrutinij, vers. octauo hæc forma*, Rendina *in promptuario receptarum sentent. tom.* 1. *tit.* 1. *num.* 2. Ludou. Miranda *d. q.* 23. *art.* 3. *concl.* 1. Sigism. à Bononia *de elect. dub.* 7. Hieron. Roder. *in Compendio q. Reg. resp.* 1. *n.* 9. *vers. idem docent*, Rota coram Reuerendiss. Coccino *in d. Meten. Monasterij, vers. quod autem, & in d. Treueren. Abbatiæ* 1. *in princ. & in Meten. Abbatiæ* 4. *Februar.* 1628. coram R. P. D. Dunozetto, quicquid Roffred. *de libellis, tom.* 2. *super iure Pontificio, p.* 3. *tit. quod sonet hoc nomen Abbatis*, &c. *n.* 8. *lit. G. fol mihi* 633. dicat de mandato Papæ iudicatum fuisse formam huius cap. non esse seruandam in electione Abbatis, quia hoc est nomen sollicitudinis, non tamen est Pater.

Et quod forma huius cap. habeat etiam locum nē 6
dum in electionibus Episcoporum, & aliorum Prælatorum Ecclesiarum Collegiatarum, qui habent iurisdictionem generalem in dictis Ecclesiis Collegiatis, sed etiam in electione Regularium Prælatorum, dicit gloss. 1. *hic*, vbi Abb. *n.* 7. *vers. circa, & num.* 8. *vers. & placet*, Rot. *decis.* 5. *in princ. de elect. in nouis*. Franc. Marc. *d. decis.* 992. Ludou. Mirand. *d. concl.* 1. Rota coram Reuerendiss. D. Coccino *in d. Meten. Monasterij, vers. quod autem*, Tambur. *d. disp.* 5. *q.* 5. *num.* 1. Lauor. *d. tit.* 4. *c.* 19. *n.* 4. vbi *num.* 8. subdit non licere Prouincialibus, seu definitoribus discedere à forma huius cap. in electionibus Priorum, Guardianorum & similium, de quo latè Sigism. à Bononia *de elect. dub.* 7. Concil. enim Trident. *sess.* 25. *de Regul. cap.* 6. non de- 7
rogat dispositioni huius text. vt per Fr. Emman. *in summa cap.* 1. *aliàs* 102. *n.* 2. *&* 3. *de elect.* Rota *in d. Treueren. Abbatiæ*, 1. *vers. neque etiam*, sed adhuc in suo robore perseuerat, Praxis Episcop. *p.* 1. *verbo, Abbatissa, vers ad sextum*, Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 13. *cap.* 10. *q.* 2. Castellin. *de elect. cap.* 1. *numero* 1. refertur *in illa Meten. Monasterij, in fine.* In electionibus verò 8
aliorum beneficiorum, seu Prælatorum inferiorum, non est necessario seruanda huius text. dispositio, sed sufficiunt ad id singulares consensus existentium in Capitulo, dummodo præstetur in communi, & omnibus collegialiter congregatis, nam sic electus simpliciter à maiori, & saniori parte ius habebit in electione, vt per Syluest. *verbo, electio, 2. q.* 1. Lud. Miranda *d. q.* 23. *art.* 3. *concl.* 2. vbi *art* 4. *concl vnic.* dicit etiam formam huius text. non habere locum, nec necessariò seruandam esse in postulatione, & collatione. Vnde in electione Definitorum, discretorum & huiusmodi, non esse attendendam formam huius cap. dicit Lauor. *d. c.* 19. *n.* 7. nec in electione inferiorum dignitatum in Collegiatis existentium resoluunt Abb. *in c. Eccles. vestra, n.* 7 & *ibi* Imol. *n.* 7. *hoc tit* Franc. Marc. *decis.* 922. *n.* 3. *lib.* 1. Rot. *in Leodien. Decanatus* 15. *De embris* 1627. coram R. P. D. meo Pirouano, quia Ecclesia non viduatur per inferiores, sed per primam dignitatem, gloss. Abb. Ioan. Andr. Butr. & Imol. *in præsenti.* Franc. Marc. *d. decis* 922. *num.* 1. *lib.* 1. Rot. *in d. Leodien. Decanatus.*

Præsentibus omnibus.] Qui ius eligendi habeant, & 9
prius debent citari, & vocari vt electioni interfint, Rebuff. *in compend. alien. n.* 76. Azor. *inst. mor. p.* 2. *l.* 6. *c.* 14. *q.* 7. vbi *in vers. quæres*, resoluit quod absens non potest ius suum eligendi committere extraneo inuito Capitulo, & quod non potest absens per literas suum suffragium in electione ferre: Et adnerte non posse speciale in casu huius text. sed generale in omnibus

explicandis per Capitulum, & vniuersitatem, vt collegialiter, & simul in vnum consensus, vel dissensus præstetur, sicut tradunt Abb. *in præsenti*, n. 12. & *in c. in Genesi n. 7. hoc tit.* & Butr. *in c. audiuis*, n. 8. *eod. tit.* subdit quod etiam ante formam huius cap. exigebatur consensus vt in vnum, & certo tempore, & ad idem alligarentur. Bald. *in l. & suum*, § *die tamen*, n. 1. *ff. de pactis*, & *ibi* Angel. n. 1. imo etiam idem Butr. *in d. c. in Genesi* n. 28. postquam dicit formam huius cap. non habere locum in electionibus inferiorum dignitatum, subdit, si ille tamen actus spectet ad Capitulum, fiat per Capitulum à congregatis, vt Capitulum, & simul in vnum Nec contrarium sentit Card. *cons.* 103. n. 10. dicens sufficere quod Canonici singulariter consentiant, dummodo in Capitulo, quia per illud verbum, *singulariter*, non excludit simultaneum Capituli consensum, sed excludit communem illam electionem post scrutinij publicationem ab vno nomine Capituli per verba singularis numeri faciendam in terminis huius text. & *d. c in gen* requisitam, vt per glos. *in eod. c. in Genesi*, *verbo communiter. & verbo repeti*, & Abb. *ibi notab. 4. in 3. requis.* Rot. *in vna Hispalen. Canonicatus* 18. *Febr.* 1619. coram bon. mem. Buratto inter eius impressas *decis.* 380.

10 *Qui debent*] Per hæc verba excluduntur qui de iure non debent interesse, Fr. Ludou. Mirand. *d. q. 23. art. 6. concl. 3.* Nam multi prohibentur eligere, vel quia priuati sunt, vel aliàs inhabiles, qui quidem etiamsi non vocentur, tenet nihilominus electio, & omnia alia capitularia, licèt nondum sit discussum an sint priuati, quia sufficit quod possint postea conuinci, Ludou. Miranda *vbi proximè*.

11 *Et volunt.*] Excluduntur qui interesse nolunt, qui quidem non debent compelli, nisi intersit Ecclesiæ, nam si intersit pro ipsius interesse, bene poterunt compelli, & nolentes interesse in numero duarum partium computari non debent, ita Lud. Miranda *loco proximè citato*.

12 *Et possunt commodè interesse.*] Excluduntur, qui commodè vocari nequeunt, in quo bonus iudex arbitrabitur, & decreto ac determinato quod commodè vocari nequeunt, siue eorum præsentia celebrari poterit electio, ita idem Lud. Miranda *eodemmet loco proximè citato*, vbi etiam aduertit hanc commoditatem referendam esse ad commoditatem Ecclesiæ, non autem ipsius personæ.

13 *Assumantur tres.*] Ergo in electione per scrutinium facienda tres & non plures scrutatores debent esse, aliàs electio non valet, vt tenent Abb. *hic n. 13. vers. certium substantiale*, Imol. *num. 7.* Innoc. *n. 4.* Bald. *n. 31.* Ioan. Andr. *n. 9. vers. assumantur*, dum vult quod substantialia huius text. incipiant à verbo, *assumantur*, Butr. *n. 22. vers. dicitur sexto*, Host. *n. 17. & 43.* Cardin. *n. 3. q. 13.* Anch. *col. 1. in fine*, Goffred. *in summ. huius tit. num. 7.* Host. *in summ. §. qualiter facienda, vers. sed verba Concilij* Biax. *de elect. p. 3. cap. 23.* Bertrand. *cons.* 187. *n. 1.* vbi quod ab hac opinione non sit recedendum in consulendo, neque in iudicando, Rebuff. *super concord. tit. de reg. ad Prælat. nomin. faciend. §. vlt. verbo, formam, vers. tres*, Franc. Marc. *decis.* 1201. Ioan. de Friburg. *in summ. tit. de elect. q. 7. col. 2. vers. assumantur*, Sylues. *in summ. verbo, electio, 2. n. 11. vers. tertium*, Angel. *in sum. eod. verbo, n. 26.* Tabien. *eod. verbo 1. n. 20. vers. secundùm quod*, Rosell. *col. 5. vers. quot sunt forma*, Roman. *cons. 332. n. 6. 11. & 12.* Fr. Emman. *in summ. p. 1. c. 102. n. 3. vers. dize mas la ordenacion, & quæst. Regul. tom. 2. q. 51. art. 2.* Boër. ad Mandagot. *de elect. c. 22. litera C. & cap. 23. litera Q.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 6. c. 14. q. 11.* Rendina *in prompt. recept. sententt. t. 1. tit. 36. n. 17.* Iodoch. Lorich. *in thesauro vtriusque Theologiæ in verbo, electio in forma prima scrutinij, vers. 2. vt ipsi eligant*, Lud. Miranda *d. q. 23. art. 15. concl. 1.* Soar. *de Relig. tom. 4. tr. 8. lib. 2. c. 5. n. 8. in fin.* Sigism. à Bononia *de elect. & potest. Prælat. Regul. dub. 20. n. 1.* Tambur. *de iure Abbatum, tom. 1. disp. 5. q. 6. n. 5.* Et ratio huius sententiæ est vt tres faciliùs, conueniant, & fidelius negotium tractent, Host. *in summ.* Petr. de Biax. Butr. & Bertrand. *locis allegatis*.

De collegio.] Eodem modo pertinet ad essentiam & substantiam electionis, quæ fit per scrutinium, vt dicti tres scrutatores debeant esse de Collegio, nam est pariter communis opinio ex Abb. *in præsenti n. 13. vers. quartum substantiale*, Imol. *n. 8.* Ioan. Andr. *n. 11.* Butr. *c. 22. vers. dicitur septimo*, Host. *n. 25 & 43.* Card. *n. 3 q. 12.* Compost. *n. 5 in fine, vers. de collegio*, Anch. *col. 2. vers. circa hoc*, Goffred. *in sum. de elect. n. 7.* Host. *in sum. eod. tit. §. qualiter facienda, col. 4. vers. de collegio*, Rom. *cons. 371. n. 12.* Rebuff. *loco præfato, vers. quarto requiritur*, Biax. *de elect. p. 3. c. 24.* Tambur. *d. q. 6. n. 7.* Franc. Marc. *dec. 1201. in fine*, Sigism. à Bononia *d. dub. 20. n. 2.* Lud. Mirand. *d. q. 23. art. 29. concl. vnic. vers. quarto*, Syuest. Angel. Tabien. Rossel, Azor. Iodoch. Lorich. locis suprà allegatis, Rota coram Reuerendiss. D. Coccino *in d. Meten. vers. Neque est verum, & in d. Treueren. Abbatiæ 1. vers. & quod etiam.* 14

Et quamvis secundùm aliquos substantialia fortunæ huius cap. non incipiant à verbis illis, *assumantur tres de collegio*, sed à verbis immediatè sequentibus, *qui secretè & sigillatim vota cunctorum diligenter exquirant*, provt gloss. *in præsenti verbo, senior, in fine*, & fuit opinio Vincentij, & Tancredi, Mandagot. *de elect. c. 27. in verbo, irritari*, vbi quod in Curia fuit confirmata electio Abbatis Tullen. licet in ea fuerint electi sex scrutatores, tres scilicet de collegio, & tres extra collegium, quem etiam refert Card. *hic n. 13 q. 12. vers. & iuxta Mandagotium*, & hanc opinionem esse in Curia receptam dicunt, licèt ipsi contrarium expressè teneant, Host. *in sum de elect. §. qualiter facienda, col. 4. vers. assumendo*, Goffred. *d. n. 7.* Ioan. de Friburg. *in summ. tit de elect. q. 7. col. 2. vers. assumantur.* Ioan. Andr. *hic n. 9. in verbo, assumantur.* Prædicta tamen opinio glossæ non est vera, vt patet ex supradictis, & bene dicunt Doctores modò allegati: neque probatur quod sit recepta in Curia, quia non est credendum Doctori de receptione attestanti, provt ne creditur de consuetudine attestanti, Mohed. *dec. 2. & 3 de consuetud.* & est ratio, qua consuetudo est quid facti, & quod tunc fuit, potest hodie non esse, per quam rationem semper Rota reprobauit opinionem illorum, qui tenent quod credatur Doctori attestanti de consuetudine quando est versatus in illo foro. Eòque magis non est credendum dictis Doctoribus, quia hoc dictum non videtur congruum, cùm ferè omnes prædicti Doctores videantur moueri ex prædicta confirmatione electionis, in qua fuerunt adhibiti sex scrutatores, quæ quidem electio, vt rectè Rota aduertit *in d. Meten. Monasterij*, & *Treueren. Abbatiæ*, per Sum. Pont. potuit confirmari ex gratia, non autem ex eo quod electionem censuerit validam, & in terminis quod electio sit nulla quando cum scrutatoribus de collegio adhibentur alij, qui non sunt de collegio fuit dictum *in Nicien. Parochialis 25. Iunij 1629.* coram Card. Virili, vbi etiam fuit resolutum concursum esse nullum, in quo cum examinatoribus synodalibus interuenit alter, qui non sit examinator synodalis, & citat Nic. Garc. *de benef. p. 8. c. 2. n. 81. & 84. & n. 324. & 341. & 342.* qui refert ad hoc decisiones Rotales, & asserit ita declarasse sacram Congr. *in causa Toletana & in Sasennaten.* & nouissimè vidi hoc anno 1629. decisum *in vna Messanen.* Sed in illa Nicien. parochialis dicebatur quod negatiua 15

illa

illa quod quis non esset examinator synodalis, quod debet plenè & concludenter probari vti fundamentum intentionis,& quod non sufficit quod in registris Curiæ Episcopalis non reperiatur nominatus, aut descriptus in Synodo ille,qui prætenditur non esse examinatorem synodalem, quia possibile erat quod fuerit deputatus examinator synodalis ab Episcopo in Synodo,& non fuerit descriptus, Rot.*decis.323.n.4.vers. vltra quod p.2. recent.* quia omissio, & negligentia descriptionis non potest nocere parti. *l. Imperator. ff. de statu hom.* Surd.*cons.*135.*n.9.in fine.*

Nec etiam dici potest electionem adhibitis pluribus scrutatoribus, quàm tribus posse sustineri, ex *reg. vtile, de regul. iur. in 6.* quia hæc regula non habet locum quando aliquid in lucrum pro forma substantiali, provt est quod tres tantùm eligantur scrutatores de collegio,nam cùm forma sit indiuidua,vtile per inutile vitiatur,Dec.*cons.*532.*n.*5. Mandos.*reg.*27.*q.*24.*n.*10. Matienz.*l.*1.*glos.*4.*n.*9.*tit.*4.*lib* 5.*nouæ recop.* Bec.*cons.*12. *n.*30.Guttier.*canon.l.*2.*c.*15.*n.*114.Rot.*dec.*471.*n.*9 *p.*1. & in terminis electionis Roman. *cons 6. n.*2. *vsque ad fin.* vbi quod stante statuto vt electio fiat ad annum & non vltra, & si contra fiat sit nulla electio facta per triennium est nulla in totum,quia illa verba dant formam electioni, quæ facit eam indiuiduam, quem sequitur Alciat.*in l.*1.§.*sed si mihi,n.*13 *ff.de verbor.obligat.* Nicol.Garc.*de benef.p.*3.*c.*1.*n.*59. ita habetur *in d.Treueren.Abbatia* 1. *vers & quamvis.*

16 Vtrùm autem consuetudine possit introduci vt aliqui extra collegium interueniant in electione,possintque eligi scrutatores? quæstio est non dissimulanda, in qua affirmatiuam partem sequuntur Card. *hic q.*12. *in princ.*& Specul.*de elect.*§.1.*n.*12. Boër. ad Mandagot. *de elect. c.*23. *lit R vers. adde,* quorum opinio procedit tantùm quando illi extra collegium de consuetudine legitimè præscripta habent vocem, tunc enim, vt considerat Card. *loco prædicto,* hi dicuntur de collegio eligentium, ac per consequens aliquo modo dici possunt scrutatores de collegio electos fuisse. Verùm quando prætenditur de consuetudine posse eligi plures quàm tres scrutatores, aut ex his aliquos extra collegium, talis consuetudo non esset obseruanda, quia contraueniret dispositioni huius text.qui cum sit ex Papa, non potest abrogari saltem absque illius scientia,vt egregiè probat Driedon.*de libert.Christiana, l.*1.*c.*2.*in fine,* Vasq. *in S.Thom.*1.2.*quæst.*97.& *ibi* Petr. de Lorca *in tit.de leg.disp.*19.*in princ.* nam ad inducendam consuetudinem contra Canones requiritur scientia & expressus consensus Papæ etiam quantocunque temporis spatio illa fuerit seruata. Archid. *in cap. cum de beneficio, num.* 2. *circa med. vers. nam & ibi notat, de prabend.l.*6. vbi Ioan.Andr. *post princ.* Gemin.*num.*6.& Franc.*n* 3.& 4. S.Antonin.*in sum.part.*1.*tit.*16.*cap.vnic.* §.2.*ante fin.vers.dicit autem Ioannes,* Salas *d.disp.*19.*n.*62. *in fine* , sequitur Rota *in Romana obseruationis contractus* 23.*Octobris* 1551.coram Chissanen.relata apud Verall. *decis.*204. *num.*3. *part.*3. *& in Romana concordia S. Petri* 12. *Febr.* 1610. coram Card. Caualerio inter eius impressas *decis.*91.*num.*8. *&* 9. Ratio est, quia Summus Pont. non habet potestatem à populo,sed immediatè à Deo,& ideo non est populus, qui inducit consuetudinem contra Canones, sed auctoritas Papæ permittentis,Abb.*in cap. fin. num* 8. *in fine , de consuetud.* Salas *de legi.quæst.*97. *tract.*14. *disp.*19. *sect.*6. *num.*59. *vers. hæc sententia* ; quod in lege Ciuili secus est,nam lex Ciuilis tendit ab bonum publicum, & in vtilitatem priuatorum, vnde si populus vult sibi præiudicium inferre, Principes ab eodem populo potestatem habentes non curant,*l de quibus,vers.nam cum ipse,ff. de legib.* S.Thom. 1.2 *q.*47.*art.*3.*in resp.ad* 3.Abb.*in cap.fin. n.*9.*de consuet.*

Driedon. *d tract.de libertate Christiana, cap.*11 *ante fin.* vt optimè considerat Rota coram Reuerendissimo D. Coccino *in d Treueren.Abbatia* 2.*vers. secundo.* Quæ eo magis de plano procedunt, cùm text. in præsenti habeat decretum irritans, quod tollit omnem consuetudinem in contrarium, vt in puncto huius text. dicit Boër.*decis.*1.*num.*49.& 50.& hoc est regulare in omni lege & canone habente decretum irritans, *cap. quod super his,in fine,consang. & affin. cap. super eo, in princ.de cognat.spirit.*Cou.*de sponsal.p.*2.*cap.*6.§.10.*n.*18.*cum seqq.* Driedon. *de libertate Christiana, lib.*1.*c.*16.*col.vlt.vers.& hic iam considerandæ* ; & confirmatur, quia lex irritans facit personam incapacem quando circa illam versatur, & consuetudo non potest tollere incapacitatem, Dec.*in cap.nouit,de iudic.n.*84. Felin.& Aym.quos allegat Soar.*de legib.l.*7.*c.*19.*n.*13.*in fine*,quamvis ipse *n.*14. hanc sententiam non probet, dum tenet quod lex irritans aliqua ratione honesta possit esse abrogabilis per consuetudinem. Nec obstat quod aliqui dicebant quod scilicet in hoc casu non agitur de præscribenda lege, sed communi Doctorum sententia, quia imo de præscribenda lege agitur, nam licèt aliqui Doctores interpretentur substantialia huius text. incipere ibi, *qui secretè inquirant*,nihilominus communis intellectus huius text. est quod substantialia incipiant à verbo *assumantur*, provt ostendi *sub n.*15. & hoc in aliis iuribus declaratur,scilicet *in c. Ecclesia vestra, il secondo* 57. §.*denique, infr hoc tit.* vbi est expressum quod clausula illa posita in præsenti, dum post requisita ad electionem legitimè faciendam subiungitur, *electio aliter facta non valeat*, &c. refertur ad ea omnia, quæ attentantur contra formam electionis repertam solum ab hoc text.in Conc.generali,non autem ad alia ibi narrata,quæ ad electionem faciendam reperta sunt ab aliis etiam Canonibus, &c. & sic agitur de præscribendo contra ius,non autem contra communem sententiam, quæ communis sententia versatur solùm circa interpretationem huius text.Soar.*de legib.l.*6.*c.*1.*n.*5.*vers. de hac igitur interpretatione.*

Qui secretè.] Vnde substantiale est electionis per 17
scrutinium faciendæ vt electorum vota exquirantur secretè, id est, secundum Innoc. & Panorm. seorsum ab aliis de collegio, Ludou. Miranda *d.q.*13.*artic.*29. *concl.vnic vers.quinto*,Tambur. *d.q.*6.*num.*8.Soar.*d.cap.*5. *ex n.*10. Sigism.à Bonon. *dub.* 28. *ex num.*10. licèt autem Nau.*cons.*9. *sub hoc tit.* post Innoc. & alios asserat electionem valere si adsit consensus etiam non seruata forma secreti, tamen eius dictum intelligendum est in foro conscientiæ, nam in foro fori pro indubitato tenuit electionem esse nullam, Rota *in dict. Treueren. Abbatiæ* 1. *in fine.* Aduertendum tamen est cum Nau. *sub hoc tit.cons.*4. & Fr.Emman. *in sum.tom.*1.*c.*102.*n.*4. quod etsi aliquis ex electoribus secretò ostenderit alicui suam schedulam ad effectum vt videat, quem ipse eligat, hæc pura & simplex ostensio non tollit quin electio subsequens immediatè sit secreta,nisi illa manifestatio sit realis causa, vel præsumptiuè rationabiliter quod electio sequatur in hanc, vel illam personam ex vi illius ostensionis, in quo casu tale votum, vel talia vota sic publicata non debent computari in numero electorum. Deinde est aduertendum per text. *in præsenti*, & Concil.Trid. *sess.*25. *de Regul.c.*6. ostensionem vnius schedulæ, siue fiat per malitiam, siue per errorem, dummodo non causet effectum, de quo supra, non officere secretæ electioni, nisi maior, pars suffragiorum ostenderet : ita Nicol. Garc. *de benef.p.*5. *c.*4.*n.*183.Molfes.*in sum.p.*1.*tract.*6.*c.*16.*n.*153.Castellin. *de elect.c.*4.*n.*3.

Et sigillatim.] Quia electores non debent vocati 18
accedere ad scrutatores bini, vel trini, sed singuli, vel

quilibet singulariter per se, sicut etiam obseruatur in testibus, qui in examinatione non debent p ures commisceri, alias non valeret depositio: ita Lud. Miranda *d. concl. vnic. vers. sexto.* Sigism. à Bonon. *d. tract. de elect. dub. 26. n. 1.* Tambur. *d. q. 6. n. 10.*

19 *Vota cunctorum diligenter.*] Per verbum illud, *vota* intelligi debent depositiones, & animorum desideria; & per aliud, *diligenter*, inquit Panor. quod debent scrutatores interrogare electores, & suffragatores in quem consentiant, & quare, & quo zelo, & de meritis, & qualitate illius, ita Tambur. *d. q. 6. n 11.* Lud. Miranda *d. concl vnic. vers. septimo.* Et illud verbum, *cunctorum*, intelligitur, id est, nullo omisso, nam quoties omittitur scrutatio vnius solius voti ex præsentibus, electio est nulla, vt docent *hîc* Ioan. Andr. *col. 3. &* 5. Host. & Panorm. Specul. *tit. de elect. §. 1. vers. si ergo viam*, Petr. de Biaxio *in suo direct. elect c. 27 p. 3. n. 1 & 2.*

20 *Exquirant.*] Verbum hoc importat ex parte scrutatorum vt ex se, & proprio ore exquirant, imo adhibitis quibusdam verbis adhortatoriis, quæ tamen non possunt dici de substantia, provt de substantia est quod ipsi exquirant, Specul. *de elect. §. 1. n. 17.* quem sequuntur Bertachin. *de Episcop. lib. 2. p. 1 num. 2.* Butr. *hîc n. 25.* Abb. *n. 5. vers. nota 3.* Host. *num. 30.* Innoc. *num. 6.* quos
21 refert Rota apud Reuerendiss. D. Coccinum *in d. Treueren. Abbatiæ, 1. vers. tertio.* Ex parte verò electorum im-
22 portat quod possint in scriptis vo a sua præstare. Boër. *decis. 1. num. 15.* Rom. *sing. 801.* vbi addit. Nam eodem modo testis per scripturam testificari non potest, vt per Viui. *commun. opin. tom. 1. lib. 4 tit. 10. num. 24. & 25. pag. 514.* Boër. *decis. 1. n. 38.* Rebuff. *de reprobat. testium, q. 541 cum seq.* Mascard. *de probat. conclus. 1149 num. 16. & concl. 1460 num. 3.* Fr. Emman. *quæst Regul. tom. 2. quæst. 13. art. 4.* Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 100. consid. 3. n. 7.* Farin. *in praxi crimin. part. 2. q. 80. num. 27.*

23 Quamvis aliqui velint quod eligatur quartus scrutator, qui vna cum Notario scrutetur scrutatores, rectius tamen & communiter seruatur quod duo ex eis tertium scrutentur, ita Abb. *hîc n. 9. vers. quarto quæritur*, Innoc. *in verbo, cunctorum, n. 6.* Host. *n. 43. vers. sed quis inquiret*, Ioan. Andr. *n. 18.* Butr. *n. 26.* Compost. *n. 6* Biax. *de elect. p. 3. c. 26. n 8.* Ioan. Frideburg. *in summ. de elect. q. 7. col. 2 ante fin. vers. & puto*, Rosel. *in summ. verbo electio 1. col. 5. vers. quot sunt*, Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2 q. 52. art. 3. vers. in princ.* Rendin. *d. tit. 36. num. 18.* Rota *in d. Treueren. Abbatiæ 1. vers. secundo.*

24 *Et in scriptis redacta.*] Ergo de forma substantiali est quod vota in scriptis sint redacta, vt per Abb. *hîc n. 6.* Butr. *n. 27.* Ioan. Andr. *num. 19.* Host. *n. 31.* vbi expressè quod aliter non seruatur forma, Innoc. *n. 6.* Imol. *num. 5. in fine, vers. in gloss. redacta*, vbi quod hoc requiritur, quia melius constat de voto per scripturam, hoc est, ne memoria scrutatorum pereat, Biax. *d. p. 3. cap. 28 n. 1. cum seq.* Ludou. Miranda *d. art. 29. concl. vnic vers. octauo*, Rota apud Reuerendissimum D. Coccinum *in d. Treueren. Abbatiæ 1. vers. quarta*, nec in hoc derogata est huius text. dispositio per Concil. Trid. *sess. 24. de reg. c. 6.* dum vult omnes Regularium electiones debere fieri per vota secreta, vt aduertunt citati suprà *in vers. & quod forma*, quicquid dicat Ludou. Mirand. *d. concl. vnic. vers. nono.*

25 *M. x.*] Id est, incontinenti, nullo actu contrario interueniente, vt declarat idem Miranda *d. concl. vnic. vers. decimo*, iunctis his, quæ de hac dictione tradunt Doctores quos ipse refero *diction. vsufr. dict. 203.*

26 *Publicent in communi.*] Quia de forma substantiali est etiam vt vota in scriptis redacta publicentur, alias electio aliter facta est nulla, ita Host. *hîc num. 44. vers. quintum est*, Ioan. Andr. *num. 28. vers. 9.* Anchar. & Butr. *eod. vers.* Biax. *d. part. 3. cap. 29. in princ.* Rota *d. Treuereu. Abbatiæ, vers. quinta*, Tamburin. *d. quæst. 6. num. 12.*

Vel maior & sanior pars Capituli, &c.] Vnde bene 27
colligitur quod ad validitatem electionis non sufficit habere maiorem suffragiorum partem, sed requiritur vlterius eandem esse saniorem, ita vt non sufficiat sanioritas, nisi etiam simul concurrat maioritas, vt aduertit Panorm. *hîc notab. 5.* quem refert Ludou. Miranda *d. quæst. 23. art. 27. in princ. & concl. 1.* & ita electio debet fieri à maiori parte non comparatione minoris & respectu numeri, sed respectu, & in ordine ad totum Capitulum, *cap. Ecclesia vestra il 1. & ibi* Abb. *num. 1.* & alij communiter, *hoc tit.* idem Abb. *cons. 25. num. 4. part. 2.* gloss. *verbo constitutum, in cap. omnes, de constit.* & *ibi* Felin. *num. 20.* Franc. Marc. *decis. 1032. num. 1. & decis. 1504. num. 1. part. 1.* Roch. *de iurepatron. verbo honorificum, quæst. 58.* Lambert. *eod. tract. part. 3. quæst. 4. art. 2.* Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom. 2. quæst. 23. art. 24.* & fuit resolutum *in Terraconen. Abbatiæ 14. Ianuar. 1630.* coram R. P. D. Durand. In quo numero hi solùm computantur, qui in eadem electione votum habuerunt, vt per Abb. *in d. cap. Ecclesia vestra il 1. num. 1.* & ideo non est habenda ratio in huiusmodi computatione de votis illorum, qui recedunt à loco vbi facienda est electio, *cap. cum nobis*, vbi Abb. *num. 3. hoc tit.* nec illorum, qui noluerunt votare, gloss. *in Clem. quo circa, verbo quo in facto, ante fin. vers. & in his etiam*, vbi Vitalin. *num. 29. vers. aut fuerunt vocati, hoc tit.* Nau. *cons. 7. num. 1. eod. tit. in nouis*, Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. quæst. 52. art. 13.* quos sequuta est Rot. *in Cæsaraugust. electionis 20. Martij 1623.* coram Reuerendiss. D. meo Decano. An autem ex quo omnes consenserunt dicatur quod maior & sanior pars consensit; videtur quod sic cùm in toto pars sit, *l. si quis cùm totum, ff. de exception.* Surd. *cons. 188. num. 3.* dummodo vota publicanda sint, vt aduertit Rota apud Reuerendissimum D. Coccinum *in dict. Treueren. Abbatiæ 1. vers. quinta*, addens ex Abb. *hîc num. 10. vers. si vnus*, quod licèt quando electio est vnanimis, non sit facienda collatio numeri ad numerum, meriti ad meritum, vel zeli ad zelum, debet tamen fieri collatio numeri, meriti, & zeli, vel saltem est facienda collatio numeri; aliàs esset in arbitrio scrutatorum pronuntiare quem mallent, & hoc bene requiritur provt etiam quando quis eligitur à duabus partibus, quo casu licet non fiat collatio meriti & zeli, *cap. si quando, de elect. in 6.* Abb. *d. num. 10. vers. nam maioritas.* Franc. Mar. *decis. 924. ante num. 6. lib. 1.* nihilominus fit collatio numeri, licèt non ad numerum. Cùm autem plura inconuenientia orirentur ex inuestigatione quænam esset maior & sanior pars, oportebat enim vt omnia vota publicè coram scrutatoribus scriberentur, & coram omnibus etiam publicarentur, non solum quoad numerum, sed quoad personas ipsas suffragia ferentes, ideo Concil. Trid. *sess. 25. de Regul. c. 6.* decreuit electiones in posterum per vota secreta esse faciendas, ita vt singulorum eligentium nomina nunquam publicentur, ex quo factum est, vt amplius non inquiratur, quænam suffragiorum pars sit sanior, sed tantummodo maior, seu minor ipsorum numerus respiciatur, quapropter valida reputabitur electio à maiori votorum, seu suffragiorum numero facta, dummodo ipsa vota sint legitima, nec vllam patiantur exceptionem, & persona digna eligatur, semper enim maior pars sanior præsumitur, si persona electa indigna non sit, ita Soar. *de Relig. tom. 4. tract. 8. lib. 2. cap. 5. num. 13.* Sigism. à Bononia *d. tract. de elect. dub. 38. num. 8.* Tamburin. *d. tom. 1. disputat. 5. quæst. 6. num. 21.* Franc. Marc.

decis.

*decis.*782.*n.*3 *p.*1. Lauor.*d tit.*4 *c.*19.*n.*89. Rot.*in nullius seu Pampilonen. Canon. de Roncesuales* 22. *Maij* 1628. coram R.P.D.Dunozetto iun.

28 Deinde ex præcitatis huius text. verbis colligunt Doctores electionem faciendam esse per solas personas de Capitulo, nec alios esse admittendos etiam tanquam procuratores alicuius absentis legitimè impediti, nisi fuerit de eodem Capitulo, seu Collegio, vt per Petr. Greg.*ad Decret. sub hoc tit. c.*6.*n.*9. Duaren. *de sacris Ecclesiæ ministr. l.* 5. *c.* 1. *post vers. rectè*, Guillelm. Mandagot.*de elect. nouorum Prælat. c.* 1. Selu. *de benefic. p.*2.*q.*22. *à n.*6. Corras. *de Sacerdot. p.*4. *c.*1. *à num.*28

29 *Aliquibus viris idoneis committatur*] Notatur ad hoc quod Canonici possunt totam potestatem eligendi in arbitros compromisso facto transferre, vt per Azor. *inst. mor p.*2.*l.*6.*c.*14. *q.*6. *vers. quæres*, Ludou. Miranda *d.q.*23.*art.*34. *concl.* 1. vbi refert Doctores in præsenti tenere huiusmodi arbitros compromissarios, quibus eligendi potestas & facultas committitur, vt nomine & vice omnium prouideant de Prælato Ecclesiæ alicui vacanti, atqueviduatæ, conguentius esse debere in numero dispari quàm pari, nec oportere illos necessariò esse de collegio: additque cum Panor. Capitulum non solum posse compromittere certis personis potestatem eligendi, verùm etiam posse eligere aliquos, per quos eligantur compromissarij electuri postmodum vice omnium, & nomine totius Capituli.

30 *Aliter electio facta non valeat.*] Hæc verba habent vim decreti irritantis, Rom. *cons.*112.*n.*12. Alex.*cons.* 41.*n* 13.*& l.* 14. *l.* 5.Soc.sen.*cons.*87. *n.*6.*vers. confirmatur, l.*3.Iason.*cons.*85. *n* 8.*& l.* 9.*lib.*3. Salas *de legibus*, *q.*96. *tract.*14.*disp.*16 *sect.* 1 *n.*29. & in puncto huius text. dicunt *hic* Compost. *num.*20.*vers. nunquid de ista*, Ioan. Andr. *v.*17.*in verb. non valeat*, Innoc.*n.*6 *eod. verbo*, Guillelm.Mandag.*in tr huius tit. c.*12. vbi Boër.*lit. B.* Aloys. Ricc.*in collect. decis p.*4.*coll.*1127 Luc.Mastellin.*de elect. c.*1.*n.*2. *vers. forma*, *& vers. seqq.* Quòd nec inferiores Papa possunt contra formam traditam in hoc text. aut contra alia iura de electione Canonica aliquid statuere. Et de hoc Capitulo etiam Regularium quod non possit statuere contra hunc text.dicit Oldrad.*cons.* 259. Nau. *cons.*3.*n.*1. *de elect. & cons.* 26. *num.*4. *de Regularibus.*

31 *Quasi per inspirationem.*] Notatur ad hoc quod in electione facta per viam Spiritus sancti non est opus seruare formam huius text.vt per Innoc.*hic n.*6. Host. *n.*50. Syuest. *in sum. verbo electio* 2. *n.*27. Et pro declaratione text.in præcitatis verbis animaduertendum est duplicem esse electionem per viam Spiritus sancti. Altera per inspirationem, & est quando nullo inter eligentes ordine seruato ipsi quasi inebriati, & super se quasi facti eligunt. Altera per quasi inspirationem, quando subito, & repentè vnus post alium sine aliquo interuallo eundem eligunt, ita Host. *hic n* 50. & Abb.*n.*3.Oldrad.*cons.*155.*n.*1 *&* 2.Greg.*l.*2.1. *gloss. aliquo*, *tit.*5 *partita* 1. & propter verba huius text.ibi, *ab omnibus*, dicunt Doctores sufficere quod dissentiat ad effectum quod electio non dicatur per viam Spiritus sancti, Io. Andr.*hic n.*32.& Bellam.*in vers. nisi fortè n.*1. *&* 3 Compost.*n.*21.Vitalin *in Clem. ne Rom. n.*13 *hoc tit.* habetur *in d. Meten Monasterij*, 1.*vers. neque ex eo.* Hodie verò electionem per viam inspirationis auctore Deo immediatè peccatis nostris exigentibus rarò occurrere dixerunt Io. Andr.*hic n.*40. Petr.de Biax.*in direct. elect. p.*3.*c.*16.*n.*2.

32 *Nm valeat.*] Verbum hoc denotat latam sententiam, vt per Tiraq. *in l. si vnquam*, *verb. reuertatur*, *n.*235.*C. de reuocand. donat.* Sayr. *in claui Regia*, *l.*3. *c.*8.

*n.*26. Quoties enim lex aliqua in materia electionis dicit talem electionem factam non sustineri, vel non valere, hæc verba habent vim decreti omnino irritantis consimilem electionem, & important electionem ipso iure nullam absque aliqua sententia, vt docent in præsenti Compost. *n.*20.*vers. nunquid de ista*, Ioan Andr.*n.*37.*vers non valeat*, Castel.*de elect. c.*4.*n.*2.

Eligendi ea vice potestate priuentur.] Aduerte eligendi potestate priuari eos, qui contra formam hic decretam electionem celebrant etiam sine vlla fraude, vt per Fr.Emman.*q.Regul. tom.*2.*q.*52.*art.*10. 33

Priuentur.] Verbum hoc non significat priuationem ipso iure, sed per sententiam, vt per Cosm.*in pragm. sanct. tit. de elect. verb. ipso iure*, *pag.*98.Tiraq.*d. verbo*, *reuertatur*, *n.*177.Sayr.*d c.*8.*n.*21. Menoch. *cons.*67 *n.*29. vbi *n.* 30. resoluit electionem posse fieri ante latam sententiam priuationis. Vide metipsum *dict.* 285. *num.*1. 34

In gloss. *Vice omnium*] Notatur ad hoc quod compromissum vt valeat necesse est quod fiat ab omnibus votum atque suffragium habentibus in Capitulo nemine discrepante; sequuntur hic Compost.*in lect. col.*3. *num.*21.*cum seqq. vers. & primo quæro*, Innoc *col.*3.*n.*6. *super verbum*, *vel saltem*, Host. *col.*8 *n.*49.*super verbo*, *vice omnium*, Bald. *col.*5. *num* 21. *vers. sequitur in litera* Anchar. *col.*4 *num.*1. *vers. tertio principaliter quæro*, Zabarel.*in* §. *vel saltem*, *vers. quartò quæro*, Butr. *col.*6. *num.* 40. *vers. sequitur in litera*, Panorm. *num.* 6. *vers. in glossa*, Imola *col. vlt. num.*9. *vers & nota bene*, Syluest.*in summa verbo*, *electio* 2.*q.*11. Ludou. Mirand.*d. q.* 12. *art.* 34 *conclus.*2. Rendina *in promptuario recept. sentent. tom.*1. *tit.*36. *num.*14. vbi *num.* 15. an eligendi potestas data compromissariis à Capitulo possit re integra reuocari, de quo vide dicta *ad c. in causis sub hoc tit.* 35

In gloss. *Sanior*, ibi, *ista quidem sunt de substantia electionis*, *& forma*, &c. Quænam sunt de essentia, & substantia electionis, quæ fit per scrutinium, latè tradit per 19. casus Fr. Ludou. Miranda *d. q.* 23. *art.*29. 36

§. Illud.

Absentes constituere non possunt procuratores pro electione nisi sint legitimè impediti, & si opus fuerit iurent se non posse venire, & si velint committere, committant alicui ex Capitulo. Colligunt Doctores in principio text.citati.

Ne quis in electionis negotio procuratorem constituat nisi sit absens, &c.]Notatur ad hoc quod vocales, qui absentes in loco vnde euocari possunt, sed iusto impedimento detenti venire non possunt, procuratorem constituere valent, qui suo nomine eligat, vt per Mantic.*dec.* 68.*n.* 5.*& 6. & decis.*188. Azor. *inst. mor. p.*2.*l.*6. *c.*14.*q.*7 Sigism.à Bonon. *de elect. dub* 14.*à princ.*Castel. *eod. tr. c.* 5.*n.*12. Tambur.*de iure Abbatum*, *tom.*1.*disp.*1. *q* 3.Paul.Lavman.*in Theolog. mor. l.*14.*tr.*2.*c.*12.*n.*5. *vers. dico quarto*, Iul.Lauor.*var. lucub tom* 1.*tit.*4 *c.*17.*ex n.*45. vbi *à n.*47.refert Rot.decisionem *in Calaguritana beneficij de Morillo* 13. *Nouembr* 1620.coram bon.memoriæ Vbaldo, in qua fuit dictum tria requiri ad hoc vt votum absentis per procuratorem possit sustineri, quæ sunt vt quis sit in loco vnde euocari possit, & quod iusto impedimento detentus venire non possit, & quod procurator habeat mandatum ad iurandum super dictum impedimentum. 37

Fidem faciat iuramentum.] Notatur ad hoc quod impedimentum probatur per iuramentum impediti, vt per Mascard.*de probat concl.*884 *n.*1.Seraph.*de priuilegiis iuram. priuil.*35.*à princ.* 38

Et tunc si noluerit, vni committat de ipso Collegio vicem suam.]Notatur ad hoc quod procurator debet constitui vnus de collegio, vt per Lauor.*d.tit.4.c.17.n.45.* Tambur.*d.tom.1. disp.5.q.3.n.12.* nisi Capitulum constitui nullo modo potest. Abb.*hic n.2.* Lauor.*d.c.17.n.46.*latè diximus *in tr.de iure Eccles.l.1.20. de elect.vers. debet procurat.cum seqq.*

Electiones.

Electio fieri non debet clandestinè, & facta solemniter publicetur. Colligunt Doctores *in princ.*text. citati. Multa de clandestinitate adducit Tiraq. *de retract. titulo secundo in præfat. n.13. & 14.* & alia notauimus *infr.ad c.vnic.vt Ecclesiastica beneficia sine diminutione confer.*

39 *Electiones quoque clandestinas reprobamus*] Notatur ad hoc quod eligentium clandestinè inualidatur electio, vt per Ioan. Baptist. Fin.*de reg.iuris in vespertina hom.5. vers.ex parte, pag.* 85. vbi etiam asserit clandestinam electionem illam dici, quæ in cameris per occulta fit conuenticula. Sic etiam præsentatio facta clandestinè non valet,vt per Viu.*in praxi iurisparron.p.2. lib.11.c.4. n.7.* Tambur.*de iure Abbatum tom.1. disp.5 q.6 n.1.& q.*

40 12.Vnde per hunc text. tenet Fr. Lud. Mirand.*d q.23. art.12.concl.1.* canonicas electiones nullatenus fieri debere de nocte, & citat Felin.*in c consulit.infr de offic.deleg.*ac Nauar.*cons.18.n.2.sub tit.de elect.in nouis,*& tenet Balb.*decis.22.*quem citat Aloys.Ric.*p.5.coll.*1759.Molfes.*in sum.mor.Theolog.tr.6.de benef.c.16.n.129.*Castel.*de elect.in addit.ad c.6.pag.*495.Lauor.*var lucub.tom.1.tit.4. c.18.ex n.8.*quam quidem resolutionē idem Mirand.asserit regulariter loquendo limitandam esse, quando in casu magnæ necessitatis, vel quando electores per diē non potuerunt se concordare, & timeantur fraudes, & subordinationes si electio protrahatur, tunc bene fieri poterit de nocte.Vnde Portel.*in dubijs Regul. tit. elect. n.5.*ex Nauar. & Fr. Emm.*q.Regul.tom.2.q.57.art.5.*tenet Panormitanum & Felin. docuisse electionem per schedulas secretas non posse fieri post tenebras, nisi necessitas aliter vrgeret, quo casu accendenda sunt ad minus tria luminaria, aliàs clam facta fuisse dici poterit, Lauor.*d.c.10.n.18.*

SVMMARIVM.

1 *Electioni de se facta per abusum potestatis secularis consentiens, efficitur ineligibilis ad dignitatem, & electio est nulla; eligentes autem à beneficijs per triennium suspenduntur, & tunc sunt priuati potestate eligendi.*

2 *Clericus à laicis Ecclesiam nullo modo obtinere potest.*

3 *Verba*, electionis commodo careat, vel ineligibilis fiat, *denotant latam sententiam à iure.*

4 *Episcopus potest dispensare in constitutione generalis, cum in ea idem finita conceditur potestas dispensandi.*

5 *Electio Sum.Pont.facta per metum à Cardinalibus est nulla.*

6 *Verbum*, fiat, *non importat pœnam ipso iure, cùm sit futuri temporis.*

7 *Suspensus donec satisfecerit, sequuta satisfactione alia absolutione opus non est.*

Cap. Quisquis. XLIII.

1 ELectioni factæ per abusum potestatis sæcularis contra Canonicam libertatem qui consentit, fit inhabilis ad illam, & ad alias dignitates, & electio est irrita, & qui præsumpserunt illam electionem celebrare, priuantur ea vice potestate eligendi, & suspenduntur per triennium ab officijs, & beneficijs. Colligunt ex Ord. Abb.antiq. Zabar. Collect.Anch.Bald. Bellam.Host.Io.And.Innoc.Imol.Anan. Panorm.Butr. Henric. Compost. Viu.*in ration.primi libri iuris Pontif. pag.*132.Alagon.*in compend.Iur.Canon.pag.*53.remissiuè Ximen.*in concord.p.2.* refertur ab Ant. Aug.*coll.4. Decret.l.1 tit 3.c 10.*

Per sæcularis potestatis abusum.]Notatur ad hoc quod 2 electio facta per abusum sæcularis potestatis est ipso iure nulla, vt per Tambur.*de iure Abbatum, cæterorumque Prælatorum tam Regularium quàm sæcularium Episcop. inferiorum, tom.1. disp.5.q.22.n.10.* vbi *n.11.* subdit quod electio dicitur per abusum sæcularis potestatis celebrata quando clerici requirunt laicos, vt electioni intersint,item quando Principis sæcularis assensum super certa persona eligenda requirunt, vel eligunt minis alicuius sæcularis Potentatus; ad Ecclesiasticorum enim Prælatorum electionem non debent laici ad coëligendum admitti, secundùm Panorm.*in c.Cumana n.6. & in c.Massana n.5.eod.tit.* Soar.*tom.5.disp.31.sect.3.n.13.* nam clericus à laicis Ecclesiam nullo modo obtinere potest, vt per Paul.Comit.*resp.mor.lib.1.q.78.*Azor. *inst mor.p.1. lib.6 c.41.q.28.*

Contra Canonicam libertatem]Nam electio quorumcunque Prælatorum debet omni ex parte esse prædita summa libertate, & totaliter aliena ab omni & quacunque specie coactionis, siue violentiæ, vt per Castel.*de elect.c 3.in princ.* Vnde ex defectu libertatis ipso iure nulla erit electio si arctaretur ad tres, vel quatuor sine vrgentissima causa, & auctoritate Sedis Apost.vt Fr.Emman.*q.Regul.tom 2 q.36.art.1.* Illustriss. D. meus Roder.à Cunha *in com ad c.inutile n.1.dist.88.* Castel.*d. c 3.n.7* Lauor.*var.lucubr.tom.1.tit.4.c.21.ex num.11.* vbi *num 14* subdit quod tunc tollitur libertas cùm præcisè electores compelluntur eligere vnam certam personam, secus si vnam de certo genere personarum.

Electionis commodo careat, iuncto ibi, *Intelligibilis* 3 *fiat*] Verba hæc denotant latam sententiam à iure, vt per Sayr.*in claui Regia.l.3.c.8.n.26.*iunctis aliis per me citatis *dict.53.*

Nec absque dispensatione.] Episcopi, vt *hic* tenent 4 Gloss.Innoc.& Panorm.quos refert, & sequitur Azor. *d. q. 28. vers. nunquid*, quia licet huius text. Const.sit Concilij generalis, in quo nequit Episcopus dispensare, vt Dec.& Butr.contrarium tenentes hic considerant, tamen cùm Concilium dicat non dispensari, eo ipso intelligitur dare potestatem dispensandi Episcopo.

Ad aliquam valeat eligi dignitatem]Procedit in ele- 5 ctione cuiuslibet dignitatis, vt per omnes *in præsenti*, excepto Host. tenent Rendina *in prompt. recept. sent.1. tit.36.n.27.* Azor.*d.c.28. vers si quærat, & in vers. si iterum roges*, cum Abb. hic tenet illum, qui consentit in sui electione contra hunc text. posse promoueri ad Canonicatum & beneficium, quod non sit dignitas, & *in vers. nunquid*, asserit non posse promoueri ad beneficium habens curam animarum cùm æquiparatur dignitari.

In glos.*Abusum*, ibi, *secus si per vim vel impressionem* 6 *eligerent.*] Notatur ad hoc quod electio Sum. Pont.per metum facta à Cardinalibus est ipso iure nulla, & inualida, vt per Rendinam *in promptuario recept.sent.tom. 1.tit.36.n.8.*

In glos.*Fiat*,ibi,*videtur quod non ipso iure*,&c.secun- 7 dum hanc primam glossæ opinionem per verbum hoc *fiat*, non imponitur pœna ipso iure, cum sit futuri temporis, vt per Tiraq.*in l.si vnquam, verb.reuertatur, n.39.*

n.39.& 161.C de reuocandis donat. Lud. Carb.*in tract.de legib.lib.8.disp.6.in princ.vers.secunda regula,* Sayr.*in claui Regia,lib.3.c.8.n.21.vers.fallit,* Moneta *de distrib.quotid. p.3.q.7.n.41.* quos refero ego ipse *in meis Remiss. de dictionib.& claus.dict.107.n.3.*

In ead.glos.ibi, *sed ibi suspensio durat*, &c. Notatur ad hoc quòd suspensus donec satisfecerit, sequnta satisfactione alia absolutione opus non est, vt tenent multi quos refert & sequitur Rendina *d. tom.1.tit.41. n.20.*aduertes requiri sententiam iudicis declaratoriam facti,videlicet suspensum satisfeciſſe.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus si per negligentiam confirmauit indignum electum ad regimen animarum, perdit potestatem confirmandi primum successorem, & à perceptione proprij beneficij suspenditur, & promotus deiicitur, si verò per malitiam hoc fecit,grauius punitur.*
2 *Ecclesiæ Dei nihil magis officit quàm quòd indigni assumantur in ea ad regimen animarum.*
3 *Confirmans, vel instituens per negligentiam indignum perdit potestatem confirmandi primum successorem, & debet suspendi à perceptione fructuum proprij beneficij,donec visum fuerit superiori.*
4 *Confirmans scienter indignum debet deponi.*
5 *Gesta per electum, qui in quieta fuit administratione Prælaturæ permittente Papa, sunt valida, etiamsi postea minus idoneus fuerit repertus, & ob hoc repulsus.*
6 *Sententia lata aduersùs Prælatum intrusum Ecclesiæ non præiudicat.*

CAP. Nihil. XLIV.

1 PRælatus,qui aliàs tenetur examinare processum electionis,& personam electam in scientia, vita, & ætate, si indignum per negligentiam confirmauerit, carere debet potestate confirmandi in sequenti electione,& suspendi à perceptione fructuum proprij beneficij quousque indulgentiam promereatur. Si verò per malitiam indignum confirmauerit, grauiùs puniatur. Quando verò confirmatio Episcoporũ immediatè spectat ad Papam,electi se præsentare tenentur personaliter Papæ, vel per idoneas personas, vt fiat diligens inquisitio.Si sint valdè remoti, scilicet extra Italiam, & fuerint electi in concordia,tunc illis Papa dispensatiuè concedit,vt propter vtilitates,& necessitates Ecclesiarum bona illarum ante confirmationem administrent, dummodo illa non alienent, & munus consecrationis recipiant, sicut hactenus consueuerunt. Colligunt ex Ordinar.Abb.antiq.Zabar.Collect.Bellam.Host. Ioan. Andr.Anch.Innoc.Imol.Anania; Bald. Panorm. Butr. Henric. Compost. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontif.pag.* 139.Alagona *in compend. Iuris Canon.pag.53.* remissiuè Casal.*in annot.*& Ximen. *in concord.p.*1. refertur ab Ant.Aug.*collect.3 Decretal. lib.1.tit.3.c.11.*

Hanc eandem conclus. quoad primam eius partem ex hoc text desumunt Sayr.*de censur.lib.4.c.12. num.35.* Viuian.Marc.Alter.Lauor.& alij,quos refero *de officio, & potestat Episcopi p.3.alleg.*111.*n.*10.

2 *Quàm quòd indigni assumantur Prælati,*&c.] Notatur ad hoc quòd Ecclesiæ Dei nihil magis officit, quàm quòd indigni assumantur in ea ad regimen animarum, vt per Valer. Reginald.*in praxi fori pœnit.lib.30.tract.3. n.273.vers.postremò.*

3 *Is ad quem pertinet ipsius confirmatio*, &c.] Ergo electio factum alterius, id est, superioris confirmantis requiritur, vt per Oldrad.*cons.*246.*n.*1.Rot.*dec.*62.*n.*2. apud Farin.*p.*2.*recent.*Castellin.*de elect.c.*5.*n.*3.

Non solùm confirmandi, &c.] Notatur ad hoc quòd confirmans,vel instituens per negligentiam indignum perdit potestatem confirmandi primum successorem, & debet suspendi à perceptione fructuum proprij beneficij, donec visum fuerit superiori, vt per Cosm.*in pragm. sanction. tit. de electione, verbo, ea vice, pag.*125. Lambertin. *de iurepatron. lib.*2. *p.*3 *q.*3.*art.*3. Viuian. *in praxi iurispatron. p.*2.*lib.*12.*cap.*11.*n.*8.Valer.Reginald. *d.tract.l.*32.*tract.*2.*num.*62. *in fine.* Scienter verò confirmans indignum debet deponi, secundùm gloss. *hic verbo, suspendatur*, Firman. *in tract. de Episcopo in secunda parte secundæ partis principalis q.*5.Viuian.*d.c.*11. *num.*7.

5 *Ita quòd interim valdè remoti*, &c.] Notatur ad hoc quòd electus ad dignitatem immediatè subiectam Sedi Apostolicæ in partibus remotis potest administrare ante confirmationem propter vtilitatem, & necessitatem Ecclesiæ, vt per Oldrad. *cons.*9. *per vlt* vbi *in fine* addit quòd hic text. ex ratione & eadem æquitate extenditur, licèt contineat dispensationem, refert Card. Tusch.*tom.*1.*lit.C.conel* 44.*n.*5.

6 In gloss. *Administrent*, ibi, *sed pone quod talis*, &c.] Notatur ad hoc quòd gesta per electum, qui in quieta fuit administratione, & quasi possessione prælaturæ permittente Papa,sunt valida, etiamsi tempore confirmationis minus idoneus fuerit repertus, & ob hoc repulsus,sequuntur omnes in præsenti,Abb.antiq.*in fine*, Innoc.*n.*3.Host.*col.vlt.num.*12. Anch. *col pen.vers.quarò quæritur*,Ioan.Andr.*n.*27.Panorm.*n.*10.Butr. *à num.*37. Imola *n.*7 quos citat Rendina *in promptuario recept sent. tom.*1.*tit.*36.*n.*12.

In ead.gloss.ibi,*Sed si quis intrusus*,&c.] Notatur ad hoc quòd sententia lata aduersùs Prælatum intrusum nullo modo præiudicat Ecclesiæ, vt per Bertach.*in repert. p.*4.*lit.S. verbo sententia effectus sub n.*4.*vers.sententia contra Prælatum intrusum*,Salgado *de protect.Regia tom.*1. *p.*4.*c.*8.*n.*321.

SVMMARIVM.

1 *Expensæ necessariæ, quas facit Capitulum pro electione Prælati, de bonis Prælaturæ debent fieri,vel reddi.*
2 *Electio tota fit expensis electi.*
3 *Electus ad dignitatem in sua Ecclesia, cui necesse est litigare pro consequendo eam, debet habere expensas ab Ecclesia eligente.*
4 *Successor in beneficio tenetur ad expensas vtiles, & necessarias in lite factas per prædecessorem, non autem ad delicatas, vel vtiles tantùm.*
5 *Expensæ necessariæ dicuntur, sine quibus negotium expediri non potest.*
6 *Beneficium de suo facere nemo cogitur inuitus.*

CAP. Vt præteritæ. XLV.

1 EXpensæ necessariæ pro electione Prælati factæ à Capitulo sunt soluendæ de bonis Episcopatus, dummodo Canonici non occupent bona decedentis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq.Zabar.Collect. Host. Bellam.Ioan.Andr.Innoc.Imola,Anania,Bald.Panorm. Anch.Dec.Butr.Henric.Compostel. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag.* 140 Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.*54.remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.*1. & 2.

2 Collige ex text.quòd electio tota fit expensis electi, vt per Lambertin. *de iurepatron. lib.*2. *p.*3. *q.*11. *art.*14.

Duen. *reg.* 79. Vin. *in praxi iurisp. part.* 2. *lib.* 13. *cap.* 3. *n.* 1.

3 Illud verò aduertendum duxi quòd si quis electus sit ad dignitatem in sua Ecclesia, & necesse habeat litigare pro consequendo eam, alimenta illi sunt ministranda cum expensis ab Ecclesia eligente, Surd. *de alimentis, tit.* 1. *q.* 84. *n.* 1. Consuetudinem in aliquibus Ecclesiis introductam esse, quòd Episcopi cùm à principio suscipiunt possessionem Episcopatus, exigant ab omnibus Ecclesiis sibi subditis charitatiuum subsidium secundùm beneficiorum portionem, refert Boër. *decis.* 134. *n.* 7. & 8. Non tamen posse illud exigere à subditis pro expeditione Bullarum suæ promotionis, tenet Duen. *dict. loco.*

4 In gloss. *Expensæ necessariæ.* Notatur ad hoc quòd successor in beneficio tenetur ad expensas vtiles, & necessarias in lite factas per prædecessorem, non autem ad delicatas, vel vtiles tantùm, vt per Gemin. *cons.* 48. *n.* 10. & 11 Bellet. *disquisit. clerical p.* 1. *tit de clerico debitore, §.* 4. *num.* 37. Expensarum appellatione quæ veniant, dixi *in tract de appellatiua verborum vtriusque iuris signif. appellat.* 92.

5 In ead. gloss. ibi, *Et dicuntur expensæ necessariæ sine quibus negotium expediri non potest, vel sine quibus res efficiatur deterior.* Vide D. Barbosa *in l. diuortio, §. fin. à n.* 1 *ff. soluto matrim.* Cald. Pereira *de empt. & vendit. c.* 27. *n.* 12. Cardoso *in praxi iudicum, & Aduocat. verb. expensæ, num.* 1.

6 In ead. gloss. ibi, *Qui nemo cogitur inuitus de suo facere beneficium.* Ita Dec. *cons.* 319. *n.* 5. Mar. Ant. Genuens. *in practicalib. Ecclesiast. q.* 147. *n.* 5. & alij per me citati *de Axiom. iuris vsufr. Axiom.* 36. *n.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Electio post collationem ex interuallo celebrata non valet.*
2 *Electio illius, qui requisitus antequam esset electus consensit electioni de se faciendæ est cassanda, & annullanda, quia præsumitur ambitiosus.*
3 *Votum dicitur consensus.*

CAP. Cùm post. XLVI.

1 ELectio quando non fuit statim facta post publicationem consensuum, & post tractatum electionis, vel quando primò fuit requisitus consensus electi, & consensit prius quàm eligeretur, non valet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Anch. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Host. Innocent. Panorm. Bald. Butr. Henric. Compostel. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag.* 141. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 47. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2.

2 Collige ex text. cassandam & annullandam esse electionem illius, qui requisitus antequam esse electus, consensit electioni de se faciendæ, quia præsumitur ambitiosus, vt per Fr. Lud. Miranda *in manuali Prælatorum tom.* 2. *quæst.* 23. *art.* 30. *concl.* 1. Syluest. *in summ. verbo electio* 1. *q.* 10. *n.* 11. Lambertin. *de iurepatron lib.* 2. *p.* 1. *q* 9. *art.* 13. *n.* 2. Sigism. à Bononia *de elect. & potest. Prælat. Regul. dub.* 41. *n.* 1 Tambur. *de iure Abbatum tom.* 1. *disp.* 5. *q.* 22. *n.* 3.

3 *Consensum.*] Notatur ad hoc quòd votum dicitur consensus, vt per Boër. *decis.* 1. *n.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Monachus vnius Monasterij alterius factus Abbas in electione Abbatis prioris Monasterij vocem non habet, etiamsi tale ius ab Abbate, & Monachis prioris Monasterij fuit reseruatum.*
2 *Libello quando petitur aliquid contra iuris regulas debet exprimi causa ex qua peti posset.*
3 *Titulum rei quam possidet nemo cogitur ostendere.*
4 *Emphyteuta tenetur domino directo titulum emphyteusis ostendere.*
5 *Vasallus domino suo titulum feudi ostendere tenetur.*
6 *Consensus in electionibus non scripto, sed voce est exprimendus.*
7 *Nemo sine actione, vel causa experitur.*

CAP. Constitutus. XLVII.

MOnachus vnius Monasterij alterius factus Abbas in electione Abbatis prioris Monasterij vocem non habet, etiamsi tale ius ab Abbate, & Monachis prioris Monasterij fuerit reseruatum. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Host. Anch. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Imol. Anania, Panorm. Butr. Bald. Henric. Compostel. Viuian. *in rationali primi libri Iuris Pont. pag.* 142. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 48. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 1. & 2. 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumit Iulian. Lauor. *var. lucubr. tom.* 1. *tit.* 4. *de elect. c.* 15. *n.* 81.

Iussi essent exprimere.] Notatur quòd vbi per libellum petitur aliquid contra iuris regulas, debet exprimi causa ex qua peti possit, vt per Tiraq. *de pœnis temper. in præfat. n.* 68. 2

Quo iure.] Notatur ad hoc quòd nemo cogitur ostendere titulum rei, quam possidet, vt per Afflic. *dec.* 265. *n.* 8. Ioan. Garcia *de nobilitate, gloss.* 2. §. 1. *n.* 17. Valasc. *de iure emphyt. q.* 8. *n.* 6. Aloys. Ric. *in collect. decisionum, p.* 5. *collect.* 1817. Quæ regula limitatur in emphyteuta, tenetur enim domino directo titulum emphyteusis ostendere, vt resoluunt Ioan. Garc. & Valasc. *vbi proximè*, ac alij citati per Cened. *Decretal. collect.* 144. *n.* 70. non autem ipse dominus agens contra emphyteutam titulum suum ostendere tenetur, sed sufficit solam probare possessionem. Camil. Borrel. *in summ. omnium decis. tit.* 33. *n.* 141. Limitatur etiam prædicta regula in vasallo erga dominum, Card. Mantica *de tacitis & ambig. conuention. lib.* 23. *tit.* 9. *n.* 4. Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib.* 2. *concl.* 69. *in consid.* 3 4 5

Quòd olim cùm assumerentur, &c.] Notatur ad hoc quòd Monachus translatus non habet vocem in Capitulo, à quo est translatus, vt per Butr. *in præsenti num.* 1. 10. & 11. Castellin. *de elect. c.* 5. *n.* 5.

Vocem.] Notatur ad hoc quòd voce, & non scripto, est consensus exprimendus, ex Boër. *decis.* 1. *n.* 17. & 49. Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 5. *collect.* 1759. *vers. item si non fieret iuxta formam iuris.* 6

In gloss. *Quo iure*, ibi, *quia sine actione, vel causa nemo experitur.* Vide Ant. Gom. *tom.* 3. *var. c.* 11. *n* 24. Soar. de Pace *in praxi tom.* 3. *in initio, n.* 5. Ioseph. de Sesse *Aragoniæ decis.* 189. *n.* 2. Ant. Monach. *Florent. decis.* 70. *n.* 20. Card. Seraph. *Rot. Rom. decis.* 649. *num.* 1. Mar. Anton. *var. lib.* 3. *resol.* 41. *n.* 2. Card. Tusch. *tom.* 1. *lit A. concl.* 60. vbi *n.* 29. ampliat in tantùm vt iudex repellat agentem sine actione etiam parte non opponente. 7

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Electio debet fieri verbo, & de illo in quem consenserit maior pars Capituli, & non respectu aliarũ partium.*
2 *Verba in electione requiruntur.*
3 *Electio Episcoporum pertinet de iure communi ad Capitulum, & Canonicos Ecclesiæ Cathedralis.*
4 *Canonici eligentes Episcopum debent esse maiores, & mentis compotes, ac in Sacris saltem Subdiaconatus ordine constituti.*
5 *Electus, vt quis canonicè sit, non sufficit habere maiorem partem suffragiorum respectu minoris, sed vlterius requiritur habere maiorem partem respectu totius Capituli.*

CAP. Ecclesia vestra *j.* XLVIII.

1 ELectio debet fieri à maiori parte Capituli, & non à maiori parte respectu aliarum minorum eiusdem Capituli, & licèt fiat solemnis deportatio, non tamen tenet electio. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Host. Anch. Bald. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Imol. Anan. Panorm. Butr. Henric. Compost. Viu. *in ration primi libri iuris Pontif. pag.* 141. Alagona *in compend. Iuris Can. pag.* 55. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2.

2 *Vocibus vestris.*] Notatur ad hoc quòd in electione requiruntur verba, vt per Boër. *decis* 1 *n.* 37. Sanch. *de matr. lib.* 2. *disp.* 31 *n.* 2. Sigism. à Bononia *de elect. & potest. Prælat. Regul. dub.* 40. *n.* 1. Tambur. *de iure Abbatum tom.* 1. *disp.* 5. *q.* 5. *n.* 24.

3 *Cùm de futura Prælati haberetis successione tractatum*] Notatur ad hoc quòd hoc iure communi inspecto ad Capitulum, & Canonicos Ecclesiæ Cathedralis electio Episcoporum pertinebat, vt per Petr. de Biaxio *in direct. elect. p.* 1. *c.* 2. *cum seq.* Cabed. *de patronat. Regiæ Coronæ, c.* 37. *n.* 3. Azor. *inst. mor. p* 2. *lib.* 6 *c.* 14. *quæsito* 6. Nic. Garcia *de benef. p.* 5. *c.* 4. *n* 6. Admittebantur tantùm Canonici, qui vocem habeant in Capitulo, non autem Capellani, vel perpetui beneficiarij, qui de Capitulo non sunt, nisi speciali consuetudine admitti obtinerent, vt infrà dicam *ad gloss. verbo, consuetudine, in c. Cumana* 50. *hoc tit.* Qui quidem Canonici maiores & mentis compotes, ac in Sacris saltem Subdiaconatus Ordine constituti esse debent, *Clem. . de ætate & qualit.* vbi dicam Conc. Trid. *sess.* 22. *de reform. c.* 4. Petr. de Biaxio *d. p.* 1 *c.* 17. Firman. *de Episcop. p.* 3. *à n.* 17. Rebuff. *de nomin. q* 8. *n.* 3. Azor. *d. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 11. *q.* 10. Fr. Emman. *q. Regul. tom.* 2. *q.* 51. *art* 5. Nic. Garc. *p.* 3. *c.* 4. *n.* 24. optimè Moneta *de distrib. quotid p* 2. *q.* 20. *n* 2. *cum seqq.* Fr. Lud. Miranda *q.* 23. *infrà citanda, art.* 5. *conc.* 5. Ant. Ragucc. *de voce Canon. in Capitulo q.* 24.

4 *Hoc tit.* Qui quidem Canonici maiores & mentis compotes, ac in Sacris saltem Subdiaconatus Ordine constituti esse debent, *Clem. . de ætate & qualit.* vbi dicam Conc. Trid. *sess.* 22. *de reform. c.* 4. Petr. de Biaxio *d. p.* 1 *c.* 17. Firman. *de Episcop. p.* 3. *à n.* 17. Rebuff. *de nomin. q* 8. *n.* 3. Azor. *d. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 11. *q.* 10. Fr. Emman. *q. Regul. tom.* 2. *q.* 51. *art* 5. Nic. Garc. *p.* 3. *c.* 4. *n.* 24. optimè Moneta *de distrib. quotid p* 2. *q.* 20. *n* 2. *cum seqq.* Fr. Lud. Miranda *q.* 23. *infrà citanda, art.* 5. *conc.* 5. Ant. Ragucc. *de voce Canon. in Capitulo q.* 24.

5 *Licet maiorem partem*, &c.] Notatur ad hòc quòd in electionibus Canonicis ad validitatem ipsarum non sufficit habere maiorem partem suffragiorum respectu minorum sed vlteriùs necessariò requiritur habere maiorem partem respectu totius Capituli, vt per Abb. *hic n.* 4. *& cons.* 25. *n.* 4 *lib* 2. Franc. Marc. *decis.* 924. Perez *l.* 3. *gloss.* 2. *post princ. tit.* 3. *lib.* 2. *Ord* Rota *in vna Meten. Monasterij* 15. *Iunij* 1621. coram Reuerend. Coccino, Ant. Ragucc. *de voce Canonicorum in Capitulo quæsito* 12. Fr. Lud. Mirand. *in manuali Prælat. tom.* 2. *q.* 23. *art* 27. *concl.* 2. vbi etiam admertit quòd in maiori parte respectu totius Capituli computari non debent, qui nolunt illi interesse, & qui propter aliquam rationem & causam priuati sunt suffragio seu voto; sed illi dummodo, qui in eadem electione habuerunt votum.

SVMMARIVM.

1 *Abbas non potest esse qui non est professus.*
2 *Professus qui non fuerit in religione non potest ad illius Abbatias, Præfecturas, aliáque beneficia administrationem habentia assumi.*
3 *Eligi non debet in magistrum, qui nunquam fuit discipulus.*
4 *Scriptura an sit necessaria in probanda professione.*

CAP. Cùm in magistrum. XLIX. *Gregor. IX.*

NOn professus in Abbatem eligi non potest. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Io. Andr. Imol. Anan. Innoc. Panor. Host. Bald. Butr. Henric. Anch. Compost. Viu. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 144. Alagon. *in compen. iur. Canon. pag.* 55. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. 1

Collige ex text. nullum posse ad Abbatias, Præfecturas, aliáque beneficia administrationem habentia assumi, nisi sit in tali religione professus, vt per Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 8. *n.* 78. & post Syuest. Fr. Lud. Miranda *in manuali Prælatorum, tom.* 2. *q.* 23. *art.* 11. *concl.* 4. Seraph. *decis.* 647. Ascan. Tambur. *in tr. de iure Abbatum tom.* 1. *disp.* 3. *q* 1 c. *&* 11. Fr. Emman. *q. Regul. tom.* 2. *q.* 52. *art.* 8. Soar. *de Relig. to.* 4. *tr.* 8. *lib.* 2. *c.* 3. *n* 11. Sigism. à Bononia *de electione, & potestate Prælatorum Regul. dub.* 60. *n.* 4 Bart. à Vecchis *in praxi obseruanda admittendis ad Religionis statum nouit. disp* 9. *dub.* 9. 2

Notatur hic text. ad hoc quòd in magistrum eligi non debet qui nunquam fuit discipulus, concordant *c. miserum* 61. *dist. c. ordinatos* 59. *dist. c. si clericatus* 16. *q.* 1. Guillelm. Durand. *de modo generali Concilij celebrandi rub.* 18. *n.* 5. *in vol.* 3. *tract.* Pamin. *de visit. p.* 2. *q.* 9. *n.* 74. *vol.* 14. *tract.* 3

In gloss. *Professionem*, ibi, *& huiusmodi professionem in scriptis facere debent.* Notatur ad hoc quòd ad professionem expressam Monialium probandam scriptura omnino necessaria est vt per Vincent. de Franch. *decis.* 384. *d.* 1. Stephan. Gratian. *discept forens. c.* 640. *num.* 5. Barthol. de Vecchis *in d. praxi disp.* 13. *dub.* 2. *ante num.* 4. 4

SVMMARIVM.

1 *Electio facta à maiori parte Capituli, & omissa collatione non valet.*
2 *Capellani, vel perpetui beneficiarij, qui de Capitulo non sunt, ad Episcoporum electiones admitti non debent.*
3 *Eligendi ius consuetudine acquiri potest.*
4 *Priuilegio, vel consuetudine ad electionem alieni plerunque vocantur.*
5 *Eligendi iuris quasi possessio vt acquiratur extraneis, quæ requirantur, ostenditur.*
6 *Protestatio vt noceat requiritur expressus consensus eius, cui sit, nec sufficit, si simpliciter taceat.*
7 *Protestatio post factum non prodest.*
8 *Electi persona non auget numerum eligentium remissiuè.*

CAP.

Cap. Cumana. L.

1 ELectio facta à non minori parte Capituli non valet. Item qui non sunt de gremio Capituli, vt habeant in illo vocem, debent probare, quòd vel de iure, vel de consuetudine præscripta hoc illis competat. Item colla io est facienda statim post publicationem scrutinij, alioquin non valet. Colligunt exOrd. Abb. antiq. Zabarel.Collect.Anch.Bellam. Ioan.And. Innoc. Imol.Anan. Panorm. Host. Bald. Butr. Henric. Compostel. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 144. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 55. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.*1. *&* 2.

2 *Capellani, & clerici ciuitatis,* &c.]Ex hoc text.vulgò colligitur personam electam non posse computari inter eligentes, nec illorum numerum augere, intellige procedere in electione per viam scrutinij, non verò in illa, quæ per viam simplicis compromissi facta est, in qua vox electi augere potest numerum eligentium, iuxta addita ad *c. cum iure* 3. *supra hoc tit.* quod tamen intelligendum est, quando vox ipsius electi cum æquali numero parte concurrit, itavt per talem vocem iam maior esse dicatur, secus verò si solum ad paritatem, cum aliis contradicentibus perducit, provt in specie aduertit Abb. *in præsenti n.* 8.Lambert. *de iurepatron.lib.*2. *p.*1.*q.*8. *art.*8.*n.*3. Item Cened. *ad Decret.coll.*99.*n.*2.*in med.* dicit text.in præsenti procedere quoties electio fit per viam scrutinij secreti,& *dict.c.cum in iure*, habere locum quoties fit per vim scrutinij manifesti. Ratio diuersitatis esse potest, quia quando fit scrutinium secretum, non potest quis in se ipsum consentire, quia cùm tunc ignoret an alij in eum consenserint, repelleretur iste tanquam ambitiosus si se ipsum elegerit:secus autem quando scrutinium fit palàm, & videt se eligi & deputari per alios, quia tunc poterit consentire suæ electioni cùm vocetur tunc à sociis, nec possit dici ambitiosus, & consentiendo auget numerum Bart. Cæpol. *caut.* 96. *incip. vidimus pridie.* Notatur ad hoc quòd Capellani, vel perpetui beneficiarij, qui de Capitulo non sunt, ad Episcoporum electiones admitti non debent, ad quod refero Doctores *in tr.de offic. & potest.Episcop p.*1.*tit.*1.*p.*3.*n.*16.

3 *Vel consuetudine*]Notatur ad hoc quòd eligendi ius consuetudine acquiri potest, vt per Azor. *inst mor.p.*2.
4 *lib.*6 *c.*14.*q.*6. Nam ex priuilegio vel consuetudine ad electionem alieni plerumque vocantur,Fr.Lud.Miranda *in manuali Præat. tom.*2.*q.*23. *art.*5. *concl.*6. de quo vide per me resoluta *d c.*3 *n.*25.

Sub huiusmodi protestatione admissi fuerunt.] Notatur ad hoc quòd quando dubitatur an aliquis habeat vocem in electione,vel sit admittendus, & tempus instet electionis itavt non possint recipi probationes, tunc admittendus est cum protestatione vt vocem emittat, si de iure hoc sibi competet, vt per Lauor.*var.lucubr. tit.*4.*c.*15.*n.*85.

5 *Nam etsi Capellani*, &c.] Notatur ad hoc quòd ad acquirendam quasi possessionem iuris eligendi duo requiruntur, scilicet quòd extranei, qui de collegio non sunt, in electionibus præsentes fuerint, & vocem præstiterint, vt per Gonz. *ad reg.* 8. *Cancel. glossa* 45.*§. n.*51. Villag.*de rebus Ecclesiæ non ritè alien.lib.*1. *cap.*48. *num.*18.

6 In glossa. *Protestatione.*] Notatur ad hoc quòd vt noceat protestatio, requiritur expressus consensus eius, cui fit nec sufficit si simpliciter taceat, v per Bernard. *regul.* 116. Nauarr. *comment.* 3. *de Regular. num.* 14. Sanchez *de Matrimon. lib.* 2. *disputation.* 45. *num.*19.

In ead.glossa.ibi, *aliàs si protestatio non processisset*, &c. 7
Notatur ad hoc quòd protestatio post factum non prodest, vt per Surd.*decis.*246.*n.*4.

In glossa. *Ad maiorem*,ibi, *quod persona electi non au-* 8
get numerum eligentium. Dixi *supra hoc tit. ad c.licet* 6. *in gloss.verbo*, *à duabus partibus.*

SVMMARIVM.

1 *Eligendi ius per compositionem factam cum Prælato & Capitulo non potest competere laico etiam patrono in Ecclesia Collegiata.*
2 *Laici sunt incapaces officio administrandi spiritualia, suspendendi, & Ecclesiastica iurisdictione.*

Cap. Sacrosancta. LI.

LAicus quamvis patronus non potest etiam de con- 1
sensu Prælati & Capituli habere ius eligendi in Ecclesia Collegiata, vt scilicet ex pluribus nominatis à Capitulo, vel Prælato, quem voluerit possit eligere, sed solùm electio facta debet illi denuntiari, vt assentiatur. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam.Host.Io.And.Anch.Innoc.Imol.Anan.Bald.Panorm. Butr. Henric. Compost. Viu.*in ration.primi libri iuris Pontif.pag.*145. Alagona *in compend.iur. Canon.pag.* 55.remissiuè Ximen.*in concord.p.*1.*&* 2.

Non cadit in laicum.]Notatur ad hoc quòd laici sunt 2
incapaces officio administrandi spiritualia, vt per D. Barbos.*in l.Titia*, *n.*46.*ff soluto matrim.* Azor.*instit.mor. p.*1.*lib.*10.*c.*7.*q.*3 Xuar.*alleg.*8.*n.*11.*&* 12.& per consequens suspensionis, seu Ecclesiasticæ iurisdictionis, Vgolin.*de censuris, tab.*1.*c.*2.*§.*10.*à n.*1. Sayr.*eod. tract. lib.*4.*c.*1.*n.*16.nisi à solo Papa hæc potestas illis demandata fuerit, Cou.*in c. alma, p.*2. §.11.*n.*3. Nau. *in man. c.*27.*n.*6.Henriq.*in summ.lib.*13.*c.*24.*in princ.lit. B.* Sayr. *de censur.lib.*1.*c.*5.*n.*15.*& dub.*2.*c.*21.*n.*2.Iacob.de Graffis *in aureis decis lib.*4.*c.*5.*num.*1. *part.*1 Bellet. *disquisit. clerical. part.* 1. *tit. de fauore clericorum personali*, §. 1. *num.*34.

SVMMARIVM.

1 *Papa quando mandat habentibus eligere quòd eligant cum consilio, alioquin consiliarij prouideant, eligentes debent consilium requirere in tractatu electionis, & congruo tempore expectare responsum, aliàs electio non tenet.*
2 *Consilium vbi requiritur, debet peti ante actus expeditionem.*
3 *Consilium postquam petitum fuerit expectandum est responsum per tempus necessarium.*
4 *Consilium non obligat ad sequendam.*

Cap. Cùm in veteri. LII.

PApa quando mandat vt fiat electio cum aliquo- 1
rum consilio, tenentur eligentes consilium illorum requirere in tractatu electionis, & tempore congruo responsum expectare,alioquin electio non valet. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq Zabarell. Collect. Innocent. Anchar.Bellam. Host. Ioan. Andr. Imola, Anania, Bald. Panorm. Butr. Henric. Compostel. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontificij*, *pag.*146.

Alagona

Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 56. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1.

2 *Licèt postea requisitum fuerit*, &c.] Notatur ad hoc quòd consilium debet præcedere, ac peti ante actus expeditionem, & si postmodum petatur, actus nullus erit, Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 46. *num.* 38. *& gloss.* 48. *num.* 12. *& seq.* quamvis actus sit delegatus, ex Rebuff. *in tract. nominat. q.* 8. *num.* 14. Cabed. *decis.* 52. *n.* 7. *p.* 1.

3 *Non fuit spectatum responsum*, &c.] Notatur ad hoc quòd post requisitum consilium expectandum est responsum per tempus necessarium, itavt consultor possit cuncta rimari, & considerare, vt per Bertachin. *de Episcopo, p.* 1. *lib.* 3. *n.* 87. *&* 88. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 46. *n.* 40.

4 In gloss. *In tractatu*, in addit. ibi, *ex quo sequi non tenetur.* Notatur ad hoc quòd consilium non obligat ad sequendum, Bart. per text. *in l. cùm prætor*, 59 §. *mando, ff. de legatis* 2. Menoch. *de præsumpt. lib* 6 *q.* 34. *à num.* 25. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo, sine curatore, n.* 106. *C. si aduersùs vendit.* Guttier. *de tutelis, p.* 1. *cap* 8. *num.* 4. Sanch. *de Matrim. lib.* 1. *disp.* 34. *n.* 24. ego ipse *Axiom.* 93. *num.* 2.

5 In gloss. *Sociorum* 1. Aduertas quòd quamvis huius glossæ opinio probabilis sit, nihilominus tutius est fore tertij electi consilium saltem in genere requirendum, vt sic formæ mandati satisfiat, ita in præsenti Host. *n.* 3. Anan. *n* 5. Ioan. Andr. *n.* 17. Imola, *n.* 8. Anchar. *n.* 4 Butr. *n.* 17. Panorm. *n.* 17 quos citat Rendina *in prompt. recept. sentent. tom.* 1. *tit.* 36 *num.* 32.

SVMMARIVM.

1 *Capituli maior pars si scienter eligit indignum, valet electio de digno à minori parte etiam ex eodem scrutinio facta.*
2 *Dictio*, postmodum, *significat internallum.*
3 *Scientia, quæ requiratur in eo, qui in Episcopum est promouendus, remissiuè.*
4 *Dictio*, irrita, *simpliciter latam sententiam declarat.*

CAP. Congregatio LIII.

1 PArs maior si in eodem scrutinio eligit indignum, & minor pars dignum, valet electio minoris partis, quia maior pars eligendo indignum priuatur pro illa vice potestate eligendi, & deuoluitur ad minorem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Anch. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Innoc. Panorm. Bald. Butr. Henric. Compostel. Ximenes Toletan. *in concordantiis vtriusque iuris cum legibus Castellæ, part.* 1. Vinian. *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag.* 147. Alagon. *in compendio iuris Canonici, pag.* 56. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1.

Computato procuratore cuiusdam absentis.] Quæ autem requirantur ad hoc vt votum absentis per procuratorem possit sustineri, tradit Rot. *in Calaguritana beneficij de Morillo* 13. *Nouembris* 1620. coram bonæ memoriæ Vbaldo, in hæc verba, *requisita autem sunt vt quis sit in loco vnde euocari possit, & quod iusto impedimento detentus venire non possit*, glos. *in cap. quia propter §. illud, verb. venire*, & ibi Abb. & alij, *de elect. cap. si quis iusto, in princ.* & ibi Franc. *num.* 1. *eod. tit. in* 6. & quòd procurator habeat mandatum ad iurandum super dicto impedimento, per gloss. *in d. §. illud, & in d. c. si quis iusto, vers. sed cautum est.* Hactenus decisio, quam refert Lauor. *variar. lucubr. tit.* 4. *cap.* 17. *num.* 17. vbi *n.* 69. ponit formulam constituendi procuratorem ad electionem faciendam. Illud aduertere oportet quòd procurator constitutus ad erigendum cum mandato generali & libero ad eligendum, non potest in ferendis suffragiis vnum nomine suo, & alterum nomine mandantis eligere, & ratio est, quia eadem conscientia debet eligere nomine domini sui, qua elegit nomine proprio, *d. c. si quis iusto §. porrò*, Lancel. *in inst. Can. tit. de elect. §. etsi tantum*, vbi glos. *verb. nihil agit.* 17. *n.* 58. vbi tamen *n.* 60. subdit quòd si merita duorum, vel trium ita essent æqualia, vt ab electoribus discerni non possit, quis eorum melior, & idoneior cæteris esset, aliqui putant posse procuratorem vnum nomine suo, & alium nomine mandantis ex illis eligere, & citat Molin. *de primog. lib.* 2. *c.* 5. *n* 51. *cum seqq.* Guttier. *Canon. lib.* 1. *c.* 11. *n.* 9. Sigism. à Bononia *de elect. aub.* 14. *num* 8.

Postmodum.] Dictio hæc significat interuallum, vt per Tiraq. *in l. si vnquam, verbo, & postea, n.* 22. *C. de reuocandis donat.* 2

Scientiæ literalis expertem.] Quæ scientia requiratur in eo, qui in Episcopum est promouendus, dixi *ad cap. cùm in cunctis* 7. *in verbo & scientia commendabilis demonstretur, suprà hoc tit.* 3

In gloss. fin. Notatur ad hoc quòd dictio, *irrita*, simplex & per se, & sine adiectione alterius latam sententiam importat, vt per Tiraq. *in d. l. si vnquam verbo, reuertatur, n.* 48. 4

SVMMARIVM.

1 *Dignitates plures, vel plura beneficia Curata habens sine dispensatione Papæ est ineligibilis.*
2 *Animarum curam habere, & esse Rectorem Parochialis Ecclesiæ, in quo differant ostenditur.*
3 *Prælatus, vel Parochus communi errore talis existimatus habens titulum putatiuum à legitimo Superiore, validè exercet gesta per illum, etiamsi ad forum conscientiæ spectent.*
4 *Gesta per priuatum ipso iure administratione publica, beneficio, munere, & officio, quo fungitur, valent ante criminis declarationem concurrente communi populi, vel maioris partis errore.*
5 *Indulgentiæ concessæ à Prælato penitus falso, qui putabatur verus, non minus operantur, quàm si essent concessæ à Prælato vero.*
6 *Prælato non notoriè intrusus soluens liberatur.*
7 *Error communis, & titulus putatiuus operatur validitatem eorum, quæ geruntur per inhabilem, quando inhabilitas fuerit de iure humano, secus si de iure diuino.*
8 *Absoluens Sacramentaliter qui non est Sacerdos, quamvis communiter existimetur Sacerdos, & verus Parochus, absolutio est irrita.*
9 *Absolutio Sacramentalis in articulo mortis iustè, & validè præstari non potest à non Sacerdote etiamsi desit Sacerdos.*
10 *Dispensare non potest Episcopus super pluralitate dignitatum, seu curatorum.*
11 *Contestatio litis est terminus substantialis iudicij.*
12 *Beneficium curatum dicitur, quod habet curam iurisdictionalem, etiam fori exterioris.*
13 *Beneficia quæ non sunt perpetua, saltem aptitudine, inducunt incompatibilitatem.*
14 *Incompatibilitas habet locum in commendis perpetuis.*
15 *Pœnis in legalibus licitum est desistere vsque ad sententiam.*
16 *Criminosi pendente iudicio, etiam post receptas probationes, & conclusum in causa, suum beneficium resignare possunt.*

17 *Verbum*

17 *Verbum*, deceptæ, *in hoc text. quomodo intelligatur, ostenditur.*

18 *Papa solus potest dispensare, vt sublimis, & eruditus homo duo simul habeat beneficia curata, intellige vt ibi.*

19 *Contestatio litis fit per principalis negotij ad competentem Iudicem factam narrationem.*

20 *Confessio Prælati contra Ecclesiam facta, non valet.*

21 *Confessio Prælati si facta fuerit cum Capitulo insimul, vel de mandato Capituli probat, & Ecclesiæ præiudicat.*

22 *Beneficia simplicia habens, quorum alter per se sufficit, non potest sine peccato mortali retinere aliud.*

23 *Dispensare quando possit Episcopus, vt quis plura beneficia simplicia habere possit, remissiuè.*

Cap. Dudum. *ij.* LIV.

1 BEneficia plura Curata habens sine dispensatione Papæ, vel plures Personatus, est ineligibilis, & electio circa ipsum facta est irritanda. Item in Conc. Lateranen. statuitur vt qui habuerit beneficium Curatum, aliud Curatum recipit, ipso iure sit priuatus primo beneficio, & si præsumpserit vtrumque retinere, vtroque spolietur. Item retinens plura beneficia curata sine dispensatione, quasi furtum, vel rapinam committit, & decipit animas illorum, quorum curam sine vlla potestate gerit. Item litis contestatio non fit per positiones, & responsiones super articulis factas, sed per petitionem in iure propositam, & responsionem factam, & processus sine tali litis contestatione est irritandus. Item Archidiaconus, qui de consuetudine suspendit, excommunicat, & absoluit Presbyteros &c. dicitur habere curam animarum. Item ante Concil. Later. nemo poterat habere duas Parochiales, nisi vna ex altera penderet, vel vnam intitulatam, alteram commendatam. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarell. Collect. Bellam. Host. Ioan. Andr. Anchar. Innoc. Imola, Anan, Bald. Panorm. Butr. Dec. Henric. Compost. Vinian. *in rational. primi libri iuris Pontif. pag.* 148. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 56. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2.

2 *Cùm pluribus Parochialibus Ecclesiis.*] Si verba hæc, alia qua sententia ibi, *aliquod beneficium curam animarum habens annexam*, attendantur patere latiùs esse habere curam animarum, quàm esse Rectorem Parochialis Ecclesiæ dicunt Innocent. & alij *in c. cum satis, infrà de officio Archid.* Marc. Alter. *de censuris. disp.* 22. *lib.* 5. *c.* 7. *vers. cæterùm Patriarchæ, tom.* 1. Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 3. *c.* 12. *q.* 6. nimirum si Canones de Parochiali beneficio verba facientes non eo ipso in omni beneficio curam retinente animarum vendicare sibi locum, monet Gom. *in reg. Cancellariæ de idiomate. q.* 11. *vers. & ideo pro vero intellectu.*

3 *In suæ quoque salutis, & multarum animarum dispendium.*] Ex his verbis & aliis sequentibus colligi videtur nullam esse peccatorum absolutionem præstitam Parochianis eius Ecclesiæ, quam absoluens adhuc retinet, dum ea per adeptionem secundæ priuatus sit ipso iure, vt per Anchar. *hic num.* 12. Imola *num.* 12. *vers. in ea glossa*, & alios quos refert & sequitur Mascard. *de probation. concl.* 649. *num.* 38. & tenet gloss. *hic verbo deceptæ*, dicens animas illas saluari in fide Sacramenti, sicut saluatur in fide Baptismi Iudæus. Sed contrarium verius est, quia omnia gesta per Prælatum, vel Parochum communi errore talem existimatum habentem titulum putatiuum à legitimo Superiore valent, etiamsi ad forum conscientiæ spectent, vnde Confessiones his factæ iterandæ non sunt detecto impedimento, per text. *in cap. infamis, vers. veruntamen* 3. *quæst.* 7. & *l. Barbarius ff. de officio Prat.* & *l.* 2. *C. de sentent. & interloc.* resoluunt *hic* Innoc. *n.* 3. Host. *super verbo damnabiliter*, Card. *q.* 6. Abb. *num.* 20. Ioan. Andr. *num.* 42. Nau. *in c. placuit, de pœn. dist.* 6. *n.* 179. *& seq.* vbi tenet quòd notoriè quis ipso iure suo titulo & possessione iuris priuaretur, sed non adeò notoriè quin possessionem facti retineret, & à Superiore toleraretur, eo casu gesta per ipsum in conscientiæ foro valerent, vbi etiam secus resoluit quando Parochus sine vlla Superioris auctoritate se in beneficium intrusit, vel notoriè ipso iure, aut per sententiam est suo titulo priuatus, resoluunt etiam multi, quos refert, & sequitur Sanch. *de matrim lib.* 3. *disp.* 22. *num.* 13. Probatur hæc resolutio, quia communis error, quo huiusmodi verè Parochus existimatus fuit, supponi potest, tum ex eo, quia communiter ibi credi potuit eidem ex aliqua forsan. Summi Pontif. dispensatione competere potuisse ius retinendi vtramque Ecclesiam, iuxta rationem text. *in c. licèt Episcopus, in fine de præbend. lib.* 6. tum etiam ex eo, quia de facto eum fortè videbant munitum dispensatione Archiepiscopi, de quo hîc, quæ quidem licèt à parte rei nulla fuerit, suspositа quòd facta fuit (vt iuxta regulas huiusmodi dispensationum, & verba Summi Pont. in hoc text. eam repellentis supponendum est) non quidem attento tempore text. *in cap. sanctorum, vers. licet, dist.* 70. sed post Concilium generale, de quo *in cap de multa infr. de præbend.* Nec rursus facta fuit ex causa principaliter concernente necessitatem, & vtilitatem vtriusque Ecclesiæ, sed potiùs honorem & prærogatiuam dispensati, iuxta doctrinam Abb. *in cap. extirpanda, §. quia verò, à n.* 19 *iuncto num.* 40. *de præbend.* & Imola *ibid num.* 23. Rebuff. *in praxi benef. tit. de dispens. ad plura beneficia, num.* 30. Hoieda *de incompatib. benef. part.* 2. *cap. vlt. num.* 16. Azor. ad eandem doctrinam reducendi *instit. moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 12. *q.* 6. Greg. Lop. *l.* 3. *gloss. vlt. tit.* 16. *p.* 1. & aliorum, vt per Nicol. Garciam *de benef. part.* 11. *c.* 5 *n.* 338. & ita etiamsi dispensatio ex supradictis de facto concessa fuerit nulla, tamen non ob id minus potuit de facto generare communem errorem. Nec obstat text. hic quatenus ex eo probari videtur nullam esse absolutionem præstitam à Clerico Ecclesia priuato, & communiter tolerato, quia infrà ad gloss. verbo, *deceptæ*, pleniùs respondebitur.

Ex quibus infertur quòd quando quis est ipso iure priuatus administratione publica, beneficio, munere, & officio, quo fungitur, valent acta eius ante criminis declarationem concurrente communi populi, vel maioris partis errore, vt per Nau. *in d. cap. placuit, num.* 179. *& seq.* Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 8. *quæst.* 2 *& p.* 2. *lib.* 7 *cap.* 17. *quæst.* 4. Sanch. *d disp.* 22. *num.* 56. vbi *num.* 58. resoluit quòd dum priuatio, & hominis inhabilitatio est occulta, adhuc valent gesta concurrenti prædicto communi errore. Sic etiam indulgentiæ concessæ à Prælato penitus falso, qui putabatur verus, non minus operantur, quàm si essent concessæ à Prælato vero, vt per Auiles *ad cap.* 1. *Prætorum, num.* 13. *pag.* 25. Et qui soluit Prælato non notoriè intruso liberatur, Gam. *decis.* 1. *num.* 1. *& decis.* 303. *num.* 1. Mascard. *de probat. concl.* 1323. *num.* 1. Surd. *decis.* 229. *num.* 10. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 45. *§.* 2. *num.* 17. 4 5 6

Intellige supradicta, & sic tunc solum communem errorem & titulum operari validitatem eorum, quæ geruntur per inhabilem, quando inhabilitas fuerit de iure humano, veluti quando absolutio Sacramentalis præstatur à Sacerdote, qui communiter putabatur proprius ipsius pœnitentis Sacerdos, cùm 7

tamen

tamen à parte rei non eſſet talis propter aliquod ſui ipſius impedimentum iuris humani, vt quia titulum beneficij Parochialis alioquin ſibi legitimè collatum amiſit à parte rei ipſo iure propter adeptionem alterius beneficij, iuxta terminos noſtri text. & *d. cap. de multa*; vel propter delictum eandem priuationem inducens, vel ob aliud ſimile impedimentum. Quando verò inhabilitas procederet à iure diuino, aut naturali, licèt concurrat prædictus error & titulus, geſta per ſic inhabilem nullius erunt momenti, Abb. *in cap. 2. in fine, de Preſbyt. non baptizato*, & alij, quos refert, & ſequitur Maſcard. *de probat. concluſ.* 649.
8 *num.* 98. & 99. Sanch. *d. diſput.* 22. *num.* 27. Vnde ſi non Sacerdos ſacramentaliter abſoluat, quamvis communiter exiſtimetur Sacerdos, & verus Parochus, abſolutio eſt irrita, nam is patitur inhabilitatem de iure diuino, ſecundùm quod ſoli Ordini ſacerdotali annexa eſt iuriſdictio neceſſaria ad eam abſolutionem miniſtrandam, ex text. *c. verborum, de Pœnit. diſt.* 1. Concil. Trident. *ſeſſ.* 14. *de Sacram Pœnit. can* 10. vt in terminis reſoluit Sanch. vbi proximè, quicquid contrarium teneat Bonacoſ. *commun. opinionum, tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 14. *num.* 9. *verſ. ſed ſi quis,*
9 *pag.* 206. quod adeò verum eſt, vt nec in mortis articulo poſſit ſacramentalis abſolutio iuſtè & validè præſtari à non Sacerdote, etiamſi deſit Sacerdos vt obſeruant Nau. *in c.* 1. *in princ. à numero* 74. *de Pœnit. diſt.* 6. Sot. *in* 3. *diſtinct.* 18. *quæſt.* 4. *artic.* 1. *concluſ.* 2. & 3. & alij communiter, vt per Viuald. *in clandelabro aureo, p.* 1. *tit. de abſolut. num.* 74. & *de Confeſſ. à num.* 30. plures vt per Cened. *ad Decretum collect.* 42. *num.* 3. *poſt gloſſ. verbo, mortis, in fine, in cap. Paſtoralis, §. præterea de officio Ordin.* reſpondentes ad text. *in d. cap.* 1. & *in c. Sanctum, de conſecr. diſt.* 4. & *in c.* 2. *de furtis.*

10 *Verum procurato*, &c.] Notatur ad hoc quòd Epiſcopus non poteſt diſpenſare ſuper pluralitate dignitatum, ſeu curatorum, vt per Quintin. *in d. c. de multa, n.* 111. plures quos refert & ſequitur Nic. Garc. *de benef.* 11 *c.* 5. *n.* 337. & alios per me *de offic. & poteſt. Epiſc. p.* 3. *alleg.* 61. *n.* 18.

11 *Conteſtationem litis non inuenimus eſſe factam*, &c.] Notatur ad hoc quòd litis conteſtatio eſt terminus ſubſtantialis iudicij, ſine qua probationes factæ, & ſententia lata vitio nullitatis laborant, vt per Pereg. *var. ad rubr. de iudiciis, num.* 55. Fr. Lud. Miranda *de ordine iudic. q* 20. *art.* 5. *concl.* 4. Curi. Philip. *p.* 1. §. 14. *n* 3. Amat. Roder. *in pract. de modo examinandi, ſeu videndi proceſſum, c.* 6. *n.* 4. Mendez à Caſtro *in praxi Luſitana, lib.* 2. *c.* 8. Camil. Borel. *in ſumma omnium deciſ. titul.* 50. *num* 13.

12 *Euidenter apparet quòd curam habeat animarum.*] Notatur ad hoc quòd dicitur beneficium curatum, quod habet curam iuriſdictionalem, etiam fori exterioris, vt per Nau. *conſ.* 4. *n.* 1 *ſub tit de ætate, & conſ.* 15. *n.* 2. & 3. *ſub tit de præb.* Maſcard. *de probat concl.* 438. *n.* 20. Azor. *inſtit. moral. p* 2. *lib.* 9. *c.* 3. *quæſt.* 14. *verſ. curata Eccleſia*, Nicol. Garc. *de benef. p.* 1 *c.* 6. *n.* 7. quos ego ipſe refero *d.* 11. *de offic. & poteſt. Epiſc. p.* 3. *alleg.* 57. *num.* 103. quibus adde Henriq. *conſ.* 9. *à princ.* Iacob. de Graffis *in aureis deciſ. p.* 1. *lib.* 2. *c.* 97. *num.* 4. Rebuff. *in repet. c. extirpandæ, §. qui verò, numero* 130. *de præbend. & in c. de multa, num.* 76 *eod. tit.* Rota *deciſ.* 52. *part.* 2. *diuerſ.*

13 *Et alteram commendam.*] Notatur ad hoc quòd beneficia quæ non ſunt perpetua ſaltem aptitudine, non inducunt incompatibilitatem vt cenſuit Rota *in vna Seguntina Theſaurie* 29. *April.* 1596. coram D. Orano, quam refert Nicol. Garc. *de benefic. p.* 11. *cap.* 5. *n.* 181. Vnde in commendis perpetuis habere locum incompatibilitatem inductam à *d. cap. de multa*, tenent Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 5. §. 8. *num.* 20. Nicol. Garc. *part.* 4. *cap.* 4. *à num.* 33 quos refero ego ipſe *de officio, & poteſtate Epiſcopi, part.* 3. *alleg.* 58. *num.* 4.

Collige ex text. poſſe Clericum duas habere Eccleſias, alteram in titulum, alteram verò in commendam, idem probat text. *in c. qui plures, & in c. relato, & in c. illud* 21. *q.* 1. Sylueſt. *verbo commenda n* 7. Rebuff. *in praxi tit. de commenda à n.* 3. Marſil. *de reddit. p.* 2. *c.* 15. *à n.* 22. vbi ait neminem de hoc dubitare, Hoied. *de incompat. benef. p.* 2. *c.* 4. *n.* 2. & *p.* 1. *c.* 13. *n.* 34. tradit etiam Fuſc. *de viſitat. lib.* 2. *c.* 9. *n.* 10. Nau. *conſ.* 50. *de præbend. n.* 30. Amplia procedere etiam quando clericus habet dignitatem vel perſonatum; adhuc enim poterit Eccleſiam curatam in commendam obtinere, patet ſi expendas maiorem dari repugnantiam in beneficiis curatis, quàm in dignitate, perſonatu cum Eccleſia curata; vnde à fortiori licitum erit perſonatum, vel dignitatem in titulum habere, & Eccleſiam commendatam, ſic ampliata deciſione text. *in c. ſuper eo de præb.* limita tamen non procedere quando plures Eccleſiæ inſimul commendantur, ſentit gloſſ. *in c. qui plures* 1. *quæſt.* 1. Innoc. *in præſenti, n.* 4. Sylueſt. *d. num.* 7. Rebuff. *vbi ſupra, num.* 64. Fuſc. *d. c.* 9. *num.* 10. & patet ex text. *in c. nemo*, ibi, *vnam; hoc tit. in* 6.

Dubium tamen eſt vtrùm ſupradicta procedant attento iure hodierno, & cauſam dubitationi præbet Conc. Trid. *ſeſſ.* 7. *de reform. c.* 4. vbi ſicut prohibetur vnio beneficiorum ad vitam, ita ſimiliter prohibetur pluralitas beneficiorum per viam commendæ perpetuæ, ac proinde videtur quòd prohibeatur quis vnum beneficium in titulum obtinere, & aliud in commendam perpetuam contra ſupradicta. Conſtat namque Conc. Trid. commendarum pluralitatem prohibuiſſe ob defectum reſidentiæ, qui quidem defectus reperitur quando vna in titulum, alia verò in commendam retinetur. Iuuat, quòd tã vniones, quàm commendarum conſtitutiones videantur tacitæ quædam diſpenſationes, vt tenent Caſſad. *deciſ.* 13. *n.* 5. *ſuper reg. Cancel. & deciſ.* 2. *n.* 9. *ſub tit. de vnione*, Mandoſ. *in reg.* 32. *Cancel. de impetrantibus benefic. vacant. per obitum q.* 30. *n.* 3. quæ diſpenſationes circa pluralitatem beneficiorum reuocantur per Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. c.* 17 *poſt med. in verſ. illi verò*; & ex his forſan non poſſe iam teneri duo beneficia incompatibilia per viam commendæ perpetuæ, ſed nec vnum in titulum, & aliud in commendam perpetuam, docet Nicol. Garc. *de benef. p.* 4. *c.* 4. *num.* 40.

Nihilominus tamen reſoluendum eſt etiam hodie attento iure nouiſſimo Concil. Trident. ſupradicta procedere, & licitum eſſe habere duo beneficia, etiam curata, vnum in titulum, & aliud in commendam perpetuam. Hoied. *d. c.* 4. *à numero* 14. Ad Concil. verò Trid. *d. cap.* 4 reſp. loqui in obtinentibus quæcumque beneficia incompatibilia in perpetuam commendam, & ſic in numero plurali, non tamen ibi prohiberi obtinere quem vnum beneficium in titulum, & aliud in commendam perpetuam, pro quo faciunt verba eiuſdem Concilij ibi, *contra formam conſtit. Innocent. III.* Conſtat ſolùm voluiſſe prohibere pluralitatem beneficiorum commendatorum in perpetuum, quæ aliàs à iure communi erant prohibita, non verò voluiſſe prohibere duorum beneficiorum pluralitatem, vnius in titulum, & alterius in perpetuam commendam, quæ pluralitatis iure communi prohibita non eſt, vt patet ex hoc text. qui eſt Greg. IX. & facit mentionem *c. de multa, de præbend.* Et ad ſecundam rationem ſatisfit ſi dicas, quòd

quamvis perpetua commenda in effectu sit tacita dispensatio, nihilominus tamen diuersum nomen habet in iure nostro, nempe commenda, vnde text. Concilij Trid. *in d.c.*17. qui loquitur in dispensatione, non intelligitur de commenda, quæ appellatione dispensationis non bene comprehenditur. Vel rursus Resp. illum text. reuocare solummodo pluralitatem parochialium Ecclesiarum, seu vnius Cathedralis, & alterius parochialis, & ita loquitur in casu diuerso ab illo, de quo *in d.c.*4.

15 *Quam liti cessit.*] Notatur ad hoc quòd in pœnis legalibus licitum est desistere vsque ad sententiam, vt per Boër. *decis.*206 *n.*2.

16 *Duximus admittendum.*] Notatur ad hoc quòd criminosi pendente iudicio, & inquisitione, etiam post receptas probationes, & conclusum in causa suum beneficium resignare possunt, vt per Guttier. *pract. lib.*3. *q.*30. *n.*41. Flam. *de resign. lib.*3. *q.*16. *n.*11 Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.*4. *collect.*1320. vbi intelligit quando criminosus venit puniendus per sententiam iudicis, non ipso iure.

17 In glos. *Deceptæ.* Notatur hæc glossa ad hoc, quòd gesta sacramentaliter ab eo, qui verus Prælatus, non est, sed vt talis communiter habetur, valida sunt in foro conscientiæ, hanc glossam, singularem & magnis præconiis extollunt *hîc* Abb. antiq. *n.*4. Innoc. *num.*3. Compost. *n.*3. Host. *n.*12. Ioan. Andr. *n.*42. Bald. *n.*5. Anchar. *col.*4 *propè fin. vers. quintò oppono*, Butr. *n.*26. & *seq.* Panorm. *n.*20. quos citat Rendina *in prompt. recept. sent. tom.*1. *tit.*38. *n.*23. Et intelligendo provt supra à *n.*7. & ideo Abb. *hîc n.*20. Sanch. *d. disp.*22. sub *n.*14. & sub *n.*56. intelligunt verbum hoc, *deceptæ*, quasi animæ parochianorum à Clerico sic vt proponitur Ecclesia priuato, & communiter tolerato absolutorum, non decipiantur verè per huiusmodi absolutionem, immo per eam supposita bona fide saluentur ad instar Baptismi inualidi bona fide susceptí, iuxta text. *in c.*2. & *in c. vlt de presbyt. non baptiz.* sed solùm dicuntur deceptæ habito respectu ad animum prædicti clerici eas decipere intendentis.

18 In glos. *Per Sedem Apost.* Notatur ad hoc quòd solus Romanus Pont. dispensare potest vt sublimis & eruditus homo duo simul habeat beneficia curata, similis glos. *verbo, per Sedem Apostolicam, in c. de multa, de præb. & verbo, noscatur, in c. literas, de concess. præb. & verbo, Apost Sedis, in c. non potest, de prabend. in* 6. *& verbo, sui beneficij, in c. Ordinarij, de officio Ordin. eod. lib.* sentiunt *in d.c. de multa*, Innoc. *n.*... Ioan. Andr. *n.*21. Butr. *n.*35. Sed dubio procul receptior est opinio illam sic distinguens, aut ad vtilitatem Ecclesiæ dispensatur vt possit quis duo beneficia curata obtinere, & tunc potest Episcopus dispensare; aut dispensatio fit habito respectu principaliter ad merita, excellentiam, & fauorem personæ, cuius contemplatione fit dispensatio, & tunc non potest Episcopus, sed solus Papa, ita glos. *verbo, in duabus, in c. Sanctorum* 70. *dist. & in c. si quis iam translatus* 1. 2. *q.*2. & tradiderunt *in d. c. de multa*, Abb. antiq. *n.*8. Host. *n.*15. & 16. Anch. *n.*22. Panorm. *n.*19. Archid. Specul. Selua, & alij, quos citat Rendina *in prompt. recept. sent. tom.*1. *tit.*38 *n.*3.

19 In glos. *Responsionem.* Notatur ad hoc quòd litis contestatio fit per principalis negotij apud competentem iudicem factam narrationem, & ad eam sequutam responsionem, siue per affirmationem, vel per negationem, vt per Marantam *de ordine iudic. p.*6. *membr.*10. *à princ.* Parlador. *rerum quotid. lib.*1. *c.*14. Donel. *comment. iuris Ciuilis, lib.*14. *c.*1. Tiraq. *de retractu lig. §.*15. *glos.*2. *n.*1. Perez *l.* 1. *tit.*3. *lib.*3. *Ordin. pag.*515. Zerol. *in prax. Episcop. p.*1. *verbo, litis contestatio, §.*5. *pag.*211. Soar. de Pace *in practica tom.*1. *part.*1. *temp.*6. Fr. Lud. Miranda *de ordine iudic. q.*10. *art.*5. *in princip.* Cardoso *in praxi iudicum*; & *aduocat. verbo, lis, num.*6. Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib.*1. *concl.*72. Dom. Christoph. de Pace *in scholiis ad leges stili, l.*1. Iacob. de Graffis *tom.*2. *consil. tit. de iudiciis cons.*2. *num.*19. Peregr. *variar. lib.*... *ad rubr. de iudiciis, num.*54. Camill. Borrell. *in summa omnium decis. tit.*50. *num.*7.

In glos. *De veritate*, ibi, *nunquid præualeret confessio* 20
Prælati contra Ecclesiam factam certè non. Vide Mascard. *de probat. conclus.*346. *n.*26. Menoch. 39. *n.*24. Et regulariter Prælati confessio non præiudicat Ecclesiæ, neque successori, Seraphin. *decis.*1278. *num.*3. Greg. *decis.*375. *num.*6. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.*796. *n.*6. Rot. *decis.*334. *n.*2. & *decis.*489. *n.*4. *p* 1. *recent.* quia sicut Ecclesiam alienare non potest Prælatus, ita nec potest conferri Roman. *sing.*389 *in princ.* Card. Tusch. *litt. C. concl.*261. *n.*21. eius tamen confessio maximum præbet indicium veritatis, Rot. *decis.*293. *n.*2. *p* 1. *diuers.* & *in Hispalen. primitiarum* 17. *Iunij* 1616. coram Cardin. Pamphil. iun. Insuper quando confessio Prælati emanauit per viam contentiosæ iurisdictionis, præiudicat Ecclesiæ & successori Rot. *decis.*141. *num* 4. *part.*2. *diuers.* & *in Regien. pensionis*, coram Orano apud Mascard. *de commission p.*1. *pag.*616. & in confessione syndici factæ per viam contentiosæ iurisdictionis, quòd præiudicet Capitulo, censuit Rot. *in Treueren. decimarum* 17. *Maij* 1628. coram R. P. D. Dunozetto iun. Præterea confessio Prælati adminiculata præiudicat Ecclesiæ, & successori, vt per hanc glos. tenent Seraphin. *decis.*292. *n.*3. & *decis.*436. *num.*7. & *decis.*441. *n.*10. *vers. ex hoc.* Rot. *d. decis.*334. *sub n.*2. & *decis.*177. *n.*5 *p* 2. *diuers.* & *in Hispalen. primitiarum* 17. *Iunij* 1616. coram Card. Pamphilio iun. & *in Oscen. portionis* 25. *Iunij* 1618. coram R. P. D. meo Pirouano. Item præiudicat Ecclesiæ & successori confessio Prælati quando non est vnica, sed sæpiùs repetita, Rot. *in Conchen. decimarum de Belmonte* 1. *Iunij* 1619. coram bonæ memoriæ Dunozetto sen. Beltramin. *in annot. ad decis.*375. Gregor. XV. *lit. A.* refert Ferentil. *in annot. ad decis.*458. *Buratti lit. A.* Prælato quoque confitenti in præiudicium suæ Ecclesiæ creditur quando confitetur de eo, quod ipsemet fecit, ex Tiraquel. *de retractu lign. §.*1. *glos.*14. *num.*48. quem refert Fusc. *lit. P. sing.*68.

In ead. glos. ibi, *Nisi id feciſſet de mandato Capituli,* 21
&c.] Notatur ad hoc quòd si confessio Prælati facta fuerit cum Capitulo simul, vel de mandato Capituli, tunc probat, & Ecclesiæ præiudicat, vt per Mascard. *concl.*367. *n.*5 & 6.

In glos. *Retinere.*] Notatur ad hoc quòd habens 22
plura simplicia beneficia, quorum alterum per se sufficit, non potest sine peccato mortem retinere aliud, vt per Fr. Ludou. Beja *responsor. casuum conscient. p.*4. *casu* 26. *versic. probatur secundò*, Azor. *instit. moral. p.*2. *lib.*6. *cap.*10. *quæst.*2. Zerol. *in praxi Episcop. part.*2. *verbo, incompatibilitas, §.*2. Flamin. *de resignat. lib.*5. *quæst.*6. *num.*119. *cum seqq.* Stephan. Quarant. *in summa Bularij, verbo, beneficiorum resignationes, versic. octaua causa.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*30. *tract.*3. *num.*280. *vers. vnde.* Episcopus quando possit dispensare, 23
vt quis plura simplicia beneficia habere possit, tractani *de offic. potestate Episcopi, part.*3. *alleg.*62. *per totam.*

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Electio irrita est quam collatio non præcessit, vel quæ facta non est à maiori parte Capituli, vel quæ non fuit communis.*
2 *Electiones canonicæ vt validæ fiant, non sufficit habere maiorem partem suffragiorum respectu minorum, sed necessariò requiritur habere maiorem partem respectu totius Capituli.*
3 *Electio per scrutinium necessariò est facienda per congregatos in vnum.*
4 *Argumentum ab absurdo in omnibus dispositionibus est vitandum.*

CAP. In Genesi. LV.

1 ELectio non valet si communiter non celebratur, vel maior pars Capituli non conuenit, vel non præcedit collatio. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Io. Andr. Imol. Anan. Host. Innoc. Panor. Bald. Butr. Henric. Anch. Compostel. Viu. *in ration primi libri iur Pontif. pag.* 148. Alagon. *in compend. iur. Canon. pag.* 57. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1.

2 *Quanquam maiorem partem*, &c.] Notatur ad hoc quòd in electionibus canonicis ad validitatem ipsarum non sufficit habere maiorem partem suffragiorum respectu minorum, sed vlteriùs necessariò requiritur habere maiorem partem respectu totius Capituli, notani ad *cap. Ecclesia vestra* 48. *in fine suprà hoc tit.*

Nec ex singularibus, &c.] Notatur ad hoc quòd in electionibus in quibus seruanda est forma *cap. quia propter*, non sufficit consensus singulariter præstitus, putà domi, vel alibi, sed oportet collegialiter consentire, vt per Lauor. *vari. lucubr. tom.* 1. *tit.* 4. *c.* 18. *n.* 1. Tambur. *de iure Abbatum tom.* 1. *disp.* 5. *q.* 6. *n.* 2. *& seq.*

Non tamen debuit subsequi singularis electio, sed communis.] Vide Sigism. à Bonon. *de elect. dub.* 111. *n.* 3. *&* 11. *n.* 13. Rip. *in c. cum Ecclesia Sutrina, n.* 13. *de causa possess.* vbi tenet quòd per Canonicos non possunt mitti vota, neque in scriptis, neque per nuntium, Rot. *in Cæsaraugustana electionis* 20. *Martij* 1623. coram R. D. meo Coccino Decano, vnde vota data extra Capitulum, & post factum scrutinium non augent numerum eligentium, Host. *hic n.* 17. *in princ.* Ioan. Andr. *n.* 18. *circa med.* Anch. *col.* 3. *in* 5. *nota circa fin.* Card. *col.* 4. *in oppos.* cum aliis citatis per Ferent. *ad decis.* 351. *Buratti lit. C. n.* 15.

3 *Nec etiam electio*, &c.] Notatur ad hoc quòd electio per scrutinium necessariò facienda est per congregatos in vnum, ita vt non sufficeret consensus eligentiũ singulariter præstitus, veluti si quis in sua camera consentiat, sed oportet quòd collegialiter consentiant vt per Cosm. *in pragmat. sanct. tit. de elect. verbo, conueniant, pag* 86. *versa.* Bertach. *de Episcopo, lib.* 1. *p.* 3. *q.* 32. Petr. de Biaxo *in directorio elect. p.* 3. *c.* 21. Petr. Greg. *ad Decret. tit. de elect. c.* 5. *à n.* 2. *& cap* 16. *per totum.* Fr. Lud. Miranda, *in manuali Prælatorum, to.* 2. *q.* 23. *art.* 9. *concl. vnic. vers. primò substantiale.*

4 *Vel ex hoc subsequeretur absurditas.*] Notatur ad hoc quòd argumentum ab absurdo in omnibus dispositionibus est vitandum, vt per Euerard. *in topicis loco* 8. Thom. de Thomassetis *reg.* 42. Menoch. *cons.* 112. *n.* 3. *& cons.* 37. *n.* 118. *& cons.* 76. *n.* 12. *& cons.* 84. *n.* 23. Surd. *cons.* 116. *n.* 45. Flamin. *de confident. q* 26. *n.* 20. Peregr. *de fideicom. art.* 11. *n.* 46. Card. Mant. *de coniecturis, vlt. volunt. lib.* 3. *tit.* 7. *à princ. & de tacitis & ambiguis conuent. lib.* 2. *tit.* 12. *per totum* Valas. *consul.* 174. *n.* 11. Farin. *Rota decis.* 256. *n.* 1. *in* 1. *collect.*

SVMMARIVM.

1 *Electio Pontificis per laicos & Canonicos facta non valet etiamsi hoc habeat consuetudo.*
2 *Consuetudo non valet vt laici in electionibus Episcoporum vocem habeant.*
3 *Laicus vitæ sanctitatis, & legalitatis maximæ, potest eligi in Episcopum.*
4 *Consuetudine an possit introduci, vt mors Prælati Principi nuntietur, ab eoque venia petatur ad nouam electionem procedendi, ita quòd electio aliter facta viribus careat, ostenditur.*

CAP. Massana. LVI.

ELectio Episcopi facta per laicos, & Canonicos, etiamsi hoc habeat consuetudo, non valet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Anch. Bald. Bellam. Host. Ioan. Andr. Innoc. Imol. Anan. Panorm. Butr. Henric. Compostel. Vinian. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 150. Alagona *in compen. iuris Canon. pag.* 58. 1

Collige ex text. quòd non valet consuetudo vt laici in electionibus Episcoporum vocem habeant, vt per Firmian. *de Episcopo, lib* 1. *p.* 4. *q.* 6. *c. & lib.* 2. *p.* 1. *q.* 31. Petr. de Biaxio. *in director. elect. part.* 1. *q.* 12. Balb. *de præscript.* 1. *part.* 5. *q.* 7. *n.* 17. *& q* 10. *n.* 4. Selu. *de benefic. p.* 1. *q.* 23. *n.* 11. *&* 21. Flamin. *de resignat. lib.* 9. *q* 3. *n.* 9. nam electio nec actiue, nec passiuè cadere potest in laïcum in spiritualibus, ex clara dispositione huius text. si tamen laïcus fuerit vitæ, sanctitatis, & legalitatis maximæ, potest eligi in Episcopum, vt per Felin. *in c. super his n.* 16. *post med. de accusat.* Cassan. *in catal. gloriæ mundi p.* 3. *consid.* 50. *ad fin.* qui mirificè ad hoc extollunt, & magni faciunt hunc text. An autem consuetudine introduci possit vt mors Prælati Principi nuntietur, ab eoque venia petatur ad nouam electionem procedendi, ita quòd electio aliter facta viribus careat? affirmant Innoc. *in c. quod sicut, col.* 1. *n.* 1. *super verbo, nominatio hoc tit.* Compost. *ibid. n.* 37. *col.* 9. Io. Andr. *n.* 6. Anch. *n.* 5. *vers. aduerte*, Anan. *n.* 2. *vers. nota*; intellige iusta existente causa; Butr. *col.* 2. *n.* 16. Rendina *in prompt. recept. sent. tom.* 1. *tit.* 23. *n.* 4. 2 3 4

SVMMARIVM.

1 *Electionis ad confirmationem non sufficit quòd sit facta à maiori parte Capituli, nisi etiam illa pars sit sanior.*
2 *Abbates quando sint vocandi ad electionem, ostenditur.*
3 *Papa dicitur habere peritiam totius iuris.*
4 *Rescriptum contra legem etiam non habentem clausulam derogatoriam non valet.*
5 *Electionis ad validitatem non sufficit, quòd à maiori parte fiat, nisi etiam illa maior pars sit sanior.*
6 *Consensus contempti post electionem præstitus non auget eligentium numerum.*
7 *Numerus in electionibus auctoritati, & meritis præfertur.*
8 *Electi quando duo fuerint paribus votis, & æquali idoneitate, possunt eligentes procedere ad aliam electionem, & si iterum erunt in omnibus pares, poterit Superior gratificari vtri ex electis voluerit.*
9 *Præsentati quando duo fuerint cumulatiuè æquè idonei; habens instituere poterit quem voluerit optare.*

Cap. Ecclesia vestra. ÿ. LVII.

1 AD confirmationem electionis non sufficit quòd fuerit facta à maiori parte Capituli, nisi etiam fuerit facta à saniori. Item qui non vult interesse electioni, nihil valet deinde si post factum scrutinium ipsius consensus accedat. Item non est credendum quòd Papa velit euertere vnico verbo quod est excogitatum, & inuentum multis vigiliis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Anch. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anan. Host. Innoc. Panorm. Bald. Butr. Henric. Compostel. Viuian. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 150. Alagon. *in compend. iuris Canonici, pag.* 55. remissiue Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2.

2 *Cùm absens existeret non vocato.*] Absentes quando vocandi sint ad electionem, dixi *ad c. coram*, 35. *n.* 2. *suprà hoc tit.*

3 *Qui iura tuetur.*] Cùm Summus Pontifex dicatur habere peritiam totius iuris in scrutinio pectoris sui reconditam, *c.* 1. *de constit. in* 6. Tiraq. *de nobilit. c.* 20. *n.* 41. *& c.* 31. *n.* 537. Valas. *cons.* 51. *n.* 6. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* 4 § 4 *proœm. n.* 85. eadem iura semper defendere, ac penes se reseruare censetur, ita vt non valeat rescriptum contra legem etiam non habentem clausulam derogatoriam concessam, Bernard. *reg.* 648.

5 *Cùm maior, & sanior pars non consenserit.*] Notatur ad hoc quòd ad validitatem electionis non sufficit quòd à maiori parte fiat, nisi etiam illa maior pars sit sanior, vt per Fr. Lud. Miranda *in manuali Prælatorum, tom.* 2. *quæst.* 23. *art.* 17. *concl.* & vide notata ad *dict. cap. coram num.* 3.

6 In gloss. *Valebat.*] Notatur ad hoc quòd consensus contempti post electionem præstitus non auget eligentium numerum, vt per Innoc. *hic num.* 3 Host. *n.* 11. Io. Andr. *n.* 8 Bald. *num.* 4. *vers. nota*, Anch. *n.* 2. *vers. quinto*, Butr. *n.* 9. Panorm. *n.* 10. Imol. *n.* 5. Rendina *d. tit.* 36. *num.* 7.

7 In gloss. *Non consenserit, fin.* Tenet hæc gloss. si duo pariter idonei sint electi, & numerus est pro vna parte, auctoritas & meritum pro altera, auctoritatem & meritum numero præferri, ita vt electus, pro quo est minor pars licèt sanior, potior sit eo pro cuius parte maior est numerus, sequitur *hic* Compostel. Verùm magis communiter tenetur contrarium, nam, vt electio confirmetur copulatiuè, requiritur ipsam factam esse à maiori & saniori parte Capituli, *c. quia propter, hoc tit.* resoluunt omnes *in præsenti*, quos citat Rendina *in prompt. recep. sent. tom.* 1. *tit.* 36. *n.* 5.

8 In ead. glos. ibi, *sed si omnia*, &c. Notatur ad hoc quòd si duo fuerint electi, sintque omnia hinc inde paria, scilicet numero, dignitate, & meritis eligentium & electi, possunt ipsi eligentes procedere ad aliâ electionem, & si iterum erunt in omnibus pares, poterit Superior gratificari vtri ex electis voluerit, vt per Tiraq. *de iure primog q.* 17. *in* 2. *opinione, n.* 6. *&* 7. *&* 9 *in* 6. *opin. n.* 10. Sic etiam quando duo æquè idonei cumulatiuè, vel æqualiter præsentati fuerint, habens instituere poterit quem voluerit optare, & sic dari potest locus gratificationi, *glos.* 2. & Doct. *in c. cùm autem* 24. *infr. de iurepatron.* vbi dicemus, interim vide per me resoluta *in tract. de offic. & potest. Episc. p.* 3. *alleg.* 72. *num.* 199.

10 In ead. gloss. ibi, *illos priuandos.* Notatur ad hoc quòd electio facta à non maiori parte est nulla, non ex transgressione formæ, sed defectu potestatis, vt per Boër. *decis.* 2. *n.* 32.

SVMMARIVM.

1 *Electores publicato scrutinio variare non possunt, sed compelli debent ad collationem, & electionem.*
2 *Scrutinio publicato, aut postquam vota, & suffragia cœperint regulari, non est licitum suffragium semel datum mutare, aut reuocare.*
3 *Postulantibus Prælatum an liceat à postulatione iam facta resilire, ostenditur.*
4 *Variatio maximè in alterius præiudicium reprobata est.*

Cap. Publicato. LVIII.

ELectores publicato scrutinio non possunt ampliùs 1
vitiare, sed statim collationem facere, & electionem celebrare debent, & si noluerint, per Superiorem compellantur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Innoc. Panorm. Bald. Butr. Henric. Boich. Anch. Compostel. Viuian. *in rationali primi libri Iuris Pontif. pag.* 151. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 58 remissiue & Ximen. *in concord p.* 1. *&* 2.

Collige ex text. quòd publicato scrutinio, aut post- 2
quam vota & suffragia cœperunt regulari, non est licitum suffragium semel datum immutare, aut reuocare, vt per Sylvest. *verbo, electio,* 2. *q.* 7. Fr. Emman. *q. Regul. tom.* 1. *q.* 5. *art* 14. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.* 3. *n.* 204. *in medio*, Rot. *in nullius Canonicatus,* 22. *Maij* 1628. coram R. P. D. Dunozetto, Fr. Lud. Mirand. *in manuali Prælatorum, tom.* 2. *q.* 23. *art.* 24. *concl.* vbi *concl.* 1. resoluit quòd suffragium semel datum adhuc potest reuocari alium eligendo, dum res adhuc integra fuerit, quando fuerit scrutatoribus exhibitum.

Disputari solet à Canonistis in præsenti an huius 3
text. decisio ad postulationem extendatur, ita vt sicut in electione publicato scrutinio non licet variare, ita quoque non licet postulantibus variare, & à postulatione Prælatorum iam facta resilire? Prima fuit antiquorum opinio affirmatiuam non licere postulantibus variare, & sic in electione dictum ad postulationem extendi, sequitur *hic gloss. vlt. in vers. idem credo*, & similis *in cap. pen. & vlt. de postulatione Prælat.* Verùm altera receptior fuit opinio, vt semper liceat postulantibus variare, & à postulatione recedere quousque illa fuerit Superiori præsentata; diuersa enim ratio est inter electionem, & postulationem, nam per electionem initiatur matrimonium spirituale, & ius acquiritur electo, per postulationem verò nullum ius quæritur postulato, *d. cap. penita* gloss. *verbo, præstiterunt, in c. de Syracusanæ* 28. *dist.* tenent omnes in præsenti, præcipuè Ioan. Andr. *à num.* 17. Anchar. *col. vlt.* Butr. *numero* 24. Panorm. *num.* 6. Anan. *num.* 2. quos citat Rendina *in promptuario recep. sentent. tom.* 1. *tit.* 36. *num. vlt.* Hæc ratio vera est, quia per Canonicam electionem quæritur electo ius ad rem Abb. *in cap. cùm Bertoldus, de re ind.* Felin. *in cap. in nostra, num.* 28. *de rescript.* Rot. *decis.* 6. *de elect. in nouis*, Gom. *in reg. de non tollendo iure quæsito, quæst.* 1. Nauar. *in cap. accepta, oppositi.* 8. *num.* 7. Flamin. *de resignat. lib.* 2. *quæst.* 23. *num.* 7. quod ab eo absque ipsius facto auferri non debet, postulato verò nullum ex postulatione ius quæritur. *cap. pen. de postulat. Prælat.* & post Abb. *num.* 12. & alios *in cap. bonæ memoriæ, il* 2. *illo tit.* resoluunt Tiraq. *in l. boues*, §. *hoc sermone, limit.* 23. *num.* 12. & Rebuff. *in concord. tit. de reg. nomin.* §. 1. *verbo per postulationem*, nec lucrum, quod

quod postulato aufertur, considerabile est, nec in eius persona radicatum, sed à mera superioris voluntate dependens, vnde priuatio illis præiudicium non infert considerabile, vt colligitur ex *l.vlt.ad fin.C.de codicill.* resoluit Padil.*in l.3.C.de iuris & facti ignor.*

4 *Variare.*] Notatur ad hoc quòd variatio maximè in alterius præiudicium reprobata est, vt per Mandos. *cons.*18.*n.*9.Put. *decis.*193.*n.*1.*lib.*3. nam ridiculum est, & puerile hodie concedere, & cras pœnitere, Rota *decis.n.*18.*de præbend.in antiq.*

SVMMARIVM.

1 *Electione cassata propter simoniam etiam sine culpa electi non dispensat Episcopus ea vice cum cassato, secus si electus liberè resignauit.*
2 *Simonia committitur in electione, seu resignatione per dationem consanguineorum, electo, vel resignatario ignorante.*
3 *Simoniacè electi per dationem consanguineorum ad illud beneficium obtinendum inhabiles sunt.*
4 *Dispensare Episcopo non conceditur, vt quis habeat dignitatem, vbi fuit commissa simonia, secus in beneficio simplici.*
5 *Beneficium per simoniam acquirens censetur ad illud inhabilis, nisi dispensationem obtineat.*

CAP. Si alicuius. LIX.

1 ELectione cassata alicuius Prælati ob simoniam, etiam electo ignorante, non dispensat Episcopus pro ea vice. Potest tamen dispensare cum eo, qui liberè resignauit simplex beneficium, quod simoniacè, sed ignoranter recipit. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Anch. Io. Andr. Imol. Anan. Host. Innoc. Panorm. Bald. Butr. Dec. Compost. Viu. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 152. Alagona *in compendio iuris Canonici pag.* 58. remissiuè Ximen. *in concord p.*1.

Hanc eandem concluf. ex hoc text. desumit Bonac. *de simon.disp.puncto* 2. *diffic.*2.*n.*1. & 4. *versic.ex quo sequitur.*

2 *Eo ignorante, ac ratum non habente.*] Notatur ad hoc quòd simonia committitur in electione, seu resignatione per dationem consanguineorum, electo vel resignatario ignorante, itavt sit priuatus ipso iure, & teneatur cedere beneficio vbi primùm sciuerit, fructúsque etiam bona fide non consumptos reddere, Abb. *nor.*1.& 2.Sarnen. *de trien.q.*12.*col.*4.& *vlt.* Maiol. *de irregul.lib.*5.*c.*45.*n* 4.Cou. *in reg peccatum, p* 2.§.8.*n.*6.*vers. sic qui* Flam. *de resign.lib.*14.*q.*7.*n.*37.intendit Nic.Garc.
3 *de benef.p* 8.*c.*4.*n.*8 & 9.vbi *n.*56.per hunc text.resoluit huiusmodi simoniacos inhabiles esse ad illud beneficium obtinendum, & citat Vgolin. *de simon.tab.*4.*c* 6.§. 6.*n.*2.Less. *de iust.lib.*2.*c.*35.*n.*129.Soar. *de relig.tom* 1.*tr.* 3.*lib.*4.*de simonia, c.*58.*n.*9. Bonac. *de simon.q.*7 *p.*2. *diffic* 2.*n.*1.

4 *Quamvis circa eum,* &c.] Notatur ad hoc quòd non permittitur Episcopo dispensatio, vt quis habeat dignitatem vbi fuit commissa simonia, secus in simplici beneficio, vt per Cosm. *in pragm.sanction.tit de de electione, verbo, perpetuo, pag.mihi* 106 is enim, qui per simoniam beneficium acquisiuit, censetur ad illud inhabilis, nisi dispensationem obtineat. Valer.Regin. *in praxi fori pen.lib.*23.*n.*176.*in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Electoribus impeditis currit tempus si possunt impedimentum tollere.*
2 *Tempus patrono præstitutum ad præsentandum non currit ignorantibus.*
3 *Mora purgatio non admittitur, cùm quid sit ipse iure.*
4 *Mora non purgatur, quando res non est integra, & ius alterius factum est deterius.*

CAP. His quibus. LX.

ELectoribus, qui debent petere licentiam ad eligendum, currit tempus statutum à Canone si sint in mora postulandi licentiam. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Innoc. Anch. Bella. Host. Io. And. Imol. Anan. Bald. Panor. Felin. Butr. Compost. Viu. *in rationali primi libri iuris Pont. pag.*153. Alagon. *in compend. iuris Can. pag* 55. remissiuè Ximen. *in concord p.*1.

Ex quo in mora fuerint.] Notatur ad hoc quòd tempus 2 patrono præstitutum ad præsentandum non currit ignorantibus, vt per Tiraq. *de retractu lig.*§.35.*gloss* 4.*n.*7. cum aliis citatis per me ipsum *de offic.& potest Episc.p.*3. *alleg.*72.*n* 124.

In gloss. fin. ibi, *in hoc casu nocet mora.*] Notatur ad 3 hoc quòd moræ purgatio non admittitur cùm quid fit ipso iure, vt per Tiraq. *in l.si vnquam, verbo, reuertatur, n* 310. *de reuocand donat* Et mora non purgatur quando res non est integra, & ius alterius factum est deterius, Surd. *de alment tit* 8.*priuil.*47.*n.*5. post Greg.Lop.Menoch.& alios ita resoluit Pichard. *in disput. de mora, num.*118.

De Translatione Episcopi.

TIT. VII.

SVPER hanc rubr. scripserunt. Zabarel. Bellam. Bald. Io. And. Imol. Anan. Panor. Dec. Butr. Petr. Alph. de Vasconcellos *in harmonia rubric.* Petr. de Rauenna *in comp. iur. Can.* Mart. Mesnart. *in epitome Decret. fol.*13 *verso,* Guillelm. Durand. Specul. *in breuiario aureo in Can. fol* 16. Dan. Venat. *in analysi methodica Pontific. à pag.*47. Goffred. & Host. *in summa huius tit.* Alex. Cassan. & Anast. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barth. Carth. *in expositi. titulorum iuris Canon.* Zypæ. *in analytica postremi iuris Eccles. enarrat. sub eod. tit. pag.*44. nouissimè Io. Honor. *lib.*1. *sum. in Decret.* Casar. *in erotem. iuris Canon.* Canis. *in summa eiusdem iuris,* omnes *sub hoc tit.* & Andreas Vallensis *in suis comment. supra Decret.*

De materia huius tit. tractarunt Guillelm. Durand. *in speculo iuris, lib.*4. *de translatione.* Canis. *in sum. iur. Can. lib.*1. *tit.*15. *de translat Episcopi,* Rebuff. *in tr. de pacificis possess. n.*56. Flam. *de resign. lib.*6 *q.*4.*n.*5. Cald. Pereira *de potestate eligendi c.*4.*n.*29. Valer. Regin. *in praxi fori pen. lib.*30. *tract.*5.*n.*256 *cum* Rota *decis.*473. apud Farin. *p.*1. *recent.*

SVMMARIVM.

1 *Patriarcha qui confirmatum in Archiepiscopum transfert ad Sedem Episcopalem ab Episcoporum confirmatione suspenditur.*
2 *Reseruata, quæ Sum. Pont. & Sedi Apost. in iure reperiantur, reuissiuè.*
3 *Episcopalium sedium, & Episcoporum mutationes nullus potest admittere, vel confirmare nisi Summ. Pontifex.*
4 *Episcopus ad alium Episcopatum translatus non potest secum asportare libros, ornamenta, & argentaria, quæ ex redditibus prioris Episcopatus acquisiuit.*
5 *Translatus de vna Ecclesia ad aliam, quando desinat esse Episcopus primæ, ostenditur.*
6 *Electus si post confirmationem renuntiauerit, tunc nullo modo possunt eligentes ad nouam electionem procedere.*

CAP. Cùm ex illo. I. *Innoc. III.*

1 PAtriarcha non potest transferre Archiepiscopum ad Episcopatum sub pœna suspensionis ab Episcoporum confirmatione, solus enim Papa potest. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Ioan. And. Imol. Anan. Innoc. Panor. Host. Bald. Butr. Anch. Henric. Boich. Viu. *in rationali primi libri iuris Pont. pag.* 144. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 56. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Ant. Aug. *coll.* 3. *Decret. lib.* 1. *tit.* 5. *c.* 1.

2 *Maiores Ecclesiæ causas ad Sedem Apost. perferendas.*] De his, quæ Sum. Pont. & Sedi Apost. in iure reseruata reperiuntur, tractaui *de offic. & potest. Episc. p.* 3. *alleg.* 50. *à n.* 3.

3 *Translationes Episcoporum, & sedium mutationes*] Notatur ad hoc quòd mutationes sedium Episcopalium, Episcoporum nullus potest admittere, vel confirmare nisi Papa. Ego ipse *d. alleg.* 50. *n.* 5. Valer. Reginald. *in praxi fori pen. lib.* 30. *tr.* 3. *n.* 257. Illud in præsenti admittendum duxi quod si Episcopus etiam inuitus, suadente tamen iusta, & rationabili causa, fuit per Sum. Pont. translatus ad alium Episcopatum, & in priori Episcopatu de redditibus Episcopatus emerit sibi libros, & ornamenta, & paramenta multa, & argentaria, & similia, non potest illa asportare secum ad Episcopatū, ad quem transfertur, sed illa remanere debent penes primum Episcopum, Barbar. *vol.* 1. *cons.* 10. *n* 11. *vers. & vidi hoc anno*, vbi dicit ita se consuluisse, & consilium tale fuisse confirmatum per Doctores solemnes, fructus tamē iam perceptos & res mobiles non pretiosas ex fructibus primi Episcopatus acquisitas posse Episcopum translatum de vno Episcopatu ad alium secum deferre, tenet D. Barbosa *in l. diuortio, in princ. p.* 2. *n.* 52. *ff. solut. matrim.* Vtrùm verò translatus de vna Ecclesia ad aliam designat esse Episcopus primæ, vbi primum à Papa ab illius vinculo absolutus fuit, an verò post adeptam secundæ possessionem? quæstio est dubia, in qua statim post translationem absque illo consensu perdere iura primæ Ecclesiæ censuit Rota *decis.* 475. apud Fayin. *p.* 1. *recent.* & super hoc habemus modernam declarationem in hæc verba. *Die* 14 *Decembris* 1624. *Sacra Congregatio Illustrissimorum Cardinalium negotiis Episcoporum præposita S. D. N. approbante censuit Ecclesiam, à qua volens transfertur, seu quam dimittit Episcopus, vacare ab eo tempore, quo idem Episcopus ab illius vinculo absoluitur in Consistorio Sanctitatis Suæ, etiam ante expeditionem literarum Apostolicarum, vel adeptam possessionem secundæ Ecclesiæ. Et postea quam huiusmodi absolutionis notitiam Episcopus habuerit, etiam ex testimonio, seu documento Secretarij sacri Collegij illico teneri eum abstinere exercitio Ordinariæ iurisdictionis, eámque transire in Capitulum tanquam Sede vacante, & ita posse, & debere Capitulum statim ea iurisdictione vti, ac Vicarium, iuxta Trid. Concil. præscriptum eligere, Sedémque vacantem publicare*, refert me citato *in hoc loco* Massob. *in praxi habendi concursum req.* 1. *dub.* 9. secundùm Roman. impress.

Miramur, &c.] Notatur ad hoc quòd electus si post confirmationem renuntiauerit, tunc nullo modo possunt eligentes ad nouam electionem procedere, vt per Boër. *decis.* 2. *n.* 48. 6

SVMMARIVM.

1 *Electos in Episcopos, & confirmatos transferre potest solus Papa.*
2 *Consecrationis munus à Metropolitanis accipi debet.*
3 *Episcopi deponi, priuari, aut condemnari non debent nisi à Sum. Pont.*
4 *Argumentum de matrimonio carnali ad spirituale valet.*
5 *Coniugium spirituale contrahitur inter Ecclesiam, & Episcopum.*
6 *Episcopi sunt de iure diuino.*
7 *Transferri de vna Ecclesia ad aliam potest quis inuitus.*
8 *Episcopus electus, & confirmatus, etiamsi nondum consecratus Episcopus sine Papæ licentia renuntiare non potest.*
9 *Legem extendere licet ex identitate rationis.*
10 *Simile non est idem, nam regula de similibus idem est iudicium habendum, procedit quando omnia sunt conuenientia similia.*
11 *Vidua quasi dicitur illa, viduarúmque priuilegiis fruitur, quæ habet virum inutilem.*
12 *Nullum, & inutile æquiparantur.*
13 *Maritum non habere, vel inutilem habere, paria sunt.*
14 *Lex si voluisset, expressisset.*
15 *Lex id noluisse præsumitur, cum facilè id exprimere potuisset, nec expressit.*
16 *Casus omissus à Canone pro omisso habetur.*
17 *Prohibitum nonnunquam intelligitur, quod non inuenitur concessum.*
18 *Delicta nonnunquam dignitate augentur.*
19 *Nobiles quàm ignobiles grauius sunt puniendi.*
20 *Confessus mitius punitur.*
21 *Simplicibus est parcendum.*
22 *Episcopi sunt successores Apostolorum.*
23 *Probatio quælibet debet de necessitate concludere.*
24 *Dicta de vxore prorogantur ad sponsam.*
25 *Concessa omnia intelliguntur, quæ non sunt expressè prohibita.*
26 *Electus in Episcopum ante confirmationem potest renuntiare sine Papæ licentia.*

CAP. Inter corporalia. II.

TRanslatio, depositio, cassatio ab Episcopatu spectant ad solum Papam; idem dicendum est de electo & confirmato, licèt non fuerit consecratus; non potest enim deiici ab Ecclesia per Metropolitanum, nisi in casu, quo post sex menses à die confirmationis sua negligentia non fuerit consecratus, tunc enim deiici potest à Metropolitano, non tamen ad aliam Ecclesiam transferri, quia illud est à Papa concessum Archiepiscopis, hoc verò non. Qui contra faciunt suspenduntur à consecratione, & confirmatione 1

tione Pontificum, Episcopi ab executione Pontificalium, deinde quia non ex malignitate, sed ex simplicitate peccarunt datur eis venia. Colligunt ex. Ordinar. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Anch. Bald. Bellamer. Host. Ioan. Andr. Innocent. Imol. Anan. Panor. Butr. Henric. Boich. Vivian. *in ration. primi libri iuris Pontific. pag.* 245. Alagon. *in compend. iuris Canonici, pag.* 84. remissiuè Ximen. *in co cord. pag.* 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. *collect. 3. Decretal. lib.* 1. *tit.* 5. *cap.* 2.

2 *A Metropolitanis suis munus consecrationis accipiunt.* Vide per me dicta *de officio, & potestate Episcopi, p.* 1. *tit.* 1. *c.* 5. *n.* 5.

3 *Non possunt nisi per Rom. Pont. condemnari.*] Notatur ad hoc quod Episcopi deponi, priuari, aut condemnari non possunt nisi à solo Rom. Pont. Conc. Trid. *sess.* 13. *de reform. c* 6. *in fine, & sess.* 24. *de reformat. c.* 5. Sbrozz. *de Vicario Episcopi, l* 2. *q.* 59. *n.* 1. & alij per me citati *de officio & potestate Episcopi, p.* 3. *alleg.* 112. *à princip.* vbi *n.* 8. *in fine* noto cum Felin. *in c. non potest, n.* 7. *inf. de sentent & re iud.* omnia iura, in quibus legitur aliquando Episcopos fuisse damnatos ab inferioribus à Papa, loqui aut de iure antiquo, aut ex commissione ipsius Papæ.

4 *Cùm fortius sit spirituale vinculum, quam carnale.*] Notatur ad hoc quod valet argumentum de matrimonio carnali ad spirituale, Eucrard. *in topicis, loc.* 33. Cantiunc. *in* 23. *speciale loci à simili*, Hyppol. *sing.* 215. incip. *validum est.* Thom. de Thomassetis *in floribus legum, reg.* 51. Gom. *l.* 29. *Tauri, num.* 14. Vincent. de Franch. *Neap. decis.* 49. *num.* 2. *part.* 1. Palat. *in repet. cap. per vestras, de donat. inter virum*, §. 11. *n.* 3. Sarm. *de reddit. b. part.* 4. *cap.* 6 *num.* 11. Boër. *decis.* 1. *num.* 18. Vivi. Neapol. *decis.* 255. *num.* 39 *lib.* 2. Mench. *illustr. cap.* 25. *num.* 20. Menoch. *de præsumpt. lib* 4. *quæst.* 82. *num.* 1. *quæst.* 189. *num* 90. & *cons.* 245. *num.* 8. Gutier. *in repet. c. quamvis pactum, verbo, dum nuptui tradebatur num.* 1. *de pactis, lib.* 6. Ioseph. Sesse *Aragoniæ decis.* 45. *num.* 24. & *decis.* 171. *num.* 2. Bened. Ægid. *in repet. l. Titia, p.* 1. *quæst.* 53 *ff. de cond. & demest. & in repet. l.* 1. *C. de Sacrosc. Ecclesiis, p.* 4. §. 2 *num.* 40. Card. Tusch. *tom.* 1. *lit. A. concl.* 506. *num.* 2. & *concl.* 507. *num.* 18. Cened. *pract. & canonicarum quæst. ib.* 1. *q.* 35. *n.* 2. Mar. Anton. Genuens. *in practicab. Ecclesiasticis, q.* 128. *num.* 2. & *q.* 261. *num.* 2. & *q.* 788. *num.* . Francisc. Molin. *de ritu nupt lib.* 2. *differ.* 5 *n.* 20. & *differ.* 7. *num.* 69 & *l.* 3. *q* 99. *n.* 1. latè ego ipse *in tract. de locis communib. argument iuris loco* 70.

5 *Spirituale coniugium, quod est inter Episcopum, & Ecclesiam.*] Probat text. matrimonium spirituale inter Episcopum, & Ecclesiam contractum, Christum Dominum suo iudicio reseruasse, sicut & carnale, atqui matrimonium carnale factum fuit indissolubile per dispensationem, iuxta illud Matth. 19. *quos Deus coniunxit, homo non separet*, ergo & spirituale; cuius tamen contrarium dicere videtur text. in præsenti. Propter quam difficultatem, & obscurissima huius text. verba aliqui iurisperiti dixerunt posse Pontificem dispensare in matrimonio consummato, ex quorum numero sunt Soc. *cons.* 28. *col. pen. vol.* 1. Cagnol. *in l. actus qui, ff. de regul. iuris num.* 4. Bald. *in c. lator, de re iudic.* Sylu. *nupt p.* 10. Ioan. Andr. *in reg. actus legitimi, de reg. iuris lib* 6. Dec. *in cap. quæ in Ecclesiarum col.* 5. *de constitut.* Grat. *cons.* 1. *num.* 11. *vol.* 2. qui omnes arbitrantur matrimonium consummatum dissolui posse à Summis Pont. quasi tunc non homo separet à Deo coniuncto, sed ipse Deus, parum enim refert, vt inquit D. Bernard. *lib. de dispens. & præcept. col.* 4. an nobis Deus suam voluntatem exponat per seipsum, vel per suos Angelos, aut per suos Vicarios. Sed clarè decipiuntur, nam qui homini potestatem denegauit separandi sic à Deo copulatos, Pontificem Maximum excluſit quod homo est, & ideo contra eos verior est sententia, & communis Doctorum opinio, quos refert, & sequitur Sanch. *de matrim. lib.* 2. *disp.* 14. Nec obstat huic veritati text. in præsenti, quia omissis Doctorum interpretationibus respondendum videtur per illa verba, *quos Deus coniunxit*, &c. reseruasse Christum Dominum sibi solutionem Matrimonij spiritualis non in sensu literali, constat enim de matrimonio carnali agere, sed in sensu morali, qui sensus licèt in Sacra Scriptura à Spiritu sancto intentus sit, non tamen facit argumentum efficax ad probandum aliquid esse Legis diuinæ obligatoriæ: solent enim Summi Pont. vti sacræ Scripturæ testimoniis in sensu morali ad propria decreta confirmanda, vt patet in materia pluralitatis beneficiorum, ad probandum enim aliquem, non posse habere duo beneficia adducunt verba Pauli, oportet Presbyterum esse vnius vxoris virum, & Christi, nemo potest duobus dominis seruire, quæ verba in sensu literali longè aliud significant: sic *in Extrau Vnam Sanctam inter communes, de maior. & obed.* Bonifac. VIII. adducit verba Christi de duobus gladiis in sensu morali ad summam potestatem stabiliendam, cùm literalis aliud esset, vt sacri Doctores in eundem locum explicarunt, probat latissimè Alph. à Castro *lib.* 1. *contra hæreses cap.* 7. S. Thom. *part.* 1. *q.* 1. *art.* 10. quod principium oportet memoria retinere ad vatia nostri iuris capita declaranda; cùm agitur matrimonium spirituale non sit reseruatum lege diuina in sensu literali ipsi Christo, vt carnale est, non mirum si illud Summus Pont. facilè dissoluit, non verò carnale. Notatur ad hoc quod inter Ecclesiam & Episcopum coniugium spirituale contrahitur, vt per Azor. *institut. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 29. *quæst.* 3. *vers. quæstio igitur est*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit lib.* 30. *tract.* 3. *n.* 257. latè & eleganter Sebast. Cæs. *de Eccles. hierarchia part.* 1. *disp* 6. *de Episcopis* §. 2. *num.* 24. vbi intelligit hoc esse per quandam similitudinem ad matrimonium carnale, nam comparatio illa cum matrimonio non est per conuenientiam vninocam, sed per quandam proportionalitatem, & ideo necessarium non est vt in omnibus proprietatibus æqualitatem, aut similitudinem teneant.

6 *Quam institutione diuina.*] Aduerte quod Episcopi sunt de iure diuino, sicut etiam Episcopalis dignitas, eiusque iurisdictio vi ordinaria, & ex officio considerata, saltem in generali; si verò sumatur in particulari, provt scilicet in hoc, vel illo subiecto respectu horum, vel illorum subditorum, non est de iure diuino, nec ab eo habet certos iurisdictionis gradus, qui augeri, vel minui nequeant, sed totum pendet à Summo Pont. per quem idem munus immediatè habetur in particulari, & à quo ipsius iurisdictio immediatè conceditur, & deriuatur; colliges hæc ex Cou. *in reg. possessor p.* 2. § 9. *à num.* 6. Azor. *institut. moral. part.* 2. *lib* 3. *cap* 30. *quæst.* 13. Ludou. Miranda *de Ordine ind. quæst.* 2. *art.* 5. Soar. *t.* 4. *de Pœnit p.* 2. *disp.* 25. *sect.* 1. *à numero* 6. Card. Bellarm. *de controuers. Christianæ Fidei, tom.* 1. *controuers.* 3. *generali lib* 4. *de Romano Pont. c.* 24. Valent. *tom* 4. *disput.* 7 *q.* 10. *puncto* 2. *pag.* 2. *col.* 1. & aliis citatis per me *de officio, & potestate, Episcopi, p.* 1. *tit.* 1. *cap.* 1. *numero* 8. Scribon. *in theosimia de Ordine disput.* 6. S bast. Cæsar. *dict. disp.* 6. § 4. *ex num.* 9.

Suo tantum iudicio reseruauerit dissoluendum.] Notatur ad hoc quod vinculum quo Episcopus ligatur suæ Ecclesiæ iure diuino & naturali indissolubile esse, vt per Vasq. *in* 3. *p. tom.* 3. *disp.* 241. *cap.* 1. 3. & 5.

Verùm inre tantùm humano, seu Pontificio esse tenent Card. *hic n.* 1. & 3. Imol. *n.* 2. & Abb. *n.* 3 & 4. Mai. *in* 4. *dist.* 389. *q.* 7. *art* 2. Petr. de Ledesma *de Matrim. q.* 33. *art.* 3 *post concl.* 3 *vers. sed vt hæc*, Sanch. *de Matrim. l.* 7. *disp.* 29. *num.* 13. Soar. *de Relig. tom.* 3. *l.* 1. *c* 16. *per tot.* quos refert, & sequitur Sebast. Cæs. *in select. de Eccles. hierarchia p.* 1. *disp* 6. *de Episcopis* § 2. *ex n.* 17. vbi plura pro hac parte refert fundamenta, & tandem *n.* 15. respondet prædicta verba huius text. explicanda esse per alia, quæ inferiùs subduntur, videlicet, *non enim humana, sed potius diuina potestate coniugium spirituale dissoluitur, cùm per translationem, depositionem, aut cessationem, auctoritate Romani Pontificis, (quem constat esse Vicarium Iesu Christi) Episcopus ab Ecclesia remouetur*: ergo eo modo quo dissoluitur illud vinculum auctoritate diuina, eodem modo vinculum factum est indissolubile auctoritate diuina, id est, auctoritate diuinitus data Vicario suo: nam sicut Deus soluit per suum Vicarium, ita per eundem reseruauit, in quo sensu explicant Doctores verba alia huius text. ibi, *illa tria sunt reseruata Rom. Pont. non tam constitutione Canonica, quam auctoritate diuina*, quia ipsa constitutio Canonica in auctoritate diuina fundata est.

7 *Suam non debet Ecclesiam derelinquere.*] Ex causa tamen potest quis inuitus transferri de vna Ecclesia ad aliam, vt per Flamin. *de resign. l.* 3. *quæstione* 18. *num.* 14.

8 *Et sic electus & confirmatus.*] Notatur ad hoc quòd Episcopus electus, & confirmatus, etiamsi nondum consecratus Episcopatui fine Papæ licentia renuntiare non potest, vt per Sanch. *in præcepta Decalogi t.* 1. *l.* 4. *c* 17. *n* 6. Soar. *tom.* 3. *de Relig. l.* 1. *c.* 20 *n.* 1. Barthol. de Vecchis *in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouit disp.* 2. *dub.* 3. *n.* 5. Valer. Reginald. *d. l.* 30. *tr* 3. *num.* 331.

9 *Propter expressam tamen similitudinem, & identitatem.*] Notatur ad hoc quod licet extendere legem ex identitate rationis, vt per Villag. *in tract. de extensione legum præl.* 22. Guttier. *pract. l.* 3. *q.* 17. *à num.* 75. Surd. *cons.* 302. *n.* 14. & 22 Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo, vel aduersarij dolo, n.* 33. *ad fin. & de empt. & vend. c.* 1. *n.* 7. Card. Tusch. *tom.* 6. *lit. R. concl.* 31. & 32. Rebello *de oblig. iustitiæ, p.* 1. *l.* 1. *q.* 6. *sect.* 3. *n.* 12. & *sect.* 4.

10 *Cùm de similibus idem iudicium sit habendum.*] Quamvis simile non sit idem, gloss. *in l. quod Nerua*, & ibi Bart. *ff. depositi*, *l. ad similitudinem*, *C. de Episcopis*, & *Cleric.* Bertazol. *de clausulis instrum. claus.* 27. *gloss.* 12. *num.* 1. Acac. Anton. *ad l.* 5. *num.* 70. *ff. de condit. & demonstr.* Ferrer. *in constitut. Cathaloniæ*, *gloss.* 7. *num.* 10. tamen de facili transit in idem, Card. Tusch. *tom.* 7. *lit. S. concl.* 147. *num.* 2. quando per omnia sunt conuenientia similia, vel saltem conueniunt in hoc de quo agitur, Thom. de Thomassetis *in floribus legum, reg.* 43. Brun. à Sole *in locis commun. verbo, argumentum* 4. Bertazol. *in repet. l. si quis maior, Cod. de transaction. num.* 761. secus verò quoties diuersa decidendi ratio datur, Cald. Pereira *de resolut. emphyt. c.* 2. *n.* 26. Vel quando non probatur similitudo in eo, de quo agitur, Soc. *reg.* 47. Surd. *de alimentis, tit* 9 *quæst.* 1. *num.* 7. Seraphin. *de priuilegiis iuram. priu* 74 *num.* 103. & *seqq.* etiam data parua similitudine, Bertazol. *in repet. d. l. si quis maior, num.* 762. Mar. Antonin. *variar. l.* 3. *resolut.* 39. *num.* 34.

11 *Inutilem.*] Notatur ad hoc quod quasi vidua dicitur, viduarumque priuilegiis gaudet mulier, quæ habet virum inutilem, vt per Tiraq. *l.* 6. *connub. gloss.* 1. *part* 6. *num.* 2. Azeued. *l.* 1. *num* 7. *tit.* 3. *lib.* 6. & *l.* 9. *num.* 10 *tit.* 3. *lib.* 4. *nouæ recopil.* Vincent. de Franch. *decis.* 100. *num.* 18. Curi. Philip. *p.* 1. § 9. *num.* 13. Surd. *de alimentis, tit.* 1. *q.* 44. *num.* 67. Sigism. Scac. *de appellat. quæst.* 7. *num.* 116. Perez de Lara *de capellaniis & anniuers. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 36. Bobadil. *in sua politica lib.* 1. *c.* 11. *num* 17. Bernard. Muscatel. *in praxi aurea Ciuili, verbo, competens, num.* 71. Nullum enim & inutile æquiparantur, Cald. Pereira *de nomin. emphyteusis, quæst.* 12. *num.* 19. & varia sunt non habere maritum, vel habere inutilem, Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum*, § 70. *num.* 29. & 30. Cou. *pract. c.* 7. *n.* 2. *vers. est.* D. Barbosa *in l.* 1. *ff. soluto matrim. p.* 1. *n.* 47.

Poterat expressisse.] Notatur ad hoc quod si lex voluisset, expressisset, *l. vnic.* § *fin. autem ad deficientis, C. de caducis tollen. l. si seruus* § *Prætor ait, vers. non dixit, ff. de acquirend. hared.* cum aliis citatis per Tiraq. *in l. si vnquam, verbo libertis, num.* 3. *C. de reuocandis donat.* Menoch. *cons.* 1. *num.* 178. & *cons.* 140. *num.* 4. Surd. *decis.* 88. *num.* 4. & *decis.* 322. *num.* 22. & *cons.* 245. *n.* 45. *vol.* 2. Guttier. *practic. l.* 2. *q.* 22. *num.* 7. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 9. § 1. *n.* 33. & *gloss.* 42. *n.* 11. Cardos. *in praxi iudic. & Aduocat. verbo, lex, num.* 28. Card. Tusch. *tom.* 8. *lit. V. concl.* 89. *num.* 5. Mar. Anton. *var.* 1. *resolut.* 1. *num.* 10. lex id noluisse præsumitur cùm facilè id exprimere potuisset, neque expressit, Menoch. *cons.* 30. *num.* 8. Armendar. *in proœm. additionum ad recopil. legum Navarræ, num.* 150. Nam casus omissus à Canone pro omisso habetur, Tiraquel. *de iure primog. part.* 40. *num.* 194.

Præsertim cùm nonnunquam intelligatur prohibitum quod non inueniatur concessum.] Vide D. Barbos. *in l. cùm Prætor*, § 1. *n.* 95. *ff. de iudiciis.* Metipsum *in tract. de Axiom. iuris vsufrec. Axiom.* 193. *n.* 7.

Tanquam maiores plures excesserint.] Notatur ad hoc quod delicta nonnunquam dignitate augentur, vt per Tiraq. *de nobilit. c.* 20. *num* 116. *cum seqq.* Vnde nobiles grauius puniendos esse probat text. *in l. omne delictum*, § *augetur, ff. de re militari, c. homo, vbi gloss.* 40. *dist.* Mexi. *in tract. tassæ panis, concl.* 6. *n.* 22. Spin. *in speculo testam. gloss.* 16. *à n.* 72.

Confessione.] Notatur ad hoc quod mitiùs punitur confessus, vt per Tiraq. *de pœnis temperandis, c.* 30. *à princip.* nam stante spontanea confessione pœna minuitur, Ozasc. *decis.* 60. *n.* 8. Gabr. *de malefic. concl.* 19. *num.* 7. Bertaz. *cons.* 450. *vol.* 2. *crimin.* quos refert & sequitur Mar. Antonin. *variar. resol. lib.* 3. *resol.* 35. *num.* 2.

Ex simplicitate.] Notatur ad hoc quod simplicibus est parcendum, vt per Tiraquel. *de pœnis temperan. c.* 11. *num.* 2. *cum sequentib.* Palat. *in allegat. hæresis*, § 4. *num.* 4.

In gloss. *Vicarium*, ibi, *Successores sunt Episcopi aliorum Apostolorum.* Vide circa hanc successionem quæ refero ego ipse *de officio, & potestate Episcopi, p.* 1. *tit.* 1. *c.* 1. *n.* 31.

In gloss. *Nullus*, ibi, *Ergo non probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse.* Notatur ad hoc quod probatio quælibet debet de necessitate concludere, vt per Mascard. *de probat. concl* 671. *num.* 11. Brunor. à Sole *in locis communib. verbo, probatio, n.* 10. Morla *in emporio iuris, p.* 1. *tit.* 11. *in prælud. n* 51. Aldouin. *cons.* 44. *num.* 6. & *cons.* 51. *num.* 18. Card. Tusch. *tom.* 6. *lit. P. concl.* 765. Metipsum *Axiom.* 191. *n.* 2.

In gloss. *Sic & electorum*, ibi, *Quod dicitur de vxore, prorogatur ad sponsam.* Vide Tiraq. *de iure mariti. gloss.* 2. metipsum *de appellatiua verbor. vtriusque iuris sing. verbo Vxor.*

In gloss. *Non inuenitur*, ibi, *Omnia concessa intelliguntur, quæ non sunt expressè prohibita.* Vide Alciat. *resp.* 8. *num.* 19. Bursat. *cons.* 110. *num.* 27. *lib.* 1. Burg. de Pace *cons.* 8. *num.* 1. Bertaz. *in tract. clausularum instrument. claus.* 2. *gloss.* 1. *num.* 5. Brunor. à Sole *in locis communib. verbo, prohibitus* 1. Bobadil. *in sua politica, lib.* 3.

l.3.c.4.n.44. Marc. Anton. *variarum resl.1. res.41.n.6.* Et in dubio facienda est interpretatio, vt actus censeatur permissus, quando non reperitur prohibitus, Anch. *cons.* 344. Aym. *cons.103.n.2. l.1.* Menoch. *de præsumpt. l.6. q.16.n.2.* Mascard. *de probat. concl.* 1237. *num.2.*

26 In glos. *Confirmatus.* Notatur ad hoc quod electus in Episcopum in manibus eligentium iuri suo potest renuntiare ante confirmationem sine Papæ licentia, Rot. *dec.8.n.3. de iurepatr. in nouis*, Flam. *de resig.l.7.q.1.n.78.* tenent omnes in præsenti, præcipuè Ioan. Andr. *n.25.* Imola *n.16.* Butr. *n.37.* Panor. *n.17.* Boër. *dec.2.n.47. vers. item hoc*, Rendina *in promptuario recept. sent. tom.1. tit.36. num.28.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopus, qui propria auctoritate de sua Ecclesia se transfert ad aliam, carebit vtraque.*
2 *Honor, & reuerentia senioribus exhibenda.*
3 *Senes præferuntur iunioribus.*
4 *Puniri quis debet in eo, in quo deliquit.*
5 *Ecclesia prima vacat per translationem Prælati ad aliam Ecclesiam.*
6 *Antiquitas veneranda est.*
7 *Antiquorum consuetudo seruanda est.*

CAP. Quanto. III.

1 PApa solus, qui vicem veri Dei gerit, in terris potest auctoritate diuina transferre Episcopum ab Ecclesia ad Ecclesiam. Vnde si Episcopus auctoritate propria se transfert, vtraque est priuatus. Et Canonici, qui illum recipiunt, priuantur electione pro illa vice. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Bellam. Collect. Io. And. Innoc. Anch. Host. Imol. Anan. Bald. Panorm. Butr. Viu. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.246.* Alagona *in compend. iur. Can. pag.84.* remissiuè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Anton. Augustin. *collect.3. Decret. l.1. tit.5. cap.3.*

2 *Reuerentiam exhibendam.*] Notatur ad hoc quod honor & reuerentia senioribus exhibenda est, vt per
3 Tiraq. *de iure primog. præfat.n.85. cum seq.* Senes enim præferuntur iunioribus, Guillelm. *in c. Raynutius, verb. in extremis, n.6.* Menoch. *cons.126.n.21. & 26.* Illustr. D. Roder. à Cunha *in com. ad c.5.n.3. dist.61. & ad c.8.n.3. ead. dist.* Et plus valet vmbra senis, quàm ensis iuuenis, Auiles *in proœmio ad capita Prætorum, num.18. pag.17.*

4 *Vt in eo puniantur in quo peccauerunt.*] Vide Bart. Peret. *in extrauag. ambitiosæ, de rebus Ecclesiæ non alienandis, verbo, illis exceptis.*

5 *Carere propria.*] Notatur ad hoc quod per translationem Prælati ad aliam Ecclesiam vacat prima, vt per Rebuff. *in praxi tit. requisita ad collationem, n.52.* Gonz. *ad reg.8. Cancel. gloss.15.n.48.* & latiùs *ad c.1. num.5. suprà hoc tit.*

6 In glos. *Antiquitas*, ibi, *& antiquitas veneranda est.* Vide quæ ego ipse *de offic. & potest. Episc. p.1. tit.3. c.8. in princ.* Omne enim per antiquitatem fit nobilius, *l.1. ff. de albo scrib. l.1. C. vt dignit. ordo serv. l. honores, C. de decurion. lib.10.* Cassan. *in catal. gloriæ mundi p.4. consid.36.* Valdes. *de dignitate Regum Regnorúmque Hispaniæ, c.5. num.3.*

7 In ead. glos. ibi, *Mos enim retinendus est fidelissimæ vetustatis.* Notatur ad hoc quod antiquorum consuetudo, & mos seruandus est, vt per Tiraq. *de iure primog. in præfat. n.190.*

SVMMARIVM.

1 *Papa solus potest transferre Episcopos, & indulgentiâ per eum super tali translatione concessa ad literam seruanda est.*
2 *Papa est Vicarius Christi.*
3 *Papa est successor Petri.*
4 *Priuilegiorum tenor ad vnguem seruandus.*

CAP. Licèt in tantùm. IV. & fin.

PApa solus potest transferre Episcopos, & Episcopus cui indulgetur vt possit transferre ad maiorem 1
dignitatem, non potest transire ad æqualem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Host. Anch. Bald. Bellam. Io. And. Innoc. Imol. Anan. Butr. Panorm. Viu. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.246.* Alagona *in compend. Iuris Can. pag.85.* remissiuè Casal. *in ann.* & Ximen. *in concord. p.2.* refertur ab Ant. Aug. *collect.3 Decret. lib.1. tit.5. c.4.*

Et Vicarius Iesu Christi] Notatur ad hoc quod Papa 2
est Vicarius Christi, vt per Host. *in proœmio Decret. n.3. & in c. literis*, etiam *n.3. suprà de rescriptis*, Flamin. *de resig. l.9. q.7. n.6.* Paul. Fusc. *de visitat. l.1. c.1. n.2.* Medic. *de legibus p.1. q.8. n.3.* Rodoan. *de spoliat. Ecclesiast. q.7. §. his præsuppositis n.56.* Cordub. *in quæstionario Theologico l.4. q.1. præpos.8.* Melch. Can. *de locis Theol. l.6. c.1. vers.11.* nouissimè Sebast. Cæsar. *in sua relect. de Ecclesiastica hierarchia d.1. §.1. per tot.* vbi latè ostendit Rom. Pont. dignitatem, ac potestatem à Christo Domino in omnes suos Vicarios deriuatam, & ideo Consistorium atque Tribunal Christi & Pontificis censetur vnum, & idem in specie, Host. *in c. quando, hoc tit.* Abb. *hic n.9.* Troil. Maluel. *de canoniz. Sanctor. dub.2.n.10. de benefic. p.3. q.8. n.26.* Cast. *cons.414. sub n.1. vers. his præsuppositis*, Paris. *cons.5. n.26. & cons.68. n.162. l.1.* Menoch. *cons.51. n.13. l.1.* Barbat. *de præstantia Card. p.1. q.2. num.3. & q.8. n.5.* Pelag. *de planctu Ecclesiæ art.29.* Alban. *de potest. Papæ p.1. n.84.* Conrad. *in tempio omnium iudic. l.2. c.31. in verbo consistorium fol.112.* Nau. *in c. nouit. de indic. notab.4. n.12.* refert alios Cened. *ad Decretum collect.47. n.3.* Anton. Ricc. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. l.9. c.2. n.11.* tetigi ego ipse *de offic. & potest. Episcopi p.3. alleg.54. n.47.* secundùm Lugdunen. impress. Ex quibus infertur hæresim sentire qui à sententia Papæ ad Christum appellat, quasi Papam non esse Christi vicarium, nec cum eo idem tribunal habere credat, sicuti resoluunt Palat. Rub. *de iure obtent. Regni Nauarræ p.2. §.4. in princ.* Augustin. Ancona *de potest. Papæ q.6. art.3.* Iacobat. *de concil. l.10. art.1.*

Successor est Petri.] Vide Abb. *in c. per venerabilem, 3*
n.29. qui filij sint legitimi, Flamin. *d. q.7. n.7.* Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarchalium sedium erect. c.5. num.14.*

Tenor illius indulgentiæ.] Notatur ad hoc quod tenor 4
priuilegiorum ad vnguem seruandus est, vt per Tiraq. *in l. si vnquam, verbo, libertis, n.8.* & dicam infrà *ad c. porrò, de priuileg.*

De

De Auctoritate & vsu pallij.

TIT. VIII.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Panorm. Anan. Bald. Butr. Petr. Alphonsi. de Vasconcellos *in harmonia rubricarum*, Petr. de Rendina *in compend. Iuris Canonici*, Martin. Mesnartius *in epitome Decretalium*, *fol.* 14. Guillelm. Durand. Speculat. *in breuiario aureo iuris Canon.* Dani. Venator. *in Analysi methodica iuris Pontific. pag.* 50. Gofred. & Host. *in sum. huius tit.* Alexand. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretalium*, Carthol. Carthagen. *in exposit. titulorum iur. Can.* nouissimè Ioan. Honor. *lib.* 1. *sum. in Decret.* omnes *sub hoc tit.* & Andreas Vallensis *in suis comment. supra Decretal.*

De pallio, eiusque etymologia, ac significatione, & an pallium, seu palleum sit dicendum, vide Durand. *in rationali diuinorum, l.* 3. *c.* 17. *& in speculo iuris, l.* 4. Conrad. Brun. *de ceremoniis, l.* 3. *c.* 4. *ad finem*, Polyd. Virgil. *de inuentoribus rerum, l.* 11. *c.* 12. Steph. Duran. *de ritibus Ecclesiæ, l.* 2. *c.* 9. *n.* 41. *cum seqq.* Petr. Greg. *syntagm. iuris, l.* 15. *c.* 9 *n.* 6. *cum seqq* Læli. Zechi. *de republ. Ecclesiast. tit. de statu Illustr. Patriarcharum à n.* 5. Lancell. *in inst. Canon. tit.* 11. Fr. Bernard. de Britto *in chronica Ordinis Cisterciensis, l.* 4 *c* 24. *pag.* 255. Fr. Hieron. Roman. *l.* 3. *de Republ. Christiana, c.* 6. *fol.* 195. Card. Cæsar. Baron. *annalium Ecclesiæ, tom.* 2. *anno Christi* 216. *pag.* 26. *& tom.* 3. *anno Christi* 336. *vers.* 63. *incip. quod vero ad pallium*, Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarchalium sedium erect. cap.* 13. *à num* 27. Azor. *instit. moral. p* 2. *l.* 3. *c.* 34. Mar. Anton. Genuens. *in praxi Curiæ Archiepisc. Neapol cap.* 70. *n.* 19. optimè Guido Pancirol. *in thesauro variarum lectionum, l.* 1. *cap.* 20.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus intra quamlibet Ecclesiam suæ Prouinciæ pallio vti potest, sed extra non.*
2 *Archiepiscopus solummodo intra suam Prouinciam pallio vti potest.*
3 *Dictio*, intra, *includit locum, vel sua extrema.*

CAP. Cùm super. I. *Clem. III.*

1 ARchiepiscopus potest vti pallio intra quamlibet Ecclesiam Prouinciæ sibi commissæ, non tamen extra Ecclesiam, vnde in processione extra Ecclesiam illo vti non posset. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabarell. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Host. Innoc. Panorm. Butr. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag.* 147. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 85. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 1. *tit.* 4. *c.* 1.

2 Hanc eandem conclusion. ex hoc text. desumunt Durand. *in rationali diuinorum, lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 12. Stephan. Quaranta *in summa Bullarij, verbo, Archiepiscopi auctoritas vers.* 32. *auctoritas est, pag.* 82. Zerol. *in prax. Episcopal. p.* 1. *verbo, Archiepiscopus*, §. 2. Azor. *instit. moral. p.* 2 *l.* 5 *c.* 34. *q.* 7. Mar. Ant. Genuens. *in praxi Curiæ Archiepisc. Neapol c.* 70. *n.* 18.

Intra.] Hæc dictio includit locum, vel sua extrema, 3
vt in iuribus citatis ab Octau. Vulpel. *de præpositionum, seu aduerbiorum significat. in dict. intra, pag.* 48. Rebuff. *in comment. ad l.* 233. *ff. de verb. signif. pag.* 505. Card. Mant. *de tacitis, & ambig. conuent. lib.* 4. *tit.* 9. *n* 9. quos refero ego ipse *in meis remiss. de dictionibus & clausulis, dictione* 149. *n.* 1. alias *in tract. de dict. vsufreq. dict* 174. *n.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus alteri Archiepiscopo pallium suum accommodare non potest.*
2 *Metropolitanus vnus non potest cum alterius pallio sepeliri.*
3 *Palliatus ad aliam Ecclesiam translatus cum pallio secundo loco sibi concesso sepelitur.*
4 *Archiepiscopus pallium suum alteri accommodare non potest vt illo vtatur.*

CAP. Ad hoc. II.

ARchiepiscopus non potest alteri Archiepiscopo 1
pallium accommodare, quia pallium personam non transit, & cum eadem debet sepeliri. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Host. Anch. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Imol. Anan. Panorm. Butr. Bald. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag.* 248. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag* 85. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect. 4. Decretal. lib.* 1. *tit.* 4. *c.* 1.

Sepeliri.] Notatur ad hoc quod vnus Metropolitanus 2
non potest cum alterius pallio sepeliri, vt per Quarant. *in sum. Bull. verbo, Archiepiscopi auctoritas, vers.* 32. *auctoritas*, Durand. *in rationali diuinorum, l.* 3. *c.* 17. *n.* 12. vbi etiam dicit quod palliatus ad aliam Ecclesiam transla- 3
tus cum pallio secundo loco sibi concesso sepelitur, quod etiam dicit Azor. *instit. moral. p.* 2 *l.* 3. *c.* 34. *q.* 8.

Vnde sequitur non posse Archiepiscopum pallium 4
suum alteri accommodare, vt illo vtatur, vide Durand. *in ration. diuin. lib.* 3. *c.* 7. *n.* 11. Sylvest. *in sum. verbo pallium ad fin.* Quarant. *d. vers.* 32. *auctoritas* Azor. *d. c.* 34. *q.* 8. poterit tamen accommodare pallium vt videatur, secundùm Lancel. *instit. Can. lib.* 1. *tit de pallij ration. vers. commodari.*

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopale nomen, & plenitudo Pontificalis officij per pallium transfertur.*
2 *Archiepiscopus ante pallium acceptum non sortitur nomen Archiepiscopi.*
3 *Pontificalis officij plenitudo continetur in pallio Archiepiscopi.*
4 *Archiepiscopus non potest sine pallio ea munera obire, quæ sunt potestatis Ordinis, vel iurisdictionis.*
5 *Diligere nos potius tenemur, quàm alium.*

CAP. Nisi specialis. III. *Innoc. III.*

ARchiepiscopi nomen, & plenitudo Pontifica- 1
lis officij in susceptione pallij sumitur. Item Cardinalis Legatus non potest dare licentiam Episcopis transeundi ad alias Ecclesias. Item Papa debet tueri potius dignitatem Sedis Apost. quam prinatam alicuius. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabar. Collect.

Collect. Anch. Bald. Bellam. Host. Io. Andr. Innoc. Imol. Anan. Panor. Butr. Viu. *in ration. primi libri iuris Pont. pag.* 148. Alagon. *in compend. iur. Can. pag.* 85. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. *coll.* 3. *Decret. lib.* 1. *tit.* 7. *c.* 1.

2 Collige ex text. Archiepiscopum, quia Pontificalis officij plenitudo confertur per pallium, licèt sit consecratus ante pallium acceptum, non sortiri nomen Archiepiscopi, vt per Stephan. Quarantam *in summa Bullarij, verbo Archiepiscopi auctoritas, vers.* 32. *auctoritas.*

3 *In quo Pontificalis officij plenitudo*, &c.] Notatur ad hoc quod in pallio Archiepiscopi continetur plenitudo Pontificalis officij, vt per Durand. *in rationali diuin. lib.* 3. *c.* 17. *num.* 11. Stephan. Durand. *de ritibus Ecclesiæ lib.* 2. *c.* 9. *numero* 45. Henriq. *in summa lib.* 9. *c.* 30. §. 4.

4 *Priusquam à nobis pallium susceperisset.*] Notatur ad hoc quod Archiepiscopus non potest sine pallio ea munera obire, quæ sunt potestatis ordinis, vel iurisdictionis, & inde sequitur non posse se Archiepiscopum nominare, nec conuocare Concilium, nec Chrisma conficere, nec dedicare Basilicas, ordinare clericos, & Episcopos consecrare, vt per Azor. *instit. mor. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 34. *q.* 5. vbi *q.* 6. quærit, an si Archiepiscopus faciat ea, quæ sibi proueniunt ex pallio, absque illo valida & firma sint, & ita respondent sub distinctione: vel enim ante pallium acceptum, Episcopus consecratus erat, vel non; in primo casu rata, & firma manent, quæ fecit circa potestatem Ordinis, & Chrismatis, &c. sed tamen peccat contra Canones, & iura; si verò non fuerit consecratus, inania, & frustratoria opera exercet, refert Illustr. D. meus Roder. à Cunha *in com. ad c. non solùm* 7. *dist* 100. qui *in com. ad c. pallium* 10. *ead. dist. n.* 2. disputat ad partes vtrùm qui semel habuit pallium vnius Archiepiscopatus, si ab illo ad alium transferatur, iterúmque redeat ad priorem, indigeat nouo pallio, vel primum sufficiat? & *ibid. n.* 4. differit vtrùm Archiepiscopus qui sponte sua suo se Episcopatu abdicauit, si iterum ad eandé Ecclesiam eligatur alio indigeat pallio, & *ibid. n.* 5. affirmat posse Archiepiscopum si detur euentus in quo ille suum perdat pallium à Pontifice accep um, vel casu igne comburatur, absque eo munera Pontificalia exercere.

5 In gloss. *Eligemus*, ibi, *potius tenemur non magis diligere, quam alium* Vide Card. Tusch. *tom.* 1. *lit C. concl.* 220. *n.* 5. vbi dicit quod vnusquisque ex ordinata charitate magis tenetur se amare in vngue pedis, quàm aduersarium in vertice capitis Vnde dolo facere non videtur qui se plus altero diligit, Cran. *cons.* 80. *num.* 18.

SVMMARIVM.

1 *Papa semper & vbique vtitur pallio, alij in Ecclesijs suis, & certis tantùm diebus.*
2 *Papa semper, & vbique pallio vti potest.*
3 *Episcopus de omnibus Ecclesijs in ipsius territorio constitutis disponendi habet auctoritatem.*
4 *Pallium sub qua forma verborum tradatur, remissiuè.*
5 *Archiepiscopi pallio quibus diebus vti possint, remissiuè.*

Cap. Ad honorem. IV.

1 PApa solus vtitur pallio semper, & vbique, quia habet plenitudinem potestatis, alij non; nisi in Ecclesia, in qua habent iurisdictionem Ecclesiasticam ex certis diebus. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Anch. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Imol. Anan. Panorm. Host. Bald. Butr. Viuian. *in rationali primi libri Iuris Pontif. pag.* 248. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 50. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 1. *tit.* 7. *cap.* 2.

Collige ex text. quod Sum. Pont. semper & vbique 2
pallio vti potest, quia plenitudo potestatis super omnes Ecclesias ei soli competit in vniuersum Orbem, vt per Henriq. *in sum. l.* 10. *c.* 3. *in princ.* Moscon. *de maiest. militantis Ecclesiæ p.* 1. *l.* 1. *c.* 8. *pag.* 235.

Quoniam vocati sunt in partem sollicitudinis, &c.] No- 3
tatur ad hoc quod Episcopus de omnibus Ecclesiis in ipsius territorio constitutis disponendi habet auctoritatem, tanquam vocatus à Sum. Pont in partem sollicitudinis, vt per Valer. Regin. *in praxi fori pen. l.* 42. *tr.* 3. *num.* 239.

In gloss. *Ad honorem*, ibi, *sub hac forma verborum* 4
traditur pallium. Vide Azor. *instit. moral. p.* 2. *l.* 3. *c.* 34. *quæst.* 2.

In ead. gloss. ibi, *& hi sunt natiuitas Domini*, &c. 5
Quibus diebus Archiepiscopi pallio vti possint, vide Durand. *in rationali diuinorum, l.* 1. *c.* 17 *n.* 13. Azor. *d c.* 34. *q.* 2. *vers. quæres quinam*, & alios citatos *ad c cùm sis* 6 *n.* 3. *infra hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus extra suam Prouinciam pallio vti non potest, etiamsi non habeat consuetudo.*
2 *Priuilegia Principum, dum tangunt iura concedentis, debent latissimè interpretari, secus quando respiciunt damnum, vel præiudicium tertij.*
3 *Impedimenta duo vbi sunt non sufficit cessare in illis vnum, vt dispositio.*

Cap. Ex tuarum. V.

COnsuetudo non potest facere, vt extra suam diœ- 1
cesim quis vtatur pallio, nisi de licentia Papæ, & consensu Ordinariorum. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Anchar. Bellam. Ioann. Andr. Innocent. Imol. Anania, Panorm. Host. Bald. Butr. Compostel. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag.* 249. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 66. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decretal. l* 1. *tit.* 7. *cap.* 3.

Nos tamen de speciali gratia indulgemus tibi, &c.] No- 2
tatur ad hoc quod priuilegia Principum dum tangunt iura concedentium, debent latissimè interpretari, secus verò quando respiciunt damnum vel præiudicium tertij, vt per Hyppol. *sing.* 483.

Notatur ad hoc quod vbi duo impedimenta, vel re- 3
quisita sunt, non sufficit cessare in illis vnum vt dispositio cesset, Palat. *in repet. c. per vestras not.* 3. §. 20. *n.* 6. *vers. sic ergo.* Nam vbi sunt duo impedimenta quempiam repellentia, si vnum illorum sublatum sit, alterum autem supersit, hoc æquè illum repellet ac si ambo subsisterent, vt per Tiraq. *in tract. cessante causa limit.* 22. *num.* 8.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus vbique in sua diœcesi solemniter celebrans, potest vti pallio.*

2 *Archi-*

2 *Archiepiscopi in aliena Prouincia pallio vti non possunt.*

3 *Dies solemnes, quibus Archiepiscopi pallio vti possunt, qui sint referuntur.*

Cap. Cùm sis. VI.

1 ARchiepiscopus Missam celebrans in qualibet Ecclesia suæ Prouinciæ permissis diebus pallio vti potest. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Host. Anch. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Imol. Anan. Panor. Butr. Bald. Viu. *in rationem primi libri iur. Pont. pag.* 150. Alagon. *in compen. iur. Can. pag.* 86. refertur ab Ant. Aug. *coll.* 4. *Decret. lib.* 1 *tit.* 4. *c.* 1.

2 *Vbicunque fuerit.*] Hinc aliqui deducunt Archiepiscopos etiam in aliena Prouincia vti posse pallio de consensu eius, ad cuius Prouinciam declinat, iuxta text. *in c. ex tuarum, in fine suprà hoc tit.* Verùm ille text. repugnat si aduertas procedere supposito speciali priuilegio. Quare cum glossa in præsenti, quam sequuntur Doctores communiter ibi, teste Ruzeo *de præeminentia Archiepiscopalis dignitatis, priuil.* 21. *vers. illud tamen*, dico quod verba generalia, *vbicunque fueris*, restringuntur ad terminos habiles, scilicet intra Prouinciam, iuxta doctrinam *glos.* 1. *l.* 1. *C. de sacros. Eccl. & gl. vlt. in c.* 1. *de const.*

3 *Diebus solemnibus.*] Qui sint isti dies solemnes, quibus Archiepiscopi pallio vti possunt, referunt Duran. *in rationali diuinorum, l.* 3. *c.* 17. *n.* 13. Azor. *inst. mor. p.* 2. *l.* 3. *c.* 34 *q.* 2. *vers. quæres quinam.* Moscon. *de maiest. milit. Eccles. p.* 1. *l.* 1. *c.* 8. *pag.* 236. *lit. B* Fr. Emman. *q. Reg. tom.* 4. *praxis crim. tit.* 4. *de visit. c.* 14. *n.* 10. Zerol. *in praxi Episc. p.* 1. *verbo Archiepiscopus* §. 2. Illustr. D. meus Roder. à Cu[illegible]h. *in com ad c. pallium* 6. *n.* 1. *dist.* 100.

Illud demum scire te volumus quòd licèt Pallium sit proprium insigne Papæ, Metropolitanorum, Patriarcharum & Primatum, vt obseruant Azor. *d. c.* 34. *in princ.* Moscon. *vbi suprà pag.* 234. *ad fin.* tamen aliqui Episcopi ex particulari Papæ indulgentia Pallio vtuntur, & sunt videlicet Ostienſis, quia papam consecrat, & eo vtitur ex institutione Marci Papæ, Papiensis in Lombardia, Lucensis in Tuscia, Bambergensis in Germania, Quinqueecclesiensis in Vngaria, vt referunt Cæremon. Roman. *l.* 1 *c.* 8. *vers. debent*, Durand. *d. c.* 17. *numero* 13. *ad fin.* Moscon. *d. c.* 8. *pag.* 236. *litera G.* Stephan. Durant. *de ritib. Eccles. l.* 2. *c.* 9 *n.* 43.

De Renuntiatione.

Tit. IX.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hanc rubricam scribentes.*

2 *Renuntiationis materiam qui Doctores tractent, citantur.*

3 Renuntiare *aliquando sumitur pro eo quod est referre, seu nuntiare, frequentius tamen accipitur pro repudiare, resignare, vel cedere.*

4 *Renuntiatio definitur vt sit spontanea iuris propriij dimissio, vel melius vt sit spontanea beneficij dimissio à superiore admissa.*

5 *Dimissio comprehendit quemcunque actum per quem quis à se ius proprium abdicat.*

6 *Cedere propriè dicitur qui dimittit ius ad rem, quod habet in beneficio.*

7 *Renuntiare, cedere, & resignare inter se confunduntur, & vnum pro alio passim accipitur.*

8 *Renuntiatio beneficiorum duplex est, & tacita & expressa.*

9 *Renuntiatio tacita dicitur quæ à iure absque aliqua verborum expressionæ fieri intelligitur.*

10 *Renuntiatio expressa est illa, quæ resignante verbo, aut scripto iuxta formam à iure præscriptam celebratur.*

11 *Renuntiatio duplex est, altera simplex & pura, quæ ex mera liberalitate absque vllo pacto, & conuentione fit, altera vero conditionalis, quæ in fauorem certæ personæ, vel sub aliqua conditione celebratur.*

12 *Renuntiatio simplex & pura à iure recepta est, & coram diœcesano Episcopo fieri potest.*

13 *Renuntiatio conditionalis à iure reprobata est, de stylo tamen curiæ à Rom. Pont. admittitur.*



VPER hanc rubric. scripserunt Zabarel. 1 Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Panorm. Butr. Petr. Alphons. de Vasconcellos *in harmonia rubricarum*, Petr. de Rauenna *in compendio iuris Canonici*, Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canonum*, *fol.* 16. *verso*, Bernard. Compostel. *in breuiario iuris Canonici*, Martin. Mesnartius *in epitome Decretalium*, Guillelm. Durand. Speculat. *in breuiario aureo iuris Canonici*. Daniel. Venator. *in Analysi methodica iuris Pontificij*, Goffred. & Host. *in summa huius tit.* Alexand. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Lancelot. *in institut. Canonic.* Barthol. Carthagen. *in expos. titulorum iuris Canon.* Zipæ *in analytica postremi iuris Ecclesiastici enarrat. pag.* 38. Canis. *in summa iuris Canonici*, Cafarel. *in erotem. eiusdem iuris*, nouissimè Ioan. Honor. *lib.* 1. *summ. in Decret.* omnes *sub hoc tit.* & Andreas Vallensis *in suis com. supra Decret.*

De renuntiatione beneficiorum ex professo tractatum edidit Flamin. Parisius, & incidenter in suis operibus de ea tractarunt, Turzan. Villalob. Soar. & alij *tom.* 1. *communium opinion. lib.* 1. *tit.* 5. Nau. *tom.* 1. *cons. sub hoc tit* vbi 12. consilia ponit, Sayr. *in floribus decis. sub eod.* Azor. *institut. moral. part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 19. Rebuff. *in praxi benefic. tit. de renuntiatione*, Stephan. Quarant. *in summa Bullarij*, *verbo*, *Beneficiorum resignationes*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.* 3. *num.* 327. *cum seqq.* Nicol. Garcia *de benefic. part.* 11. *cap.* 3. *cum seqq.* Et de renuntiationibus in generali egerunt Petr. Galleratus, & Hubert. Giphanius, & de renuntiationibus iuris Iacob. Butrig. *tom.* 6. *tract. Doctorum part.* 1. *fol.* 404. & de renuntiationibus filiarum Bartholom. Musculus, & de renuntiationibus variorum iurium Andr. Dalnerius, & de renuntiandi recepto more, modóque Henric. Bræulæus. De permutationibus verò beneficiorum tractatus ediderunt, Ægid. Bellamer. Federic. de Senis, Petr. Andr. Gam. Petr. de Vbaldis, omnes *tom.* 15. *part.* 1. *tractatuum. Doctor.* & nouè Ioan. à Cochier. 2

Renuntiare apud Iurisconsultos, & linguæ latinæ professores variè significat, aliquando enim sumitur pro eo quod est referre, seu nuntiare, vt *in l.* 1. *in princ. ff. si mensor. falsum mod. dix.* vnde reuelantes secreta Regis renuntiatores appellantur à Iurisconsl. *in l. si quis aliquid ff. de pœn.* notat Alciat. *in l. detestatio ff. de verb. sign.* frequentius tamen accipitur pro 3

repudiare

repudiare, resignare, vel cedere, vt colligitur ex *l. 2. ff. de diuort. l. 1. C. de sponsal. cap. ex parte, de cler. agrot cap. susceptum, in fine, de rescript. in 6.* tradunt Othoman. *de verb. signific. verbo renuntiare*, Thesaur. *verbo renuntiatio, à princip.*

4 Definitur autem communiter renuntiatio, vt sit spontanea iuris proprij dimissio, secundùm Host. *in sum tit. de pactis*, §. 1. *num 6.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris, lib. 17. ap. 57. num. 13.* Sebastian. Medic. *de definit. def 96.* & est communis ex Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib. 1. quæst. 1. num. 30.* quam tamen meritò reprobat ex eo quod solum conuenit renuntiationi in genere, non autem renuntiationi beneficiorum in specie, de qua præcipuè agitur *in hoc tit.* Expressa igitur renuntiatio, de qua tantùm agitur in præsenti, definiri potest vt sit
5 legitima beneficij dimissio à Superiore admissa. Loco generis ponitur, *demissio*, complectitur namque quemcumque actum per quem quis à se ius proprium abdicat, vt colligitur ex Mandos. *in reg. de infirmis quæst. 13. num. 8.* Petr. Gregor. *d. cap. 17. num. 14.* quo sæpius in hac materia vtuntur Pontifices, vt colligitur ex *cap. si beneficia, de præbend in 6. Extrauag. execrabilis Ioan. XXII. eod tit.* reliquæ verò particulæ loco differentiarum ponuntur. Dixi, *legitima*, ad excludendas renuntiationes à iure reprobatas, qualis est illa in qua dolus interuenit, illa etiam quæ de alieno beneficio, aut coram inferiori Ordinario sine legitima causa celebratur, tales namque renuntiationes nullius sunt momenti, vt colligitur ex text. *in cap. super hoc, infr. hoc tit. & in cap. ad audientiam, de his quæ vi, & in cap. dilectus, in fine de*
6 *præbend.* Dixi, *beneficij*, quia ad veram & propriam renuntiationem oportet vt resignans habeat ius in re, non autem ius ad rem, talis namque iuris demissio cessio potius, quàm renuntiatio dici potest si ad veram & propriam verbi significationem attendamus, vt post Mandos. *de signatura gratiæ, verbo cessiones*, tradit
7 Petr. Gregor. *d. cap. 17. n. 21.* non negamus tamen verba hæc, *renuntiare, cedere, & resignare*, inter se confundi, & vnum pro alio passim accipi, vt notat Flamin. *d. lib. 1. q. 1. n. 70.* Addidi, *à Superiore admissa*, vt ostenderem de substantia renuntiationis esse quod à Superiore admittatur, vt notant Doctores *in cap. admonet infr. hoc tit.* Rebuff. *in reg. de infirmis glos. 12. n. 1.* Menoch. *remed. 1. recuper. num. 374.* Nauar. *in cap. accepta oppos. 7. num. 28.*

8 Renuntiatio beneficiorum duplex est, tacita, & expressa; tacita dicitur illa, quæ à iure absque aliqua verborum expressione fieri intelligitur, vt docent Rebuff. *in praxi benef. tit. de tacita renunt. n 1.* Flamin.
9 Paris. *d. lib. 1. quæst. 1. num 9. & à num. 16.* quibus in locis aliqua adducit tacitæ renuntiationis exempla, & ponit in eo, qui in minoribus Ordinibus constitutus matrimonium contraxit cùm videatur renunciare beneficio quod ante matrimonium habebat cùm exerceat actum clericatui omnino contrarium, vt colligitur ex *cap. 2. & ex cap. quod à te, de cleric. coniug.* Aliud exemplum ponit in eo, qui consequitur pacificam possessionem secundi beneficij incompatibilis cum priore, quia eo ipso priori renunciasse videtur, iuxta *cap de multa, de præbend. Extrauag. execrabilis XXII. §. quid vero eod. tit.* Sed his & aliis tacitæ renuntiationis exemplis reiectis describi potest tacita renuntiatio, vt sit illa, quæ non ex verbis, sed ex actu aliquo ad renuntiandum accommodato à iure inducitur, potest proponi exemplum in casu *cap. transmissa, infr. hoc tit.* quia scilicet clericus bona, quæ Ecclesiæ suæ donauerit, iterum repetit, quia ex tali repetitione colligitur prædictam Ecclesiam voluisse dimittere. Potest etiam poni exemplum tacitæ renuntiationis in casu *cap. ex ore, de his, quæ fiunt à maiori*, vbi litigans super qua

dam Præpositura ex eo quòd collitiganti suo reuerentiam exhibuit, iuri suo renuntiasse creditur, imo superior non contradicens tacitè etiam renuntiationem admisisse creditur, quia vtroque casu ex parte beneficiarij interuenit factum ad renuntiandum ordinatum, ex quo lex talem præsumptionem elicere potuit, & ideo si in terminis horum iurium partis protestatio interuenisset, cessabit omnis renuntiationis præsumptio.

Expressa autem renuntiatio est illa, quæ à resignan- 10
te verbo, aut scripto iuxta formam à iure præscriptam celebratur. Hæc verò duplex, altera simplex & plura, 11
quæ ex mera liberalitate absque vllo pacto & conuentione fit: altera verò conditionalis, quæ in fauorem certæ personæ; vel sub aliqua conditione celebratur, meminit vtriusque Rebuff. *in praxi tit. de expressa renunt. ex num. 1.* Paris. *consil. 19. lib. 2.* Dec. & alij *in cap. ex parte, il 1. de offic. deleg.* Nau. *in man. cap. 23. num. 107.* Mascard. *de probat. concl. 1395. num. 10.* licèt Put. & alij, quos refert & sequitur Flamin. *d. l. 1. quæst. 2. num 3.* existiment renuntiationem conditionalem à nostris Pontificibus etiam tempore Clementinarum fuisse incognitam, falluntur tamen, quia renuntiatio, quæ fit ex causa permutationis, conditionalis est, vt resoluit Felin. *in c. cùm venerabilis, de except.* Petr. Gregor. *d cap. 17. n. 31.* Hieron. Gabr. *cons. 199. lib. 2.* Flamin. *d. lib. 1 quæst. 2. n. 14.* & tamen constat beneficiorum permutationes in iure quasi passim admitti, vt constat ex *c. vnic. de rerum permut. lib. 6. Clem 1. eod. tit.* igitur conditionalis resignatio à nostris Pontificibus cognita fuit.

Inter vtramque verò renuntiationis speciem illa 12
principalis est differentia quod simplex & pura renuntiatio à iure recepta est, & coram diœcesano Episcopo fieri potest, vt colligitur ex *text. hoc tit. de renuntiat.* & docent Rebuff. *in praxi tit de pura resign à n. 1.* Rip. *in cap. cùm M. num. 23. de constit.* Renuntiatio verò 13
conditionalis à iure reprobata erat, iuxta gloss. *verbo dimittere in d. cap. ex parte, il 1. de offic. deleg.* praxis tamen styli Romanæ Curiæ à multis sæculis obseruati obtinuit vt hæc conditionalis renuntiatio à Romano Pont. admittatur, cuius meminit Gloss. *in pragm. sanct. tit. de annatis, in gloss. verbo simplicis*, Rebuf. *in d. praxi tit. de renuntiat. expressa*, Mandos. *de signatura gratiæ tit. de regressu vers. notandum*, Nau. *d. cap. 23. n. 107. vers. ad decimum*: non sic dicendum in Episcopo, Legato, Nuncio, vel quocumque alio inferiori Prælato, qui conditionales renuntiationes tanquam simoniacas admittere non potest, vt post Abb. & alios *in d. cap. ex parte, il 1. ff. de offic. deleg.* tradunt Redoan. *de simon. part. 2. cap. 10. ex num. 1.* Couarru. *lib. 1. variar. c. 5. num. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopo qui propter senectutem vult cedere, non datur licentia cedendi si necessarius, vel vtilis sit Ecclesiæ suæ.*
2 *Episcopatui potest renuntiari.*
3 *Senectus, quæ non impendit in totum exequutionem officij Pastoralis, non præbet iustam causam resignandi Episcopatum.*
4 *Infirmitas plerumque prodest.*

Cap. Literas. I. *Alex. III.*

1 EPiscopus licèt sit senex, & se sufficientem consideret, si tamen est vtilis Ecclesiæ, non datur ei licentia cedendi Ecclesiam personæ incognitæ, satius est enim sub vmbra sui nominis gubernari. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Innoc. Panorm. Bald. Butr. Anch. Vivian. *in ration. primi libri iur. Pontif pag.* 252. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 87. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 1. *tit.* 5. *c.* 2.

2 Collige ex text.] Episcopatui posse renuntiari, vt ex Put. tradit. Flamin. Paris. *de resign. lib.* 2. *q.* 17. 53.

3 *Maximè quia in se viget.*] Notatur ad hoc quod senectus, quæ non impendit in totum exequutionem officij Pastoralis, non præbet iustam causam resignandi Episcopatum, vt per Flamin. *lib.* 5. *q.* 4. *n.* 51. vbi *n.* 52. cum Abb. *hic notab.* 1. *sub n.* 1. & Butr. etiam *not.* 1. *sub n.* 7. dicit quod si senex est vtilis & necessarius Ecclesiæ, & adest periculum in mutatione, senectus non est sufficiens causa cedendi.

4 *Sed vrgente deorsum*, &c.] Notatur ad hoc quòd infirmitas plerumque prodest, quia vrgente deorsum conditione corporea feruor spiritus in sublimiora conscendit, vt per Paul. Fusc. *lit. I. sing.* 19. Guillelm. Benedict. *in c. Raynutius, de testam. verbo mortuo itaque testatore, il* 1. *ex n.* 9. *in fine*, homo enim in infirmitate constitutus recognoscit peccatum suum, gloss. *in c. potest fieri, de pœnit. dist.* 1. cùm corporis infirmitas nonnunquam ex peccato proueniat, *c. cùm infirmitas, de pœnit. & remiss.* Mich. Auiñon. *de vnitate ouilis, & pastoris c.* 23. *n.* 1. *in fine*, Selu. *de benefic. p.* 1. *q.* 5. *n.* 122. Fusc. *de visitat. lib.* 2. *c.* 39. *n.* 10. Azeued. *l.* 5. *ex n.* 2. *tit.* 1. *l.* 1. *noua recop.* imo & mors aliquando citiùs veniat propter peccatum, gloss. *verb. decedat in cap. qua fronte, de appellat.* Neuiz. *in sylua nupt. lib.* 4. *num* 94. *vers. propterea*, Sebast. Medic. *in tract. mors omnia soluit p.* 1. *n.* 172.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium qui abiurat, licitè potest illud (si denuo eligantur) obtinere.*
2 *Renuntians beneficio potest ad illud denuò eligi, vel admitti ex alio titulo superueniente.*
3 *Remittens ius futurum censetur solum remittere illud quod habet causam de præsenti.*
4 *Præseruatio stalli in choro, & loci in Capitulo licita est in resignatione.*
5 *Beneficium post resignationem potest quis habere sine noua collatione cum simplici inuestitura facta ab habente potestatem conferendi.*
6 *Renuntiatio iurata non trahitur ad ius superueniens, vel futurum.*
7 *Iuramentum non extenditur ad actus non cogitatos, & futuros.*
8 *Iuramentum scholaris de non doctorando se alibi, quàm Bononiæ, intelligitur rebus sic stantibus.*

Cap. Cùm inter. II.

1 BEneficio qui renuntiat iurando non repetiturum, si deinde auctoritate Papæ eligitur à maiori parte, potest beneficium retinere, quia iuramentum non impedit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Anch. Bellam. Io. Andr. Imol. Anan. Host. Innoc. Panor. Bald. Butr. Compostel. Viu. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 252. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 87. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. refertur ab Ant. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 1. *tit* 5. *c* 3.

Collige ex text. exclusum à beneficio propter eius renuntiationem posse ad illud denuo eligi, vel admitti ex alio titulo superueniente, vt per Palat. *in repet. rubr. de donation. inter virum*, § 67 *num.* 18. Flamin. *de resignat. lib.* 1. *q.* 13. *n.* 45. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 30. *tract.* 3. *num.* 337. Franc. Molin. *de ritu nuptiarum, lib.* 3. *q.* 94. *num.* 6. nam remittens ius futurum censetur remittere solum illud, quod habet causam de præsenti tantùm, non aliud, *l. quod seruus, ff. de condict. ob causam*, vbi Bart. Bald. Alex. & Ias. idem Bart. *in l. qui Romæ* § *duo fratres, ff. de verbor. obligat. & in l.* 1. vbi Ripa *n.* 26. Zuchar. *num.* 159. *C. de pactis*, Surd. *cons.* 15. *n* 28. & *cons.* 308 *n* 30.

Scilicet stallo in choro, &c.] Notatur ad hoc quod in resignatione licita est reseruatio stalli in choro, & loci in Capitulo, vt per Abb. *hic num.* 1. & *seq.* Roman. *cons.* 482. *num* 2. Lambertin. *de iurepatron. lib.* 2. *p.* 3. *q.* 11. *art.* 8. *n.* 3. Sarnen. *de public. resign. q.* 2. & *de annali, q.* 60. Mandos. *q.* 30. quos refert, & sequitur Flamin. *lib.* 6. *q.* 1. *n.* 12.

Inuestitura.] Notatur ad hoc quod post renuntiationem quis potest habere beneficium sine noua collatione cum simplici inuestitura facta ab habente potestatem conferendi, vt per Rebuff. *de pacificis possess. num.* 152.

Non enim videtur, &c.] Notatur ad hoc quod renuntiatio iurata non trahitur ad ius superueniens, vel futurum, vt per Tiraquel. *in l. si vnquam, in præfat. n.* 149. Iuramentum enim non extenditur ad actus non cogitatos, & futuros, vt per Tiraq. *vbi proximè, n.* 166. Ias. *in l quod seruus, num.* 11. & 12 *ff. de condict. ob causam*, Hyppol. *in l.* 1 § *fin. ff. de q.* Guttier. *de iuram. confirm. part.* 1. *c.* 71. *num.* 6. Mascard. *de probat. concl.* 1164. *num.* 18. Surd. *decis.* 189. *num.* 11. Flamin. *lib.* 1. *quæst.* 13. *num.* 46. Guttier. *pract lib.* 3. *quæst.* 43. *num.* 38. Rebuff. *de priuileg. schol. priuil.* 76. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 9. §. 5. *num* 28. Daniel. Venator. *in analysi methodica iuris Pontif. l.* 1. *tit.* 6 *axiom.* 4. Cald. Pereira *in responso pro D. Roderico da Sylua, vers. ad hæc.* Vnde si scholasticus iurasset se alibi non sumpturum lauream, adhuc ob nouum examen poterit alibi Doctoris insignia sumere, Menoch. *de arb casu* 371. *n.* 17. Et iuramentum Scholaris de non se doctorando alibi, quàm Bononiæ, intelligitur rebus sic stantibus, Mascard. *de probat. concl.* 1416. *n.* 26.

SVMMARIVM.

1 *Beneficio suo qui renuntiauit, illud repetere non potest.*
2 *Votum emissum ab agroto, vel ab existente in discrimine vitæ non est ex eo inualidum.*
3 *Beneficio quis priuatur per renuntiationem.*
4 *Beneficij titulus, & possessio ac omne ius in eo competens vacat per renuntiationem à Superiore admissam.*
5 *Beneficium resignatum resignans amplius repetere non potest.*

Cap. Ex transmissa. III.

1 BEneficio suo qui renuntiauit, vel iuri saltem tacitè, repetendo quæ Ecclesiæ contulerat, non potest

potest illud repetere, possunt tamen illum Canonici recipere, non tanquam vnum de Ecclesia, sed tanquam de nouo. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Host. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Imol. Anan. Bald. Panorm. Anchar. Butr. Henric. Vivian. *in rationali primi libri Iuris Pontif. pag.* 245. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 84. remissiuè Ximen *in concord. part.* 1. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal lib.* 1. *tit.* 5. *cap.* 4.

2 *Dum in infirmitate laboraret.*] Notatur ad hoc quod votum emissum ab ægroto, vel ab existente in belli, naufragij, alteriúsve periculi discrimine non est ex eo inualidum, quod timore periculi sit factum, vt per Couar. *de sponsal. p.* 2 *c.* 3. §. 4. *n.* 16.

3 *Verum quoniam,* &c.] Notatur ad hoc quod per renuntiationem quis priuatur beneficio, vt per Flamin. *de resignat. lib.* 1. *q.* 5. *à princ.* Valer. Reginald. *in praxi*

4 *fori pœnit lib.* 30. *tract.* 3. *num.* 336. & per eam omne ius in beneficio competens, proprietas, titulus, & possessio vacat, Flamin. *d quæst.* 5. *à num.* 15. Hieron. Gabr. *cons.* 192. *lib.* 1. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 11. *c.* 3. *à princ.* Vivian. *in praxi iuris Patron. p.* 2. *lib.* 5. *c.* 6. *num.* 3. quos refero ego ipse *de officio & potestate Episcopi, p.* 3. *alleg.* 72. *num.* 9. postquam scilicet per Superiorem fuerit admissa renuntiatio. D. Barbosa *in l. diuortio, in princ. p.* 2. *num.* 45 *ff. solut. matrim.* Flamin. *lib* 2. *q* 19. *num.* 4. Quod adeò verum est vt renuntiatio simplex etiam non iurata obstet renuntianti quando opponitur agenti super petitorio, & possessorio simul, Nau. *in c. accepta, vers. confirmatio decuplex, & opposit.* 7. *n.* 1. *infrà de restit. spoliat.*

5 *Non tanquam vnum de Ecclesia.*] Notatur ad hoc quod resignans non potest beneficium resignatum repetere, vt per Flamin. *l.* 1. *q.* 13. *à princip.* nisi resignatio nulla fuerit, aut subreptitia, quia tunc ius à resignante non abdicatur, nec acquiritur resignatario. Caputaq. *decis.* 226. *n.* 3. *p.* 1. Flamin. *d. lib.* 1. *q.* 3. *n.* 95. & *n.* 117. Seraph. *decis.* 25. *n.* 1. Rot. *decis.* 419. & *decis.* 699. *n.* 4. *p.* 1. *diuers.* & *decis.* 92. *n.* 5. *p.* 1. *recent.* & *decis.* 4. *n* 2. & *decis.* 42; *num.* 2. *part.* 2. *recent* & *in Leodien. Canonicatus Sancti Dionysij* 15. *Maij* 1626. coram R. P. D. meo Pirouano.

6 In gloss. *Abbatis.* Quædam est Abbatia sæcularis, quædam regularis, de qua vide Abb. *hic num.* 1. Selu. *de benef. p.* 1. *q.* 2. *n.* 56. Hojed. *de incomp. benefic. p.* 1. *c.* 5. *n.* 2. Rebuff. *in praxi rubr. sæcularia beneficia quotuplicia, n.* 5. Flamin. *de resignat. lib.* 2. *q.* 1. *num.* 68. quos refert & sequitur Campan. *in diuersorio iuris Canon. rubr.* 7. *cap.* 6. *num.* 62.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiatus sine licentia sui Prælati beneficio renuntiare non potest.*
2 *Resignare beneficium non potest beneficiatus absque sui Prælati licentia.*
3 *Resignatio beneficiorum coram Ordinariis quomodo facienda, remissiuè.*
4 *Resignatio quando sit coram Ordinario, eius assensus præstandus est vnico contextu.*
5 *Permutationem beneficiorum de licentia suorum Prælatorum beneficiati simpliciter facere possunt.*
6 *Clerici inconsulto Episcopo suas Ecclesias dimittere non possunt.*
7 *Clerici etiam Sacerdotes, qui non habent beneficia in titulum residentiam requirentia, possunt ire quo velint, & tenentur Ordinarij eis dare commendatitias literas.*

CAP. Admonet. IV.

BEneficiatus sine sui Prælati licentia beneficium 1
resignare non potest. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarell. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Host. Innoc. Panorm. Butr. Frechila, Vivian. *in rationali primi libri iuris Pontificij pag.* 253. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 87. remissiuè Ximen. *in concord p.* 1. *&* 2.

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt, Cou. 2
lib. 1. *var c.* 5. *n.* 6. Nau. *in c. accepta, infr. de restit. spoliat. opposit.* 7 *num.* 23. 26. 27. 33. & 35 Rebuff. *in praxi tit. de resignat. expressa, num.* 11. & 13. *& de pactis possess. n.* 171. *aliàs* 249. Menoch. *de arbitr. casu* 201. *num.* 47. Cardoso *in praxi Iudicum, & Aduocat. verbo, renuntiatio* 13. Cabed. *p.* 2. *decis* 23. *num.* 4. & 5. Card. Tusch. *lit. R. conclus.* 237. Fusc. *de visit. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 19. & *cap.* 28. *num* 11. Flamin. *de resignat. lib.* 7. *q.* 14. *n* 1. Azor. *instit. moral. p.* 2 *lib.* 9. *c.* 19. *q.* 4. Gonzal. *ad reg* 8. *Cancel. gloss.* 14. *à n.* 21. Francisc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. part.* 2. *c.* 3. *num* 66. Vgolin. *de potestate Episcopi, c.* 50. §. 18. *in princ.* Nicol. Garc. *de benefic. part* 11. *c.* 3. *n.* 113. Quomodo autem & ex quibus causis hodie beneficia coram Ordinariis resignari possint, decidit Constit. 58. Pij V. incip. *Quanta Ecclesiæ.* Dat. Romæ anno Incarnat. Dominicæ 1568. *Kalend. Aprilis*, quam referunt, & explicant Quaranta *in summa Bullarij, verbo, beneficiorum resignationes*, Vgolin. *d. c.* 50. §. 18. *num.* 3. Flamin. *de resignat. lib.* 5. *q* 6. *n.* 2. Ego ipse *de offic. & potest. Episc p.* 3 *alleg* 69. *num.* 27. *cum multis seq.* Formam verò permutationis coram Episcopo faciendæ ponit Vgolin. *d. c.* 50. §. 20. *n.* 3. quem refero ego ipse *d. alleg.* 69. *n.* 51.

Assensu tuo.] Aduerte huiusmodi assensum esse præ- 4
standum ab Ordinario vnico contextu cum sit resignatio, itavt à tergo literarum præstari non possit, Flamin. *lib.* 8. *q* 9. *n.* 127. quem refero ego ipse *d. alleg.* 69. *n.* 3.

Intrare audeant.] Ampliatur supradicta principalis 5
huius text. conclusio ad permutationem, vt scilicet illam suorum beneficiorum, simpliciter tamen & absque pactis & conditionibus beneficiati de suorum Prælatorum licentia facere possint, praxis Episcop. *part.* 1. *verbo permutatio,* §. 3. *dub* 1. Fusc. *de visit. lib* 2. *c.* 28. *num.* 22. Azor. *d. c.* 19. *q.* 19. Flores de Mena *variar. lib.* 2. *q.* 24. *n.* 21. Nicol. Garc. *de benef. p.* 11 *c* 4. *à n.* 62. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 14. *num.* 57. vbi *num.* 32. provt eum refert Garc. *part.* 5. *c.* 1. *num.* 543. dicit quod in quolibet mense anni coram Episcopis possunt permutari beneficia.

Aut dimittere inconsulto.] Notatur ad hoc quòd 6
clerici inconsulto Episcopo Ecclesias suas dimittere non possunt, vt per Menoch. *de arbitr. casu* 422. *n.* 5. vbi etiam dicit Alex. III. in præsenti non agere de clericis sæcularibus, qui ad religionem non transeunt, sed de illis qui Ecclesias suas sine causa deserunt, quia non solum hoc facere non possunt, sed etiamsi id faciant pœna Iudici arbitraria puniuntur. Sacerdotes verò & clerici, qui non habent beneficia in titulum residentiam requirentia, possunt ire quo velint, & tenentur Ordinarij illis dare commendatarias literas. Emman. Sà *aphorismis, verbo, clericus, num.* 29. Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. decis.* 598. *in 1. edit. & ref.* 524. *in* 2. Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ, l.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Episcopis, num.* 56. Campan. *in diuersorio iuris Canonici, rubr.* 9. *cap.* 6. *num.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio ſpontaneæ abiurationis admittitur contra petentem beneficium etiam cauſa renuntiationis non adiecta, contra quam actor replicare poterit, quod non ſponte renuntiauit, & qui melius probauerit, obtinebit.*
2 *Renuntiatio beneficij non præſumitur.*
3 *Renuntiatio vt valeat, oportet eam liberalem eſſe, licèt donec reſcindatur mero iure teneat.*
4 *Reſignans repetere poteſt beneficium reſignatum, quoties renuntiatio fuiſſet facta vi, metu, dolove.*
5 *Dilectio, maximè, eſt implicitiua.*
6 *Beneficium petenti obſtat exceptio ſpontaneæ abiurationis.*
7 *Negantis factum per rerum naturam nulla eſt probatio.*
8 *Negatiua propria natura eſt difficillimæ probationis.*
10 *Renuntiatio non ſponte facta per teſtes probari poteſt.*
11 *Teſtes deponentes aliquem vi, vel metu reſignaſſe beneficium, præferuntur aliis deponentibus illam ſponte reſignaſſe.*
12 *Renuntiatio ſimoniaca eſt nulla, etiam quoad præiudicium reſignantis ipſius ſimoniacè.*
13 *Simonia committitur data pecunia pro reſignatione.*
14 *Iuramentum à parte parti delatum extra iudicium parit exceptionem litis finitæ.*

CAP. Super hoc. V. *Clem. III.*

1 BEneficium petenti, ſuper quo fuit canonicè inſtitutus, exceptio de ſpontanea abiuratione, etiam non aſſignando cauſam renuntiationis, eſt admittenda, & teſtes recipiendi circa ſpontaneam renuntiationem, & iudex poteſt inquirere cauſam renuntiationis, licèt non teneatur, quam ſi inuenerit probabilem, imponat ſilentium, niſi actor replicet. Item qui negat ſe ſpontaneè renunciaſſe, licèt videatur negatiuam aſſerere, ac proinde non poſſe illam probare, tamen inuoluit affirmatiuam, ideo illius probationes admittendæ. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Anch. Bald. Bellam. Hoſt. Ioan. Andr. Innoc. Imol. Anan. Panor. Butr. Viu. *in rationali primi libri iuris Pont. pag.* 153. Alagon. *in compend iuris Can. pag.* 88. remiſſiuè Caſal. *in ann.* & Ximen. *in concord p.* 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. *coll.* 2. *Decret. lib.* 1. *tit.* 5 *c* 3.

2 *Vi quiſquam beneficium*, &c.] Notatur ad hoc quod renuntiatio beneficij non præſumitur cùm ſit ſtricti iuris, quia quod fortè multis laboribus, & expenſis quæſitum eſt, non præſumitur quis renuntiare, vt per Abb. *hic n.* 12. Ioan. Andr. *col.* 5. Pariſ. *conſ.* 10. *n.* 64. *vol.* 1. Tiraq. *in l. ſi vnquam, in præfat. num.* 128. & 129. Maſcard. *de probat. concl.* 554. & *concl* 1263. *n.* 4. Flam. *de reſign. lib.* 8. *q. fin. n.* 59. Surd. *deciſ* 2. *n.* 16. Fr. Emman. *q. Reg tom.* 2. *q.* 78. *art.* 14.

3 *Id eſt, non vi, ne metu*, &c.] Notatur ad hoc quod vt renuntiatio conſiſtat & firma ſit, oportet eam liberam eſſe, & ſpontaneam, non metu factam, aut per dolum, licèt donec reſcindatur mero iure teneat, vt per Corraſ. *de benef p.* 1. *c.* 8. *n.* 10. & 11. Maſcard. *concluſ.* 1272. *n.* 11. Flam. *lib.* 13. *q.* 1. & 1. Azor. *inſtit. mor. p* 2. *lib.* 7. *c.* 26. *q.* 1. & 2 Nic. Garc. *de benef. p.* 11. *c.* 3. *n.* 143. *cum ſeq.*

4 Sanch. *de matr. lib.* 4. *diſp.* 8. *n.* 5. Vnde reſignantem repetere poſſe beneficium reſignatum quoties renuntiatio fuiſſet facta vi, metu, dolove, tenet Flam. *lib.* 1 *q.* 13. *n.* 40 *cum ſeqq.*

Maximè.] Notatur ad hoc quod dictio, *maximè*, quam ponderat Abb. in præſenti, eſt implicitiua implicans idem eſſe in caſu contrario, licèt in illo fortior militet ratio, vel ratio expreſſa deficeret, vt per Cou. *lib* 2. *var. c* 7. *n.* 5. Guttier. *can. lib.* 1. *c.* 10. *n.* 5. Flamin. *lib* 1. *q* 13. *n.* 31. & *lib.* 2. *q.* 1. *n.* 31. Cened. *canon. & pract. p. ſing.* 37. *n.* 3. 5

Si non interuenerit iuramentum.] Notatur ad hoc quod ei, qui beneficium repoſcit, obſtat exceptio ſpontaneæ abiurationis, vt per Nau. *in c. accepta, infr. de reſt. ſpol verſ. confirmatio decuplex, n.* 1. *verſ.* 2. & *oppoſit.* 5. *n.* 1. vbi etiam aſſerit in hoc text. agi de repoſcente beneficium quoad proprietatem, & *in d. c. accepta*, de repoſcente quoad poſſeſſionem. 6

Licet negantis factum per rerum naturam nulla ſit probatio.] Vide de hoc brocardio Daniel. Venator. *in analyſi iur. Pont. l.* 1. *tit.* 9. *axiom.* 2. Hieron. Fernandez de Ottero *in repet. c. fin. de conſuetud. n.* 33. Eſt enim negatiua propria natura difficillimæ, & ſanè impoſſibilis probationis, Cou. *lib.* 2. *var c.* 6. *n.* 2. Ant. Gabr. *tom.* 3. *com opin. tit de probat. concl.* 6. Maſcard. *de probat. concl.* 1087. Fulu. Pacian. *eod. tr. lib.* 1. *c.* 38 Donat. à Fina *tom.* 1. *com. opin. lib.* 4. *tit.* 9. *n.* 20. 28. & 35 Rebuff. *in tr. except. n.* 160. *cum ſeq.* Menoch. *de præſ. lib.* 2. *q.* 50. *n.* 8. *cum ſeqq* Vincent. Carot. *tr. de locat. & conduct., tit. de negatiua probanda, p.* 3 Cardoſ. *in praxi Iudicum & Aduocat. verbo, probat n.* 29. 7 8

Admittere non poſtponat.] Id eſt cauſam ſpontaneæ abiurationis, & exceptionem, non verò admiſſionem ad beneficium ſine noua cauſa, Rebuff. *de pacific. poſſ. n.* 152. 9

Probationes credimus admittendas.] Notatur ad hoc quod reſignatio non ſponte facta per teſtes probari poteſt, quia licèt videatur agi de probanda negatiua, & ſic improbabili, attamen quia habet affirmatiuam impliciram, nempè quia coacta facta fuit, teſtes admittuntur, vt per Maſcard. *de probat. concl.* 1272. *n.* 2. *cum ſeq.* Et etiam notari ſolet ad hoc quod ſi duo teſtes deponant aliquem vi, vel metu reſignaſſe beneficium, alij multo plures quod ſponte reſignauit, præferuntur teſtes de vi & metu deponentes, vt per Rebuff. *de reprobat. teſtium, n.* 127. 10 11

In gloſſ. *Pecunia.* Notatur ad hoc quod reſignatio ſimoniaca eſt nulla, etiam quoad præiudicium ipſius reſignantis ſimoniacè, vt per Tiraq. *de retract. lig.* §. 26. *gloſſ.* 2. *n.* 10. Rebuff. *de pacific. poſſ. n.* 198. Flam. *de reſign. lib* 14. *q.* 1. *n.* 1. 12

Notatur ad hoc quod data pecunia pro reſignatione committitur ſimonia, vt per Cou. *var. lib.* 1. *c.* 5. *ſub n.* 4. *verſ. ſed ſi quis*, Flam. *d. lib.* 14 *q* 3. *n.* 4. 13

In gloſſ. fin. ibi, *in caſu iſto*, &c.] Notatur ad hoc quod iuſiurandum à parte parti delatum extra iudicium parit exceptionem litis finitæ, vt per Xuar. *in repet. l. poſt rem iudicatam not.* 2. *n.* 5. 14

SVMMARIVM.

1 *Electioni de ſe factæ qui ſponte renuntiauit ſuper ipſa vlteriùs audiri non debet.*
2 *Iudicis mandatum, & ſententia iuſta præſumitur.*
3 *Iudex præſumitur iudicaſſe provt de iure debebat.*
4 *Permutatio in dubio facta ab Epiſcopo præſumitur bene facta, & ex iuſta cauſa.*
5 *Electioni de ſe factæ ſponte renuntians amplius non auditur.*
6 *Electus ad aliquod beneficium poteſt ſimpliciter renuntiare electioni de ſe facta.*

CAP.

Cap. In præsentia. IV.

1 ELectioni de se factæ quando quis sponte renuntiat, non est amplius audiendus super eadem electione. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anan. Innoc. Panorm. Host. Bald. Butr. Anchar. Henric. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 244. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 88. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 2. *Decret. lib.* 1. *tit.* 5. *c.* 4.

2 *Et tanta sit iudicialis auctoritas.*] Notatur ad hoc quod pro iudice semper magna præsumptio habetur, ipsiusque mandatum, & sententia iusta præsumitur, vt per Dec. *in rub de appellat. n.* 7. & 8. & *in c. super eo in* 2. *n.* 6. *eod. tit.* Panorm. *in c. quoniam contra, num.* 19. *infr. de probat.* Felin. *in c. cum causam, n.* 1. *de offic. deleg & in c. cùm dilectus in* 2. *n.* 1. *cum seq. sup de rescript.* Duen. *reg.* 189. Mant. *lib.* 3. *dialogo* 50. Hyppol. *sing.* 354. Maranta *de ordine iudic. p.* 2. & 6. *princ. tit* 9. *n.* 21. Cou. *de sponsalib. p.* 2. *c.* 8. §. 12. *vers. ex quibus primo,* Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præs.* 67. & *cons.* 100. *à n.* 1. Aym. *de antiquit temporum, p.* 2. *n.* 19. & *cons.* 202. *n.* 8. Aldrete *de religiosa disciplina tuenda, lib.* 2. *c.* 4 *n.* 22. quod procedit etiamsi à sententia sit
3 appellatum, Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 120. *n.* 11. nam iudex præsumitur iudicasse provt de iure debebat, Surd. *decis.* 170. *n.* 4. quicquid dicat Mascard. *concl* 1296. Et stante iudicis decreto omnia præsumuntur ritè & rectè gesta, vt fuit dictum *in causa Romana fideicommissi* 15. *Nouemb.* 1624. coram bonæ memoriæ Remboldo *in vers. non obstat,* illud autem non sufficit ad hoc vt præsumantur adhibitæ solemnitates non enuntiatæ. Felin. *in cap. quoniam contra sub num.* 37. *post med. vers. limita, & ibi* Dec. *n.* 174 *cum seq. de probat.* Paris. *cons.* 2. *n.* 57. & *seq. lib* 2. Gabr. *commun. tit. de sentent. concl.* 5. *n.* 37. Rot. *decis.* 72. *n.* 33. & 34. *p.* 2. *diuers.*

4 *Per quasdam Episcoporum literas.*] Notatur ad hoc quod permutatio in dubio facta ab Episcopo præsumitur bene facta, & ex iusta causa, vt per Nicol. Garc. *de benef. p.* 11. *c.* 4. *num.* 53. faciunt quæ Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel gloss.* 4. *à n.* 132. quem refero ego ipse *de offic. & potest. Episc. p.* 3. *alleg.* 60. *n.* 104. *in fine.*

5 *Silentium duximus imponendum.*] Notatur ad hoc quod sponte renuntians electioni de se factæ amplius non auditur, vt per Flamin. *de resignat. l.* 1. *q.* 13. *num.* 16.
6 nam electus ad aliquod beneficium potest simpliciter renuntiare electioni de se factæ, Rota *decis.* 8. *n.* 3. *de iurepatron. in nouis,* Guillel. Mandag. *de elect. Prælat. col.* 4. *in fine, vers. electus,* Flamin. *lib.* 2. *q.* 23. *n.* 7.

SVMMARIVM.

1 *Renuntians literis beneficialibus non ideo institutioni iam factæ renuntiare videtur.*
2 *Renuntiare quis potest literis ad beneficia & iuri ad rem absque Superioris licentia.*
3 *Declaratur text. in præsenti.*
4 *Index si promittat impunitatem delinquenti si veritatem confiteatur, an ea patefacta teneatur illum punire, remissiuè.*
5 *Mancipiorum instrumentis donatis, & traditis mancipia ipsa donata intelliguntur.*

Cap. Sanè. VIII. *Cœlest. III.*

1 INstrumenta sui iuris qui restituit, licèt renuntiet iuri suo, quod sibi ex literis competebat, potest tamen, qui est deceptus, implorare officium iudicis quando deficit actio, & ideo fuit auditus, qui renuntiauit literis beneficialibus, cùm non renuntiauerit facto Legati Sedis Apost. id est, institutioni. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Anch. Bellam. Andr. Imol. Anan. Host. Innoc. Panorm. Bald. Butr. Viu. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 255. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 88. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Ant. Augustt. *collect* 3. *Decret. lib.* 1. *tit.* 15. *c.* 1.

Literas suas vobis reddens.] Notatur ad hoc quod 2
absque Superioris auctoritate renuntiari potest literis ad beneficia, ac iuri ad rem beneficio competenti per electionem, præsentationem, &c. Lambertin. *de iure patron. lib.* 3. *q.* 5. *art.* 5. Nau. *in cap. si quando, de rescript. except.* 6. *num.* 3. Flamin. *de resignat. lib.* 7. *q* 1 *n.* 76. Nicol. Garc. *de benef p.* 11. *c.* 3. *n.* 247.

Ipsum in fratrem & Canonicum admittatis.] Ideo non 3
obstante literarum renuntiatione prædictus N. in Canonicum admitti mandatur, quia facta fuit noua collatio per nouas literas, in quibus mandatur Canonicis, quod non obstante renuntiatione ipsum in Canonicum & fratrem recipiant, asserit Rebuff. *in tract. de pacific. possess. n.* 152 *vers. nec me mouet.*

In gloss. *Ductus.* Facit ad quæstionem si iudex pro- 4
mittat delinquenti impunitatem si veritatem confiteatur, an ea patefacta teneatur illum punire, de qua vide Gom. *tom.* 3 *var. c.* 12 *n.* 6. Clar. *in pract. q.* 55. *vers. allegare,* Franc. Coriolan. *de casibus reserv. p.* 2. *cas.* 5. §. 7. *num.* 13.

In gloss. *Reddens,* ibi, *Et donatis, & traditis instrumen-* 5
tis mancipiorum mancipia ipsa donata intelliguntur, C. de donat. l. 1. Vide Cou. *var. lib.* 3. *c.* 16. *num.* 12. *in princ.* Boër. *decis.* 181. *n.* 7. Palat. *in repet rub.* §. 76. *n.* 5. Anton. Gomez. *tom.* 2. *de contract. cap. fin n.* 23. *col.* 3. *& in l.* 45 *Tauri n.* 21. *in fine, & à num.* 5. & 6. Menoch. *cons.* 103. *n.* 34. *& seq. & lib.* 3. *de præsumpt. q.* 140. *n.* 6. Molina *de primog. lib* 4. *cap.* 2. *num* 10. Matienz. *l* 1 *gloss* 6 *n.* 2 *cum seqq tit* 6. *lib.* 5. *nouæ recopilat.* Brunor. à Sole *in locis communib. verb. donatio* 2. Cald. Pereira *de empt. c.* 21. *n.* 24.

SVMMARIVM.

1 *Renuntiatio beneficij facta in manibus laici non tenet, renuntians tamen est beneficio spoliandus.*
2 *Beneficio quis priuatur per renuntiationem spontaneam.*
3 *Renuntiare non potest beneficiatus coram laico etiam Notario Cameræ, vel habente iuspatronatus in beneficio.*
4 *Declaratur text. in præsenti.*
5 *Renuntiatio coram laico facta non est nulla ipso iure.*

Cap. Quod in dubiis. VIII. *Innoc. III.*

BEneficio Ecclesiastico quando quis renuntiat in 1
manibus laici, & à laico iterum accipit illud, renuntiatio fuit nulla, ipse tamen est beneficio priuandus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Innoc. Henric. Boich. Panorm. Bald. Butr. Anchar. Mantua, Viuian. *in rat. primi libri Iuris Pontif. pag.* 255. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 88. remissiuè Ximen *in concord p.* 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 1. *tit.* 8. *c.* 1.

Sponte.] Notatur ad hoc quod per resignationem 2
spontaneam quis priuatur beneficio, vt per Flamin. *de resign. lib.* 1. *q.* 5. *n.* 27.

3 *In manum laicam.*] Notatur ad hoc quod beneficiarius non potest renuntiare coram quocunque laico, vt per Flamin. *l.7 q.9.n.8* etiam si laicus sit Notarius, etiã Cameræ, vel Cancellariæ, Nau. *in c. accepta, in 7. oppositionis solutione, n.34.* Flamin. *d q.9.n.10 & 11.* quamvis habeat inspatronatus in beneficio. Abb. *hic n. & in c. vlt.n.3. infrà hoc tit.* vbi Anton. de Butr. *n.5.* Flamin. *d q.9. n.4.* vbi *n.12. & 13.* id ampliat etiam ad laicum constitutum in Ducali, vel Regali, aut imperiali dignitate, nisi Reges habeant ius conferendi & recipiendi resignationes ex priuilegio.

4 *Nullam obtineat firmitatem.*] Respectu scilicet Superioris, Flamin. *d lib.1 q.1 n.27. & 33* Vnde colligitur non esse verum intellectum, quem adducit ad hunc text. Rebuff. *de pacific. possess. n.149.* asserens resignationem beneficij in manu laici verbo simul & re factam valere, factam verò verbis tantùm minimè; quia neutra valet, scilicet tam illa, quæ fit verbis & re, quàm illa, quæ fit verbis tantùm, si non probatur à Superiore, & vtraque valet si ab ipso probatur, & ideo hunc Rebuffi intellectum reiiciunt Nau. *in c. accepta, de rest spoliat oppos.7.n.35* Flamin. *d q.1.n.35.*

5 *Sunt beneficio spoliandi.*] Ergo huiusmodi renuntiatio non est nulla ipso iure, Ferret. *conf.133. n.5. vers. propterea*, Flamin. *d.q.1. n.27.33. & 36.* quicquid dicat Maiol. *de irreg. lib.3.c.6.vers. ille.*

6 In glos. *In manum*, ibi, *& ita quoad se tenet pactum*, &c. Reprobatur in hoc à Cou. *var. lib.1.c.5.n.6. in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Papa concedit licentiam cedendi Episcopo, qui sine mortis periculo in Ecclesia sua morari non potest.*
2 *Accessus non tutus probatur si in loco, in quo citatus debet comparere, sit pestis.*
3 *Archiepiscopus, qui renuntiauit ciuitati Metropolitanæ, potest Pontificalia exercere in Prouincia, & alibi, permittentibus id Episcopis, non autem pallium deferre ex eorum licentia.*
4 *Episcopus resignare potest propter intemperiem aëris.*
5 *Episcopus potest renuntiare Episcopatui, quando non valet in diœcesi morari ob inimicitias, quas ibi habet.*
6 *Paupertas nocet, quæ culpa alicuius prouenit.*

CAP. Ad supplicationem. IX.

1 PApa solet concedere Episcopis, vt cedant Ecclesiis quando adest periculum mortis, vel aëris intemperies, vel ob inimicitiam. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Host. Ioan. Andr. Anch. Imol. Anan. Bald. Panorm. Butr. Viuian. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.255.* Alagona *in compendio iuris Canonici pag.* 88. remissiuè Ximen. *in concord p.1.* refertur ab Anton. Augustt. *collect.3. Decretal. lib.1.tit.8. cap.2.*

2 *Mortis sibi periculum imminebat.*] Notatur ad hoc quod probatur accessus non tutus probato quod in loco, in quo citatus debet comparere, est pestis, vt per Mascard. *de probat. concl.20 n.1. cum seqq.*

3 *Cui concessimus vt in ipso Episcopatu absque vsu pallij*, &c.] Notatur ad hoc quod Archiepiscopus, qui renuntiauit ciuitati Metropolitanæ ob aliquam causam, potest Pontificalia exercere in Prouincia, & alibi permittentibus id Episcopis, non autem poterit pallium deferre ex eorum licentia, vt per Maiol. *de irregularit. lib.3. c.6. num.8. vers. hinc fit*, Flamin. *de resignat. lib.1. quæst.17. à num.20.* Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiepisc. Curiæ Neapol. c.70. n.19. in fine.*

In glos. *Morari*, ibi, *forsitan propter intemperiem aëris.* 4 Notatur ad hoc quod licet Episcopo resignare propter intemperiem aëris, putà quia cœli, locique grauitas est contraria suæ naturæ, vt ex Host. Felin. & aliis notat Flamin. *lib.5.q.3.n.244.*

In ead. glos. ibi, *Vel quia capitales inimicitias.* Notatur ad hoc quod Episcopus potest resignare Episcopatum quando non potest in diœcesi morari ob inimicitias, quas ibi habet, vt per Fusc. *de visit. l.2. c.28. n.8.* Flamin. *d.q.3.n.253.* Nam inimicitia potentiorum siue partialitates, & factiones iustam causam timoris & absentiæ præbent, Flamin. *ibid.n.265.* 5

In glos. *Ad sustentationem.* Notatur ad hoc quod 6 indignum est ei subueniri, qui sua culpa, aut vitio in egestatem incidit, vt per Tiraq. *in l. si vnquam, verb. bona, num.5.* paupertas enim nocet, quæ culpa alicuius prouenit, Cou. *pract. c.6.n.3. vers. sed si quis, & lib.2. var. c.16.n.9.* M. noch. *de arbitr. casu 96. .10.* Mexi. *in tract. tassæ panis, concl.1.n.10. cum seq.* Azeued. *l.7. num.4. tit.2. lib.1 nouæ recop.* Matienz. *l.15. glos.3. num.2. tit.10. & l.6. glos.3.n.32. ad med. tit.7. lib.5. nouæ recop.* D. Barbosa *in l. maritum, num.73 ff. soluto matrim.* Cened. *ad Decretal. collect.2.n.4.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopi quibus ex causis possunt petere, & Papa consueuit concedere cedendi licentiam.*
2 *Humilitas vera in Episcopo ostendenda est.*
3 *Episcopus propter conscientiam criminis potest, & cogitur renuntiare Episcopatui, quando scilicet committit crimen, quod post peractam pœnitentiam impedit Ordinis exequutionem*, & n.4.
5 *Peccare penitus in nullis potius diuinitatis est, quàm humilitatis.*
6 *Votum de nunquam peccando non valet.*
7 *Episcopus propter infirmitatem, quando renuntiare possit, ostenditur.*
8 *Infirmitas quomodo, & quibus testibus sit probanda, remissiuè.*
9 *Senectus qualis dicatur, quæ Episcopum impotentem reddit ad exequendum officium Pastorale, arbitrio Summi Pont. vel iudicis relinquitur.*
10 *Scientiæ defectus est iusta causa cedendi Episcopatui.*
11 *Scientia inflat, non quidem suo, sed hominum vitio.*
12 *Scientia imperfectum potest supplere perfectio charitatis.*
13 *Episcopatui potest renuntiari propter malitiam plebis.*
14 *Scandali ratione potest Episcopus renuntiare Episcopatui.*
15 *Episcopus potest petere cessionem Episcopatus propter irregularitatem personæ.*
16 *Causa vilis, & honesta quæ sit ad renuntiandum Episcopatui, rem ssiuè.*
17 *Episcopo non licet resignare Episcopatum ratione otij, & quietis.*
18 *Episcopatum resignare Episcopo non licet ob labores, qui necessario sustinentur in cura pastorali.*
19 *Episcopo non licet resignare Episcopatum ratione inspirationis, vel humilitatis.*
20 *Causa iusta resignandi Episcopatum non est si Episcopus velit ingredi Religionem approbatam causa mutandi statum, & vitam.*
23 *Dictio*, forsitan, *& similes aliquando sunt notæ assertionis, & stant assertiuè iuxta subiectam materiam.*
24 *Criminosi, qui non sunt priuati ipso iure, possunt resignare*

signare sua beneficia in fauorem pendente indicio super criminibus commissis.

25 *Peccatum omne, quod ipso iure irrogat infamiam, non impedit exequutionem post peractam pœnitentiam.*

26 *Intrusus apparenter carens titulo potest renuntiare beneficio detento propria auctoritate.*

27 *Episcopus pro nullo crimine, quantuncunque graui potest renuntiare sine licentia Papæ.*

28 *Ius summum sæpè summa iniustitia est.*

29 *Manzares qui dicantur, remissiuè.*

30 *Otiositas quæ mala pariat, remissiuè.*

31 *Otium laudandum quod sit, ostenditur.*

Cap. Nisi cùm pridem. X.

1 EPiscopi ob sex causas possunt petere, & Papa consueuit cedendi licentiam concedere, causæ autem hæ sunt, conscientia criminis, debilitas corporis defectus scientiæ, malitia plebis, graue scandalum, irregularitas personæ. Circa primam est notandum non sufficere quamlibet conscientiam criminis, sed illius dumtaxat propter quod etiam per acta pœnitentiæ executio officij impeditur. Nec ad secundam sufficit quæcunque debilitas corporis, sed illa solùm, quæ impotentem reddit ad officium pastorale. Defectus verò scientiæ, qui pertinet ad tertiam causam, debet esse talis vt nesciat Ecclesiam salubriter regere, alioquin imperfectum scientiæ potest supplere perfectum charitatis. Malitia plebis non sufficit quæcunque, sed tantùm illa, per quam non solùm non obediunt, verùm irreuocabiliter cedi non possit, nisi petendo cessionem. Nec propter quamlibet irregularitatem personæ debet cedendi licentia dari, vtpotè si de legitimo matrimonio non sit natus, quia cum eo, qui laudabiliter suum officium impleuit, iniuncta pœnitentia dispensari debet. Irregularitas verò ob quam contraxit bigamiam, est sufficiens causa petendi licentiam, cùm dicat, Apost. *Oportet Episcopum esse vnius vxoris virum.* Item non sufficiunt ad cedendum angustiæ laboris, vel incursus persecutionis, & qui dicit quòd Spiritu Dei agitur ad relinquendam Ecclesiam, errat; quia agit contra Spiritum Dei, & sic non agitur à Deo; sicut etiam qui dicit se inspirari à Deo ob patentem causam; imo charitas est persistere in Episcopatu, etiamsi pauci proficiant. Quare facilius dispensatur cum monacho vt fiat Episcopus, quàm cum Episcopo vt fiat monachus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Host. Ioan. Andr. Innoc. Imol. Henric. Boich. Anan. Bald. Panorm. Anch. Butr. Viu. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 257. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 89. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decretal. lib* 1. *tit.* 8. *cap.* 4.

2 *Quia tunc in te veram humilitatem,* &c.] Vide per me adducta *in tract. de offic. & potest. Episc. p.* 1. *tit.* . *glos.* 2. *num.* 25.

3 *Propter conscientiam enim criminis,* &c.] Notatur ad hoc quòd Episcopus propter conscientiam criminis potest, & cogitur renuntiare Episcopatui, Abb. *hic n.* 3. D. Thom. 2. 2. *q.* 185 *art.* 4. *vers. respondeo*, Redoan. *de simonia, part* 2. *c* 11. *n.* 11. Fusc. *de visit. lib.* 2. *c.* 28. *n.* 2. *vers. & de primo*, Gig. *de residentia Episcoporum, cap.* 17. *num.* 12. Flamin. *de resignatoribus lib.* 5. *quæst.* 3. *num.* 8. Tambur. *de iure Abbatum tom.* 1. *disp.* 13. *q.* 1. *num.* 10.

4 *Propter quod ipsius officij executio post peractam pœnitentiam impeditur.*] Potest igitur, & tenetur Episcopus resignare propter conscientiam criminis, eo tantùm casu quando committit crimen, quod post peractam pœnitentiam impedit Ordinis exequutionem, gloss. *hic verbo, sed dumtaxat, vers. quæ ergo*, Innocent. *num.* 2. *&* 3. Abb. *num.* 7. Flamin. *d. quæst.* 3. *num* 8.

5 *Pauci, vel nulli,* &c.] In nullis enim penitus peccare potius diuinitatis est quàm humanitatis, *l.* 2. *C. de veteri iure enucleando*, Bobadil. *in sua politica, lib.* 5. *c.* 1. *n.* 134. Card. Mantica *de coniect. vltim. volunt lib.* 1. *tit. vlt. n.* 41. *& de tacitis & ambiguis conuen. tom.* 2. *lib* 27. *tit.* 7. *n. fin.* Vnde votum de nunquam peccando non valet

6 Fr. Emman. *in sum. p.* 2. *c.* 9. *concl.* 5. Azor. *inst mor. p.* 1 *lib.* 11. *c.* 14. *q.* 4. Sayr. *in claui Regia, lib.* 6. *c.* 3. *n.* 9. Soar. *de relig. tom.* 2. *lib.* 2. *de voto, c.* 3. *n.* 2. *&* 3. Less. *de iustitia, lib.* 2 *c.* 40. *dub.* 5. *n.* 33.

7 *Alia vero causa est debilitas corporis,* &c.] Notatur ad hoc quòd propter debilitatem corporis procedentem per infirmitatem continuam, & senectutem, eam tamen, quæ impotentem reddit ad exequendum officium pastorale, potest & tenetur Episcopus resignare, vt per Gig. *d. cap.* 17. *num.* 12. Fusc. *d. cap.* 28. *n.* 3. Flamin. *d. quæst.* 3. *à num.* 13. *cum multis sequentib.* & faciunt per me adducta *de officio & potestate Episcopi, part.* 3. *allegat.* 79. *num.* 35. *cum seqq* Tambur. *d. q.* 1. *num.* 12.

8 Infirmitas quomodo, & quibus testibus sit probanda, dicit Mascard. *de probat. concl.* 896. Flam. *d. q.* 3. *à n.* 34. vbi refert plenè probari ex aspectu, vel per medicos, ac per iuramentum ipsius, & per familiares, ac testes domesticos.

9 Senectus verò quæ dicatur, quæ Episcopum impotentem reddit ad exequendum officium pastorale, arbitrio Summi Pont. vel iudicis remittitur, vt per Menoch. *de arbitr. casu* 53. *num.* 3. Mascard. *de probationib. concl.* 1295. *n.* 8 Flamin. *d. q.* 3. *n.* 56. *& q.* 6. *n.* 5. *cum seqq.* Marc. Ant. Genuens. *in praxi Archiepisc. Neapol. c.* 53. *n.* 1. Rendina *in promptuario recept. sent. in fine, tom* 1. *in miscel. n* 4. Tambur. *d. disp.* 13. *q.* 1. *n.* 11. *in fine.*

10 *Pro defectu quoque scientiæ,* &c.] Notatur ad hoc quòd defectus scientiæ est iusta causa cedendi Episcopatui, vt per Gig. *d. c.* 17. *n.* 13. Fusc. *d. c.* 18 *n* 4. *vers. ex defectu*, Tambur. *d. q* 1. *n.* 13. Flam. *d. q.* 3. *à n.* 67. vbi *n.* 83. ampliat vt propter defectum scientiæ non solùm sit concedenda licentia Episcopo petenti & volenti renuntiare, sed etiam si non petat poterit compelli vt renuntiet, & *n.* 84 interpretatur verbum, *potest*, de quo in præsenti, id est, debet. Quæ illiteraturam præbeat causam vt Episcopus possit cogi renuntiare, colliges ex his, quæ suprà adduxi *ad c. cum in cunctis, n.* 20. *de elect.*

11 *Scientia inflat.*] Non quidem suo, sed hominum vitio, qui bonis sæpè rebus ad pernicem abutuntur, nam, vt inquit S. Greg. *in mor.* vera scientia afficit, non extollit, scientia enim sine charitate inflat, charitate verò formata ædificat.

12 *Et ideo imperfectum scientia potest supplere perfectio charitatis.*] Notatur ad hoc quòd tam ardens in homine charitas esse potest, vt scienti æ defectum supplere valeat, vt de Macedonio, & Antonio Anachoretis cuiusuis disciplinæ expertis ob eorum incredibilem charitatem Sacerdotio dignis referunt Salzed. ad Bernard. *in pract. cap.* 1. *in addit. litera A. in fine, vers. aliquando*, Maiolt *de irregul. lib.* 1. *cap.* 32. *num* 4. *cum seqq.* optimè Flamin. *de resign. lib.* 5. *q.* 3. *num.* 112. *cum seqq.* Bellet. *disquisit. cleric. part.* 1. *tit. de disciplina clericali*, §. 4. *n* 37. Vnde argumento huius text. tenent, Felin. *in cap. super his num.* 16. *de excusat.* Cassan.

in catal. gloriæ mundi p. 2. consid. 50. ad fin. quòd licèt electio nec actiuè, nec passiuè cadat in laicum in spiritualibus, *cap. Massana, de elect.* si tamen laicus fuerit vitæ, sanctitatis, & legalitatis maximæ, potest eligi in Episcopum.

13 *Propter malitiam autem plebis,* &c.] Notatur ad hoc quòd propter malitiam plebis, cuius causa non potest Prælatus plebi & gregi sibi subiectis doctrinam dare, illi conceditur Episcopatus resignatio, vt per Innoc. *hic num.* 4. Host. *num.* 20. & 21. & Abb. *num.* 10. Gig. *d. cap.* 17. *n.* 18. Rebuff. *in praxi benefic tit. de resign. expressa, num.* 10. Fusc. *d. c.* 28. *n.* 5. Flamin. *d. q.* 3. *à n.* 126. faciunt quæ Carranza *in tract. de residentia Episcoporum, c.* 11. *vers. secundo*, quem refero ego ipse *d. p.* 3 *alleg.* 53. *num.* 8.

14 *Pro graui quoque scandalo*, &c.] Notatur ad hoc quòd ratione scandali Episcopus potest & tenetur Episcopatui renuntiare, vt per D. Thom. 2. 2. *q.* 185. *art.* 4. *vers. respondeo*, Rom. *sing* 794. *incip. An Episcopus*, Marsil. *sing.* 634. *num.* 2. Cou. *in reg. peccatum, part.* 1. *sub num.* 5. Tamburin. *d. q.* 1. *num.* 14. Ricciul. *in tract. de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium, lib.* 9. *cap.* 2. *num.* 8. Franc. Marc. *decis.* 944. *n.* 1. *part.* 1. Bellet. *disquisit. clerical. p.* 1. *tit. de disciplina cleric.* §. 25. *num.* 19. vbi ampliat etiamsi ipse non sit in culpa illis scandali, Gig. *d. cap.* 17. *numero* 39. Fusc. *d. cap.* 28. *num.* 6. Maiol. *de irregul. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 4. *& cap.* 13. *n.* 7. Flamin. *d. q.* 3. *à num.* 153. vbi *num.* 276. declarat vt quoties cogitur Episcopus renuntiare ob scandalum, ei sit danda compensa, aut contra cambium reddituum, vt possit viuere, & non habeat mendicare.

15 *Personæ verò irregularitas*, &c.] Notatur ad hoc quòd propter irregularitatem personæ Episcopus potest petere cessionem, Gig. *d. c.* 17. *num.* 20. Fusc. *d. c.* 28. *n.* 7. Flamin. *d. q.* 3. *à n.* 177. vbi *n.* 179. asserit quòd stante huiusmodi irregularitate Episcopus cogi potest renuntiare Episcopatui.

16 *Verùm si propter aliàs*, &c.] Intelligitur de causis non iustis, non honestis, sed indiscretis, vt deducitur, ex fine huius text. *in vers. quia verò in postulando, &c.* vbi excipitur causa iusta, & honesta, Flamin. *dict. q.* 3. *n.* 205. & *à n.* 208. quærit quæ sit hæc causa vtilis, & honesta.

17 *Quod otiositas*, &c.] Notatur ad hoc quòd ratione otij, & quietis non licet Episcopo resignare Episcopatum, vt per Nau. *cons.* 4. *alias* 2. *in nouis sub hoc tit* Sayr. *in floribus decisionum sub eod. tit. dec.* 5. Flamin. *d. q.* 3. *n.* 211. *cum seqq.*

18 *Propter laboris angustias*, &c.] Notatur ad hoc quòd non licet Episcopo resignare Episcopatum ob labores, qui necessariò sustinentur in cura pastorali, vt per Flamin *d. q.* 3. *à n.* 216. vbi *n.* 224. hoc limitat quoties per multos annos sustinuisset laudabiliter illos labores annexos curæ Episcopali.

19 *Sed dices*, &c.] Notatur ad hoc quòd non licet Episcopo resignare Episcopatum ratione inspirationis, vel humilitatis, vt per Flamin. *d. quæst.* 3. *à num.* 227.

20 *Si in huiusmodi cessione frugem melioris vitæ*, &c.] Notatur ad hoc quòd non est iusta causa resignandi Episcopatum, si Episcopus velit ingredi Religionem appobatam causa mutandi statum, & vitam, text. similis *in cap. suggestum* 7. *q.* 1. *& in cap. suscitatus* 7. *q.* 5. Maiol. *de regul. lib.* 3. *c.* 3. *num.* 31. *in fine*; Flamin. *de q.* 3. *n.* 233. *cum seqq.* Azor. *inst. t. moral. part.* 1. *lib.* 11. *c.* 16. *q.* 2. *vers. quæres*, Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiepiscop. Neapolit. cap.* 31. *numero* 11. ego ipse *d. part.* 3. *allegat.* 53. *à numero* 22. Menoch. *de arbitrar. casu* 423.

Nec putes quòd ideo Martha, &c.] De hac auctoritate latè Azor. *d. lib.* 11. *c.* 14. *q.* 6. 21

In glos. *cùm ille.* Vide per me adducta *de offic. & potest. Episc. p.* 1. *tit.* 2. *glos. f.* 2. *n.* 25. 22

In glos. *Forsitan*, ibi, *istud forsitan non videtur poni dubitatiuè, sed affirmatiuè.* Nam hæc dictio, & similes aliquando sunt notæ assertionis, & stant assertiuè, secundùm subiectam materiam, Rebuff. *in comment. ad l. ostensum* 38. *vers. fortè, ff. de verbor. signif. pag mihi* 208. *& in concord. titul. forma mandati Apostol. pag* 715. Card. Tusch. *tom.* 2. *lit. D. concl.* 281. *num.* 6. Farinac. *Rotæ decis.* 35. *num.* 3. *in* 1 *collect. nouiss.* aliàs *part.* 4. *diuers.* 23

In glos. *Sed dumtaxat.* Notatur ad hoc quòd criminosi, qui non sunt priuati ipso iure, sed veniunt priuandi, possunt resignare sua beneficia in fauorem pendente iudicio super criminibus commissis, vide Lancel. *de attent. p.* 2. *c.* 5. *numero* 6. Petr. Gregor. *de benef. c.* 26 *numero* 15. *& c.* 33. Flamin. *de resignat. lib.* 3. *q.* 16. Guttier. *canon. lib.* 2. *c.* 5. *numero* 29. Ceuall. *communium contra communes, q.* 147. *num.* 7. Prosp. de Augustino *in addit. ad Quarantam in summa Bullarij, verbo, beneficiorum resignatio, vers. quinta causa*, Flores de Mena *variar. lib.* 2. *q.* 13. *num.* 8 & 9. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 7. *c.* 19. *q.* 5. *vers. quinta, & c.* 20. *q.* 8. Molina *de iustitia tract.* 3. *disp.* 78. *n.* 2. Card. Tusch. *tom.* 6. *lit. R. concl.* 166. *& concl.* 260. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 15. *n.* 147. post Rebuff. Hier. Gab. Corras. Mandos. Cou. Plac. & alios, Nicol. Garc. *de benef. part.* 11. *c.* 3. *à n.* 62. 24

In ead. glos. ibi, *item sec. Ioan. omne peccatum, quod ipso iure irrogat infamiam.* Notatur ad hoc quòd omne peccatum, quod ipso iure irrogat infamiam, impedit executionem Ordinis, etiam post peractam pœnitentiam, cuius contrarium verius esse, tenent Lambertin. *de iurepatronat.* 1. *part.* 2. *lib. quæst.* 9. *art* 18. *num.* 5. Nicol. Garcia *de benefic. part.* 7. *cap.* 8. *num.* 67. 25

In ead. glos. ibi, *quod intrusus omnino debet cedere.* Notatur ad hoc quòd intrusus potest renuntiare beneficio detento propria auctoritate, quando est intrusus existenter, & apparenter carens titulo, vt per Nic. Garc. *d.* 11. *c.* 3 *n.* 250. 26

In ead. glos. ibi, *pro nullo crimine potest Episcopus renuntiare sine licentia Papæ quantumcunque graui.* Vide Flamin. *lib.* 7. *q.* 2. *num.* 3. vbi *num.* 7. ampliat etiamsi Episcopus criminosus sit constitutus in mortis articulo, nam nihilominus non potest resignare Episcopatum sine licentia Papæ contra Abb. & hanc glossam. 27

In glos. *Viliter*, ibi, *quandoque dormire debet seueritas disciplinæ.* Ius enim summum sæpè summa iniustitia est, vt inquit Terent. *Heauton. action.* 2. *scena* 5. Et qui nescit dissimulare, nescit imperare, solebat dicere Fideric. III. & faciunt per me adducta *de officio, & potestate Episcopi, part.* 1. *tit.* 2. *glos.* 12. *num.* 6. 28

In glos. *Manzarres.* Qui dicantur, & in quibus differant naturales, nothi, spurij, & manzares, vide Cou. *de sponsal. part.* 2. *c.* 8 §. 4. *num.* 1. *&* §... *n.* 2. Surd. *de aliment tit.* 2. *q.* 4. *n.* 9. 29

In glos. *Otiositas.* Multa ex otiositate multa prouenientia commemorant Titelman. ad *cap.* 5. *Ecclesiastes, fol.* 131. Hector. Pinto Lusitan. *in suis dialogis, part.* 1. *in dialogo iustitiæ, cap.* 1. *fol. mihi* 79. Cassan. *in catalogo gloriæ mundi, part.* 11. *in princ. consid.* 1. *&* 29. Viana *ad Ouid. Metamorphos. fol.* 154. Rebuff. *in auth. habita, verbo diligenti C. ne filius pro patre pag.* 574. Perez *ad l.* 1. *tit.* 14. *lib.* 8. *Ordin. pag.* 272. Azeued. *ad l. num.* 1. *tit.* 11. *lib.* 8. *noua recop.* Flamin. *d. q.* 3. *n.* 21. 30

*n.*211.*cum seqq.* Datur tamen aliud otium laudandum, quod est literatorum, ac contemplantium veritatem, de quo Cato dicebat. *Viro quemadmodum negotij, sic & otij rationem extare oportere.* Hoc idem Seneca in epistol. amplectendum suadet honesto ac prudenti viro, quo ex actionum tumultu tanquam in portum se tandem recipiat vbi sese primùm, deinde humana pariter ac diuina dignoscat, de quo otio laudabili multa tradunt Luc.Pena *in l.*1.*col.*2.*C.de excusat. artif. lib.*10. Ioan.de Monthel.*in suo prompt. iuris, verbo Otium.* Cassan. *p.*12. *consid.* 49 & sic otium hoc sensu accipitur pro labore qui dicitur pater gloriæ, & famis obsonium. Cassan. *p.vlt.consid.*48. Paris.Flamin.*de resignat.lib.*5.*q.*3.*n.*218. & ferocientem carnis domat Steph.Costa *de ludo* 2 *art. princ.num.*16.*vol.*4. Doct. & labore alios superans aliis præponi debet, Signorol. de Homedæ. *in quæst. virum præferendus sit Doctor an miles n.*21.*vol.*12.*tract. qui labor non debet esse sine remuneratione & fructu, cap. fin. & ibi gloss. verb. laborem* 7.*q.*1.Gonzal.*ad reg.* 8. *Cancel. gloss.*4. *n.*17. sed hoc verum in alia vita, in hac autem aliqui absque remuneratione infeliciter viuunt.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus, qui propter crimen renuntiauit Episcopatui, & ad religionem transiuit, ad Episcopatum reassumi non potest, secus si renuntiauit propter persecutionem, infirmitatem, defectum scientiæ, simoniam ipso ignorante commissam, vel aliam similem causam.*
2 *Episcopatu depositus, & in monasterio detrusus ad pœnitentiam peragendam non potest iterum ad Episcopatum reuocari.*
3 *Causa impulsiua cessante non cessat effectus.*

Cap. Post translationem. XI.

1 EPiscopus si fiat Monachus, non potest amplius in Episcopum eligi, nisi in his casibus, nempè quando cessit propter magnam persecutionem, secundò propter inualitudinem corporis, cum auctoritate tamen Papæ, tertiò si cessit propter ignorantiam, sed in monasterio deinde didicit, tunc enim potest iterum reassumi; quartò si propter simoniam parentum, ipso inscio, fiat Episcopus, mox Regularis potest reassumi ad alium Episcopatum. Concilium autem Constantinopolitanum, vnum ex quatuor principalibus, dum decernit Episcopum monachum factum non posse reassumi ad Episcopatum, intelligitur quando Episcopus propter aliquod crimen ad vitam monasticam descendit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Henric. Boich. Innoc. Imol. Anan. Panor. Host. Bald. Butr. Viu. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.*262. Alagon. *in compend. iuris Canonici, pag.*90. refertur ab Ant. August. *collect.*3. *Decretal. lib.*1. *tit.*1.*c.*1.

2 Collige ex text. quòd si quis ex Episcopali statu ad Monachatum transierit propter delictum, vt quia fuit Episcopatu depositus, & in monasterium detrusus ad pœnitentiam peragendam, non potest iterum ad Episcopatum reuocari, concordat text. *in cap. hoc nequaquam* 7.*q.*1.*& in c. temporis, § idem, ead causa & q.* Miol. *de irregul. lib.*3.*c.*6.*n.*4. Flamin. *de resign. lib.*5.*q.*3. *num.*242.

3 *Licèt causa impulsiua cesset.*] Notatur ad hoc quòd cessante causa impulsiua, non cessat effectus, vt per Tiraq. *in tract. cessante causa limit.* 1. *num.*2. Hyppol. *in l. si quis iudicium, num.*2.*& 3. ff. de quæst.* metipsum *de Axiom. iuris vsufr. Axiom.*4.*n.*6. Et quòd defectus causæ impulsiuæ minimè obstat quin actus ipse validus omnino censeatur, resoluit Cou. *lib.*1.*var.c.*20.*num.*1.*vers. contrariam.*

SVMMARIVM.

1 *Cedendi licentiam petentes, ea obtenta compellendi sunt ad cedendum,* & n.2.
3 *Consensum non præstare, & præstare sine solemnitate requisita, paria sunt.*

Cap. Quidam. XII.

QVi petiit licentiam cedendi, ex quo illa obtinuit 1
cedere compellitur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Anch. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Innoc. Panorm. Bald. Butr. Viu. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.*163. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.*90. remissiuè Ximen. *in concord. p.*1.*&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.*4. *Decretal lib.*1.*tit.*5.*c.*1.

Hanc eandem concluf. ex hoc text. desumunt Cassad. 2
*decis.*1.*num* 3.*& decis.*2.*num.*7. *de renunt.* Mandos. *in reg. Cancellariæ de infirmis resignantibus quæst.*9.*num.*4. Maiol. *de irregularit. lib.*3. *cap.*6. Fusc. *de visit. lib.*2.*cap.*28.*n.*1. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 30. *tract.* 3. *num.*328. *vers. aduerte*, Flamin. *de resignat. lib.* 3. *q.*18. *num* 48. *cum seqq.* vbi *num.*59. asserit procedere nedum in simplici beneficiato, sed in habente dignitatem Ecclesiasticam, etiam Episcopalem, & *num.*62. ampliat siue fuerit petita & habita licentia à Papa, siue etiam ab aliis inferioribus Ordinariis, & *num.*63. siue fuerit hæc licentia petita & obtenta per se, siue per alios, de mandato tamen & ad instantiam beneficiatorum; hodie in beneficiis inferioribus, & in dignitatibus, quæ expediuntur extra consistorium, decisio huius text. non procedit, licita est enim pœnitentia post petitam & obtentam licentiam renuntiandi, quandoquidem licitum est pœnitere donec consensus fuerit extensus in Camera, vel Cancellaria, Flamin. *d. q.*18.*n.*67. nam recepta praxis, & stylus Curiæ Romanæ est quòd soleat præstari consensus in Camera, vel Cancellaria, Mohed. *decis.*5.*n.*1 *sub hoc tit.* Put. *decis.*111. *n.*3. Flamin. *lib.*7. *q.*8. & si alibi quis consentiat nulliter consentit, quia paria sunt non præstare consensum, & præstare sine solemnitate requisita. Put. *decis.*360. *num.*6. *lib.*1. quem refert Ioan. à Cochier. *in reg.*44. *Cancellariæ, n.*41. In Episcopis tamen etiam hodie procedit dispositio huius text. qui si petierint & obtinuerint licentiam, possunt postea cogi resignare, Flamin. *d. q.*18.*à n.*68.

SVMMARIVM.

1 *Iuri suo non renuntiat, qui gratiæ aduersarij se submittit.*
2 *Dubia res sit per negationem.*
3 *Renuntiatio est stricti iuris.*
4 *Voluntati alicuius quando quis submittitur intelligitur secundum arbitrium boni viri.*

Cap. Veniens. XIII.

Honor. III.

LIteras Apost. habens, v.g. contra Capitulum, si 1
committat se gratiæ Capituli, vel aduersarij, non dicitur renuntiasse iuri suo sibi competenti ex litetis,

tis, secus si renuntiasset literis impetratis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Bellam. Collect. Ioan. Andr. Innoc. Anch. Imol. Anan. Henric. Boich, Bald. Panor. Butr. Viuian. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 263.* Alagona *in compend. iuris Canonici, pag. 90.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

2 *Hoc negante.*] Notatur ad hoc quòd per negationem fit res dubia, vt per Felin. *in c. super eo, à n. 2. de testibus cogendis*, Surd. *cons. 4. n. 28* Guttier. *pract. lib. 3. q. 9. n. 10.* cùm aliis per me citatis *Axiom. 158 n. 1.*

3 *Ad hoc probandum,* &c.] Notatur ad hoc quòd renuntiatio est stricti iuris, ita vt nec ex actu quidem proximo præsumatur, vt per DD. quos citaui *suprà ad c. super hoc, n. 2 hoc tit.*

4 *Aduersarij se gratiæ commisissent,* &c.] Notatur ad hoc quòd si quis se submittat misericordiæ, siue gratiæ, siue voluntati alicuius, tamen recurritur ad arbitrium boni viri, vt per Bouer. *sing. 6. n. 11.* Vide quæ circa clausulam, ad libitum suæ voluntatis, dixi *in meis Remission. de dictionibus, & clausulis, clausul. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Prælatus si ab obedientia subditos absoluit, non propter hoc Prælaturæ renuntiat.*
2 *Declaratur text. in præsenti.*
3 *Renuntians per Procuratorem potest reuocare eam renuntiationem quandiu res est integra.*

CAP. Lectæ. XIV.

1 PRælatus qui eximit subditos à sui obedientia non propterea intelligitur renuntiare Prælaturæ, nisi illam verè resignauerit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Host. Anch. Bellam. Io. Andr. Innoc. Imol. Anan. Henric. Boich. Bald. Panorm. Felin. Butr. Viu. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag. 263.* Alagona *in compend. Iuris Canon. pag. 91.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1.*

2 *Humiliter est confessus.*] Nau. *in c. Sacerdos, n. 128. de pœnit. dist. 6. vers. ad caput*, tenet hunc text. non loqui de peccati confessione, sed de renuntiationis cuiusdam manifestatione, quia nullum hîc est verbum quod significet Abbatem, de quo hic text. agit, confessum fuisse sacramentaliter Archiepiscopo, sed solum confessum fuisse humiliter, secretè, & reuerenter.

3 *Suo resignasse regimini non videmus.*] Notatur ad hoc quòd per procuratorem renuntians potest reuocare eam renuntiationem quandiu res est integra, id est, quandiu non accesserit approbatio Superioris, quantumcunque ipse renuntians multa interea faciat, quæ facere solet is, qui plenè renuntiauit, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib 30. tract. 3. n. 328.*

SVMMARIVM.

1 *Abbas exemptus sine licentia Papæ renuntiare non potest.*
2 *Prælatus exemptus non potest renuntiare suæ prælaturæ sine Papæ licentia.*
3 *Resignatio quando non tenuit, tunc sine noua collatione ad suum beneficium cedens redit.*
4 *Abbatia potest renuntiari.*

CAP. Dilecti. XV. & fin.

Greg. IX.

ABbas exemptus, id est, immediatè pertinens ad Romanum Pont. non potest renuntiare sine licentia Papæ, & si renuntiauerit, etiam sequuta resignatione in manu alicuius Prælati, renuntiatio, & resignatio sunt nullæ. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Host. Ioan. Andr. Anch. Imol. Anan. Bald. Panorm. Butr. Henric. Boich, Viu. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 264.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 91.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 2.* 1

Sine licentia nostra.] Notatur ad hoc quòd Prælatus exemptus non potest renuntiare suæ prælaturæ sine Papæ facultate, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. n. 331.* & faciunt quæ tradunt citati per Tambur. *de iure Abbatum tom. 1. disp. 13. q. 1. n. 7.* Alij autem Prælati, Abbates scilicet, Priores & similes non exempti, renuntiare possunt in manibus Generalis, vel definitoris, aut alterius, qui habet potestatem instituendi, & destituendi simul inuitum iustis de causis, secundùm gloss. *verbo in manibus in Clem. 1. hoc tit.* Flamin. Paris. *de resignat. lib. 7. q. 15. in fine* Erasm. à Cochier. *de iurisd. Ordin. in exemptos p. 4. q. 67. in fine*, Rot. *decis. 529. n. 7 p. 4. diuers.* 2

Loco suo restitui faciatis.] Notatur ad hoc quòd quando resignatio non tenuit, tunc sine noua collatione ad suum beneficium cedens redit, vt per Rebuff. *de pacif. possess. n. 154.* Resignatione enim nulla, inualida, aut subreptitia existente à resignante non abdicatur ius, ac proinde si non acquiritur resignatario Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib. 1. q. 3. ex n. 95. & n. 117.* Caputaq. *decis. 216. n. 5. p. 1.* Seraph. *decis. 25. n. 1.* Rot. *decis. 419. & decis. 699. n. 4. p. 1 diuers. & decis. 92. n. 5. p. 1. recent. & decis. 4. n. 2. & decis. 423. n. 2. p. 2. recent. & in Leodien. Canonicatus Sancti Dionisij 25. Maij 1626.* coram R.P.D. meo Pirouano. 3

Recipiatis cessionem ipsius.] Ergo Abbatiæ potest renuntiari, Flamin. *de resign. lib. 2. q. 1. n. 63.* Tambur. *d. q. 1. n. 2. in fine*, quòd autem quædam dicatur Abbatia sæcularis, quædam Regularis, ostendit Campan. *in diuersorio iuris Canonici, rubr. 7. c. 6. n. 92.* 4

De Supplenda negligentia Prælatorum.

TIT. X.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hanc rubr. scribentes.*
2 *Negligentia alia est materialis tantùm, alia formalis.*
3 *Negligentia materialis illa est per quam quis in suum cuius liberam administrationem habet, omittit.*
4 *Negligentia formalis vel est propria, vel impropria.*
5 *Negligentia formalis & propria est illa, quæ supponit in negligente intellectum sollicitum ad imperandum voluntati.*
6 *Negligentia opponitur prudentiæ.*
7 *Negligens dicitur quasi nec eligens.*
8 *Negligentia definitur vt sit rationis cunctatio, seu tarditas in efficaciter operando.*

9 Negli

9 *Negligentia Prælatorum an & quando suppleri possit à superioribus per viam recursus, seu appellationis, remissiuè.*

10 *Prælati qui dicantur, & eorum appellatione qui veniant, remissiuè.*

1 SVPER hanc rubr. scripserunt Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Panormit. Bald. Anchar. Butr. Petr. Alphonſ. de Vasconcellos *in harmonia rubricarum*, Petr. de Rauenna *in comp. iur. Canon.* Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canonum*, *fol.* 264. Mart. Mesnartius *in epitome Decret. fol.* 16. Guillelm. Durand. Specul. *in breuiario aureo iuris Canon. & in speculo iuris lib.* 4. *sub hoc titul.* Dan. Venator. *in analysi methodica iuris Pontif. à pag.* 47. Goffred. & Hoſt. *in summa huius tit.* Alex. Caſſan. & Anaſt. Germon. *in expoſit. titulorum iur. Canon.* Zypæ. *in analytica poſtremi iuris Eccleſiaſt. enarrat. pag.* 42. omnes *ſub hoc tit.* nouiſſimè Ioan. Honor. *lib.* 1. *ſumm. in Decret. ſub eod.* & Andreas Vallenſis *in ſuis comment. ſup. Decretal.*

2 Negligentia alia eſt materialis tantùm, alia formalis: negligentia materialis tantùm illa eſt, per quam
3 quis ius ſuum, cuius liberam adminiſtrationem habet, omittit, quin aliquam culpam in huiuſmodi omiſſione committat, iuxta terminos text. *in c. ſi autem, & in c. plerumque, de reſcript. & in cap. ſi clericus, de præb. lib.* 6. iuncta reg. text. *in l. in re mandata, C. mandati*, Ludouic. Gom. *in reg. de triennali q.* 28. in epilogo caſuum in quibus negligentia non nocet, *caſu* 17. Et hæc non eſt iniuſta & culpabilis, immo aliquando perfectionis & meriti opus erit, veluti ſi quis non admodum vtilis, & commodus Reipubl. nec putans ſe eſſe in peccato mort. ex quo timeat in æternum damnari, ſi tunc occideretur ius propriæ defenſionis ſibi alioquin naturaliter competens omittendo negligit ob charitatem proximi inuaſoris, & ad conſeruandam eius ſalutem ſpiritualem, vel temporalem, iuxta illud Ioan. 1. *maiorem charitatem*, &c. provt ex hoc & aliis fundamentis poſt D. Thom. Sot. & Sylueſt. reſoluit Leſſi. *de inſtit. lib.* 2. *cap* 9. *numero* 55 *&* 56. Cou. *de ſponſal part.* 2. *cap.* 8 §. 12. *num.* 17. ſic amplius text. *in c. non eſt noſtrum* 23. *quæſt.* 5. & meritò reprehendens ſententiam Pauli *in l.* 1. §. *iuſgentium ff. de iuſt. & iure*, abſque bono fundamento exiſtimantis peccare mort. quemlibet qui abſque alia iuſta cauſa mortem patitur dum poteſt ſe ipſum defendere occidendo aggreſſorem; de qua negligentia materiali tantùm non tractatur in hac rub. cum in ea agatur ſolùm de negligentia iniuſta & ita culpabili, vt conſtat ex text. *in c. quia diuerſitatem, de conceſſ. præhend.*

4 Formalis autem negligentia, vel eſt propria, vel impropria, provt bene diſtinguunt Silu. & Tabien. *in ſum verbo negligentia*, Valent. *tom.* 4. *diſp.* 4. *q.* 5. *puncto* 2. *verſ. negligentia, in fine*, Leſſi *de iuſt. lib.* 1. *c.* 2. *num.* 19.

5 Formalis & propria negligentia eſt illa, quæ ſupponit in negligente intellectum ſollicitum ad imperandum
6 voluntati quid negligens agere teneatur; illi autem opponitur prudentia, Valent. *d. quæſt.* 5 *puncto* 1. Leſſ. *d. num.* 19. quæ eſt facultas quædam intellectus practici, qui per actum conſilij & iudicij, & per actum imperij diſcretè ſollicitum in quouis caſu particulari ſtatuit media ad exequendos formales fines virtutum moralium, vt colligitur ex iis, quæ in hac re tradunt, & latè proſequuntur, Valent. *diſt. diſp.* 4 *q.* 1. *puncto* 1. *cum ſeqq.* Leſſ. *dict. lib.* 1. *c.* 1. *à princ.* opponitur, inquam, in eo prudentiæ negligentia, quia per hanc dum negligens omittendo diligentiam requiſitam in actu intellectus excitantis, & mouentis voluntatem, & vices externas ad executionem tardus eſt in eligendo efficaciter ea, quæ ſunt ordinata ad finem cuiuslibet virtutis moras, plenè deficit ab ea ſollicitudine, & diſcreta imperij celeritate, qua mediante debuit prudentia operari in ordine ad prædictum finem; & hinc eſt quod Iſidor. *etym. lib.* 10. *c.* 1. dicit quòd negligens dicitur quaſi nec eligens, atque ita reſoluunt D. Thom. 2. 2. *q* 54. *art* 2. *in corpore*, quem ſequitur Leſſi. *d. n.* 19. & Valent. *d. q.* 5. *puncto* 1. *verſ. negligentia.* De hac negligentia loquitur hæc rubr. cui vt locus ſit non 7
requiritur præcisè, vt omiſſio actuum Prælatis Eccleſiaſticis incumbentium procedat ab illa intellectus tarditate, ſed potiùs ſatis erit, vt ſui ipſorũ externa exercitio iniuſtè omittatur, & ita interueniat illa alia negligentia, quæ in his terminis impropria, ſed propter prædictam iniuſtitiam formalis ſolet appellari, etſi oppoſituu negligentis intellectus voluntati nihilominus renuẽti ſollicitè impetraret. Probatur euidenti ratione, cùm enim hæc rub. eò tendat vt iniuſtæ damnoſæ Prælatorum Eccleſiaſticorum omiſſiones in actibus debitis externè gerendis ſuppleantur per alios Prælatos; eorum autem actuum externa omiſſio, ea ſcilicet quæ iniuſta ſit & damnoſa, indigeat hoc ſupplemento, quãtumvis illa non procedat à prædicta intellectus tarditate, vt palam eſt, conſequitur non tantùm illam propriam ſed etiam hanc impropriam pertinere ad materiam huius rub. quamvis illa quæ propria eſt, non ſit præcisè ad eam neceſſaria.

Definitur autem negligentia vt ſit rationis cuncta- 8
tio ſeu tarditas efficaciter operando, eo quòd eſt iam bene conſultatum, & iudicatum, vt expreſſit Valent. *d. quæſt.* 5. *puncto* 1. *verſ. negligentia*, & in effectu concedit cum alia, quam tradit Leſſi. *d. num.* 19. *in fine*, dum dicit quòd negligentia eſt omiſſio actuum rationis, qui neceſſarij ſunt, vt opus ſuo tempore fiat. An & quando negligentia Prælatorum ſuppleri poſ- 9
ſit à ſuperioribus, per viam recurſus, ſeu appellationis, dixi latè *de officio, & poteſt. Epiſc. part.* 3. *allegat.* ſecundùm Lugdunen. impreſſ. Prælati verò qui dicantur, & eorum appellatione qui veniant, dixi latè *in tract. de appellatiua verborum vtriuſque iuris ſignificat. appell.* 215. 10

SVMMARIVM.

1 *Abbatem ſi diœceſanus requiſitus benedicere nolit, ipſe monachos ſuos benedicere poterit.*

2 *Abbates benedicere poteſt Epiſcopus.*

3 *Benedictio ab Epiſcopo Abbatibus impartienda iterari non poteſt.*

4 *Abbatem benedicere ſi Epiſcopus ſine cauſa renuat, poſſèt ipſe Abbas non expectata benedictione officium adminiſtrare.*

5 *Dictio*, donec, *& ſimiles ſunt limitatiuæ & reſtrictiuæ temporis.*

CAP. Statuimus. I. *Alex. III.*

ABbates confirmati (ſi diœceſanus tertiò admonitus nolit eos benedicere) poſſunt ſuos monachos benedicere, & alia ſui officij exercere, donec Epiſcopus non recuſet eos benedicere. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabarell. Collect. Anchar. Bald. Bellam. Hoſtien. Ioann. Andr. Innoc. Imola, Anan. Panormit. Butr. Viuian. *in rationali primi libri*

libri iuris Pontific. pag. 267. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 92. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 2. *Decret. lib.* 1. *tit.* 6. *cap.* 1.

2 *Vi si Episc.* &c.] Notatur ad hoc quòd Episcopus benedicere potest Abbates, vt per Sbros. *de offic. Vicarij Episc lib.* 2. *q.* 8. *n.* 1. Azor. *inst. mor. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 20. *q.* 6. Vgolin. *de potest. Episc. c.* 32. §. 1. Tambur. *de iure Abbatum, tom.* 1. *disp.* 11. *q.* 10. quæ benedictio ab Episcopo Abbatibus impartienda iterari non potest, Nau. *conf.* 2. *de Sacram. non iter. in nouis*, Azor. *d. p.* 1. *lib.* 13. *c.* 10. *q* 4. Lud. Mirand. *in manuali Prælatorum, tom.* 2. *tract. de sacris monialibus q.* 7. *art.* 7. *concl.* 1. *in fine*, Tambur. *de iure Abbatum tom.* 1. *disp.* 11. *q.* 6. *à princ.* me citato *in hoc loco* Hieron. Roder. *in compend. quæst. Regul. resolut.* 1. *num.* 2.

4 *Benedicere fortè renuerit*, &c.] Notatur ad hoc quòd si Episcopus tertiò requisitus benedicere Abbatem sine causa renuerit, posset ipse Abbas non expectata benedictione officium administrare, Ordines conferre, ac ea omnia, quæ sunt sui muneris tunc præstare, & implere, vt per Erasm. à Cochier. *in iurisd. Ordinarij in exemptos, part.* 4. *q.* 78. *num.* 2. Hieron. Roder. *de resol. num.* 19. Azor. *d part* 1. *lib.* 12. *c.* 20. *q.* 6. vbi etiam tenet hoc priuilegium non tantùm Abbatibus Cistercien sibus, sed etiam omnibus concedi. Quæ quidem benedictio Abbatis, quæ fit ab Episcopo, est media mixtáve inter simplicem & ordinariam per manus impositionem Episcopi, quæ fit tantùm Presbytero, Host. *in cap. tuam, sub n.* 8. *& 9. de ætate & qualit.* qui quatenus *sub n.* 7. *vers. quinimo*, voluit electum in Abbatem, adhuc tamen non benedictum, non debere vocari Abbatem, sed electum, non meruit tam acriter carpi ab Oldrad. *cons.* 14. *n.* 3. nam loquitur expressè de electo ante ordinationem, & sic de eo in quem facultas benedicendi ne quidem in potentia cadit.

5 *Donec.*] Hæc dictio, & similes sunt limitatiuæ, & restrictiuæ temporis, habéntque naturam suspensiuam, Menoch. *cons.* 151. *n.* 40. *& cons.* 166. *n.* 1. Surd. *cons.* 186. *n.* 15. *& cons.* 319. *n.* 6. Cæual. *com. contra com. q.* 806. *n.* 35. plures citaui *in tract. de diction. vsu freq. dict.* 93. *num.* 1.

6 *Abbatem benedicere non recusent.*] Ergo Abbas dicitur quis ante benedictionem, Felin. *in c. meminimus, de accus. n.* 1. *&* 20. Oldr. *cons.* 14. *col.* 14 Bertachin. *verbo, Abbas* 5. Brunor. à Sole *in locis communib. verbo Abbas n.* 2. & me citato *in hoc loco.* Tambur. *de iure Abbatum tom.* 1. *disp.* 11. *q.* 5. *n.* 2. & Hieron. Roder. *d. resol.* 1. *num.* 18.

SVMMARIVM.

1 *Regulares in suos vsus conuertere non possunt Ecclesias in quibus ius obtinent patronatus, & si intra tempus Lateranen. Concilij quando vacant non præsentes Rectores ad eas, superior ordinabit easdem.*

2 *Præsentatio ad beneficia intra quod tempus sit facienda per patronos, remissiuè.*

3 *Patrono elapso termino præscripto ad præsentandum potest Episcopus ipsi facere rem gratam, eúmque ad præsentandum admittere.*

CAP. Sicut nobis. II. *Clem. III.*

1 REgulares habentes iuspatronatus in Ecclesiis, non possunt illas in proprios vsus conuertere, nec deputare vicarios, & illos pro libito instituere, & deponere, sed debent, nisi Ecclesiæ sint exemptæ, intra tempus semestre à Conc. Later. assignatum præsentare Episcopo personas idoneas pro Ecclesiis vacantibus. Secus remota appellatione Episcopus prouideat de Rectore idoneo pro illa vice. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Anc. Bellam. Io. And. Anan. Host. Innoc. Henric. Boich. Panorm. Bald. Butr. post Viu. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 268. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 93. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 2. *Decretal lib.* 1. *tit.* 6. *cap.* 2.

Intra tempus, &c.] Intra quod tempus præsentatio ad beneficia sit facienda per patronos, dicam commodiùs suo loco, interim vide per me tradita *de officio, & potestate Episcopi, part.* 3. *allegation.* 72. *à num.* 126. 2

Ex tunc liceat, &c.] Notatur ad hoc quòd elapso termino præscripto patronis ad præsentandum potest Episcopus facere rem gratam ipsi patrono, eúmque iterum ad præsentandum admittere, Lambertin. *de iure patron. lib.* 2. *p.* 2. *art.* 27. *n.* 3 *q.* 1. quem ego refero ipse *d. alleg.* 72. *n.* 170. pondero hoc verbum, *liceat*, quod ponit causam in voluntate illius, cui licet, allegata per me *in remiss. de dictionibus, & clausulis, dict.* 165. *num.* 1. 3

SVMMARIVM.

1 *Negligentiam inferioris in beneficiis conferendis supplet superior si tempus Lateranen. Concilij lapsum sit, & collatio per inferiorem postea facta non valet.*

2 *Beneficia vacantia intra sex menses prouidere debent ij, ad quos prouisio spectat.*

3 *Tempus sex mensium datum ad conferendum est à tempore scientiæ vacationis numerandum.*

4 *Notitia quando dicatur, remissiuè.*

5 *Deuolutio immediatè Papæ subiectis sit immediatè ad Papam.*

6 *Charitas bene ordinata incipit à se ipso.*

7 *Mora purgatio non admittitur cùm quid sit ipso iure.*

CAP. Licet. III. *Innoc. III.*

PRælatus si est negligens in conferendis beneficiis, transacto tempore Concilij Lateran. id est, semestri, quod incipit à die notitiæ, & non vacationis superior debet illud conferre, & si Prælatus non habuerit superiorem, ad Papam collatio est deuoluta. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Host. Ioan. Andr. Innoc. Henric. Boich. Anania, Bald. Panorm. Anchar. Butr. Viuian. *in ration. primi libri iuris Pontificij, pag.* 269. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 93. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 4. *Decret. lib.* 1. *tit.* 6. *cap.* 1. 1

Tempore semestri] Notatur ad hoc quòd de beneficiis vacantibus prouidere debent ij, ad quos prouisio spectat, infra sex menses, vt per Rebuff. *in praxi, tit. de deuolut. & in repet. c.* 2. *circa fin. suprà. de conces. præb.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea resol.* 184. *n.* 1. Nicol. Garc. *de benef. part.* 10. *c.* 2. *à n.* 1. quos refero ego ipse *de officio, & potest. Episc. p.* 1. *alleg.* 58. *n.* 1. latè Ferentil. *in ann. ad decis.* 18. *Buratti.* 2

Sed à notitia computato.] Notatur ad hoc quòd tempus sex mensium datum ad conferendum, est à tempore scientiæ vacationis numerandum, vt per Azor. *instit.* 3

inſtit.moral.p.2.lib.6.c.26.quæſt.10. Cald.Pereira *renouat. emphyt.q.6.n.24.*Flores de Mena *var.lib.1.q.3.n.6.* Zerol.*in praxi Epiſc.p.1. verbo, Inſpatronatus,verſ. hîc ſunt, pag.mihi* 182.Mantic.*deciſ.*260.*n.*2. Aloyſ.Ricc.*d.reſol.* 184.*n.*1.Nicol.Garc.*d.c.*2.*n.*15. vbi *n.*43. tenet huiuſmodi ſemeſtre tempus computari de momento ad momentum,& *n.*22. *&* 23. refert Rot.apud Seraph.*deciſ.* 702. tenuiſſe tempus ſex menſium datum Ordinariis ad conferendum Parochiales ad eorum collationem ſpectantes per Bullam Pij V. quæ dicit à die vacationis,intelligi à die vacationis notæ.Idem etiam dicendum de quatuor menſibus conceſſis Ordinariis ad collationem faciendam de beneficiis curam animarum habentibus, aliàs Sedi Apoſt.reſeruatis , Seraph.*deciſ.* 380. Et notitia quando dicatur agit Tiraq. *de retractu*

4 *lign.*§.38.*gloſſ. n.*32. Et quoad hoc propoſitum dicitur ab eo tempore quo ſcire potuit, vel debuit Epiſcopus, Nicol.Garc.*d.c.*2.*n.*28.*&* 26. Rota apud Farin.*p.*2.*to.*1. *deciſ.*323.*n.*1.*in recent.*

5 *Alium Superiorem non habet, ex tunc*,&c.] Notatur ad hoc quòd in immediatè Papæ ſubiectis deuolutio fit immediatè ad Papam,vt per Selu.*de benef. p.*3. *q.*49. *n.*4.Rebuff.*in concord.* §. *ſi quid verò, verbo, ad alium,de collat. & d.tit de deuol.n.*36.*verſ.nono* , quos refert & ſequitur Cochier *de iuriſd.Ordinarij in exemptos* , *part.*4. *q.*30.*n.*5.

6 In gloſſ.*Videamur*,ibi, *Quia ordinata charitas à ſe ipſo incipit.* Vide Duen. *reg.*33. Petr.Alphonſ.Vaſconcellos *in harmonia rubricarum iuris Canonici, ad rubr. de auctoritate,& uſu pallij,n.*14. Flam. *de reſignat.lib.*9.*q.*7.*n.*117. Surd.*de alimentis,tit.*1.*q.*94.*n.*1.*& tit.*7 *q.*8. *&* 9.29.*n.*1. *& deciſ.*236.*n.*21. *& conſ.* 205.*n.*12. *& conſ.*345. *n.*28. Guttier. *de tutelis, p.*3. *c.*12. *n.*1 *in fine*, Cald.Pereira *q. forenſ.in comment. ad tit. Inſtit. de inoffic. teſtam. in princ. n*21.Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.* 131. *n.*3. *in* 1. *edit. & reſol.*116.*n.*3.*in* 2.*edit & reſol.*518.*n.*4. Bellet.*diſquiſit.clerical, p.* 1. *tit. de diſciplina clerical.*§.27. *num.*8.*& tit de bonis clericorum.*§.13.*num.*3.Ioſeph.Seſſe *Arag deciſ.*26.*n.*6. Marc.Anton. *var. lib.*3.*reſol.*42.*n.*9. Card.Tuſch. *tom.*1.*lit.C.concl.*210.*à n.*3.

7 In gloſſ. *Imponatis* , vlt. Notatur ad hoc quòd moræ purgatio non admittitur cùm quid fit ipſo iure, vt per Tiraq.*in l.ſi vnquam,verbo,reuertatur, n.*110. *C. de reuocandis donat.* dixi *ad gloſſ.fin. cap.vlt.de elect.*

SVMMARIVM.

1 *Collatio beneficij facta ab eo ad quem illa ſpectat lapſo tempore Lateran. Concilij non valet, niſi de miſericordia toleretur.*

2 *Collatio beneficij deuoluitur ad Superiorem ſi is ad quem illa ſpectat infra ſex menſes non diſpoſuerit.*

3 *Inſpatronatus etiam laicorum deuolutum ad Ordinarium conferendum eſt per concurſum pro illa vice.*

4 *Parochialium in collatione facta iure deuoluto an forma examinis , quæ coram inferiore requiritur , ſeruari debeat, oſtenditur*, & n.5.

6 *Tolerantia approbationis expreſſa dat ius in beneficio.*

Cap. Literas. IV.

1 COnferre debens ſi poſt tranſactum tempus Concilij Lateran.conferat,collatio non tenet niſi miſericorditer in perſona idonea toleretur. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq.Zabarel.Collect. Bellam.Ioan.Andr. Henric. Boich.Anan. Hoſt. Innoc. Panorm.Bald.Butr. Anch.Viuian.*in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 270. Alagona *in compend. iuris Canonici* , *pag.* 93. remiſſiuè Ximen.*in concord.p.*2. refertur ab Anton.Aug.*collect.*4. *Decret lib.*1.*tit.*6.*c.*2.

Eſſent iure inſtituendi priuati.] Notatur ad hoc quòd 2
ſi Epiſcopus,vel is ad quem ſpectat beneficij collatio infra ſex menſes non diſpoſuerit , collatio deuoluitur ad Superiorem, vt per Azor. *inſtit moral.p.*2.*lib.*6.*c.*27. Cald.Pereira *reſp.*3. *pro Alphonſo de Penharanda,num.*2. Cochier *de iuriſd.Ordinarij in exemptos,p* 4 *q.*30.*num.*5. Nicol.Garc.*de benefic.p* 10.*c.*4.*n.*10.Zerol.*in praxi Epiſc. p* 1 *verbo, beneficia*, §.2. *in princ.* Mantic. *deciſ.*160.*n* 2. Seraph.*deciſ.*702.

Circa materiam deuolutionis illud ſcitu digniſſi- 3
mum aduertendum duxi quòd inſpatronatus deuolutum ad Ordinarium conferendum eſt per concurſum pro illa vice, provt in his terminis à ſacra Congregatione deciſum fuiſſe refert Galet. *in margarita caſuum conſcientiæ,verbo inſpatronatus.* Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſcopi,p.*3.*alleg.*60.*n.*18.*in fine*, nouiſſimè Salgado *de protect.Regia tom.*1.*p.*3.*c.*11.*n.*89. vbi atteſtatur pariter ab eadem S. Congregatione reſolutum in collatione Parochialium,quæ iure deuoluto conferuntur ſeruandam eſſe formam examinis per concurſum , quia patronus non læditur , tum quia ſublato obſtaculo præſentationis,& iuriſpatroni illa vice excluſi res cedit ad Ordinarij poteſtatem , & *n.* 90. ſubdit hoc procedere etiam in Parochialibus iuriſpatronatus laicorum , in quibus non habet locum concurſus quando prouidentur ad eorum præſentationem per Ordinarium, & hoc caſu inſtitutio , quam habebat Epiſcopus per deuolutionem reſoluitur in vim plenariæ diſpoſitionis, & collationis,vt tenet Pariſ.*conſ.*194.*n* 20.*lib* 4 quicquid dicat Maſſobr. *in ſua praxi habendi concurſum requiſ* 1.*dub.*22. ſecundùm Romanum impreſſ.

Vtrùm autem in collatione Parochialium facta iu- 4
re deuoluto forma examinis,quæ coram inferiore requiritur, ſeruari debeat non requiri, ſed dumtaxat locum habere quando iure ordinario Parochialis confertur,vel inſtituitur, colligi videtur ex his,quæ tradit Nicol.Garc.*de benefic. p.*5.*c.*5.*n.*222. dum reſoluit quòd in Doctoralibus præbendis deuolutus ad Superiorem ob non eorum factam electionem intra ſex menſes à iure ſtatutos non requiritur forma conſenſus , quia hæc dumtaxat appoſita videtur Epiſcopo , & Capitulo.

Verùm requiri formam concurſus tue ur neruosè 5
Salgado *d. c* 11. *n.*84. *cum ſeqq.* tum quia deuolutio fit cum omnibus ſuis qualitatibus , quæ à principio inerant beneficio , & ad Superiorem deuoluitur cum eiſdem qualitatibus , cum quibus inferior prouidere tenebatur,Cabed. *de patronat. Regia Corona,c.*12.*num.*3. *&* 4 *& Luſit. deciſ.*52.*n.*4.*& deciſ.*72. *n.*9.*p.*2. Guttier. *conſ.*1. *num.*31. *& conſ.*2. *n* 15. Gonzal. *ad reg.*8.*Cancel. gloſſ.*46. *num.*33. tum quia natura beneficij mutari non debet,Cephal.*conſ.*358.*n.*8.*col.*1. Hieron.Gabr.*conſ.*185. *n.*2. *vol.*2. tum quia Superior ad quem eſt deuolutum debet prouidere habenti qualitates à fundatore requiſitas , vt plures referens tradit Perez de Lara *de anniuerſ.& appellan.lib.*1.*c.*10. *n.*27. tum denique quia Mareſcot.*var.lib.*1.*c.*52 *n.*24.*in fine*, reſoluit quòd Concil. Trid. *ſeſſ.*24. *de reform. c.*18. & Motus proprius Pij V. dum loquitur in Ordinario , habet locum etiam in Epiſcopo ſubrogato.

Eas de patientia permittatis.] Notatur ad hoc quòd 6
tolerantia approbationis expreſſa dat ius in beneficio, præſertim ſi fiat à Papa , vt per Coſm. *in pragmat. tit. de collation.* §. *fruſtra enim , in gloſſ. tolerandas* , *pagina mihi* 190.

SVMMARIVM.

1 *Eligere debens si infra sex menses non elegit, electio deuoluitur ad superiorem.*
2 *Eligere ad beneficia vacantia infra sex menses debent ij ad quos electio spectat.*

CAP. Dilecto. V. & vlt.

1 ELigere debens si infra sex menses non eligit, electio deuoluitur ad superiorem nullo appellationis obstaculo suffragante. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Host. Anch. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Imola, Panorm. Butr. Bald. Viuian. *in rat on. primi libri iuris Pontif. pag.* 270. Alagon. *in compend. iuris Canonici pag.* 93. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1.

2 *Procedere ad electionem*, &c.] Notatur ad hoc quòd ad beneficia vacantia infra sex menses eligere debent ij, ad quos electio spectat, vt docet Abb. per text. *in c. dilectus, de conces. præb. num.* 2. quem refert & sequitur Nicol. Garc. *de benefic. t.* 11. 2 *num.* 2. vbi *n.* 3 *&* 4. id limitat in Ecclesiis respectu principalis Prælati, nempe Episcopi, & in Regularibus, in quibuscumque etiam Prælatis principalibus perpetuis, quocumque nomine nuncupentur, siue Abbates, siue Priores, siue Præpositi, quæ Ecclesiæ suis principalibus Prælatis ob maius periculum impendens, siue imminens vltra tres menses vacare non debent, *c. postquam* 50. *dist. c. obeuntibus* 63. *dist. cap. ne pro defectu, sup. de elect.*

De Temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorum.

TIT. XI.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Panormit. Anchar. Butr. Petr. Alphons. de Vasconcellos *in hæmonia rubricarum iur. Canon.* Mart. Mesnartius *in epitom. Decret. fol.* 17. Guillelm. Durand. Specul. *in breuiario aureo iuris Canon. fol.* 19. Dan. Venator, *in analysi methodica iuris Pontific. à pag.* 60. Goffred. & Host. *in summa huius tit.* Alex. Cassan. & Anast. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretalium*, Barthol. Carthag. *in expos. titulorum iur. Canon.* omnes *sub hoc tit.* Zypæ. *in analytica postremi iuris Ecclesiast. enarrat. pag.* 42. *sub tit. de ordinandis pag.* 44. nouissimè Ioan. Honor. *lib* 1. *summ. in Decretal.* omnes *sub hac rubr.*

De materia huius tit. vide Nau. *tom.* 1. *consil. vbi sub hoc tit.* 47. *consilia cumulaui*, & quatuor Iacob. de Graffis *tom.* 1. *suorum consiliorum*, & Sayr. *in floribus decis. sub hoc tit.* 65. *decis. tradit.* Rebuff. *in praxi benef. p.* 2. *tit. de clericis ad sacros Ordines malè promotis*, Steph. Quaranta *in sum. Bull. verbo, Ordo. vers. deuenio ad secundum requisitum*, Henriq. *in sum. lib* 10. *c.* 12. Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. p.* 1. *c.* 4. *n.* 20. Vgolin. *de potest. Episc. c.* 26 §. 25. Bonac. *de Sacram. disp.* 8. *qu. vnic. punct.* 6. Bernard. & Salzed. *in pract. canon. crimin. c.* 26. *in nouissima edit.*

SVMMARIVM.

1 *Ordines sacri diebus Dominicis, vel Sabbato Pentecostes ab alio quàm à Papa conferri non debent.*
2 *Papa quolibet tempore Ordines etiam sacros conferre potest.*
3 *Papa potest ex speciali gratia Episcopo concedere vt Ordines extra tempora conferre possit.*
4 *Dispensare potest Papa, vt extra tempora statuta quis possit ab aliquo Antistite ad sacros Ordines promoueri.*
5 *Patres Societatis Iesu possunt extra tempora à iura statuta Dominicis, vel aliis diebus festiuis Ordines suscipere.*
6 *Virginum consecratio solis diebus festiuis facienda est.*
7 *Ordines minores qualibet Dominica, aut festiua die conferri possunt.*

CAP. Subdiaconos. I. *Alex. III.*

SVbdiaconatum diebus Dominicis nullus potest dare præter Papam, licèt possit consecrare Virgines, & conferre Ordines minores diebus Dominicis. Item nulli licet dare sacros Ordines in Sabbato Pentecostes, sed in sequenti hebdomada. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Henric. Anch. Host. Innoc. Panorm. Butr. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 275. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 96. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1. *tit* 6. *c.* 1. 1

Nisi Romano Pontifici liceat, &c.] Notatur ad hoc quòd Romanus Pont. quolibet tempore Ordines etiam sacros conferre potest, vt per Rebuff. *in praxi benefic. p.* 2. *tit. de clericis malè promotis, glos.* 1. *n.* 11. *&* 12. Hériq. *in sum. lib* 10. *c.* 12. §. 1. Maiol. *de irregul. lib.* 3. *c.* 24. *n.* 9. Salzed. ad Bernard. *in pract. c.* 26. *lit. A vers. & licet.* 2

Potest enim Summus Pont. Episcopo concedere ex speciali gratia vt Ordines extra tempora conferre possit, vt per Rebuff. *d. glos.* 1. *n.* 12. Stephan. Quaranta *in summa Bullarij, v verbo, Ordo, vers. deuenio ad secundum, in fine.* Maiol. *de irregul. lib.* 3. *c.* 14. *n.* 9. Vgolin. *de offic. Episc. c.* 26. §. 25. *à princ.* Homobon. de Bonis *de exam. Eccles. n.* 2. *tr.* 2. *c.* 1. *q.* 12. Et dispensare vt extra tempora statuta quis possit ab aliquo Antistite ad sacros Ordines promoueri, Rebuff. *super reg.* 21. *Cancel. vers. item hoc concedere potest.* Portel. *in dubiis Regular. verbo Ordines sacri, n.* 4. Monet. *de commut vlt. volunt. c.* 10. *n.* 184. Homobon. de Bonis *de examine Eccles. tr.* 2. *c.* 1. *q.* 13. Vnde Patres Soc. Iesv ordinari possunt ad quoscumque Ordines etiam maiores extra tempora, ex indulto Greg. XIII. ipsis concesso, dato Tusculi 22. *Septemb.* 1582. Virtute tamen aliorum priuilegiorum à Summis Pont. ante Concil. Trid. concessorum non posse Regulares nunc ab Episcopis ordinari sacris Ordinibus extra tempora resoluit Miranda *in manuali Prælat. tom.* 1. *q.* 39. *art.* 4. Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol. decis.* 93. *n.* 6. *p.* 4. 3 4 5

Quamvis consecrandi, &c.] Notatur ad hoc quòd Virginum consecratio solis diebus festis facienda est, vt per Campan. *in diuersorio iur. Canon. rubr.* 12. *c.* 16. *n.* 78. *post med.* Salzed. *d. c.* 26. *lit. A. vers. sine licentia*, quem refero *de offic. & potest. Episc. p.* 2. *alleg.* 27. *n.* 54. 6

Et minores Ordines.] Notatur ad hoc quòd qualibet Dominica, aut festiua die minores Ordines possunt conferri, de quo est text. capitalis *in cap. de eo, infr. hoc tit.* vbi dicemus. 7

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo non valet quòd extra statuta tempora sacri Ordines conferantur*, & n. 2.
3 *Multitudini delinquentium parcitur.*

CAP.

Cap. Sanè. II.

1 COnsuetudo illa firmitatem non obtinet, qua introductum fuerit, quòd sacri Ordines extra statuta tempora ministrentur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Host. Anch. Bald. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Anan. Butr. Panorm. Henric. Boich. Viu. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 275. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 96. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 2. refertur ab Ant. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 1. *tit* 6. *c.* 2. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. *p.* 26. *c.* 24.

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt, Rebuff. *in praxi benefic. p* 2. *tit. de clericis ad sacros Ordines malè promotis, glos.* 1. *n.* 14. & 15. Salzed. ad Bernard. *in pract c.* 26. *lit. A. vers. nec ea*, Steph. Quaranta *in sum. Bull. verbo. Ordo, vers. deuenio ad secundum, ibi, amplia, &c.* Vgolin. *de offic. & potest. Episc. c.* 26. §. 25. *n.* 1. *in fine*, Henriq. *in sum lib.* 10. *c.* 12. §. 2. Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neapol. part.* 4 *decis.* 93. *n.* 2.

3 *N. si multitudo*, &c.] Notatur ad hoc quòd multitudini delinquentium parcitur, vt per Tiraq. *de pœnis temper c* 47. *à principio.*

Quod consuetudo illa &c.] Vide Conan. *comment. iuris ciuilis, lib.* 1. *c.* 10. *n.* 9. Nicol. Genoa *in conciliatione legum in iure contrariarum fol.* 435.

SVMMARIVM.

1 *Ordines minores conferri possunt diebus festiuis, sacri verò conferri debent in quatuor temporibus, vel Sabbato sancto, vel Sabbato de Passione.*

2 *Ordines minores Dominicis, & aliis festiuis diebus possunt Episcopi conferre.*

3 *Prima tonsura omni tempore conferri potest.*

4 *Ordines minores fas est Episcopo dare feria sexta Vespere præcedente Sabbatum, in quo de iure Ordines sacri conferuntur.*

5 *Festiui dies, quibus Episcopi minores Ordines conferre possunt, debent esse de præcepto.*

6 *Ordines sacros quibus temporibus Episcopi dare possint, ostenditur.*

7 *Minores ordines an vna die Episcopus dare possit, ostenditur.*

Cap. De eo. III.

1 EPiscopis licitum est Dominicis, & aliis festiuis diebus vnum, vel duos ad minores Ordines promouere, sed ad sacros non nisi in quatuor temporibus, & Sabbato sancto, ac Sabbato ante Dominicam in Passione. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Bellam. Collect. Ioan. Andr. Innoc. Anchar. Hostiens. Anan. Panorm. Butr. Henric. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 276. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 96. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 1. *tit* 6. *c.* 3. & est post Conc. Lateran. sub Alex. III. *p* 26. *c.* 25.

2 *Quod licitum est Episcopis Dominicis*, &c.] Notatur ad hoc quòd Dominicis, & aliis festiuis diebus Episcopi minores Ordines conferre possunt, vt per Sylu. *verbo, Ordo, in* 2. *num* 6. Viuald. *in candelabro aureo, tit. de Sacram. Ordinis, n.* 36. *vers. tertia conclusio*, Rebuff. *in praxi benefic. p* 2. *tit. de clericis ad sacros Ordines malè promotis, n.* 2. & 3. Iacob. de Graffis *in decisionibus aureis, lib* 3. *p.* 2. *c.* 12. Fr. Emman. *in summ. tom.* 2. *c.* 16 *n.* 3. Thom. Valasc. *allegationum iuris, tom.* 1. *alleg.* 4. *n.* 4 Monet. *de commut. vlt. volunt c.* 10. *n.* 184. Homobon. de Bonis *de examine Eccles. tract.* 3. *c.* 8. *q.* 69. *vers. item minores*, metipsum *de officio, & potestate Episcopi, p.* 2. *alleg.* 11. *n.* 17. Prima tamen 3
tonsura omni tempore conferri potest; Armil. *verbo, Ordo. num.* 7. Fr. Emman. *d. n.* 3. Henriq. *lib.* 10. *c.* 12. §. 1. Thom. Valasc. *d. alleg* 4. *n.* 3. Ego ipse *d. alleg.* 11. *n.* 19.

Consuetudo vbique recepta concedit, feria sexta 4
Vespere præcedente Sabbatum, in quo de iure Ordines sacri conferuntur, Episcopis fas esse Ordines minores dare, quasi in hoc officio censeatur incipere dies Sabbati pridie Vesperi, refert Henriq. *d. c.* 12. §. 2. vbi etiam reddit rationem, vt scilicet ipsi ea cura vacarent, possintque in Sabbato maiori cum solemnitate sacros Ordines dare: item & asserit ex communi praxi & consuetudine Episcopos habere potestatem promouendi ad minores Ordines Feria quarta quatuor Temporum.

Festiuis diebus.] Scilicet de præcepto, Viuald. *in can-* 5
delabro aureo, p. 1. *tit. de sacram. Ordinis. n.* 35. *vers. tertia conclusio*, quem refero *de offic. & potest Episc p.* 2. *alleg.* 11. *n.* 18. quicquid dicat Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib* 1. *c.* 27. *q. vlt.* Et sufficit si in diœcesi sit solemnitas diei festi, licèt vbique non celebretur, ex traditis per Henriq. *in sum. lib.* 9 *c.* 28. §. 1.

Sed ad Subdiaconatum, &c.] Notatur ad hoc quòd ad 6
Subdiaconatum, aliósque sacros Ordines non nisi in Sabbatis quatuor Temporum, aut Sabbato sancto, vel in Sabbato ante Dominicam de Passione nullis Episcoporum præter Romanum Pont. aliquos ordinare licet, vt per Salzed. ad Bernard. *in pract c.* 26. *lit. A. vers. item sacri Ordines.* Francisc. Leo *in thesauro fori Eccles. p.* 1. *c.* 41. *n.* 2. Vgolin. *de potest. Episc. c* 16. §. 25 *n.* 1. *vers.* 3. Bonac. *de Sacram. disp.* 8. *q. vnic puncto* 6. *n.* 1 *vers.* 1. Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol. p* 4 *decis.* 93. metipsum *d. p.* 2. *alleg.* 17. *à princ.* & disponit Concil. Trid. *sess.* 23. *de reform. c.* 8.

Nota quòd Episcopus potest maiores Ordines Dominica sequenti post Sabbatum, in quo dari possunt, conferre, si causa subsit, dummodo ieiunium Sabbati continuet vsque ad Dominicam, quod continuari dicitur post Missam Sabbati, nisi sumpserit ablutionem, ita Henriq. *in summ lib.* 10. *c.* 12. *n.* 12. Villalob. *in summ. tom.* 1. *tract.* 11. *dub* 13. Diana *resol. moral. p.* 2. *tr.* 2. *misc. resol.* 31.

Vnum, aut duos ad minores Ordines promouere.] Nota- 7
tur ad hoc quòd licèt Episcopo vnum ad omnes minores Ordines vnica die promouere, gloss. *verbo, minores in c.* 22. *infr. de eo, qui furtiuè Ordines suscepit*, Mandos. *super reg. Cancel.* 24 *de malè promotis, quæst.* 1. *num.* 9. Rebuff. *super reg.* 23. *vers. item cupient*, Guttier. *canon. lib.* 1. *c* 25. *n.* 31. & 32. Bonacina *d. quæst vnic. puncto* 5. *num.* 31. Verùm attenta nouiori dispositione Concilij Trid. *sess.* 23. *de reform. c.* 11. in illis verbis, *ibi, atque ita de gradu in gradum ascendant, vt in eis cum ætate vitæ meritum, & doctrina maior accrescat*, &c. laudabilius erit abstinere, nisi immineret necessitas; vel alia vrgens causa bene visa Episcopo, vt aduertunt Mirand. *in manuali Prælatorum, tom* 1. *q.* 38. *art.* 5. *concl.* 2. Marc. Anton. *variar. resol lib.* 1 *resol. fin. casu* 26 Inter vnum igitur, & alterum minorem Ordinem poterit esse interuallum, quod daretur de vno die festo ad alium proximum, Campan. *in diuersorio iuris Canon. rubr.* 6. *c.* 3. *num.* 13. Vel tutius interueniente interuallo de vno ex temporibus generalium ordinationum ad aliud, Maiol. *de irreg. lib.* 3. *c.* 24 *num* 13. Vgolin. *de potestat. Episc. c.* 26. §. 27. *num.* 4. Tamen si consuetudo adesset, quæ permitteret quatuor minores Ordines & Subdiaconatum vna die conferri, absque aliquo suspensionis, vel irregularitatis

tatis metu seruanda est, Soar. *ad 3.p. D. Thom. tom. 5. disp. 31. sect. 1. n. 41.* Campan. *d. rubr. 6. c. 2. n. 20.* Guttier. *canon. lib. 1. cap. 26. n. 31. & 32.* Fr. Emman. *q. Regu. tom. 5. q. 23. art. 4.* Cened. *ad Decret. collect. 173. n. 1. & 2.* Bonacina *de censuris disp. 7. q. 3. puncto 4. n. 3.* refert decisum Amend. *ad recopilationem legum Nauarræ, lib. 1. tit. 18. l. 1 num. 57.* quicquid Menoch. *de arbitr. casu 564. n. 8.* aduertat Concil. Trid. *sess. 23. de reform. c. 11.* omnem sustulisse consuetudinem, quod etiam tenent Salzed. ad Bernard. *in pract. c. 25. lit C. verbo, una, eademque die.*

SVMMARIVM.

1 *Criminosus occultus moueri potest ne promoueatur ad Ordines, sed promoueri non potest.*
2 *Occultum crimen quod dicatur, remissiuè.*
3 *Impedimento occulto laborans si publicè Ordines petat à proprio Episcopo casu, quo tenetur eos conferre, non potest expelli.*
4 *Confitens metu alterius pro conuicto habetur.*

CAP. Ex tenore. IV.

1 CLericus, qui occultè commisit tale crimen, quod si esset manifestum, degradaretur ab Ordine suscepto, peracta parte pœnitentiæ potest ministrare in suscepto, & debet admoneri, ne ad superiores Ordines ascendat, sed si velit ordinari, non potest prohiberi cùm crimen sit occultum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Host. Innoc. Henric. Boich. Panorm. Bald. Butr. Anch. Viuian. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 276.* Alagon. *in compendio iuris Canonici, pag. 97.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. August. *collect 1. Decretal. lib. 1. tit. 6. c. 5.* & est post Concil. Lateran. sub Alexand. III. *p. 50. c. 3.*

De materia huius text. agit eleganter Illustriss. D. meus Rodericus à Cunha post primam huius libri impressionem à me visus *in comment. ad sum. disp. 49. n. 6. cum seqq.*

2 *Occultum.*] Occultum crimen quod dicatur, & qui sint casus occulti, in quibus Episcopus dispensare valet, latè tractaui *de offic. & potest. Episc. p. 2. alleg. 39 à n. 20. cum seq.*

3 *Verumtamen quia peccatum occultum*, &c.] Notatur ad hoc quod laborans impedimento occulto, vt irregularitate, si publicè Ordines petat à proprio Episcopo casu, quo tenetur eos conferre, non potest expelli, vt per D. Anton. *part. 3. tit. 14. c. 16. §. 11.* Syluest. *verbo, Ordo, 1 q. 7.* quos refert, & sequitur Sanch. *de Matrim. lib. 3. disp. 15. n. 8. vers. quarto.* Nullum enim crimen enorme, & depositione dignum, dum manet occultum, facit irregularem, Nau. *sub hoc tit. cons. 42. in nouis*, Sayr. *in floribus decis. sub eod. tit. decis. 93.* vbi aduertit Congregationem Cardinalium censuisse *cap. 1. Concil. Trid. sess. 24. de reform.* locum habere etiam in clericis sæcularibus, ita vt text. in præsenti corrigatur per *cap. aures, infr. hoc tit.* quicquid Nau. *d. cons. 42.* contrarium docuerit.

4 In gloss. *Vtatur*, ibi, *vel timore probationem confessus*, &c.] Notatur ad hoc quod confitens metu alterius pro conuicto habetur, vt per Tiraq. *de temper. c. 30. n. 9. & 16.*

SVMMARIVM.

1 *Religiosus contra prohibitionem sui Prælati ordinari non debet.*
2 *Religiosos ordinare non possunt Episcopi sine literis, & licentia suorum Prælatorum.*
3 *Religiosus contra prohibitionem sui Prælati ordinari non potest.*
4 *Ordinarij ad Ordines promouere possunt quos indicauerint assumendos.*
5 *Appellatio non datur ab Episcopo nolente Ordines conferre.*

CAP. Ad aures. V. *Lucius III.*

REgularis sine voluntate sui superioris ordinari non debet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Host. Anchar. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Anan. Butr. Panorm. Henric. Boich. Viuian. *in ration. primi libri Iuris Pontif. pag. 277.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 97.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1 & 2.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 1. t. 6. c. 4.* & est post Concil. Lateran. sub Alexand. III. *p. 16. c. 12.* 1

Probat hic text. quòd Episcopi non possunt ordinare Religiosos sine literis, & licentia suorum Prælatorum, Syluest. *verbo, religio 7.* Maiol. *de irreg. lib. 4. cap. 20. num. 1.* Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 1. quæst. 24. artic. 1.* constatque euidenter ex Concil. Trident. *sessione 14. de reformat. cap. 1.* traditque Nau. *cons. 35 post num. 1. sub hoc tit. in nouis*, sed cùm licentia ad manus Episcopi peruenerit, suum non erit inquirere si nomina eiusdem Religiosi ordinari volentis, & desiderium fuerit propositum in Ecclesia, testimoniumque extet de illius natalibus, ætate, moribus, & vita à fide dignis, quæ in ordinandis omnibus inquirenda esse decernit Concil. Trid. *sess. 23. de reform. c. 5.* Siquidem Congregationi Concilij censuit ad Regulares minimè extendi dispositionem præfatam, quibus satis sit Episcopo testimonium habere ab Ordinandorum superioribus Regularibus affirmantibus, & attestantibus prædictos nullo requisitorum indigere, eiusque fidei standum esse præterquam circa doctrinam, pro qua subiiciuntur Episcoporum examini, quod referunt Vgolin. *de potestate Episcopi, c. 26. §. 18. n. 2. vers. tertiò excipiuntur Regulares, & §. 20. n. 8.* Ludouic. Miranda *in manuali Prælatorum, tom. 1. quæst. 28. art. 2.* Campan. *in diuers. iuris Canonic. rubr. 12. c. 13. n. 53.* Et præterquam circa interstitiorum dispensationem, quæ ab Episcopo eis concedenda est, ex causa sibi per attestationem suorum superiorum manifesta, vt docent Piasec. *in praxi Episcopi, p. 1. c. 1. num 50. pag. 58.* Henriq. *in summ. lib. 10 c. 23. §. 4. in commento, lit. L.* Prosp. de Augustino *in addit. ad Quarant. verbo Ordo in fine*, Vgolin. *d. c. 20. §. 1. n. 2. & c. 26. §. 27. n. 3.* Homobon. de Bonis *in examine Eccles. tract. 2. cap. 2. quæst. 14 in fine*, Portel. *in dub. Regular. verbo Ordines sacri, num. 5.* Ludouic. Miranda *d. tom 1. quæst. 38. artic. 7. conclus. 1.* vbi *conclus. 3.* resoluit Abbates Regulares qui per se ipsos Ordinibus minoribus subditos suos Regulares possunt ordinare, ipsosque ordinauerint, ad eosdem spectare, non verò ad aliam cum eisdem in interstitiis dispensare, Molfes. *in Theolog. moral. tract. 2. c. 1. n. 56.* vbi aduertit ex declaratione S. Congregationis debere Episcopos se conformare cum supplicatione superiorum Regularium, quia ad ipsos superiores spectat prouidere circa vtilitatem, & necessitatem Ecclesiarum suarum. 2

Nec est in hac parte, &c.] Notatur ad hoc quòd religiosus contra prohibitionē sui Prælati ordinari nō potest, quod etiā quòd sæculares disponit Conc. Trid. *sess. 23. de reform. c. 2. vers. nisi illi*, vbi cōmittitur Ordinariis ad 3 4

ad Ordines illos promouere, quos iudicauerint assumendos, quæ verba denotant arbitrium boni viri, hoc est, voluntatem rationi submissam, *l. fideicommissaria 2. de fideicommiss. libert. glos. verbo, visum, in c. 2. de corpore vit.* Lap. *alleg. 60. num. 3.* & propterea si Episcopus legitimè non interponat arbitrium, Deum solummodo iudicem habet, glos. *verbo. relinquitur, in c. statutum, §. accessorem, de*
5 *rescrip. in 6.* Calcan. *cons. 18. n. 7.* Et propterea non datur appellatio, quia superior non potest animum, & conscientiam inferioris immutare, Bald. *in l. 2. num. 10. vers. scias tamen, C. de sentent. ex breuiculo recit.* Cou. *var. lib. 2. c. 12. n. 3. vers. & ab eo,* & tenuit Rot. *in vna Elboren. Ordinum 25. Iunij 1618.* coram R.P.D. Remboldo, & iterum in altera Elboren. Ordinum 18. *Febr. 1619.* coram Reuerendiss. D. Decano, resolut Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. resol. 587. in edit alias 693. in 1. edit.*

6 In glos. *Obedientiam.* De materia huius glossæ latè agit Fr. Emman. *d. tom. 3. q. 20. art. 4. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Metropolitanus ab omnibus Suffraganeis consecratur, Suffraganeus vero à tribus Metropolitano iubente.*
2 *Metropolitani ad consecrationem debent omnes Episcopi Comprouinciales venire.*
3 *Archiepiscopus potest vocare Suffraganeos pro consecratione alterius Suffraganei, ad cuius consecrationem tenentur venire.*
4 *Factum à maiori parte in his, quæ sunt communia pluribus vt singulis, etiamsi essent mille non valent nisi omnes consentiant.*

CAP. Si Archiepiscopus VI.

1 METropolitanus debet consecrari ab omnibus Suffraganeis in sua Cathedrali, Episcopus verò do consensu omnium à tribus eligendis à Metropolitano, sed melius esset si ab ipso Metropolitano, præsentibus omnibus consecraretur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Henric. Anch. Host. Innoc. Panor. Butr. Viu. *in ration. primi libr. iur. Pontif. pag. 278.* Alagona *in compend. iur. Canon. pag. 98.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1 & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 4. de elect. cap 9.*

2 *Omnes Episcopi,* &c.] Notatur ad hoc quòd ad consecrationem Metropolitani debent omnes Episcopi Comprouinciales venire, Quaranta *in summa Bullar. verbo, Archiepisc. auctoritas num. 4. vers. sexta,* Marc. Ant. Genuens. *in praxi Archiep. Neapol. c. 70. n. 20.* Tres tamen Episcopi suffraganei Metropolitanum, vel Primatem consecrant, reliquis suffraganeis per literas saltem consentientibus, Henriq. *in sum. lib. 10. c. 24. n. 1.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 1. q. 48. n. 13.*

3 *Iussu Episcopi.*] Notatur ad hoc quòd vocati ab Archiepiscopo pro consecratione alterius suffraganei tenentur accedere, vt per Cardin. Alex. *in c. si Episc. 18. dist.* Quarantam *d. n 4. vers. septima,* Marc. Ant. Genuens. *d. c. 70. n. 27.* qui etiam tenent sibi consecrari debere vbi vult Metropolitanus.

4 In glos. *Ab omnibus.* Notatur ad hoc quòd factum à maiori parte in his, quæ sunt communia pluribus vt singulis, etiamsi essent mille, non valet, nisi omnes consentiant, vt per Duen. *reg. 265.* vide *sup. ad cap. cùm omnes n 6. de constitut.*

SVMMARIVM.

1 *Summatur vt in superiori Capitulo.*
2 *Consecratio Episcoporum à minori numero, quàm trium Episcoporum fieri non potest.*
3 *Episcopus si vnus propria auctoritate alterum consecraret, consecratus Ordinis potestatem non habet.*

CAP. Ne Episcopi. VII.

Concil. Arelaten.

DEciditur idem quod superiori Capitulo, & additur quòd si Episcopi respondentes per literas dissentiunt, Metropolitanus maiori numero consentire debet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Host. Innoc. Henric. Panorm. Butr. Anch. Viu. *in rationali primi libri iur. Pont. pag. 278.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 98.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 4. de elect. c. 4.* Et est secunda Synodus Arelatensis ex quatuor relatis per Fr. Franc. Longum Capucc. *in compend. Conciliorum Prouincialium,* auctoritate Romani Pont. vel vsu Ecclesiæ comprobatorum, *pag. 366.* vbi refert congregatam fuisse anno 311. sub Sylvestro Papa, in qua Patres 300. statuerunt Canones 23. 1

Sine tribus.] Notatur ad hoc quòd Episcoporum consecratio à minori numero, quàm trium Episcoporum fieri minimè potest, vt per Henriq. *in sum. lib. 10. c. 7. §. 3. & c. 14. §. 1.* Paul. Comitol. *responsorum moral. lib. 1. q. 48. n. 13.* quos refero ego ipse *in offic. & potest. Episc. p. 2. alleg. 1. n. 45.* quibus addo Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 30. vers. quæret item,* Vasq. *de Ordin. disp. 243. c. 6.* 2

In glos. *Sine tribus,* ibi, *alias non esset consecratus.* Notatur ad hoc quòd si vnus Episcopus propria auctoritate alterũ consecraret, consecratus Ordinis potestatem non haberet, de quo tamen vide S. Anton. *in sum. p. 3. tit. 16. c. 15. §. 9. post med.* Sylvest. *verb. consecrat. 1. in princ.* Vasq. *d. c. 6 ex n. 59.* Azor. *inst. moral. p 2. lib. 3. c. 30. q. 3. in fine.* 3

In ead. glos. ibi, *traditur forma consecrationis ab Apostolis.* Vide per me tradita *de offic. & potest. Episc. p. 1. tit. 1. c. 5. n. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus extra tempora suspenditur donec dispensetur cum eo, & ordinans punitur.*
2 *Episcopus, qui Ordines contulit extra tempora, graui pœna plectendus est.*
3 *Ordines suscipiens extra tempora quam pœnam incurrat ostenditur.*

CAP. Cùm quidam. VIII.

Vrbanus III.

ORdinatus extra tempora est suspensus à susceptis, donec Papa cum illo dispenset, & ordinans punitur Canonica disciplina. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Io. Andr. Henric. Anch. Anan. Host. Innoc. Panorm. Butr. Viu. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 279.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 98.* remissiuè Ximen. *in concord p. 1.* 1

Probat hic text. Episcopum, qui Ordines contulit extra tempora, graui pœna plectendum esse, vt per 2

Salzed. ad Bernard. *in tr. c. 26. lit. A § & licèt, in fine.* Nam priuatur potestate Ordines conferendi quousque à Papa restituatur, *c. sanè, sup. hoc tit.* Non igitur mihi placet quod Salzed. *loco proximè citato* dicit, scilicet hunc suspensum esse per annum ex sacro Conc. Trid. *sess. 23. de ref. in. c.* 8. quia illa pœna refertur ad eum, qui sine testimonio sui Ordinarij Ordines suscipit, vt tenet Vgolin. *de offic. & potest. Episcop. c. 26. §. 25. n. 2.*

3 *Et ordinatos à susceptis Ordinibus*, &c.] Notatur ad hoc quòd extra tempora Ordines suscipiens tandiu ab eorum exequutione suspensus est, quandiu Romani Pont. indulgentia restitutionis gratiam consequatur, vt per Salzed. *vbi proximè.* Attenta verò constit Pij II. incip. Pius, 15. *Kal. Decembr an.* 1401. qui ad aliquem ex sacris Ordinibus se fecerint promoueri, à sacrorum Ordinum exequutione ipso iure suspensi sunt, & si huiusmodi suspensione durante in eisdem Ordinibus ministrare præsumpserint, eo irregularitatem incurrunt, & vltra alias pœnas in tales generaliter à iure inflictas, etiam decidit beneficiis Ecclesiasticis posse iure priuari, cuius Bullæ tenorem refero ego ipse *de offic. & potest. Episcopi, p. 2. alleg.* 17. *n.* 10. vbi numeris seqq. circa eius intellectum aliqua non contemnenda sunt notata, & in primis *n.* 12. quòd clerico in maioribus constituto Ordinibus durante huiusmodi suspensione non possunt beneficia conferri, secus verò si in minoribus sit constitutus, Fr. Lud. Mirand. *in manuali Prælat tom. 1. quæst. 29 art. 7. concl. 1. in fine.* Quæ quidem Pij II. constitutio semper obseruata fuit & confirmata per Summos Pont. inter regulas Cancellariæ, prout referunt Clemens VIII. & Paulus *reg.* 23. & Greg. XV. *reg.* 24. Nec attenditur in hac parte const. Sixti V. contra clericos malè promotos, quia postea successit Clementis VIII. sanctio dicti Sixti V. constitutionem restringens ac modificans, eamque ad terminos tantùm sacrorum Canonum, constitutionisque Pij II. & Conc. Trid. redigens.

Cap. Cùm secundùm. IX.

Cœlest. III.

1 GRæci à Latinis, & Latini à Græcis non ordinantur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Host. Ioan. Anct. Innoc. Henric. Anan. Panorm. Anch. Butr. Vin. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 279. Alagona *in compend. iuris Canon pag.* 98. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 2. *Decret. lib.* 1. *tit.* 7. *c.* 1.

2 Hanc eandem concluf. ex hoc text. desumit Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 48. *q.* 14.

Cap. Ex parte. X. *Innoc. III.*

1 MOnachus ex vna Religione transiens ad aliam, si in secunda sumit Ordines, & reuertitur ad primam, potest administrare in susceptis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Host. Anch. Bellam. Io. Andr. Innoc. Anan. Butr. Panor. Henric. Boich. Vin. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 280. Alagon. *in compend. iur. Canon. pag.* 98. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 1. *tit.* 9. *c.* 2.

2 In glos. *Ad nigros*, ibi, *vel die quòd non est apostata, nisi qui ad sæculum redit.* Notatur ad hoc quòd non est propriè & in rigore censendus apostata Religiosus, qui post solemnem professionem egreditur Monasterium animo intrandi aliud, licèt laxius, vt per Syluest. *verbo, apostasia, & fuga Monachorum, q.* 4. quem refert, & sequitur Mirand. *in manuali Prælat. tom.* 1. *q.* 51. *concl.* 1. *in med.* Ant. Ricc. *in tr. de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib.* 8. *c.* 3. *n.* 3.

Cap. Quòd translationem. XI.

CLericus Latinus si ordinetur ab Episcopo Græco, 1
ritu Græco sine licentia sui Ordinarij, interdicitur ab executione suscepti Ordinis si cum licentia Ordinarij, quandiu talis mos ab Ecclesia toleratur non est impediendus, sed Ordinarius culpandus. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Anch. Bellam. Host. Io. Andr. Innoc. Anan. Panor. Butr. Vin. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 281. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 93. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 1. *tit.* 9. *c.* 3.

Probat hic text. Latinum Episcopum non posse 2
concedere vt clericus Latinus sibi subiectus ordinetur à Græco Episcopo, nisi Latino ritu, & cæremoniis, Romanæ Ecclesiæ, & statis temporibus, vt per Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 84. *q.* 14. vbi etiam dicit quòd quando Episcopus Latinus habet subditos Latinos & Græcos suis moribus vtentes, debet habere Vicarium aliquem Episcopum Græcum, qui Græcis clericis Ordines conferat.

Cap. Cùm distribuendis. XII.

ORdinatus à Papa à nullo potest ad superiores 1
Ordines promoueri sine ipsius licentia. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Henric. Anch. Host. Innoc. Panorm. Butr. Vin. *in rationali primi libri iuris Pont. pag* 281. Alagon. *in compend. iuris Can. pag.* 99. remissiuè Ximen. *in concord p.* 1 refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 1. *tit.* 9 *c* 4.

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt, Coch. *de iurisdict. Ordinarij in exemptos. p.* 1 *q.* 21. quem refero ego ipse *de offic. & potest. Episcopi, p.* 3. *alleg.* 50. *n.* 22. adde Galganet. *de iure publico, lib.* 3. *tit.* 14. *n.* 15. Vnde ab aliquibus dubitabatur an Episcopus, qui ordinatum à Papa sine eius licentia ad Superiores Ordines promouere non potest, illum iudicare valeat, quia qui non potest ordinare, nec etiam iudicare potest, *c. nullus Primas, 6. q.* 1. in quo dubio Cochier. *d. loco* asserit huiusmodi exemptum non esse, sed iurisdictioni Ordinariæ subiici. Non tamen ab Episcopo deponi potest, gloss. & Doct. *in c. filium, 1. q.* 1. Ego ipse *d. p.* 3. *alleg.* 112. *n.* 12.

SVMMARIVM.

1 *Ordines duo sacri non possunt conferri eidem vno die, vel duobus continuato ieiunio.*
2 *Ordines duo sacri non possunt conferri eidem vna die.*
3 *Episcopus conferens eidem vna die duos sacros Ordines quam pœnam incurrat, ostenditur.*
4 *Episcopus ordinans aliquem eodem die, vel duobus continuato ieiunio ad duos sacros Ordines, suspensus est à collatione vtriusque, quousque à Sede Apostol. absolutionem, & dispensationem impetrauerit.*
5 *Suspensionem incurrit, qui eod. die duos sacros Ordines suscipit.*

Cap.

Cap. Literas. XIII.

1 DVo sacri Ordines eidem vno die, vel duobus immediatè continuato ieiunio dari non possunt, quia ex fictione iuris habentur pro vno die, & sic ordinatus suspenditur à collatione Ordinum collatorum, & ordinans ab exercitione Ordinis, v. g. Sacerdotij donec Papa dispensset. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Henric. Anch. Anan. Host. Innoc. Panorm. Butr. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pont. pag.* 281. Alagon. *in compendio iur. Can. pag.* 99. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 5. *Decret. l.* 1. *tit.* 9. *c.* 5.

2 Hanc eandem conclusion. ex hoc text. desumunt, Gambar. *de offic. & potest. Legati de Latere, lib.* 2. *n.* 264. Rebuff. *in praxi benef. p.* 2. *tit. de clericis ad sacros Ordines malè promotis, gloss.* 1. *n* 18. Fr. Emman. *in explicat. Bullæ Cruciatæ, fol.* 238. *& tom.* 3. *q. Regul. q.* 23. *art.* 4. *& q.* 24. *art.* 3. *&* 5 Franc. Leon. *in thesaur. fori Eccles. p.* 1. *c.* 4. *n.* 29. *& p.* 3. *c.* 7. *n.* 50. Galet. *in margarita casuum conscientiæ, verbo, Ordo* 3. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.* 2. *n.* 180. Conc. Trid. *sess.* 23. *de reform. c.* 13. vbi reuocantur priuilegia quorumcunque Regularium, ne cui liceat duos sacros Ordines recipere vno die, Henriq. *in sum. lib* 6. *c.* 10. §. 3. *in com. lit. Q. & lib.* 13. *c.* 38. *in fine.*

3 *Ieiunio continuato.*] Notatur ad hoc quòd continuato ieiunio non possunt eidem duo sacri Ordines conferri, si verò conferantur, suspensus est Episcopus à collatione illorum, & ordinatus ab executione, donec Apost. Sedes dispensationem ei indulgeat, vt per Salzed. ad Bernard. *in pract. c.* 25. *in addit. litera C. post princ.* Henriq. *lib.* 13. *c.* 38. *in fine*, quia si continuato ieiunio in Sabbato quatuor Temporum vsque ad Dominicam conferantur Ordines in Dominica, censentur vno die conferri. Et reputatur idem tempus & dies si quis die Sabbati fiat Diaconus, & continuato ieiunio in Dominica mox sequenti initietur Sacerdos, Henriq. *lib.* 13. *c.* 6. §. 5. *in com. lit. D.*

4 *A collatione Ordinum*, &c.] Notatur ad hoc quòd Episcopus ordinans aliquem eodem die, vel duobus continuato ieiunio ad duos Ordines sacros, suspensus est à collatione vtriusque quousque à Sede Apost. absolutionem, & dispensationem impetrauerit, vt per Marc. Alter. *de censuris, tom.* 2. *disp.* 16. *de suspens. c* 1. *vers. tertius casus*, Memor. cleric. *tit. de suspens. clericorum, n.* 8 refero ego ipse *de offic & potest Episc. p.* 3. *alleg.* 111. *num.* 12.

5 *Alterum vero ab executione officij*, &c.] Notatur ad hoc quod qui eodem die duos sacros Ordines suscipit, suspensionem incurrit, vt per Sayr. *in floribus dec. sub hoc tit. decis.* 57. optimè Nau. *sub eod. tit. cons.* 5. *in nouis*, vbi quærit an qui eodem die duos sacros Ordines suscipit, sit suspensus à posteriori, dicendus, an potiùs censendus irregularis.

SVMMARIVM.

1 *Ordinans puerum ante ætatem suspenditur à collatione omnium Ordinum & ordinatus ab executione Ordinis donec perueniat ad ætatem.*

2 *Episcopus ordinans infantem Diaconum à collatione cæterorum Ordinum suspendendus est, qua suspensione durante si alium Ordinibus initiare auderet, fieret irregularis.*

3 *Primam tonsuram infanti conferens per annum eam alteri dare non potest.*

4 *Ordinibus sacris insignitus ante legitimam ætatem ab illorum executione suspensus est, & quid attenta constitutione Pij II. n.* 5.

6 *Ordinatus ante legitimam ætatem attenta Bulla Pij II. est suspensus perpetuò, donec absolutionis beneficium consequatur.*

7 *Presbyteratus Ordinem ante legitimam ætatem accipiens an irregularitem eo ipso incurrat, ostenditur.*

8 *Ordinatus ante legitimam ætatem ignoranter non incurrit suspensionem, nec celebrando irregularis efficitur.*

Cap. Vel non est compos. XIV.

Honor. III.

ORdinans puerum 13. annorum in Diaconum sus- 1
penditur à collatione omnium Ordinum, & ordinatus suspenditur ab executione Ordinis vsque ad ætatem legitimam. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Host. Innoc. Henric. Panorm. Butr. Anchar. Viuian. *in rationali primi libri iuris pag.* 282. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 99. remissiuè Ximen. *in concord. part* 1.

Episcopum à collatione Ordinum suspendentes.] Notatur 2
ad hoc quod infantem ordinans in Diaconum à collatione cæterorum Ordinum suspendendus venit, & non ipso iure suspensionem incurrit, Tabiena *verbo, Ordo* 3. Maiol. *de irreg lib.* 1. *c.* 30. *n.* 9. Henriq. *in sum lib.* 13. *c.* 38 §. 1. *in princ* vnde non incurrebat irregularitatem, si in Ordinibus, à quorum collatione erat suspensus, ministraret, Rebuff. *in praxi benef. tit. de clericis malè promotis, gloss.* 2. *n.* 7. remissiuè Quaranta *verbo, Ordo, in princ. vers. an.* Secus verò si prædicta durante suspensione auderet alium Ordinibus initiare, fieret namquè irregularis, cùm suspensus à collatione Ordinum illos conferendo irregularitatem contrahat, Syluest. *verbo suspensio, n.* 5 *vers. si vero ab Ordine*, quem refero ego ipse *de offic. & potest. Episc. p.* 2. *alleg.* 16. *n.* 8. *&* 9. aduertens in hoc esse solummodo attendendam pœnam huius cap. cùm constit. Pij II. & Conc. Trid. super hoc casu nihil statuant, & Clementis VIII. sanctio illam Sixti V. contra Clericos malè promotos ad terminos sacrorum Canonum reduxerit, Sayr. *decis.* 28. *sub hoc tit.*

In conferente verò infanti clericalem tonsuram Bo- 3
nifacius VIII. sanciuit ne per alterum tonsuram alteri dare posset, *in c. vlt. hoc tit. lib.* 6. Henriq. *lib.* 13. *c.* 38. §. 2. *lit. O.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 32. *tract.* 2. *n.* 61. Bonacina *de censuris, disp.* 3. *q.* 6. *puncto* 5. *n.* 25. *in fine*, Marc. Alter. *eod. tract. tom.* 2. *disp.* 16. *de suspens. c. in princ.* quos refero ego ipse *de offic. & potest Episc. p.* 3. *alleg.* 111. *num.* 4. Rationem differentiæ subtiliter inuestigat Campan. *in diuersorio iuris Canonici, rubr.* 7. *c.* 4. *numero* 2. quare conferens infanti Diaconatus Ordinem non tantùm à collatione illius, sed etiam cæterorum suspensione dignus sit, & conferens eidem clericalem tonsuram ab illius collatione tantùm suspendatur.

Quem ab executione officij, &c.] Notatur ad hoc 4
quod is, qui ante legitimam ætatem sacris fuit Ordinibus insignitus, ab illorum executione suspensus est, donec legitima ætas accesserit, vt per Salzed. ad Bernard. *in pract. c.* 26. *litera B. vers. Is vero*, Cou. *in Clem. si furiosus, p.* 1. §. 1. *num.* 4. Rebuff. *in praxi benef. p.* 2. *tit. de clericis, ad sacros Ordines malè promotis, gloss.* 2.

num 8. Viuian. *tom.* 1. *comm. opin. lib.* 1. *tit.* 2. *n.* 112. *pag.* 68 *in fine*, Nauar. *sub hoc tit. conſ.* 39. *numer.* 3. *in nouis*, Henriq. *d. c.* 37. §. 2. Guttier. *canon. lib.* 1. *c.* 20. *numer.* 19. *cum ſeqq.* Fr. Emman. *in ſumm. p.* 2. *c.* 16. *n.* 1. *& tom.* 2. *quæſt. Regul. q.* 23. *art.* 5. 8. *&* 11. Fr. Ludou. Miranda *in manuali Prælatorum*, *tom.* 1. *q.* 39. *artic.* 6. Lud. Beja *reſponſ. caſuum conſcientiæ*, *p.* 1. *caſu* 33. Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib.* 6. *q.* 43. *& ſeqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *n.* 61. *& lib.* 32. *tract.* 2. *num.* 70.

5 Attenta verò Pij II. conſtitutione, quam referunt Quaranta *verbo*, *Ordo*, *in princ.* & Piaſec. *in praxi Epiſc. part.* 1. *c.* 1. *numero* 23. ſi quis ante legitimam ætatem ad aliquem ex Ordinibus ſacris promoueatur, eſt ipſo iure ſuſpenſus ab Ordinum exequutione, & ſi in eo præſumpſerit miniſtrare, efficitur irregularis, quæ quidem conſtit. licèt tantùm de clericis loqui videatur eius tamen diſpoſitio habet etiam locum in Regularibus, vt reſoluit Fr. Ludouic. Miranda *d. q.* 39. *art.* 6. quem refero ego ipſe *d. allegat.* 16. *n.* 24. addo Portel. *in dubiis Regular. verbo Ordines ſacri n.* 13. Aloyſ. Ricc. *in dec. Curiæ Archiepiſc. Neap. p.* 4. *deciſ.* 130.

6 Amplia illam Pij II. conſtitutionem vt non ſolùm ordinatus ante legitimam ætatem ſit ſuſpenſus vſque ad legitimam ætatem ſuperuenientem, itavt ipſa accedente ceſſet impedimentum, vt habebatur in noſtro text. provt ex eo colligunt Cou. *d.* §. 1. *n.* 4. Salzed. *d. c.* 26. *lit. B. verſ. is vero*, ſed perpetuo ſit ſuſpenſus donec abſolutionis beneficium conſequatur, poſt Rebuff. & Tolet. aduertit Quaranta *d. verb. Ordo, in princ.*

7 Amplia etiam prædictam conſtitution. dum habet ſacris Ordinibus ante legitimam ætatem promotum efficit irregularem, ſi in eis præſumpſerit miniſtrare, vt procedat in accipiente Preſbyteratum ex vi ſolummodo ordinationis, antequam ipſe ſolus aliàs celebret, quia cui ordinatur Preſbyter, confecerat cum Epiſcopo, & vtitur Ordine Preſbyteratus, & ideo hanc opinionem tenet Cou. *in c. alma mater*, *part.* 2. §. 3. *numero* 5. *verſ.* 6. Hieronym. à Sorbo *in compendio priuil. Mendic. verbo*, *Ordines ſacri*, *verſ. item notando ſecundo*, Nau. *conſ.* 8. *ſub tit. de cler. excom. miniſtr. dec.* 4. *nouis*, Bonacina *de Sacr. diſp.* 8. *q. vnic. punct.* 5. *n.* 13. Sayr. *in floribus dec. ſub tit. de cler. excom. miniſtr. dec.* 4. Salzed. ad Bernard. *in practic. c.* 26. *prope fin. verſ. quinto*, vbi atteſtatur ita tenuiſſe quoſdam grauiſſimos viros Societatis IESV. Verùm licet hæc opinio aliquando nobis placuerit, contrariam vti benigniorem, & maiori Doctorum calculo fulcitam, ac validioribus rationibus munitam nunc libentiùs recipimus; nam hanc celebrationem ordinatus facit non ea intentione vt tanquam Sacerdos Sacrum dicat, cùm de Miſſa nihil aliud faciat, quàm proferre verba conſecrationis, ſed ea profert tanquam appendicem ad ipſam aſſumptionem Ordinis paſſiuè, & non reformaliter intendit Actus Ordinis exercere; quare hunc ſequuntur addit. *ad d. conſ.* 8. *Nauarri*, Medina *in ſumm lib.* 1. *c* 11. §. 8. F. Emman. *in ſum. p.* 1 *c.* 68. *concl.* 2. Henriq. *lib.* 14. *c.* 3. §. 6. *in fine*. Soar. *tom.* 5. *de cenſuris*, *diſp.* 31. *ſect.* 1. *num.* 71. Sayr. *eod. tract. lib.* 4. *c.* 16. *num.* 23. *& lib.* 6. *c.* 12. *numero* 11. Auila *eod. tract. p.* 3. *diſp.* 5. *dub.* 7. *verſ. dico ſecundo*, Quaranta *verbo*, *Ordo*, *in princ. verſ. ampliatio illa*, Bellet. *diſquiſ. clerical. p.* 1. *tit. de diſciplina clericali*, §. 5. *numero* 57. *pag.* 60. Vgolin. *de officio Epiſc. c.* 27. §. 6. *numero* 5. *verſ. ſecundo excipitur*, Galet. *in margarita caſuum conſcient. verbo Ordo* 4. Portel. *in dubio Regularibus verbo Ordines ſacri*, *n* 7. Et aduerte ad incurrendam huiuſmodi irregularitatem non ſufficere ſacerdotali Ordine ante legitimam ætatem initiatam, actus illi Ordini conuenientes, & deputatos exercere, ſi non celebret, vt per Nau. *conſ* 9. *de cler. excom. miniſt. in antiq.* aliàs *conſ.* 7. *de ætate*, *& qual. in nouis*, Fr. Emm. *in ſum. tom.* 1. *c.* 166. *concl.* 1. *& q. Reg. tom.* 3. *q.* 23. *art.* 12. Bellet. *d.* §. 5. *n.* 58. Aloyſ. Ricc. *in dec. Curiæ Archiep. Neapol. p.* 4. *deciſ.* 130. *num.* 2.

Limita in ordinato ante legitimam ætatem ignoranter, hic enim ſuſpenſionem non incurrit, nec celebrando irregularis efficitur, cùm Extrauag. illa Pij II. puniens Ordines ſacros ſuſcipere præſumentem ante legitimam ætatem ignoranter, & probabiliter credentem ſe illam habere non includat, ex verbo illo, *tenere præſumpſerit*, quod dolum, & temeritatem ſignificat, & non comprehendit illum, qui bona fide, ignoranter, ac imprudenter aliquid facit, ex citatis per Sanch. *de matrim. lib* 9. *diſp.* 32. *n.* 38. Cened. *ad Decret. collect.* 45. *n.* 3. Quare hanc limitationem tenent Nau. *in man. c* 27. *n.* 156 *& in c accepta*, *oppoſit.* 8. *n.* 34. *de reſtit. ſpoliat. & conſ.* 50. *alias* 8 *in nouis*, *ſub hoc tit.* Iacob. de Graffis *in deciſ. aureis*, *p.* 1. *lib.* 4. *c.* 17. *n* 21. Salzed. ad Bernard. *d c.* 26. *verſ. primo quod diſpoſitio*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 32. *tract.* 2. *num.* 70. Fr. Ludou. Miranda *tom.* 1. *q.* 39. *art.* 6. *in fine*. Sanch. *de matrim. lib* 7. *diſp.* 30 *prope finem*. Sayr. *in floribus deciſionum*, *ſub hoc tit. deciſ.* 53. Vnde qui teſtimonio ſuorum parentum ante legitimam ætatem bona fide ordinatus eſt, non remanere ſuſpenſum, tenent Quaranta *d. verbo*, *Ordo*, *verſ. quibus ſic ſpecialiter*, Bonacina *de cenſuris*, *diſp.* 8. *q. vnica*, *puncto* 5. *num.* 13. *verſ. verum*, Bellet. *d.* §. 5. *num.* 60. Vgolin. *d. c.* 26. §. 6. *verſ. excipitur tamen primo.* 8

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus conferens eidem vna die plures ſacros Ordines, etiamſi de mandato Metropolitani hoc fecerit, ab ordinandi poteſtate ſuſpenditur.*

2 *Epiſcopus diſpenſare non poteſt, niſi quando illi diſpenſandi facultas tacitè, vel expreſsè conceditur.*

3 *Superiori non eſt obtemperandum quando aliquid apertè, vel occultè iniuſtum præcipit.*

4 *Teſti vario, & ſibi contrario non eſt fides adhibenda.*

CAP. Dilectus. XV.

EPiſcopus eodem die plures Ordines ſacros vni conferens, etiam de mandato Metropolitani, ſuſpenditur à collatione Ordinum, donec Papa diſpenſet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Henric. Anch. Anania, Hoſt. Innoc. Panormit. Eutr. Viuian. *in ration. primi libri iur. Pontific. pag.* 281. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 99. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 4. *Decretal. l.* 1. *tit.* 6. *cap.* 1. 1

A Canone minimè ſit permiſſa.] Notatur ad hoc quod Epiſcopus diſpenſare non poteſt, niſi quando illi diſpenſandi facultas tacitè, vel expreſsè conceditur, vt per Cardinal. *in præſenti*, Abb. *in c. at ſi clerici*, § *de adulteriis*, *num.* 6. *de iudic.* vbi Dec. etiam *num.* 6. Emman. Soar. *commun. opin. verbo*, *Epiſcopus*, *num.* 134. Rebuff. *in praxi tit. de diſpenſat. ad plura*, *num.* 27. Mandoſ. *reg.* 13. *Cancellariæ*, *q.* 6. *n* 6. Borgaſ. *de irregul. p.* 3. *tit. de diſpenſat. Epiſcoporum*, *num.* 10. Azened. *l.* 2. *num.* 39. *tit.* 1. *lib.* 2 *nouæ recop.* Vgolin. *de poteſtat. Epiſcopi*, *c.* 57. §. 1. Marc. Alter. *de cenſuris*, 2 *tom.* 2.

tom.2.disp.9.c.3.vers.sed contrauers. quos refero ego ipse *de officio & potestate Episcopi,p.2.allegat.33.n.18.* Quicquid contrarium, immo Episcopum in sua diœcesi omnia posse, quæ Summus Pont.in toto orbe, exceptis tantùm ab eodem Pontif.sibi reseruatis, & per consequens intelligi Episcopo dispensandi potestatem concessam, si illam Papa sibi expressè non reseruauit, teneant plures, quos referunt, & sequuntur Henriq. *in summ.lib.10.c.35.§.2. & lib.12.c.5.§.2. in com.lit. N.* Sanch.*de matrim lib.2.disp.61.n.3.* Soar. *tom.4. de pœn. disp.25.sect.1.n.13.& de legibus lib.6. c.14. sub n.3.* Fr. Ludou. Miranda *in manuali Prælatorum, 2.q.30. art.10. concl.2.* eos enim cum iudicio reprobo,contrariis bene respondens *d.alleg.33.n.19.cum seqq.*

3 *Ipsi obtemperare non debuit*, &c.] Notatur ad hoc quod Superiori non est obtemperandum, quando aliquid apertè & manifestè iniustum præcipit, aut quando constat esse tale, quod suæ potestatis limites excedat, vt per Gregor. de Valentia *tom.3. disputat.5. quæst.3. part.2.* Aldrete *de religiosa disciplina tuenda, lib.2.c.4.*

4 *Sæpius variauit.*] Notatur ad hoc quod testi vario, & sibi ipsi contrario non est fides adhibenda, vt per Clar. §. *falsum, vers.testis*, Menoch. *de præsumpt. lib.5. præs.23.n.2.& 3.* Farin. *in praxi crimin. q.65. n.56. cum seqq. & cons.119 à n.9. & cons.555. n.39.* Aloys. Ricc.*in praxi fori Eccles.dec.446. n.4.in 1. edit.& res.398. in 3. edit.* Cardoso *in praxi iudicum, & aduocat. verb.testis, num.73.*

5 *Ipsi tandiu ab ordinandi*, &c.] Vide *suprà ad c. litteras,hoc tit.verbo,à collatione Ordinum.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopus potest dispensare cum iis, qui ordinantur extra tempora, prius tamen imposita competenti pœnitentia.*
2 *Papa solus, vel Legatus de Latere ex speciali sibi data potestate cum ordinatis extra tempora dispensat.*
3 *Characterem recipit,qui extra tempora constituta ad sacros Ordines promouetur.*
4 *Legislator quando respondet consultationi non introducit ius nouum, sed ius commune ostendit.*
5 *Intellectus deducentes iura contra suam naturam ad gratiam fugiendi sunt.*

CAP. Consultationi. XVI.

Gregor. IX.

1 ORdinibus sacris initiatus extra tempora à iure statuta Ordinem recipit, & post pœnitentiam cum eo dispensat Episcopus. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq.Zabar.Collect.Bellam. Ioan. Andr. Henric. Imol.Anch.Host.Innoc. Butr. Panorm. Vivian.*in ration. primi libri iur. Pontif. pag.284.* Alagona *in compend. iur. Canon. pag.100.* remissiuè Ximen. *in concord. part.1.*

2 Probat hic text. dispensationem cum eo, qui extra tempora Ordinibus fuit initiatus, ab Episcopo qui in nulla fuit culpa, obtineri posse,vt post condignam pœnitentiam susceptos Ordines possit exercere, vt per Salzed. ad Bernard. *in pract. c.26. lit. C.in fine*, vbi aduertit à solo Romano Pont. impetrari posse vt ad altiores promoueatur; hodie tamen solus Papa, aut Legatus de Latere ex speciali sibi data potestate cum ordinatis extra tempora dispensat, Rebuff. *in praxi beneficiar part 2.tit.de clericis ad sacros Ordines malè promotis, gloss.2.n.15.*

Characterem non est dubium recepisse.] Notatur ad hoc quod characterem recipit, qui extra tempora constituta ad sacros Ordines promouetur, vt per Vgolin.*de offic.& potest. Episc.p.26.§.25.n.1.in princ.* ego ipse *eod.tr.p.2.alleg.n.8.* 3

In gloss. *Poteris, fin.* ibi, *Quia hic Papa respondet ad consultationem.* Notatur ad hoc quod quando Iurisdictor respondet consultationi, non introducit ius nouum, sed ius commune ostendit, vt per Corset. *in sing. consultatio 30. incip. quando*, vbi docet procedere quando Iurisdictor respondens consultationi determinat illam per ius commune. 4

Notatur etiam ad hoc quod fugiendi sunt intellectus deducentes iura contra suam naturam ad gratiam, vt per Nau. *in repet. c. accepta, appositi. 1. num.2. sup. de rescript.* 5

SVMMARIVM.

1 *Criminosi occulti propter homicidam post pœnitentiam in susceptis ordinibus ministrant, & ad superiores ascendunt, & ante pœnitentiam monentur, vt etiam in susceptis non ministrent.*
2 *Delictum notorium quod dicatur, rem sistue.*
3 *Homicidium inter grauiora, & horribiliora crimina computatur.*
4 *Homicidium est grauius malum fornicatione, & periurio.*

CAP. Quæsitum XVII. & fin.

CRiminosi occulti,vt adulteri, periuri,testes falsi, &c. si non sint homicidiarij,possunt post pœnitentiam in susceptis Ordinibus ministrare, & ante pœnitentiam sunt admonendi ne etiam in susceptis ministrent. Colligunt ex Ord. Abb.antiq. Zabar.collect. Bellam. Host. Ioan. Andr. Innoc. Henric. Anan. Panorm. Anch. Butr. Vivian.*in ration primi lib iur. Pontif. pag.284.* Alagon. *in compend. iur. Canon.pag.99.* remissiuè Ximen.*in concord p.1.& 2.* 1

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumit Illustr. D. meus Rodericus à Cunha post primam huius libri impressionem à me visus, *in comment. ad 1. num.4. distinct.47.* 2

Vel aliàs notoria.] Notorium delictum quibus modis dicatur,dixi *de officio, & potestate Episcopi,p.2.alleg.39. n.22.cum seqq.* 3

Præter reos homicidij.] Quia homicidium inter grauiora & horribiliora crimina computatur, Bernard. *in pract.canon. c.94. num.1. aliàs 97. in vit. impress.* affert nocumentum immediatè personale, & irreparabile. Ego ipse *d. tract. de officio, & potestate Episcopi, p.3. alleg.11. num.16.* Est enim maius malum fornicatione; D. Thom.*1.2. q.73. art.8. in 3.* Azor. *instit.moral p.1. lib.4.c.20.quæst.1.vers. ad obiecta*, & grauius peccatum periurio, Bellam.*in c.duo mala, dist.13 num.3.* Angel. *in summ.verbo, periurium n.8.* Less. *de iustit. lib.2. c.42. num.75.* & horribilius adultero, *c. si quid verum 32. quæst.2.* D. Thom.*1.2. quæst.100. art.6. in corpore & in fin.* Sot.*de iustitia, lib.5 q.1. art.3.* Corras. *lib.2. miscell. cap.11.* 4

De Scrutinio in ordine faciendo.

TIT. XII.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Panormit. Anchar. Butr. Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canonum, fol. 264. vers.* Mart. Mesnartius *in epitome Decret. fol. 18. verso*, Guillelm. Durand. Specul. *in breuiario aureo iuris Canonici, fol. 26.* Dan. Venator, *in analysi methodica iuris Pontific. à pag. 66.* Goffred. & Host. *in summa huius tit.* Alex. Cassan. & Anast. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretalium*, Barthol. Carthag. *in expositt. titulorum iur. Canon.* nouissimè Ioan. Honor. *lib. 1. summ. in Decretal.* omnes *sub hac rub.*

SVMMARIVM

1 *Interrogatus in scrutinio Episcopi an ordinandus sit dignus, potest respondere illum dignum, si non nouit illum indignum*, n. 2.

3 *Dignum illum præsumere debemus, quem nescimus indignum.*

4 *Bonus in dubio quilibet præsumitur.*

CAP. Ex parte vnic.

Innoc. III.

1 IN ordinationibus quando interrogatur an ordinandus sit dignus, & Archidiaconus respondet esse dignum quantum humana fragilitas patitur, non peccat nisi de indignitate ordinandi ipsi constiterit, ad verificandum enim dictum illud, sufficit si ipse nesciat ordinandum esse indignum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Host. Anchar. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Panorm. Butr. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag. 192.* Alagona *in compendio iuris Canonici, pag. 102.* remissiuè Ximen. *in concord. p 1.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 3. Decret. lib. 1. tit. 10. c. 1.*

Circa materiam huius text. latè Campan. *in diuersorio iuris Canonici, rubr. 3. de scrutinio ordinandorum, n. 14 cum seq.*

2 *Postulat sancta Mater*, &c.] Per hunc text. tenetur, quod in illis rebus, quæ oculis intueri non possunt, nec aliquo sensu corporeo percipiuntur, potest testis deponere de credulitate sine causa, vel ratione concludenti, & illius testimonium est admittendum, ita in effectu gloss. *verbo. etsi*; Innoc. *in princip.* apertiùs Abb. *n. 1.* & alij in præsenti, Bart. *in l. 2. §. idem Labeo il 2. n. 5. ff. de aqua pluuia arc.* Felin. *in c. quoties n. 10. de testib.* Ias. *in l. vt vim n. 4. ff. de iustit. & iure, & in rub. ff. de iureiur. n. 7.* Alex. *cons. 109. n. 7. lib. 1.* Hyppol. *sing. 19. & in l. vlt. C. de probat.* Sed obstat, quod testes de credulitate non sunt admittendi nisi in suo testimonio reddant causam, seu rationem eiusdem testimonij concludentem, *c. quoties 5. ibi, rei veritatem accepisse à maioribus suis de testib.* cum ibi citatis, à qua reg. non reperiuntur excepti testes deponentes respectu illorum, quæ nec oculis videri, nec sensu corporeo percipi possunt; accedit quod rationes, propter quas non admittuntur testes simpliciter de credulitate, omnes verificantur in re sensu corporeo non perceptibili, ac subinde nil mirum si in illa debeat etiam verificari, *d. c. quoties*, Quapropter dicendum est text. in præsenti esse intelligendum præcedente ratione concludente, quæ si præcedat, & assignetur, testis de credulitate potest testificari provt præcessit in hoc text. suppositâ electione facta de ordinato ab examinatoribus, ad quam se retulisse videtur testis de quo hîc, provt colligitur ex mente gloss. *de verbo etsi*, & Innocent. *in præsenti*, Vel rursus potest intelligi, quod text. iste non agit de teste absolutè, & voluntariè testificante, sed de ministro, qui ex obligatione officij sui tempore consecrationis non simpliciter deposuit, secundùm suam credulitatem, sed secundùm quid, hoc est, quantum humana fragilitas nosse sinit; vnde illud testimonium credulitati sic ratione officij prolatum censetur resolutum quoad effectum, de quo agitur, in scientiam probatam, ex qua idoneitatis sententia proferri potuit, & potest, quæ declaratio temperanda est non procedere quando testis contra producentem de credulitate deponit, tunc enim licèt causam vel rationem concludentem non adhibeat, nihilominus tamen contra illum aliquam fidem facit, provt resoluunt Felin. *n. 12.* Mynsing. *num. 25. in d. c. quoties*, Ias. *num. 9. ad d. rub ff. de iureiur.* Paris. *cons. 50. num. 60. vol. 1.* Marant. *de ordine iudic. p. 6. c. de testam. repuls. n. 16.* siquidem talis testis non solùm quoad personam, verùm etiam quoad illius dictum censetur à producente approbatus.

Dignum debeat æstimare.] Notatur ad hoc quod illum præsumere debemus dignum, quem nescimus indignum. Ego ipse *de officio, & potestate Episc. part. 2. alleg. 10. num. 16.* in dubio quilibet præsumitur bonus, Tiraq. *de præscriptionib. §. 1. gloss. 2. pag. 87. vers. sed quod.* Bernard. *reg. 65* Duen. *reg. 75.* Socin. *reg. 39.* Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 2.* Cened. *ad Sextum, collect. 29. n. 1. & 2.* 3

In gloss. *Æstimare*, ibi, *vt ibi periculum animæ vertitur*, &c.] Notatur ad hoc quòd quando agitur de salute animæ, nemo præsumitur bonus, vt per Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 1. n. 29* In dubio enim tutior pars est eligenda, Flor. de Mena *var. l. 1 q. 9. n 18.* Vasq. *1 2. q. 19. art. 6 disp 65. c. 3 & disp. 66. c. 1.* Salas *1. 2. q. 21. tract. 8. disp. vnic. sect. 17. n. 152.* Sanch. *in Decalog. lib 1. c. 10. n. 10. & 50.* 4

De Ordinatis ab Episcopo, qui renuntiauit Episcopatui.

TIT. XIII.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Panormit. Butr. Anchar. Petr. de Rauenna *in compendio iuris Canon.* Guillelm. Durand. Specul. *in breuiar. aureo iuris Canonici, fol. 26.* Martin. Mesnartius *in epitome Decretal. fol. 18. vers.* Dan. Venat. *in analysi methodica iuris Pont. pag. 68.* Goffred. & Hostien. *in summa huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Barthol. Carthag. *in expositt. titulorum iuris Canonici,* nouissimè Ioan. Honor. *lib. 1. summ. in Decretal.* omnes *sub hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopus, qui renuntiauit loco tantum, inuitatus conferre potest Ordines sicut prius; si verò & dignitati renun-*

renuntiauit cum ordinato per eum ad minores, vel ignoranter ad sacros dispensat Episcopus.

2 *Decretalis hæc scripta fuit circa annos 1150.*

3 *Episcopus renuntians loco potest alienum subditum cum licentia proprij Episcopi ordinare.*

4 *Episcopus renuntians loco retinet dignitatem, & ea, quæ sunt ordinis Episcopalis.*

5 *Renuntians loco, & dignitati non potest Ordines conferre etiam ex licentia alicuius Episcopi.*

6 *Ordines sacros scienter suscipiens ab eo, qui loco simul, & dignitati Episcopali renuntiauit, executionem officij non habet.*

Cap. Requisiuit. I. *Alex. III.*

1 EPiscopus qui renuntiauit loco tantùm, potest rogatus ab alio ordinario conferre omnes Ordines; si verò renuntiauit loco & dignitati, & contulit tantùm minores Ordines, sic ordinatus potest exercere minores, & accipere maiores, quia minores aliquando conferuntur à non Episcopo; si contulit maiores, tunc ordinatus, qui scienter ab illo Ordines sacros accepit, est suspensus, qui ignoranter, dummodo non sit crassa, & supina ignorantia, potest discretus Episcopus cum illo dispensare. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Ioan. Andr. Bellam. Innocent. Anch. Host. Butr. Panorm. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontific. pag.* 293. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 103. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 1. *tit.* 7. *c.* 1.

2 In superscript. text. ibi, *Alexander. III Toletano Archiepiscopo.* Hanc Decretalem Epistolam ab Alexandro III. Ioanni Archiepiscopo Toletano scriptam fuisse circa annos 1150. refert Francisc. de Pisa. *en la descripción de la Imperial Ciudad de Toledo lib.* 5. *c.* 5. *in fine.*

3 *Nam in primo casu*, &c.] Notatur ad hoc quòd Episcopus renuntians loco, ideſt, administrationi, potest alienum subditum cum licentia proprij Episcopi ordinare, Abb. *in c. supplicationem, num.* 10. *supra de renuntiat.* Flamin. *de resign. lib.* 1. *q.* 17. *n.* 15. ego ipse *de*

4 *offic. & potest. Episc. p.* 3. *a lleg.* 113. *num* 1. retinet enim dignitatem, & ea, quæ sunt Ordinis Episcopalis, Fusc. *de visitat. lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 10. Flamin. *d. q.* 17. *num.* 5.

5 *In secundo verò casu*, &c.] Notatur ad hoc quod renuntians loco & dignitati non potest Ordines conferre etiam ex licentia alicuius Episcopi, si verò aliquem ordinauerit, ordinatus recipit characterem, sacri verò Ordinis sic suscepti executionem non habet, vt per Fusc. *d.c.* 8. *n.*10. Maiol. *de regul lib* 3. *c.*6 *num* 8. quos refert, & sequitur Flamin. *quæst.* 17. *num.* 9. *& seqq.*

6 *Sanè si ab eodem sacros Ordines*, &c.] Notatur ad hoc quod suscipiens scienter sacros Ordines ab eo, qui loco simul, & dignitati Episcopali renuntiauit, executionem officij non habet, & tunc à solo Papa dispensatur: quando verò non scienter id fecerit, discretus Pontifex poterit dispensare, nisi crassa & supina fuerit ignorantia. Vide Bernard. *in practic. canon. c* 31 *in nouiss. edit.* Nauar. *in man. c.* 27. *numero* 24. *vers. tertio*, Fr. Emman. *in summ. p.* 2. *c.* 14. *ad finem*, Rebuff. *in repet. l. Barbarius, num.* 10. *ff. de officio Præt.* Soar. *tom* 3 *disput.* 31. *sect.* 1. *in princ.* Sayr. *de censuris, lib.* 7. *c.* 10. *numero* 27. Bonacina *eodem tract. disput.* 7. *quæst.* 3. *puncto* 4. *num.*8. Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 3. *c.* 48. *q.* 13. Valer. Regin. *in prax. fori pœn. lib.* 30. *n.* 25. *vers.* *quartus*, *& n.*190 *& lib.*32. *tract* 2. *n.*69. Mar. Alter. *de censuris, tom.* 1. *disp.* 9. *c.* 1. *vers. dubitari*, quos refero egò ipse *de offic. & potest. Episc. p.* 2. *alleg.*48. *n.*1. quibus adde Francisc. Leon. *in thesauro fori Ecclesiast. p.* 3. *c.* 8. *num.*39.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus dispensare potest cum ignoranter ordinatis ab excommunicato.*

2 *Dispensat Episcopus cum ordinato ignoranter excommunicato.*

3 *Excommunicatus non potest excommunicare.*

4 *Ordinis collatio facta ab occulto excommunicato valida est, & recipienti eius executio confertur.*

5 *Excommunicatus Episcopus durante excommunicatione sacros Ordines conferens an irregularis fiat, remissiuè.*

Cap. Cùm clericis. II. & fin.

Greg. IX.

1 EPiscopus potest dispensare cum suis clericis, qui ignoranter receperunt Ordines ab Episcopo excommunicato. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Host. Anch. Bellam. Io. Andr. Innoc. Imol. Butr. Panorm. Viu. *in ration. primi libri iuris Pont. pag.* 194 Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 103. remissiuè Ximen. *in concord p* 1. *&* 2.

2 Probat hic text. quod cum ordinato ignoranter ab excommunicato dispensat Episcopus, vt per Bernard. *in pract. can. c.*28. *n.* 2 *in nouiss. impress.* Nam si recipiens probabiliter ignorauit Episcopum esse excommunicatum, aut suspensum, & Ordines suscipiat, illos exequendo non est reus alicuius culpæ, suppositâ hac probabili ignorantia, nec incurrit administrando irregularitatem, sed postquam sufficientem habuerit notitiam, quod Episcopus à quo fuit ordinatus, erat excommunicatus, aut suspensus, abstinere debet ab vsu Ordinum quousque dispensationem obtineat, quam post dignam pœnitentiam ab Episcopo præuia causæ cognitione impetrare poterit. Ego ipse *de offic. & potest. Episc. p* 2. *alleg.*48. *n.*10. *propositin* vbi etiam aduerto in principio illius numeri solum Romanum Pontificem dispensare in suspensione, quam contrahit ordinatus scienter, siue ex ignorantia crassa, vel probabili ab Episcopo excommunicato, quod & tenet Bernard. *d. c.*28. *n.* 3. vbi Salzed. *in edit lit. C.* resoluit illum qui post Ordinem ab excommunicato susceptum scienter religionem profitetur, à proprio Prælato dispensationem impetrare posse; ibique addit idem esse si post Religionis ingressum id contingat.

3 In gloss. *Excommunicato*, ibi, *sed nunquid potest alios excommunicare.* Notatur ad hoc quòd excommunicatus non potest excommunicare, quia sententia excommunicationis si feratur à iudice excommunicato, nullius est momenti, *c. audiuimus* 24. *quæst.* 1. Lap. *in c. si is cui, offic. deleg. lib.* 6 Gemin. *in c.* 1. *coll. penult. vers. in ea glossa, de officio Vicarij, lib.* 6. & ibi Franch. *n.*7 Soccin. *in c. sacris, n.* 264 *de sent. excomm.* quos refert & sequitur Ant. Ricc. *in tract. de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium, l.* 4. *c.* 18. *num.* 4. intellige cum Mario Alter. *de censur. tom.* 1. *de excomm. lib.* 3. *disp.* 7. *cap.* 4. *à princ.* Obstrictus verò minoris excommunicationis vinculo potest alios absoluere à censuris, & à peccatis, & actus iurisdictionis exercere, ita Vgolin. & Sayr. quos refert;

&

& sequitur Bonac. *de censur. disp.* 2. *q.* 3. *n.* 11. vtiliter tamen aduerto quòd hodie cùm iura permittant iudici tolerato exercere actus iurisdictionis, nisi iuxta Conc. Constantiense denuntiatus, aut notorius clerici percussor, excommunicatus potest excommunicare in fauorem litigantis, aut alterius petentis aduersarium excommunicari: per exceptionem tamen apponi posset iudici quòd sit publicus excommunicatus, & quòd deiectus deiicere alios & excommunicare non debet.

4 In ead. glos. ibi, *quòd excommunicatus confert Ordinem.* Aduerte quòd non solùm valet Ordo collatus ab occulto excommunicato, sed etiam recipienti Ordinis executio confertur, vt per Sanch. *de mat. lib.* 4. *disp.* 22. *n.* 35. excommunicatio enim Episcopi non priuat ab exercitio Ordinis vel officij donec fuerit declaratus, Rota *decis.* 534. *n.* 3. *cum seqq.* apud Farin. *p.* 1 *recent.* An autem excommunicatus Episcopus durante excommunicatione sacros Ordines conferens irregularis fiat, vide Rot. *decis.* 60. apud Farin. *p.* 1. *in recent.*

De Ætate, & qualitate, & ordine præficiendorum.

TIT. XIV.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zab. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Bald. Butr. Panorm. Ioan. de Londris *in breuiario, sanctorum Canonum, fol.* 164. *vers.* Petr. de Rauenna *in compendio iuris Canon.* Martin. Mesnartius *in epitome Decret. fol.* 19. Daniel Venator *in analysi method. iuris Pontificij à pag.* 69. Goffred. & Hostiens. *in summa huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Petr. Alphons. de Vasconcel. *in harmonia rubr. sub hoc tit.* Barthol. Carthag. *in exposit. titulorum iuris Canonici, sub eodem,* nouissimè Ioan. Honor. *lib.* 1. *summa in Decretal. sub eod.*

De materia huius tit. agunt Guillelm. Durand. *in speculo iuris, lib.* 4. *sub hoc tit.* Guttier. *can. lib.* 1. *c.* 26. Ego ipse *de offic. & potest. Epist. p.* 2. *alleg.* 11. *&* 16 *& p.* 3 *alleg.* 60. *n.* 64. *cum seqq.* Nic. Garc. *de benef. p.* 7. *c.* 4. *de ætate beneficiandorum,* Nau. *tom.* 1. *consil. sub hoc tit.* 19. *habet consilia,* & Sayr. *in floribus dec. sub eodem tit. decem ponit decisiones.*

SVMMARIVM.

1 *Prælatus si ex aliqua iusta causa ad sacros Ordines promoueri non potest, Prælaturam debet amittere.*
3 *Abbatis dignitas quanta sit, remissiuè.*
4 *Decani officium, & dignitas quanta, remissiuè.*
5 *Præpositus quis dicatur, ostenditur.*
6 *Abbates dicuntur Prælati.*

CAP. Vt Abbates. I.

Conc. Pictauien.

1 ABbates, Decani, Præpositi, & Archipresbyteri fieri debent Sacerdotes, Archidiaconi verò fiant Diaconi, & si nequeant fieri etiam iusta causa prohibente amittant prælaturam. Collige ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Imol. Anch. Host. Innoc. Butr. Panorm. Viu. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 295. Alagon. *in compend. iur. Canon. pag.* 104. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. referar ab Anton. August. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1. *tit.* 8. *cap.* 1.

De materia huius text. vide Azor. *inst. mor. p.* 2. *lib.* 6. *c.* 8 *q.* 11. & faciunt text. *in c. cùm in cunctis, §. inferiora, sup. de elect. & in clem. Vt ij qui hoc eod. tit. &* Conc. Trid. *sess.* 22. *de reform. c.* 4. 2

Abbates.] Abbatis dignitas quanta sit ostendit Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 17. Galganet. *de iure publ. lib.* 3. *titul.* 38. me citato *in hoc loco* nouissimè Hostiens. Roder. *in compendio quæst. Regularium res.* 1. *num.* 17. 3

Decani.] De cuius officio & dignitate agunt Flamin. *de resign. lib.* 1. *q.* 1. *n.* 86. Hieron. Roman. *lib.* 3. *de Republ. Christiana, c.* 10 *in princ.* Azor. *d. l.* 3. *c.* 17. quos refero ego ipse *de officio, & potest. Epis. p.* 1. *tit.* 3. *c.* 3. *num.* 7. 4

Præpositi.] Præpositus dicitur habens in Ecclesia dignitatem, quæ est interdum maior post Pontificalem, vt per Rebuff. *in com ad l.* 124 *ff. de verb. sign. vers. præpositus etiam dicitur, pag.* 478. Galganet. *d. l.* 3. *tit.* 39. Illustr. D. meum Rodericum à Cunha *in com ad c. sanctorum* 2. *n.* 24. *dist.* 70. Azor *p. lib.* 3. *c.* 18. *q.* 1. aduertens in Ecclesiis Germaniæ, Poloniæ, Flandriæ, & Angliæ Præpositum personatum, ac dignitatem habere, & alicubi iurisdictionem, & curam animarum, eo quod toti Canonicorum Collegio præsit. 5

Prælationes admittant.] Notatur ad hoc quòd Abbates dicuntur Prælati, vt per Azeued. *l.* 4. *n.* 7. *tit.* 10. *lib.* 9. *tota recop.* & alios per me citatos *de appel. verb. sign. appel.* 214. *n.*... 6

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia dispensatiuè minori concessa non per laicos, sed per clericos regi debet, donec ille perueniat ad ætatem.*
2 *Declaratur text. in præsenti.*
3 *Verba, viribus carere decernas, denotant totalem priuationem.*
4 *Beneficia simplicia attento iure antiquo poterat maior septennio obtinere.*
5 *Beneficium Ecclesiasticum attento iure Conc. Trid. nullus potest obtinere ante* 14. *annum.*
6 *Papa potest infanti beneficium simplex conferre.*
7 *Beneficij fundatione quando statutum est, vt illud etiam minor* 14 *annorum adipiscatur illi conferri potest.*
8 *Canonicus non habet vocem in Capitulo, nisi in sacris saltem Subdiaconatus Ordine sit constitutus.*
9 *Minor* 14. *annorum non habet administrationem Ecclesiæ, nec bonorum sine decreto Superioris.*
10 *Minor qui veniam ætatis impetrauit, non potest bona immobilia alienare.*

CAP. Ex ratione. II. *Alex. III.*

ECclesia quando ex dispensatione conceditur puero, vel minori, est regenda per clericos, non per laicos, donec ad ætatem peruenerit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Host. Anchar. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Imola, Henric. Panorm. Butr. Viu. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 295. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 104. remissiuè Ximen. 1

Ximen. *in concord p.* 1. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1. *tit.* 8. *c.* 3. & est post Conc. Later. sub Alex. III. *p.* 2. *c.* 1.

Ex hoc text. iuncta gloss. *Verbo Ecclesias, & vlt* colligitur posse Episcopum dispensare cum pueris infra decennium vt Ecclesias, seu Prælaturas obtineant, contra ea, quæ resoluunt Selu. *de benef. p.* 2. *q.* 3. *n.* 32. Corras. *de Sacerd. p.* 3. *c.* 3. *n.* 2. Trot. *de vero, & perfecto Clerico lib.* 2. *c.* 18. *n.* 2. vnde multi huius text. decisionem ad summi Pont. dispensationem referunt, vt præsupponere videtur Nau. *in c. si quando excepr.* 19. *n.* 2. *supra de rescript.* Sed apertè loquuntur contra literam huius textus, qui planè agit de facto solius Episcopi, neque in eo verbum vllum de Papa reperitur. Quare Archid. quem refert, & sequitur Franch. *in c.* 1. *n.* 4. *hoc tit. lib.* 6. distinguitur an dispensatio ab Episcopo concedatur ex causa necessitatis, vel vtilitatis Ecclesiæ, & licitam putat, & procedere text. in præsenti cum similibus. Aut verò dispensatio fit propter prærogatiuam meritorum, & intuitu personæ, cum qua dispensatur; idque rectè Episcopis denegari videtur in casu speciali, de quo *in d. c* 1. quem text. expendunt ibi, liberè dispensare, quasi specialitas in eo consistat, vt liberè & sine vlla causa Episcopo eo casu permittatur dispensandi potestas; sed non conuenit verbis huius text. dum factum Episcopi reprehendit, & deinde quia minimè dici potest posse vnquam dari iustam causam vtilitatis, vel necessitatis Ecclesiæ; vt beneficium curatum conferatur pueris infra decennium, de quibus agit text. in præsenti; & tamen quia verius est verba illa, liberè dispensare, non excludere iustam causam, quæ semper necessaria est, vbi inferiori dispensatio permittitur, ex doctrina gloss. *verbo plerisque, ante fin. in c. requiritis* 1. *quæst.* 7. Emman. Sà *in aphoris. verbo dispensatio n* 3. Aduerte igitur in hoc text. non reprobare Pontificem factum Episcopi, sed potius reprehendere, patet ibi, *Episcopum super his corripias*, & ibi, *Eidem Episcopo prohibeas ne de cætero Ecclesias nisi personis, quæ ætatem, & scientiam habeant.* Quod si quærat aliquis, quare Pontifex non iubeat pueros amouere, sed remotis laicis iubeat committere administrationes Clericis idoneis donec pueri veniant ad ætatem legitimam. Respondebitur iure Decretalium validas fuisse collationes, & prouisiones beneficiorum ante ætatem legitimam, nullitatisque pœnam præscriptam fuisse iure nouo Sixti per *c. licet canon. de elect. lib.* 6. vt colligitur ex verbo, *decernentes*, & verbo, *de cætero*, iunctis resolutis per gloss. ibi, Et quæ Doctores tradunt *in cap. vltim. de sponsa duorum*, atque ita text. in præsenti solùm concludit valuisse collationem, non potuisse tamen Episcopum licitè facere & dispensare, confirmatúrque ex vltimis verbis text. immediatè sequentis ibi, quod inde feceritis irritabimus. A Papa igitur oportet hanc petere dispensationem, notant præcitati; quibus adde Nau. *in man. c.* 25. *n.* 116. explicat latè Rebuff. *in praxi tit. de dispens. ratione ætatis à princ.* Mandos. *ad reg. Cancel.* 118, An autem sic dispensatus ratione ætatis habeat liberam administrationem rerum ad beneficium pertinentium per se, & sine curatore, vide text. *in c. de iud. lib.* 6. vbi latè Gom. *n.* 9. & 26. Octau. *de decretis lib.* 3. *tit.* 8. *n.* 28. Et an minor dispensatus super ætate ad obtinendum canonicatum in Cathedrali possit eligi in iudicem Synodalem, vide Ioann. Anton. Massabor. *de Synodo Episcopi cap.* 4. *dub.* 11. vbi resoluit negatiuè.

2 *Donec prædicti pueri*, &c.] Dispensauit igitur saltem tacitè Papa vt pueri tenerent dignitates, quas iam malè possidebant, sed non vt administrarent eas per se, sed per alios, & in hoc non contrariatur text. *in c. sequenti*, ita Nau. *in c. si quando excepr.* 19. *n.* 2. *sup. de rescript.* Quæ ætas attento iure nouiori hodie requiratur ad dignitates obtinendas, dixi *ad c. cum in cunctis, §. inferiora, sup. de elect.*

Viribus carere decernas.] Denotant hæc verba totalem priuationem, vt per Sayr. *in clau. Regia, lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 26. 3

In gloss. *Ecclesia*, ibi, *beneficia etiam simplicia in tali ætate constitutis licitè conferuntur.* Notatur ad hoc quod de iure antiquo ad beneficia simplicia requirebatur quod quis esset maior septennio, saltem quando non sonant in nomen Rectoriæ, nec consilij maturitatem requirunt, vt per Lambertin. *de iur. patron lib.* 2. *part.* 1. *art.* 26. *q.* 7. *princ. n.* 5. Albert. Trot. *de vero, & perfecto clerico, lib.* 2. *c.* 18. *n.* 2. & 40. Fusc. *de visitat. lib.* 2. *c.* 7. *n.* 7. Guttier. *canon. lib.* 1. *c.* 26. *n.* 2. Rebuff. *de pacificis possess. n.* 175. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 6. *c.* 5. *quæst.* 7. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 5. *n.* 49. Nicol. Garc. *de benef. p.* 7. *cap.* 4. *n.* 4. *cum seqq.* 4

Hodie attenta dispositione Conc. Trident. *sess.* 23. *de reform. c.* 6. nullus ante decimum quartum annum beneficium Ecclesiasticum potest obtinere, Guttier. *d. cap.* 26. *num.* 33. Henriq. *d.* §. 1. Gregor. Lopez *l.* 3. *verbo, quatorze años tit.* 16. *part.* 1. Petr. de Ledesma *in summ. p.* 1. *de sacram. Ordinis, cap.* 7. *vers. de la prima, & part.* 2. *tract.* 7. *cap.* 1. *concluf.* 7. *propè finem*, Flamin. *de resignat. lib.* 3 *q.* 7. *num.* 65. & *lib.* 5. *quæst.* 1. *num.* 7. & *q.* 11. *num.* 13. Ceuall. *commun. contra commun. q.* 523. *num.* 3. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 30. *tract.* 3. *num.* 166. *in fin.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. part.* 4. *collect.* 860. & *in praxi fori Ecclesiast. decis.* 362. & *decis.* 385. *in* 1. *edit.* & *resolut.* 331. & 325. *numero* 3. *in* 2. *edit.* Viuian. *in praxi iuris Patron. lib.* 6. *cap.* 7. *num.* 2. Less. *de iustit. lib.* 2. *cap.* 34. *dub.* 20. *n.* 109. Nicol. Garc. *d. cap.* 4. *num.* 8. Campan. *in diuersorio iuris Canon. rubr.* 7. *c.* 6. *n.* 2. Et censuit sacra Congregatio prædictam Conc. Trident. dispositionem non prohibere quin ille; qui iam quartum decimum annum suæ ætatis attigit, licèt nondum expleuerit, possit beneficium simplex obtinere, referunt Henriq. *d. cap.* 10. §. 2. Galet. *in margarita casuum conscientiæ, verbo. beneficium* 4. Ceuall. *d. q.* 523. *n.* 4. & *q.* 593. *num.* 18. Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib.* 1. *tit.* 20. *l.* 1. *de ætate, num.* 5. Aloys. Ricc. *d. collect.* 860. *vers. limita secundo, & res.* 325. *num.* 3. *ver. nihilominus*, Azor. *d. c.* 5. *q.* 7. *in fin.* Tusch. *tom.* 3. *lit. E conel.* 338. *n.* 16. Gonzal. *d. gloss.* 5. *in princ. n.* 90. Campan. *d. c.* 6. *n.* 2. *in fin.* Thom. Valasc. *allegat. iuris, tom.* 1. *alleg.* 8.

Limita stante dispensatione Sum. Pont. qui potest infanti beneficium simplex conferre, Flam. *d. q.* 7. *n.* 66. Azor. *d. c.* 5. *q.* 8. *vers. sed quæret aliquis*, Thom. Valasc. *d. alleg. n.* 10. Vel quando in fundatore beneficij statutum sit, vt illud etiam minor 14. annorum valeat adipisci, Gonzal. *d. gloss.* 5. *num.* 91. Aloys. Ricciul. *d. collect.* 860. *vers. nunc limita & primò*, Campan. *d. c.* 6. *n.* 2. *in fin.* Rota apud Farin. *decis.* 194. *tom.* 1. *part.* 2. *recent.* 6

In gloss. *Ad congruam*, ibi, *Sed pone quod Episcopus aliquem maiorem facit Archidiaconum, habebit iste vocem in Capitulo?* Huiusmodi tamen Archidiaconus, aliúsve Canonicus, etiamsi maior, & mentis compos sit non habet vocem in Capitulo, nisi in sacris saltem Subdiaconatus Ordine constitutus sit, vt probant text. *in Clem.* 2. *de ætate, & qual.* Conc. Trid. *sess.* 22. *de reform. c.* 4. & plures Doctores per me citati *de offic. & potest. Episc. p.* 1. *tit.* 1. *c.* 3. *n.* 21. 7

In gloss. *Ætatem, fin.* ibi, *Quod tamen non est verum.* Notatur ad hoc quod minor 14. annorum non habet administrationem Ecclesiæ, nec bonorum sine decreto Superioris, vt per Flamin. *de resign. lib.* 3. *q.* 7. *n.* 91. 9

10 In cad. gloss. ibi, *Quia licèt quis veniam ætatis impetret, non tamen potest alienare sine decreto.*] Notatur ad hoc quod minor qui veniam ætatis impetrauit, non potest bona immobilia alienare, *l. 1. & 2. C. de his, qui veniam ætatis impetr.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verb. contract. n. 21. & verb. vel aduersarij dolo, n. 66.* Morla *in empor. iuris, p. 1. tit. 5. in prælud. n. 68.* Mendez à Castro *in l. cum oportet, n. 121. C. de bonis, quæ liberis,* Molina *de iustitia, tr. 2. disp. 224. vers. iudicis,* Don. Garc. Mastril. *Sicilia decis. 13. n. 24.*

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiæ regimen minori quatuordecim annorum committi non debet.*
2 *Dignitates in Cathedralibus quam ætatem requirant, ostenditur.*
3 *Episcopalis dignitas liberat à patria potestate.*
4 *Ordo sacer an liberet à patria potestate, ostenditur.*

CAP. Indecorum. III.

1 PErsonatus Ecclesiæ nemini intra decimumquartum annum constituto concedendus est, eligendi enim præeminere debent discretione, & morum honestate. Si quis contrarie præsumpserit, irritabitur factum, & punietur inobedientia. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Ioan. Andr. Bellam. Innoc. Anch. Imola, Henric. Boich. Host. Butr. Panorm. Viu. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag. 296.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 104.* remissiuè Casal. *in annot* & Ximen. *in concord p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 8. c. 4.* & est post Conc. Later. sub Alexand. III. *p. 25. cap. 2.*

2 *Intra annum quartumdecimum*, &c.] Hodie ad dignitates in Cathedralibus Episcopatu inferiores, quibus nulla inest animarum cura, aut ex consuetudine, statuto, vel priuilegio, adscisci sine dubio possunt minores 25. annis, dummodo non minores viginti duobus; si verò curam animarum habeat, 25. iam cœptus annus requiritur, Conc. Trid. *sess. 24. de reform. c. 12.* Ego ipse *de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 60. n. 65.* vbi *n. 66.* cum Nic. Garc. Mandos. & aliis teneo prædictos 22. annos debere esse completos, *& n. 67.* an dispositio Concil. Trid. de loco procedat in dignitatibus Collegiatarum Ecclesiarum.

3 In gloss. *Se ipsos*, ibi, *Qui enim in Prælatum eligitur, etsi minor sit, non debet esse sub patris potestate.* Notatur ad hoc quod Episcopalis dignitas liberat à patria potestate, vt per Cott. *in memor. ab verb. Episcopalis dignitas,* Pinel. *in l. 1. p. 1. n. 42. C. de bon. mat.* Guttier. *in rep. §. sui n. 10. & seq. Idem de hæredum qualit. & differ.* Greg. *l. 65. tit. 5. p. 1.* Molina *de iustitia, tract. 2. disp. 229. vers. 6.* Ioan. Garc. *reg. 198. in princ.* Rebel. *de obligat. iust p. 2. lib. 1. q. 8. n. 60. vers. octauo,* Modern. *de iurisd p. 4. cent. 1. casu 27. n. 4.*

4 In cad. gloss. ibi, *Sacer Ordo liberat à patria potestate.* Notatur ad hoc quod per sacrum Ordinem soluitur patria potestas, vt per Mier. *de maioratu, p. 4. limit. 1. q. 1. n. 5.* Spin. *in speculo test. gloss. 4. rubr. n. 21.* Modern. *de cas. 27. n. 5.* Contrarium tamen, imo per sacrum Ordinem filium non liberari à patria potestate, vti verius tenent Ferdin. Paez. *de excusandis parentibus ob numerum liberorum, n. 72.* Guttier. *d. § sui, n. 8.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo, læsis, n. 130.* Perez *l. 1. gloss. 1 pag. 65. col. 2. ad fin. tit. 3 lib. 1. Ord.* Azeued. *l. 8 n. 12. tit. 1. l. 5 nouæ recop.* Valasc. *consult. 108. n. 6. cum seqq.* Molina *d. disp. 229. vers. sextus in med.* Rebel. *d. q. 8. n. 60. vers. sed quid,* Sanch. *in Decalogum, lib. 4. c. 33. n. 37.* Distingue primam opinionem procedere quoad spiritualia, secundam verò quoad temporalia, Ioan. Garc. *d. reg. 198. n. 5.* Guttier. *de tutelis, lib. 3. c. 32. n. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Indignus scientia, moribus, & ætate ad regimen Ecclesiarum institui non debet. Et qui habet duas Ecclesias alteram dimittere cogitur, nisi causa subsit.*
2 *Curæ animarum vbi sit mentio semper intelligitur de cura actuali, non habituali.*
3 *Verba sunt accipienda in propria significatione.*
5 *Lex posterior nunquam censetur reuocare primam, nisi de prima faciat expressam mentionem.*
6 *Beneficia duo habenti datur optio retinendi quod maluerit, quando vtrumque eidem confertur eodem tempore.*
7 *Beneficiorum pluralitas tolerari potest propter ipsorum tenuitatem.*
8 *Beneficium sufficiens vt dicatur ex personæ qualitate, & locorum diuersitate vnusquisque sibi iudex erit.*

CAP. Eam te. IV.

AD regimen Ecclesiarum non est instituendus nisi qui scientia, moribus, & ætate polleat, iuxta Conc. Later. etiam obtentu literarum Apost. Item habens plures Ecclesias, quæ ex vna non pendeant, eas dimittat, & vnam retineat quam maluerit, nisi sint adeò tenues, vt proprios Sacerdotes non possint conuenienter sustentare. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Host. Ioan. Andr. Imol. Panorm. Butr. Viu. *in ration primi libri iuris Pontif. pag. 296.* Alagon. *in compend iuris Can. pag. 105.* remissiuè Ximen. *in concord p. 1* refertur ab Ant. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 8. c. 5.* 1

Ad curam animarum, &c] Intellige de actuali, nam vbi de cura animarum fit mentio, semper intelligitur de cura actuali, & non habituali, Capra *com. concl. 90. n. 78.* Rot. *in Vicen. Prioratus 2. Mart. 1622.* coram Illustriss. Patriarch. Manzanedo, nam verba sunt accipienda in propria significatione, *l. non aliter, ff. de legatis 3.* cùm citatis à Moneta *de distribut. quotid. p. 2. q. 11. n. 10.* & Card. Tusch. *tom. 8. lit. 5. concl. 101.* 2 3

Quæ scientia, moribus, & ætate Concil. &c.] Vide per me dicta *de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 61. n. 80. cum seq.* 4

Non congruant institutis.] Notatur ad hoc quod lex posterior nunquam censetur reuocare primam, nisi de prima faciat expressam mentionem, vt per Spin. *in speculo testam. gloss. 30. princ. n. 18.* 5

Habentes plures Ecclesias, &c.] Aduerte hunc text. dum probat habenti duo beneficia curata dari optionem retinendi quod maluerit, intelligendum esse ne pugnet cum *c. de multa, de præbend.* quando vtrumque beneficium eidem confertur eodem tempore, neque constat quod primum sit, & quod secundum, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 30. tract. 3. n. 309. vers. nota secundo.* 6

Nisi ita fuerint tenues.] Notatur ad hoc quod potest tolerari pluralitas beneficiorum propter tenuitatem ipsorum, vt per Zerol. *in praxi Episc. p. 1. verbo, beneficia, pag. 50. vers. secundo.* 7

Quæ proprios Sacerdotes non possint conuenienter alere.] Aduerte quod vt dicetur beneficium sufficiens ex personæ qualitate, & locorum diuersitate, vnusquisque sibi iudex erit, vide Gomez. *de expectat. num. 107.* Flamin. *de resignat. lib. 5. quæst. 6. n. 131. cum seq.* Prosper. de August. *in addit. ad Quarantam in summa Bullarij, verbo,* 8

verbo, benef. resign. vers. octaua causa, Azor. *inst. mor. p. 2. l. 6. c. 10. q. 8. & 9.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 15. n. 39.* Valer. Regin. *d. tract. 3. n. 285.*

SVMMARIVM.

1 *Constitutus in minoribus Ordinibus, si aliàs est idoneus, ad regimen Parochialis Ecclesia dispensatiuè potest assumi.*
2 *Episcopo an aliquando permissum fuerit beneficium curæ animarum coniunctum clerico 14. annorum concedere, ostenditur.*

CAP. Præterea. V.

1 AD regimen Parochialis Ecclesiæ non est quis eligendus nisi sit Subdiaconus, dispensatiuè tamen potest eligi in minoribus Ordinibus constitutus, dummodo talis sit, qui infra breue tempus ordinari possit in Presbyterum. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Host. Anchar. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Imol. Butr. Panor. Viu. *in ration. primi libri iur. Pontif pag.* 298. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 105. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib* 1. *tit.* 8. *c.* 6.

2 Per hunc text. Episcopo permissum esse iure communi antiquo beneficium curæ animarum coniunctum concedere clerico 14. annum agenti tenuere Archid. Ioan. Monach. Innoc. Host. vt ait Ioan. Andr. *in c.* 1. *hoc tit. lib.* 6. quem refert Azor. *inst. mor. p.* 1. *lib* 6. *c* 6 *q.* 9. *vers. cæterùm.* Sed constans est cæterorum omnium opinio, quos refert & sequitur idem Azor. *citato loco*, id Episcopo non licere facere, quoniam *in c. cùm in cunctis, §. inferiora, sup. de elect.* Alex. III. Concil. Lateran. constituit in huiusmodi beneficiariis annum vigesimum quintum requiri, in cuius Concilij generalis lege non potest Episcopus dispensare. Ego ipse, multis ad id citatis Doctoribus, *de offic. & potest. Ep. s. p.* 1. *alleg.* 33. *n.* 25. Nihil enim probat pro Arch. & aliis post eum citatis text. in præsenti, quoniam hic postquam dicitur quod clerici minoribus Ordinibus initiati Episcopi concessu possint ad Ecclesiam parochialem promoueri, statim subiungitur: dummodo tales sint, vt ad breue tempus Presbyteri fieri queant. Et quamvis quantum tempus illud debeat esse hic non exprimatur, & glossa exprimere nitatur, tamen *in c. licet, de elect. in* 6. declaratum est quantum esse possit huiusmodi tempus, est enim ibi definitum, vt qui ad Ecclesiam parochialem promouetur Sacerdos fiat ad annum ab eo tempore, quo beneficij possessionem adeptus est, computandum.

SVMMARIVM.

1 *Clerici propter necessitatem & vtilitatem Ecclesiæ vbi habent beneficia compelluntur recipere Ordines illis non annexos.*
2 *Ordines suscipere qui obligentur, remissiuè.*
3 *Beneficium licet simplex accipiens debet habere animum virtualem saltem accipiendi Ordines sacros.*

CAP. Quæris à nobis. VI.

1 CLerici habentes beneficia si nolint promoueri ad sacros Ordines, dicentes se propter occulta peccata promoueri non posse, imo si impediti ad sacros Ordines recipiendos non sint admodum vtiles in aliis Ecclesiæ exercitiis, auferri debent ab iis beneficia, & aliis canonicè conferri. Qui verò non sunt impediti, & idonei sunt, compelli possunt ad Ordines sacros recipiendos per amissionem locorum, & beneficiorum omni appellatione postposità. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Anch. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Henric. Host. Innoc. Butr. Panorm. Viu. *in ration. primi libri iur. Pont. pag.* 298. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 105. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 4. *Decret. lib.* 1. *tit.* 8. *c.* 4.

Nolunt ad maiores Ordines promoueri.] De obligatione suscipiendi Ordines agunt Fr. Emman. *in sum. tom.* 1. *c* 30. *à n* 4. Sanch. *de matr. l.* 7. *disp.* 45. *n* 14. *cum seqq.* latè Nic. Garc. *de benef. p.* 3. *c.* 4. *per tot.* Guttier. *can. lib.* 1. *c.* 5. *à n* 24. & dicam *ad c. commissa, § cæterùm de elect. lib.* 6. 2

In gloss. *Vtilitas.*] Notatur ad hoc quod omnis qui accipit beneficium, quamvis sit simplex, debet habere animum actualem, vel virtualem saltem disiunctiuè accipiendi Ordines sacros, si necessitas Ecclesiæ illud exegerit, vel renuntiandi, aut dimittendi beneficium ratione cuius iuberetur ordinari, vt per Nau. *miscel. 44. in fine de Oratione in noua edit. & cons.* 1. *in fin. sub tit. de præbend. in vtraque edit.* quem refert, & sequitur Sanch. *d. disp* 45. *n* 18. 3

SVMMARIVM.

1 *Medicus peritus, sollicitus, & traditiones artis obseruans non impeditur promoueri propter euentum mortalitatis infirmi.*
2 *Medici imperiti damna, remissiuè.*
3 *Medicinæ præstantia, & dignitas remissiuè.*
4 *Irregularis quando sit exercens artem Medicinæ, vel Chirurgiæ, remissiuè.*
5 *Medici beatiores sunt quoad sæculum, quàm Aduocati, quia eorum errores cooperit terra.*
6 *Medicus tenetur pauperem gratis curare.*
7 *Aduocatus tenetur pro miserabilibus personis patrocinium suscipere.*
8 *Medicus salariatus de publico non debet petere præmium ab infirmis.*
9 *Medicus de publico stipendiatus fit irregularis si ex omissione curandi pereat infirmus.*

CAP. Ad aures. VII. *Clem. III.*

1 MEdicus peritus, & sollicitus & traditiones artis obseruans propter euentum mortalitatis infirmi non impeditur ad sacros Ordines promoueri, tenetur tamen recedere si ipsum conscientia remordeat. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Henric. Innoc. Imol. Anan. Panorm. Host. Butr. Anch. Cened. *coll.* 163. Viu. *in ration. primi libri iur. Pont. pag.* 299. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 105. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 2. *Decret. lib.* 1 *tit.* 8. *c.* 2.

Cùm in arte physica eruditus sis.] De medico imperito vide Clar. *lib.* 5. *§ homicidium, n.* 17. Ant. Gom. *tom* 3. *var. c.* 3 *n* 16. Greg. *l* 6 *tit.* 8. *p.* 7. Cened. *ad Decret. collect.* 163. *n.* 11. De medicinæ verò præstantia, atque dignitate, vide Tiraquel. *de nobilit. c.* 31. *n.* 81. *cum seqq* Cassan. *in catalogo gloriæ mundi, p.* 11 *consid.* 48. Ioan. Garc. *de nobilit. gloss.* 48. *§.* 4. *num.* 12. & alios, quos ego ipse refero *de offic. & potest. Episc. p.* 3. *alleg.* 91. *num.* 5. *cum seqq.* 2

Ad maiores Ordines, de nostro consilio non ascendas.] Quando exercens autem Medicinæ, vel Chirurgiæ sit irregularis, & an possit promoueri ad sacros Ordines, 3

vide Cou. *in Clem si furiosus, p. 2. §. 4. n. 3.* Aluar. Pelag. *de planctu Ecclesiæ, lib. 1. c. 48. ex col. 3.* Felic. *de censur. tit. de irregul. c. de specie irregular. quæ contrahitur ægrotos curando*, Cened. 163. *in princ.* quibus adde Nau. *cons. 3. qui clerici, vel monachi, in viraque addit.* Sayr. *in floribus decisionum, sub eod. tit. dec. 3.* Zerol. *in praxi Episc. p. 2. verbo, Medicus*, Molina *de iustit. tract. 3. disp. 75. n. 1. vers. prior.*

5 *Mortis periculum incurrerunt.*] Ideo Azened. *l. 6. n. 3. tit. 16. lib. 2. nouæ recop. pag. mihi 185.* inter Aduocatos & Medicos quoad sæculum differentiam constituens, hos beatiores reputat, quia eorum errores cooperit terra.

6 In gloss. *Remordeat*, ibi, *an Medicus teneatur infirmum pauperem*, &c.] Notatur ad hoc quod Medicus pauperem tenetur gratis curare, vt per Cornel. Benincas. *de priuileg. paupertatis 1 spec. in iud. à n. 15.* Petr. Plac. *de delictis c. 26. n. 4. vers. ægrotos tamen pauperes*, Mandos. *in praxi tit. de ingrat. c. 101. vers. pauperes infirmos*, Roland. *cons. 87. ex n. 38. vol. 2.* Cened. *d. collect. 163. n. 2.* Tiraq. *de nobilit. c. 29. à n. 44.* vbi *n. 46.* refert Virginem
7 Mariam in somniis apparuisse Patri Marsilij Ficini Medico, monuisséque eum vt artis munera egentibus gratis, abundéque largiretur. Sic etiam Aduocatus tenetur pro miserabilibus personis patrocinium suscipere, & à pauperibus salarium non petere, aliàs peccabit, Tiraq. *d. c. 29. n. 29.* Cou. *pract. c. 6. n. 4.* Cornel. Benincas. *d. loco, n. 10* Azened. *l. 16. tit. 16. lib. 2. nouæ recop.* Mench. *illustr. c. 41. n. 3.* Camil. Borel. *in sum. decis. tit. 65. n. 38.* cum aliis citatis per me *d. tract. de offic. & potest.*
8 *Episc. p. 3. alleg. 79. n. 33* Medicus assalariatus de publico (qui non debet recedere de Ciuitate absque licentia Priorum, Auiles *ad c. 54. Prætorum, in gloss. partiere, n. 4.*) ea sub conditione ne quid ab ægrotis recipiat, non debet petere præmium ab infirmis, nec illud recipere ab eis sponte dantibus, vt per Anil. *ad c. 1. Prætorum, in gloss. nil leuaran. n 8.* Azened. *l. 8. n. 2. tit. 6. lib. 3. nouæ recopil.* potest tamen post restitutam sanitatem ab infirmo sponte oblata suscipere, Altamiran. *de visitat. in verbo, etiam qualitercunque, num. 24.* Matiens. *in dialogis relatoris, cap. 25. num. 2.*

9 In ead. gloss. ibi, *Si fortè imperitè medicinam dedisset infirmis.* Notari potest ad hoc quod Medicus de publico stipendiatus (qui dicitur Curiæ adstrictus) fit irregularis, si ex omissione curandi pereat infirmus. Henriq. *in sum. lib. 14. de irregul. c. 12. §. 7. in medio.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficio, quod quis prius habebat, & quod interim acquisiuit, priuatur persistens per annum in suspensione.*
2 *Excommunicatus vltra annum in ea excommunicatione perseuerans potest beneficiis priuari.*
3 *Excommunicatus ob causam ciuilem perseuerans in excommunicatione vltra annum an beneficiis sit priuandus, ostenditur.*
4 *Index quod temporis spatium expectare debeat excommunicatum lapso anno antequam ad declaratoriam, vel priuationem beneficiorum procedat, ostenditur.*
5 *Insordescentia in excommunicatione, vt contracta dicatur ad effectum priuationis beneficiorum, requiritur perseuerantia cum animi pertinatia in contemptum Clauium.*
6 *Suspensus eligere non potest, nec eligi.*
7 *Episcopus potest dispensare, vt quis post absolutionem retineat beneficium quod sibi fuit collatum tempore excommunicationis.*

CAP. Cùm bonæ memoriæ. VIII.

BEneficiis, quæ priùs habebant, & quæ postea ac- 1
quisierunt, priuantur, qui per triennium cum pertinacia, & contemptu steterunt in suspensione. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Henric. Anchar. Anan. Host. Innoc. Panorm. Butr. Vinian. *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag. 299.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 106.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 2. Decret. lib. 1. tit. 8. c. 5.*

Beneficiis, quæ habent non differat spoliare.] Notatur 2
hic text. iuncta gloss. verbo, *spoliare*, ad hoc quod excommunicatus vltra annum in ea excommunicatione perseuerans potest beneficiis priuari, vt per Abb. *in c. 1. de iudic. numer. 25.* vbi Alciat. *num. 78.* Menoch. *de arbitrar. casu 416. num. 48. & 49.* Ricc. *in tract. de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium, l. 4. c. 7. à n. 1.* optimè Salzed. ad Bernard. *in pract. c. 119. n. 13. in nouiss. edit* qui in hæc verba, Circa cuius interpretationem (scilicet text. in præsenti) labitur doctissimus Ripa *d. c. 1. n. 77.* scribens quod text. ille loquitur quando Pontifex Max de plenitudine potestatis procedit, provt in casu illius text. Nau. nunquam præsumendum est sic Principem velle procedere, &c. Nec refragatur consideratio Dec. *in d. c. 1. n. 19. in 2. lect* à communi recedens, asseuerans text. illum requirere perseuerantiam & contumaciam triennalem; nam, vt rectè respondit Alciat. *d. c. 1. n. 38.* is text. non inducit dispositionem super triennio, sed super temporis diuturnitate vltra annum. Vnde videmus quod ante biennium sufficeret, vt *c. vltim. de pœnis*, qui text. etsi loquatur de laico, attamen idem in clerico iudicandum est, cùm vel nulla sit differentia, vel si aliqua est, fortius clericus ligatur, cum is magis parere teneatur, vt scribit Turrecrem. *in c. Missas totas, n. 1. de consecr. dist 1.* Nau. *in c. 1. §. ingratus, n. 4. de pœnit. dist. 5.* Hæc Salzed. *d. loco.* Vnde colligitur text. in præsenti loquentem de triennio factum narrare, quandoquidem illud idem constituisset si tantùm anno stetissent excommunicati, Ioan. Andr. *hic post. num. 5.* Eymer. *in direct. inquisit. p. 2. quæst. 47. post. num. 6.* Campan. *in diuersorio iuris Canonici rubric. 11. c. 15. num. 30. vers. alterum, & c. 16. n. 17.* Ricc. *d. c. 6. n. 1.*

Quæ quidem assertio locum obtinet etiamsi ex- 3
communicatio lata fuerit ob causam ciuilem, nam vt suprà scripsi, pertinacia hæc vniformis est, nec quoad hoc institutum attendi debet an procedat ex causa criminali, vel ciuili, solùm perpendi debet crimen illud ab illa contumacia & perseuerantia proueniens. Hìc constat longè errasse Abb. *in d. c. 1. n. 17.* Rip. *n. 77.* Rom. *sing. 302.* Ang. de Clauas. *in sum. in verbo, excommun. vlt. n. 17.* asseuerantes excommunicatos ex causa ciuili, & in ea perseuerantes etiam mille annos non posse suis beneficiis priuari, quos omnes iustè reprobat Menoch. *ed arbitrar. iudic. quæst. lib. 2. cent. 5. casu 416. num. 55.*

Dubitari tamen solet per quod temporis spatium 4
iudex spectare debeat excommunicatum lapso anno antequam ad declarationem, vel priuationem beneficiorum procedat: circa quam controuersiam Abb. *in d. c. 1. n. 15. de iudic. vers. fateor*, sentire videtur per triennium expectandum esse, vt dicere videtur text. in præsenti. Sed Abb. non loquitur taxatiuè, provt nec taxatiuè ibi loquitur Andr. Alciat. *num. 37.* quocirca totum hoc iudicis arbitrio relinquendum esse censeo,

censeo, sequor in hoc doctissimum Iacob. Menoch. *de arbitr. iud. q. lib. 2. cent. 5. casu 416. n. 66.* Hæc Salzed. *d. loco.*

5 *Pro tanta pertinacia, & contemptu.*] Notatur ad hoc quod vt dicatur contracta insordescentia ad effectum priuationis beneficiorum, requiritur perseuerantia cum animi pertinacia, quæ includat contemptum Clauium, Signorol. *cons. 33. num. 10. vers. præterea*, Rota *decis. 132. num. 7. part. 1. in recent.* Ricc. *d. lib. 4. c. 8. num. 3.*

6 In gloss. *Suspensi*, ibi, *Suspensi eligere non possunt, nec etiam eligi.*] Notatur ad hoc quod suspenso ab officio vel beneficio non possunt beneficia conferri, sed ita illorum est incapax, vt prouisio illi facta sit nulla, vide Corras. *de benef. p. 4. c. 5. n. 22.* Viuald. *in candelabro aureo, tit. de suspensione, n 139.* Lamber. *de iure patr. p. 1. lib. 2. q. 9 art. 2.* Vgol. *de censur. tab. 4. de suspens. c 6. §. 7. n. 4. & c. 8. § 6. n. 1.* Flam. *de resign. lib. 5. q. 6. n. 84.* Azor. *inst. mor. p. 2. lib. 5. c. 7. q. 2.* Less. *de iust. lib. 2. c. 34. n. 116.* Nic. Garc. *de benef. p. 7. c 14. à u. 1.*

7 In gloss. *Postmodum*, ibi, *Etiamsi postea fuerint absoluti.*] Aduerte quod potest quis post absolutionem retinere beneficium, quod sibi fuit tempore excommunicationis collatum, si cum eo ab Episcopo fuerit dispensatum, *c. postulastis*, & ibi gloss. *Verbo, dispensatum, de clerico excom minist.* plures refert Nic. Garc. *d. p. 7. c. 13. n. 73. & 74.* alios citat Ricc. *d. lib. 4. c. 12. à prine.* & præcipuè *n 5.* vbi *n 6.* extendit vt procedat in eodem Episcopo, qui contulit beneficium excommunicato ignoranter, & bona fide, & *num. 7.* vt procedat etiamsi collatio non spectet ad Episcopum, sed ad inferiorem collatorem, & *num. 9.* limitat ne procedat quando collatio esset facta per Papam, tunc enim non poterit inferior etiam dispensando se ingerere.

SVMMARIVM.

1 *Subdiaconus in Episcopum eligi potest, quod an hodie procedat attenta constitutione Gregorij XIV. ostenditur*, n. 2.
3 *Subdiaconus Ordo olim sacer minimè dicebatur.*
4 *Castitatis votum qualiter olim emittebant promouendi ad Subdiaconatus Ordinem, ostenditur.*

CAP. Amultis. IX. *Innoc. III.*

1 SVbdiaconus in Episcopum eligi potest. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Host. Innoc. Henric. Panor. Butr. Anch. Viu. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 300.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 106.* remissiuè Ximen. *in concord. part. 1.*

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Cosm. *in pragm. sanct. tit. de elect. verbo, Ordinibus, fol. 100.* Vict. *de sacrament. n. 209.* Azor. *inst. mor. p. 2. lib. 6. c. 8. q. 1.* Attenta dispositione Conc. Trid. *sess. 22. de reform. c. 2.* requiritur vt in sacro Ordine antea saltem sex mensium spatio constitutus sit, Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. p. 1. c 3. n. 9.* Verùm nouissimè Bulla Gregorij XIV. incip. *Omni Apostolicæ seruitutis*, 15. *Maij* 1690. exigit in sacris Ordinibus saltem ante sex menses initiatum esse, & ideo omnibus sacris Ordinibus oportere initiatum esse cum plurali numero vtatur, tenet Campan. *in diuersorio iuris Canonici, rubric. 11 c. 7. num. 8.*

3 *In quo Subdiaconatus Ordo Sacer minimè dicebatur*, vide Marc. Anton. Capet. *in tract. de perpetua castitate Sacerd. c. 7.* Campan. *in diuersorio iuris Canon. rubric. 2. num 10.*

Nisi qui se castè victurum promiserit.] Continentiam cogebantur promouendi ad Subdiaconatus Ordinem antiquitus expressè polliceri, *c. nullam, c. præterea, & c. quando 28. dist.* Postea verò ex constit. Martini Papæ nemo ordinandorum tenetur hanc continentiam expressis promittere verbis; sed tacitè itaut silentium ordinati pro consensu reputetur, subdens ne promoueretur asseuerans se non velle continentiæ pollicitatione detineri, *c. Diaconus 27. dist. c. Diaconi 28. dist.* & ita cùm clerici ad sacros Ordines promouentur, tacitè castitatem promittere censentur, *c quando, c. de iis, d. c. præterea 28. dist.* multi, quos refert & sequitur Carol. de Graffis *de effectibus clerical. in prælud. num. 42.* Ego ipse *de offic. & potest. Episc. p. 2. allegat. 15. num. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Abbas ex necessitate potest dispensatiuè eligi quamvis fuerit in minoribus Ordinibus constitutus.*
2 *Abbas est nomen potius sollicitudinis, quàm honoris.*
3 *Ordinator qui est non debet respicere preces carnales.*
4 *Collatio facta precibus ex carnali affectu procedentibus, aliáque humana gratia, an & quando simoniaca sit, ostenditur.*

CAP. Tuam in Domino. X.

1 MOnachus in minoribus potest in Abbatem eligi absque eo quod ascendat ad maiores quando aliùs non reperitur idoneus. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Host. Ioan. Andr. Anch. Imol. Innoc. Panorm. Butr. Viu. *in ration primi libri iuris Pont. pag. 301.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag 106.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

2 *Ita videlicet quod ad sacros Ordines non ascendat.*] Notari solet ad hoc quod Abbas est nomen potius sollicitudinis, quam honoris, vt per Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 270. n. 26.* imo illos non habere dignitatem quidam negant asserentes officio quidem potiri, non verò dignitate fulgere, id deducentes ex gloss. *Verbo, non ascendat, in præsenti*, quatenus tenet etiam infamia notatum posse in Abbatem eligi, cum qua conueniunt Ioan. Monach. *in c. inquisitores, n. 1. de hæret. in 6.* & Archid. *in c. fraternitatem, in med. 71. dist* Cæterùm contrarium verius, & receptius est, vt probare videtur text. *in c. si quis deinceps 16. q. 7.* quatenus decidit de manu laici Episcopatum, vel Abbatiam suscipi non debere, & in fine dicit, similiter etiam de inferioribus Ecclesiasticis dignitatibus constituimus, ita firmat *gloss. vlr. in c. exposuisti, in fr. de corpore vit.* Lap. *alleg. 84. incip. Dominus Papa, col. pœn. n. 11.* Panorm. *in c. decernimus, n. 2. de iud.* vbi Dec. *in relect. col. 2. n. 4.* Felin. *in princ.* & Ripa *n. 3.* quos refert & sequitur Rendina *in prompt. receptarum sent. tom. 1. tit 1. n. 1.* & me citato *in hoc loco* nouissimè Hieron. Roder. *in compendio quæst. Regul. res. 1. num. 29.*

3 In gloss. *Nullum*, ibi, *Non enim preces carnales debet respicere, qui est ordinator.* Nam Christus Dominus vt erudiret Ecclesiasticos semper asperè loquutus est ad consanguineos suos quoties intercessit negotium cum eis, aliquando enim dicit Marc. 10. *Nescitis quid petatis.* Et Luc. 2. *Quid est quod me quærebatis.* Et Ioan. 2. *Quid mihi, & tibi mulier.* Et Marc. 3. *Quæ est mater mea aut fratres mei*, &c. ad eos enim, quid dixerant, ecce

mater tua, & fratres tui foris stant, volentes te videre, & quærentes te alloqui, respondit: *quicunque fecerit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est, ipse frater meus, & soror mea, & mater est*, notarunt S. Aug. *in S. Ioan. tr.* 8 *c.* 2. *& lib.* 21. *de ciuitate Dei, c.* 26. atque alij apud Staplet. *in prompt. mor. Dom.* 1. *post Epiphan.* grauissimam hanc esse institutionem eorum, qui Ecclesiasticam vitam amplexi sunt. Et contra eos, qui mediis fauoribus ad prælaturas conscendere nituntur; egregiè Ioan. Bapt. Fin. *in vespertinis homiliis, de regulis iuris* 4 *Omel.* 5. *vers. contra eos, pag* 82. An & quando collatio precibus ex carnali affectu procedentibus, & obsequiis, aliáque humana gratia facta simoniaca sit, vide Innoc. *hic* & Abb. *n.* 3. Nau. *in man. c.* 23. *n.* 101. *vers.* 10. Fr. Emm. *in sum. tom.* 2. *c.* 59 *à n.* 7. Less. *de Iust. lib.* 2. *c.* 35. *dub.* 10 plures citatos per Nic. Garc. *de benef. p.* 8. *c.* 1. *n.* 119. *& seq.* Raph. de la Torre *de Relig tom.* 2. *q* 100. *art.* 5 *disp.* 1. *cum seqq.*

5 In ead. gloss. ibi, *simonia committitur*. Vide Soar. *de religione, lib.* 4. *de simonia, c.* 40. *n.* 2. *&* 5. Et licitum esse studere spe promissionis habendæ in Ecclesia, tenuit per hanc glossam Cosm. *in proœm. pragm Sanction. verbo, Item, pag mihi* 39.

In gloss. *Non ascendat*, ibi, *imo & infamis curam monasterij gerere potest*, &c. Per hanc gloss. tenet Oldrad. *cons* 14. *vers. & idem in monasteriis, n.* 11. posse Monachum infamem eligi in Abbatem, sed contrarium merito resolvit Tambur. *de iure Abbatum tom.* 1. *disp.*.... *q.* 20. Vnde Regulares pœnitentiati à sancto Officio ad dignitates & Prælaturas omnino inhabiles sunt, etiamsi pœnitentias compleuerint, sicut à S. D. N. Vrbano III. decisum fuisse de anno 1626. referunt Laurent. de Pirinis *tom.* 2. *de priuileg. sui Ordinis Minimor. in annot. ad* 9. *constit. Pauli V.* & Tambur. *d. disp.* 5. *q.* 21. *num.* 17.

SVMMARIVM.

1 *Abbates, si fuerint benedicti, & Presbyteri possunt Ordinem clericalem conferre*, & n. 2.

3 *Abbates quicumque exempti tonsuram, minoresque Ordines conferre possunt Regularibus sibi subditis, in interstitiisque cum eis dispensare.*

4 *Abbates non possunt promouere personas sæculares habentes literas dimissorias suorum Episcoporum.*

5 *Abbas vt possit minores Ordines conferre tria requiruntur, videlicet, quod sit Presbyter, quod benedictionem acceperit, & quod proprio Monacho conferat.*

6 *Ordo clericalis confertur per primam tonsuram.*

8 *Prima tonsura est Ordo.*

9 *Primam tonsuram conferre an liceat simplici Sacerdoti, ostenditur.*

10 *Primæ tonsuræ clericum percutiens est excommunicatus, & non nisi à Papa absolui potest.*

CAP. Cum contingat. XI.

1 ABbates si fuerint benedicti, & Presbyteri possunt Ordinem clericalem conferre. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Anch. Bellam. Io. Andr. Imol. Henric. Host. Innoc. Panor. Butr. Cened. *collect.* 105. Viu. *in ration. primi libri iur. Pontif. pag.* 301. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 106. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 4. *Decret. lib.* 1. *tit.* 8. *cap.* 1.

2 *Licentia sit vnicuique Abbati*, &c.] Notatur ad hoc quod Abbates, si fuerint benedicti, & Presbyteri, possunt minores Ordines conferre, vt per Bellam. *hic q.* 1. Card. *notab.* 1. Abb. *n.* 2. & Butr. *n.* 13. Rebuff. *in prax. benef. tit de clericis, & à quibus, & quomodo, &c. n.* 24. Zerol. *in praxi Episc. p.* 1. *verbo, Abbas*, Nau. *cons.* 13. *alias* 14. *in nouis, n.* 3. *sub tit. de priuileg.* vbi *n.* 5. ampliat sine Episcopi examine, Fr. Emman. *in summa tom.* 2. *c.* 14. *n.* 2. *& tom.* 1. *q Regul. q.* 18. *art.* 1. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib* 2. *c.* 48 *quæst.* 15. Flores de Mena *variar. lib.* 2. *q.* 24. plures per Cened. *ad Decret. collect.* 115. nouissimè Illustr. D. Roder. à Cunha, post primam huius libri impressionem à me visum *in comment. ad c.* 2 *n.* 5. *dist.* 95. Cæterùm Conc. Trid. *sess.* 23. *de reform. c.* 10. sic statuit, *Abbatibus ac aliis quibuscunque quantumvis exemptis non liceat imposterum intra fines alicuius diœcesis consistentibus, etiamsi nullius diœcesis, vel exempti esse dicantur, cuiquam, qui regularis subditus sibi non sit, tonsuram, vel minores Ordines conferre, non obstantibus quibuscumque priuilegiis, præscriptionibus, aut consuetudinibus, etiam immemorabilibus*; sic ibi referunt Azor. *d. q.* 15. Quaranta *in summa Bullarij, verbo, Ordo, vers. Abbatibus, pag. mihi* 501. Ludou. Miranda *in man. Prælatorum, tom.* 1. *quæst.* 38. *art.* 9. *concluf.* 1. Ex quo Concilij loco colliguntur duo. Primum 3 quod Regularibus suis subditis bene possunt Abbates quicunque exempti tonsuram, minoresque Ordines conferre, & tunc ipsi Regulares subditi non ab Episcopis, sed ad Abbatibus examinandi erunt, quia Concil. Trident. *sess.* 25. *de reform. c.* 12. de solis Ordinibus sacris intelligendum est, ita Nau. *d. cons.* 14. *num.* 5. quem refero ego ipse *de offic. & potest Episc. p.* 2. *alleg.* 2. *n.* 7. Et ipsis Abbatibus fas est cum prædictis suis subditis in interstitiis minorum Ordinum dispensare, Hieron. à Sorbo *in compendio priuileg. Mendicant verb. Ordines sacri, vers. quando vero Abbates*, Ludou. Miranda *d. q.* 58. *art.* 7. *concl.* 3. Secundum est quod hoc ipsum non possunt facere cum aliis etiam sibi subditis, & in quos etiam ordinariam habent iurisdictionem, Fr. Ludou. Miranda *d. q.* 38. *artic.* 4. *concl.* 2. Vnde optimo iure decidit Rota apud Seraphin. *dec.* 985 *p.* 1. non licere Abbatibus promo- 4 uere personas sæculares habentes literas dimissorias suorum Episcoporum, & ideo constat longè à veritate alienum esse, quod asserunt Quaranta *d. loco*, & Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 20. *q.* 7. dum referunt ipsam sacram Congregationem censuisse, huiusmodi Abbates Regulares habentes ius Baculum deferendi & Mitram, postquam sacerdotalem Ordinem, & munus benedictionis susceperint, posse tonsuram, & minores Ordines sæcularibus Episcopi iurisdictioni subiectis conferre, si modo ipsius Episcopi consensus accedat, vel literas dimissorias ad recipiendos Ordines ab Abbatibus concesserit, nam huic assertæ decisioni repugnant verba expressa Conc. Trid. *d. c.* 10. ibi, *Non liceat*, & ibi, *Cuiquam, qui regularis subditus sibi non sit*; ergo non ad alios etiam sibi subditos, & in quos ordinariam habet iurisdictionem extendi debet, & multo minus ad subditos alterius habentes literas dimissorias ad recipiendos Ordines etiam ab ipsis Abbatibus; nec ex eadem ratione extendi potest ad Regulares non sibi subditos, etiam qui dimissorias speciales suorum Superiorum, & specialem consensum Episcopi loci habuerint, quia nec in hoc casu asserta decisio relata per Quarantam, & Azor. *locis proximè citatis*, stare potest, ego enim de illius veritate iam dubitaui *d. alleg.* 3. *n.* 13. & me citato sequitur hanc meam sententiam Hieron. Roder. *in compend. q. Regul. resol.* 1. *n.* 23.

Dummodo ipsis ab Episcopo, &c.] Aduerte tria re- 5 quiri in Abbate volente minores Ordines conferre, primò quod sit Presbyter, secundò quod benedictionem

nem acceperit, tertiò quòd proprio Monacho conferat, ex nouiori Conc. Trid. iure, Franc. Marc. *Delphin. decis.* 1082. *n.* 2. *lib.* 1. & decisum refert Piasec. *in praxi noua Episc. p.* 1. *c.* 1. *n.* 6. *pag.* 20.

6 *A talibus clericalis Ordo confertur.*] Notatur ad hoc quòd per primam tonsuram clericalis Ordo confertur, vt per Greg. Lop. *in proœm. tit.* 6. *p.* 1. Cou. *in c. quia nos, n.* 4. *infr. de testam.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo læsis, n.* 104. Nicol. Garc. *de benef. p.* 7. *c.* 1. *n.* 1. Illa enim imprimit characterem sacrum in anima indelebilem. Didac. Sahag. *tit. de sacram. Ordin. n.* 11. Marta *de iurisdict. p.* 4. *cent.* 2. *casu* 121. *n.* 11. Torreblanc. *in defensione tract. de Magia, c.* 6. *num.* 35. & ideo efficit verè & realiter clericos. Albert. Trot. *de vero & perfecto clerico c.* 2. Cou. *in c. quia nos num.* 4. *de testam.* Nau. *in man. c.* 22. *num.* 17. Flamin. Paris. *de resignat benef. lib.* 4. *quæst.* 2. *n.* 56. Torreblanc. *in tract. de Magia, lib.* 3. *de criminis punit. c.* 9. *num.* 37. ita vt huiusmodi Tonsurati clericorum appellatione veniant, & gaudeant omnibus priuilegiis & immunitatibus, quæ clericis in sacris constitutis conceduntur, vt resoluunt per me citati *in tract. de appellat. verborum vtriusque iuris signif. appell* 51. *num.* 1. quibus addo Torrebl. *d. c.* 6. *num.* 41. & sic liberantur à potestate sæculari, & in Ecclesiastica constituuntur Mart. *de iurisd. p.* 4. *cent.* 2. *casu* 121 *ex num.* 11. Ceual. *commun. quæst.* 563. *num.* 6. Torreblanc. *d. c.* 9. *num.* 38. ac proinde iurisdictionem Ecclesiasticam exercere valent, & vicarios esse Episcoporum, Seguro Daualos *in direct. Inquis. p.* 1. *c.* 11. Torreblanc. *d. c.* 6. *num.* 59. Vnde si dicat Summus Pont. Conferimus tibi beneficium quamprimum fueris charactere clericali insignitus, sufficit habere primam tonsuram, vt per Flamin. *de resignat. lib.* 6. *q.* 4. *num.* 23. *& lib.* 4. *quæst.* 2. *num.* 56. Clerici enim primæ tonsuræ sunt capaces spiritualium, D. Marta *in votis nouissimarum decis. voto* 24. *num.* 2.

7 In gloss. *Abbati.* ibi, *hoc idem poterit electus Abbatem, & confirmatus, si Episcopus eum differat benedicere.* Dixi *ad c.* 1. *verbo, benedicere fortè reuerit, suprà de supplenda negl. prælat.*

8 In ead. gloss. ibi, *quidam dixerunt non esse Ordinem, sed eorum opinio corrigitur.* Notatur ad hoc quòd prima tonsura est Ordo, vt per Cou. *in d. c. quia nos, n.* 4. Greg. *in proœm. tit.* 6. *part.* 1. Rota Rom. diuers. *decis.* 731. *n.* 5. *& 6. part.* 1. Piasec. *in praxi noua Episc. part.* 1. *c.* 1. *n.* 3. *p.* 26 Viuian. *in praxi iurispatron. part.* 2. *lib.* 6 *c.* 1. *num.* 3. Mendez à Castro *in l. cùm oportet, num.* 186 *C. de bonis, quæ liber.* Cald. Pereira *d. verbo, læsis, num.* 104. optimè Nicol. Garc. *d. c.* 1. *à num.* 1. Torreblanc. *in tract. de Magia lib* 3. *de criminis punit. c.* 9. *num.* 36. *& in defensione huius tract. c.* 6. *num.* 32. vbi id probat ex multis locis Conc. Trid. videlicet *sess.* 21. *de reform. c.* 1. ibi, *quorumcunque Ordinum etiam clericalis Tonsuræ, & sess.* 23. *c.* 2. ibi, *qui iam clericali Tonsura insigniti, & de reform. c.* 10 ibi, *Tonsuram, vel minores Ordines conferre.* Quicquid alij teneant, & præcipuè Theologi primam tonsuram non esse propriè Ordinem, sed tanquam præambulum, seu dispositionem ad Ordines, sicut nouitiatum ad religionem. D. Thom. *part.* 3. *q.* 40. *art.* 2. Vasq. *tom.* 3. *disp.* 236. *c.* 1. *num.* 9. *& disp.* 237. *c.* 2. Nau. *conf.* 11. *sub tit. de temporib. ordin. in antiq. & conf.* 4. *sub tit. de Sacrament. non iter. in nouis*, Sayr. *in floribus decis. sub. illo titul. de temporib. ordin. decis.* 14. Bonacina *de Sacram. disp.* 8. *q. vnic. puncto* 1. *num.* 6. & alij citati à Cened. *ad Decretal. collect.* 105. *num* 2. & à Nicol. Garc. *d. cap.* 1. *num.* 5.

9 In ead. gloss. ibi, *& etiam Presbytero hoc licet.* Notatur ad hoc quòd simplici Sacerdoti licet primam Tonsuram conferre, similis gloss. *verbo, lectoris in c. quoniam* 69. *dist.* Archid. *in c. psalmista, num.* 2. *in fine* 23. *dist.* Innoc. *hic num.* 1. & Host. *num.* 2. Vsus tamen Ecclesiæ resistit, & propterea huius glossæ, ac cæterorum opinionem non esse accipiendam tenet Sot. *in* 4. *sentent. dist.* 25. *q.* 1. *art.* 1. *ad* 2. *arg.* quem refero ego ipse *de offic. & potestate Episcopi, part.* 2. *alleg.* 3. *num.* 16.

In gloss. *Ordo*, vlt. ibi, *sed nunquid qui tales percutiunt incidunt in Canonem latæ sententiæ? Dic quòd sic.* Notatur ad hoc quòd percutiens clericum etiamsi sit primæ tonsuræ est excommunicatus, & nonnisi à Romano Pont. potest absolui, vt per Duen. *reg.* 99. *vers. amplia* 2. Cened. 105. *n.* 4. 10

SVMMARIVM.

1 *Canonicus Regularis si fiat Monachus in alio monasterio, & deinde reuertatur ad suum, potest creari Abbas.*

2 *Licentiam à suo Prælato habens transeundi ad aliam religionem, si ante professionem vult reuerti, priorie religionis Fratres tenentur eum recipere.*

CAP. Intelleximus. XII.

CAnonicus Regularis si fiat Monachus, & deinde iusta de causa ad canoniam reuersus, ibi postea præficiatur, licitè tenere poterit Prælaturam. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Collect. Zabarell. Innocent. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anchar. Host. Butr. Panormitan. Viuian. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 302. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 107. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 4. *Decret. lib.* 1. *tit.* 8. *cap.* 4. 1

Ad primam demum redire curasti.] Aduerte quòd habens licentiam à suo Prælato transeundi ad aliam religionem, si non inuenit arctiorem se recipientem, aut non potuit ipsius austeritatem, & rigorem sustinere, vel alia quacumque de causa ante professionem vult reuerti, prioris religionis Fratres tenentur eundem recipere, vt per Syluest. *verbo, religio.* 4. *q.* 5. quem refert, & sequitur Fr. Lud. Miranda *in manuali Prælat. tom.* 1. *q.* 31. *art.* 18. 2

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus ad sacros Ordines sine titulo ab Ordinatore iustè petit beneficium.*

2 *Episcopus tenetur alere clericos in sacris Ordinibus ab ipsomet ordinatos.*

3 *Episcopi tenentur alere ordinatos sine titulo à suis successoribus.*

4 *Apponi consuetum pro appositò habetur, licèt non sit expressum.*

5 *Ordinibus sacris initiatus præsumitur habilis, & idoneus ad beneficia simplicia.*

6 *Dignus qui reputatur in vna dignitate si postea eligitur ad alteram similem, etiam tunc dignus debet reputari.*

CAP. Accepimus. XIII.

ORdinatus in sacris sine titulo iustè petit vt Episcopus ei prouideat de beneficio, & licèt Episcopus non deberet excipere contra ordinatum, cùm idoneum illum iudicauerit ordinando, tamen si excipit 1

fit quando Papa simpliciter scribit, vt nullum promideat, exceptiones admittentur. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Host. Ioan. Andr. Innoc. Henric. Imol. Anch. Panorm. Butr. Viu. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 303. Alagona *in compend. iur. Canor. pag.* 107. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. Augustt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 1. *tit.* 8. *c.* 3.

2 *Ad prouisionem eorum compellere.*] Notatur ad hoc quòd Episcopus tenetur alere clericos in sacris Ordinibus ab ipso sine titulo ordinatos, vt per Ant. Burg. *in repet. c. Ecclesiæ S. Mariæ n.* 137. *de constit.* Corduba de Lara *in l. si quis à liberis*, §. *& si impubes n.* 33. *ff. de liber. agnosc.* Matiensl. *l.* 1. *glos.* 9. *n.* 8. *tit.* 6. *lib.* 5. *nouæ recop.* & alios citatos à Cened. *ad Decretal. collect.* 3. *n.* 1. quibus adde Flamin. *de resign. lib.* 2. *q.* 6. *n.* 5. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 5. §. 10. *n.* 22. Vgolin. *de offic. & potestate Episcopi*, *c.* 26. §. 15. latè Nicol. Garc. *de benefic. p.* 2. *c.* 5. *à princ.* quos refero *de officio & potestate Episc p.* 2. *alleg.* 20. *n.* 4. *cum multis seqq.*

3 *Vel prædecessoribus tuis.*] Notatur ad hoc quòd non tantùm Episcopi promouentes clericos ad sacros Ordines sine titulo tenentur eos alere, sed etiam ipsis mortuis etiam eorum successores, vt per Henriq. *in sum. lib.* 10. *c.* 1. §. 4. *in comment lit. F.* Bonac. *Sacram. disp.* 8. *q. vnic. puncto* 5. *n.* 17. *vers. resp.* 2. optimè Campan. *in diuersorio iuris Canonici*, *rub.* 8. *c.* 5. *n.* 2. vbi dicit quòd si Episcopus loco renuntiasset, quia transiatus ad alterius Ecclesiæ regimen fuit: vel si loco & dignitati cessit, non ad illa constringeretur, qui in ordinantis locum potitus fuerit, sed ipsemet ordinator, quamvis è tali egressus loco & Ecclesia, de quo etiam Henriq. *d.* §. 4. & Vgolin. *d.* §. 15. *vers. sextò excipitur*, quos refero ego ipse *d. alleg.* 20. *n.* 33.

4 *Facimus in literis nostris opponi.*] Notatur ad hoc quòd habetur pro oppositio id, quod apponi consueuit, licèt non sit expressum, vt per Surd. *decis.* 223. *n.* 9. *&* 10.

5 *Quod ab obtinendum Ecclesiasticum beneficium*, &c.] Notatur ad hoc quòd eo ipso quòd aliquis sit admissus & ordinatus sacris Ordinibus, præsumitur habilis & idoneus ad beneficia simplicia, itavt nouo examine opus non sit, ita Host. *n.* 15. Ioan. Andr. *n.* 13. Abb. *n.* 3. *&* 6. idem Abb. *in c. fin. n.* 5. *&* 6. vbi etiam Felin. *n.* 1. *in fine*, *de præsumpt.* Caputaq. *decis.* 367. *n.* 2. Rota *decis.* 16. *num.* 1. *part.* 2. *diuers.* Boër. *decis.* 149. *n.* 16. Rebuff. *in praxi benef. tit. de rescript. in forma communi pauperum*, *n.* 11. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel glos.* 4. *n.* 84. Bellet. *disquisit. cleric. part.* 1. *tit. de disciplina clericali*, §. 4. *num.* 43.

6 In glos. *Reputare*, ibi, *Not. quòd qui reputatur dignus in vna dignitate, si postea eligitur ad alteram, etiam tunc dignus debet reputari.* Vide Caputaq. *decis.* 367. *lib.* 2. Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. decis.* 419. *in* 1. *edit. & resol.* 356 *in* 2. *edit.* Campan. *in diuersorio iuris Canonici*, *rub.* 5. *c.* 3. *num.* 8. *prope fin.* quos refero ego ipse *de officio*, *& potestate Episcopi*, *part.* 3. *alleg.* 60. *n.* 89. vbi cum Campan. *d. loco*, & Seraphin. *decis.* 1323. aduerto de iure communi examinatum ad vnum beneficium non esse iterum examinandum ad aliud simile, quod & Curiæ stylus comprobat, sed inspecta Concilij Tridentini dispositione examini semper esse subiiciendum, quod in partibus, vel vbi per concursum examen fit, locum habere dicendum est.

SVMMARIVM.

1 *Idoneus qui non fuerit in Sacerdotem promoueri, vel ad regimen animarum, assumi non debet.*
2 *Scientiæ defectus impedit ordinari.*
3 *Ministros paucos bonos, quàm multos malos habere sanctius est.*
4 *Animæ sunt pretiosiores omnibus aliis rebus, & corporibus.*

CAP. Cùm sit ars artium. XIV.

EPiscopus per se vel alios diligenter instruere & informare debet promouendos in Sacerdotium super diuinis Officiis, & sacramentis ritè ministrandis, & si præsumpserit ordinare ignaros, & rudes, ordinati & ordinantes graviter punientur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anchar. Hostiens. Butr. Panormit. Innoc. Vinian. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 304. Alagona *in compendio iuris Canonici*, *pag.* 107. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 4. *Decret. lib.* 1. *tit* 8. *c* 4. 1

Rudes, & ignaros ordinare præsumpserint, &c.] Notatur ad hoc quòd defectus scientiæ impedit ordinari, vt per Henriq. *in sum. lib.* 14. *c* 8 § 11. *vers. defectus*, iustum enim est vt præficiendi in Ecclesia sint literati, Gig. *cons.* 3. *ex n.* 15. *& cons.* 144. *n.* 1. Hippol. Marsil. de Columna *de Eccles. red. orig. p.* 2. *c.* 19. *in princ.* Hojed. *de incompat. benef. p.* 1. *c.* 24. ex *n.* 28. Lambertin. *de iurepatron. lib.* 2. *p.* 3. *q.* 5. *art.* 11 ex *n.* 5. *in fine*, Petr. Rebuff. *in c. postulastis*, *de cler. excom. minist.* ex *num* 33. Azeued. *l.* 31. *n.* 1. *tit.* 3. *lib.* 1. *nouæ recop.* Cened. *ad Decret. collect.* 56 *n.* 4. in ea dicuntur radiis Solis, & Stellæ, *Auth. habita*, & *ibi* Bald. *num.* 22. *C ne filius pro patre*, Mandos. *in reg.* 16. *Cancel. q.* 15. *n.* 5. 2

Sanctius enim est paucos bonos, quàm multos malos habere ministros.] Vide Daniel. Venat. *in analysi methodica iuris Pontificij*, *lib.* 1. *tit.* 14. *axiom.* 3. Bellet. *disquisit. cleric. p.* 1. *tit. de disciplina cleric.* §. 15. *n.* 36. 3

In glos. *Ars artium.* ibi, *quia animæ sunt pretiosiores omnibus aliis rebus, & corporibus.* Vide Cardosum *in praxi iudicum, & Aduocatorum*, *verbo*, *anima* 1. Tiraq. *de pia causa in præfat. n.* 9. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præs.* 152. *n.* 4. Surd. *decis.* 196. *n.* 12. Mascard. *de probat. concl.* 1171. *n.* 5. Guttier. *in repet. l. nemo potest ff. de legatis* 1. *n.* 46. Card. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. tom* 2. *l.* 13. *tit.* 28. *n.* 10. Card. Tusch. *tom.* 2. *lit. A. concl.* 333. & citatos per me *Axiom.* 26. *n.* 1. 4

SVMMARIVM.

1 *Scientiæ defectus deiicit iam promotum.*
2 *Scientiæ defectus præstat iustam causam deponendi quem ab Episcopatu.*
3 *Illiterato omnino facta collatio non valet.*
4 *Literati sunt incapaces beneficiorum.*
5 *Illiteratus dicitur, qui prima Grammaticæ rudimenta non didicit.*

CAP. Quamvis. XV. & fin.

SCientiæ ob defectum Episcopus iam promotus amouetur ab executione Pontificalium, & ab administratione Ecclesiæ. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq.

antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Imola, Panorm. Host. Anch. Vivian. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 305. Alagona *in compend iur. Canon. pag.* 107. remissiuè Ximen. *in concord part.* 1.

2 Probat hic text. defectum scientiæ præstare legitimam causam deponendi quem ab Episcopatu, vt per Abb. *hic num.* 1. Flamin. *de resignat. lib.* 5. *q.* 3. *n.* 85. vbi *n.* 86. dicit illiteratum quem ex eo probari, quia nunquam legit librum, non intrauit scholas, nec aliquem Doctorem audiuit.

3 Notatur etiam ad hoc quòd collatio beneficii non valet, quando fit ei, qui est omnino illiteratus, post Innoc. & Felin. tenet Flamin. *d. q.* 3 *num.* 90. Menoch. *de arbitr. casu* 425. Azor. *instit. moral. p.* 2 *lib.* 6 *c.* 6. *q.* 7. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 30. *tract.* 3. *num* 169. Less. *de iustit. lib.* 2 *c.* 34. *n.* 129. Campan. *in diuersorio iuris Canonici, verbo* 111. *c.* 14. *n.* 5. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 7 *c.* 7. *n.* 12. & alij citati per me *de offic. & potest. Episc. p.* 3. *alleg* 63. *n.* 1. & Carol. de Grassis *de effectibus clerical. in prælud. n.* 71. Illiterati enim sunt incapaces beneficiorum, *cap. illiteratus* 37. *dist. cap. pœnitentes* 55. *dist.* Flam. *d. q.* 3. *n.* 25. Carol. de Grassis *d. prælud. n.* 72. quia sunt irregulares itaut inter irregularitates connumeretur hæc ex defectu illiteratutæ, Flamin. *d. q.* 3. *n.* 89. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 4. *num.* 41. Nicol. Garc. *d. c.* 7. *n.* 19. & alij citati per me *d. tract. part.* 2 *alleg.* 46. *n.* 10. Et hic defectus est omnino indispensabilis, Rebuff. *de pacific. possess. num.* 264. Flamin. *lib* 4. *q.* 4. *num.* 2. cùm literatura de iure Diuino requiratur, Azor. *de part* 2 *lib.* 6. *c* 6 *q* 4. Flamin. *d. lib.* 4. *q.* 4. *num* 7. Carol. de Grassis *in d. prælud. n.* 64. & alij citati per me *d. alleg.* 36. *num.* 12.

4 *Nunquam de Grammatica didicisse*, &c.] Ideo illiteratus dicitur qui prima Grammaticæ rudimenta non didicit, Flamin. *d. lib* 4. *q.* 4. *à num* 2. *& lib.* 5. *q* 3. *à n.* 70. Carol. de Grassis *in d. prælud. n.* 237 *& seq.* Campan. *in diuersor. iuris Canon. rub.* 5. *c* 5. *n.* 2.

5 In gloss. *Defectus*, ibi, *defectus scientiæ sufficit ad cedendum.* Dixi *ad c. nisi cùm pridem, sup. de renunc. super verbo, pro defectu quoque scientiæ.*

De Sacra Vnctione.

Tit. XV.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Butr. Panorm. Anchar. Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canonum, fol.* 164. *vers.* Petr. de Rauenna *in compendio iuris Canonici*, Guillelm. Durand. Specul. *in breuiario aureo iuris Canon.* Martin. Mesnartius *in epitome Decret. fol.* 20. *verso*, Daniel Venator *in analysi methodica iuris Pontificij, pag.* 71. Goffred. & Hostiens. *in summa huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Petr. Alphons. de Vasconcel. *in harmonia rubr. iuris Canonici*, Barthol. Carthag. *in exposit. titulorum iur. Canon.* Ioan. Honor. *lib.* 1. *summa in Decretal.* omnes *sub hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopus cùm consecratur manus, & caput illius inunguntur Chrismate confecto ex oleo, & balsamo, quod si fuerit prætermissum, est per tres Episcopos supplendum.*

2 *Doctores referuntur de Sacramento Extremæ-Vnctionis agentes.*

3 *Vnctionis Extremæ proprius minister est Sacerdos.*

4 *Regulares Sacerdores, qui laicis Sacramentum Extremæ-Vnctionis sine proprij Presbyteri licentia ministrauerit, excommunicationem reseruatam Sedi Apostolicæ ipso facto incurrunt.*

5 *Oleum ab Episcopo benedictum est materia remota Sacramenti Extremæ-Vnctionis.*

6 *Oleum infirmorum an possit benedici à simplici Sacerdote de licentia Papæ, remissiuè.*

7 *Vnctionis Extremæ Sacramentum quibus conferendum, ostenditur.*

8 *Reges Christiani, quibus olim concessum fuit ius vngendi qui fuerint, remissiuè.*

9 *Vnctio Principis à capite ad brachium fiebat.*

10 *Oleum quo Imperatores, & Reges inunguntur, qualè sit ostenditur.*

11 *Doctores referuntur de Sacramento Confirmationis agentes.*

12 *Confirmationis Sacramenti minister ordinarius est solus Episcopus ordinatus, qui validè ministrat, quamvis excommunicatus, hæreticus, vel degradatus.*

13 *Episcopi aliquando dicuntur summi Sacerdotes.*

14 *Baculo cur Romanus Pont. non vtatur, ostenditur, &* num. 15.

Cap. Cùm venisset, vnica.

Gregor. III.

EPiscopus cùm consecratur manus & caput illius 1
inunguntur Chrismate confecto ex oleo & balsamo, quòd si id fuerit prætermissum, est supplendum per tres Episcopos. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Anch. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Butr. Panorm. Viu. *in rationali primi libri iuris Pontifici pag.* 309. Alagon. *in compend. iuris Can. pag.* 101. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 4. *Decret. lib.* 1. *tit.* 11. *cap. vnic.*

De prima Iacobus Apost. &c.] De Sacramento Ex- 2
tremæ-Vnctionis vide Concil. Trid. *sess.* 14. *de Sacramento Extremæ-Vnctionis*, Galet. *in margarita casuum conscientiæ, eod. verbo*, Vinald. *in candelabro aureo de Sacramentis, tit. de Extrem. Vnctione*, Petr. Ledesm. *in sum. p.* 1. *tract. de Sacrament. Extremæ-Vnctionis*, Gabr. Vasq. *in* 3. *p. D. Thom. tom.* 2. *disp.* 135. Valentia *tom.* 4. *disp.* 8. Card. Bellarm. *in controuersiis fidei Catholicæ tom.* 3. *de Sacramento Extremæ-Vnctionis lib. vnic.* Iacob. de Graffis *tom* 1. *consiliorum, lib.* 1. *tit. de Sacra Vnction.* Ægid. Coninch. *de Sacramentis, tom.* 1. *disp.* 19. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 3. *q.* 79. *art.* 1. *cum duobus seqq.* Soar. *tom.* 4. *disp.* 39 Balduin. *super opera controu. Bellarmini, p.* 2. *lib.* 6. *c.* 1. *cum seqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 28. *n.* 40. *cum seqq.* Barth. ab Angelo *dialogo* 3 *§.* 88. *& seqq.* Francisc. Pitigian. *dist.* 23. *quæst vnic.* Nald. *verbo, Extrema-Vnctio*; Ludouic. Miranda *in manuali Prælatorum, tom.* 1 *q.* 49. Bonac. *de Sacrament. disp.* 7. Posseuin. *de officio Curati, cap.* 9.

Inducat Presbyteros Ecclesiæ] Notatur ad hoc quòd 3
proprius minister Sacramen i Extremæ-Vnctionis est Sacerdos, Concil. Trident. *sess.* 14. *de Extrema-Vnction. c.* 3. Petr. de Ledesma *in summ. p.* 1. *tract. de Sacrament. Extremæ-Vnction. c.* 5. Sayr. *de Sacram in genere, lib.* 2 *c.* 2. *q.* 3. *art.* 2. *vers. de Sacramentis*, Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 3 *quæst.* 79 *art.* 1. Soar. *tom.* 4 *disp* 43. *sect.* 1. *num* 5. Card. Bellarm. *tom.* 3. *de Extrema-Vnction. c* 9 *in princ.* Fr. Ludouic. Miranda *in manuali Prælatorum, tom.* 1 *q.* 49. *art.* 2.

art. 1. in princ. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 28. à num 60.* Ægid. Coninch. *de Sacram. & conſt. tom. 2. diſp. 19. num 27. cum ſeqq.* Bonacina *de Sacram. diſp. 7 quæſt. vnic. punct. 4. num. 1.* Debet miniſtrare proprius Parochus Sacerdos cum intentione, aut alius de eius licentia, licèt ipſe Parochus ſit excommunicatus nominatim, vel ſuſpenſus ab officio, vel iuriſdictione, quia etiam tunc poſſet dare alteri Sacerdoti etiam non expoſito licentiam vngendi, alter qui non eſt proprius Sacerdos, vel Parochus, aut qui facultatem non habet à proprio Parocho grauiter peccabit adminiſtrando hoc Sacramentum, provt etiam peccabit ipſe Parochus excommunicatus, vel degradatus adminiſtrans, Barthol. ab Angelo *dial. 3. n. 150.*

4 Bonacina *d. puncto 4. num. 4.* Sacerdotes verò Regulares, qui laicis Sacramentum Extremæ-Vnctionis ſine proprij Parochialis Preſbyteri licentia miniſtrauerint, ipſo facto ſunt excommunicati, cuius excommunicationis abſolutio Sedi Apoſtol. eſt ſpecialiter reſeruata; *Clem. 1. de priuileg.* Soar. *tom. 5. de cenſur. diſp. 22. ſect. 4.* Valer. Regin. *lib. 28. n 40.* Henriq. *lib. 3. cap. 13. §. 4.* Bonacina *d. puncto 4. num. 6.* Lud. Miranda *d. art. 1. concl. vnic in princ.* Hæc tamen excommunicatio non incurritur à religioſis adminiſtrantibus cum ratihabitione Parochi, vel quando infirmus eſt in mortis articulo, Valent. *tom. 4. diſput. 8. quæſt. 1. puncto 2.* Soar. *tom 4. diſp 44. ſect. 2. n. 3. & d tom. 5. diſp. 22. ſect....* Reginald. *d. lib. 28. n. 61.* Barthol. ab Angelo *d. dialog. 3. §. 149.* Ludouic. Miranda & Bonacina *locis proximè citatis.*

5 *Vngentes eum oleo.*] Oleum ab Epiſcopo benedictum eſt materia remota Sacramenti Extremæ-Vnctionis, Concil. Trident. *ſeſſ. 14. de Extrema-Vnction. c. 14.* Sayr. *de Sacram. in genere, lib. 1. c. 3. quæſt vnic. art. 3. §. de Sacramentis, verſ. de Extrema-Vnction.* Petr. de Ledeſma *part. 1. de Sacrament. tit. de Sacram. Extremæ-Vnction. c. 2.* Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 2. cap. 9. verſ. quotieſcumque, in fine*, Valer. Reginald. *d. lib. 28. num. 50. cum ſeqq.* Ægid. Coninch. *d. diſp 19. à num. 5* Et de oleo infirmorum in quo ſunt facta multa miracula, agit Martin. Delr. *diſ-*

6 *quiſt. magic. lib. 6. c. 2. ſect. 3. pagina mihi 512.* An autem oleum infirmorum poſſit benedici à ſimplici Sacerdote de licentia Papæ? & alia in materia vtilia tractaui *de offic. & poteſtate Epiſc. part. 2. alleg. 31. num. 14. cum ſequentib.*

7 *Saluabit infirmum.*] Extremæ-Vnctionis Sacramentum infirmis graui morbo laborantibus eſt tantummodo conferendum, non autem iis, qui bellum adoriuntur, aut procelloſum mare ingrediuntur, aut ex lege ad vltimum capitis ſupplicium ducuntur: ita colliges ex Gama *de Sacramentis præſtandis vltimo ſupplicio damnatis, q. 2. à princ.* Petr. Alphonſ. Vaſconcellos *in harmonia rubricarum ſub hoc tit. n. 8.* Petr. de Ledeſma *d. tract. de Sacram. Vnction. c. 6 à princ.* Henriq. *lib. 3. c. 11. §. 1.* Fr. Emman. *d. q. 79. art. 2. & 6.* Iacob. de Graffis *to. 1. conſil. lib. 1. tit. ſacra Vnction. conſ. 2. n. 16.* Barthol. ab Angelo *d. dialogo 3. §. 129.* Ægid. Coninch. *d. diſp. 19. dub. 7.* Poſſeuin. *de officio Curati, c. 9. n. 4.* Bonauent. *de Sacram. Pœnitentiæ, c. 15. q. 7. verſ. dico ſecundò*, Ludouic. Miranda *d. tom. 1. q 40. art. 2.* Bonacina *d. diſp. 7. quæſt. vnic. puncto 5.* Illuſtriſſ. D. Rodericum à Cunha *in comment. ad c. 2. n. 2. diſt. 95.*

§. Vnde in veteri.

Rex vngitur oleo in brachio, ſeu humero Epiſcopus Chriſmate in capite, quia Epiſcopus perſonam Chriſti capitis in Pontificali officio repræſentat. Colligunt Doctores in principio text. citati.

8 *Sed etiam Rex.*] An, & quibus Regibus Chriſtianis olim ius vngendi fuiſſet, dixi *de officio & poteſt. Epiſc. p. 2. alleg. 31. n. 9. cum ſeqq.*

Principis vnctio à capite ad brachium Vide Greg. *l. 13.* 9
gloſſ. 1 tit 4. p. 1. Petr. Alphonſ. de Vaſconcellos *in harmonia rubricarum, ſub hoc tit. n. 9.* Fuſc. *de viſit. lib. 1. c. 6. num. 5.*

Quia caput Pontificis Chriſmate conſecratur, brachium 10
verò Principis oleo delinitur.] Oleum, quo Imperatores, & Reges inunguntur, non eſt oleum Chriſmatis, vt eſt Baptiſmi, ſed aliud oleum aliis exorciſmis & benedictionibus conſecratum, ſolùm enim Pontifex Chriſmate in capite vngitur ex balſamo & oleo conſecto myſtica ratione, ſed Imperatores tantùm oleo in brachio exorcizato in modum Crucis inunguntur, non Chriſmate, ex Cærem. *lib. 1 ſect. 5. c. 3.* Caſtald. *de Imperat. q. 19. n. 3.* Card. Baron. *annalium Eccleſiæ, tom. 5. anno Chriſti 496.* Valdeſ. *de dignitate Regia Regnorumque Hiſpaniæ, c. 14. n. 23.* Azor. *inſtit moral. p. 1. lib. 10. c. 5. quæſt. 2.*

§. Per frontis Chriſmationem.

Chriſtiani vnguntur quater, bis ante Baptiſmum oleo benedicto, primò in pectore, ſecundò inter ſcapulas, & bis poſt Baptiſmum. Chriſmate primò in vertice, ſecundò in fronte. Item omnis Chriſtianus Chriſmate inungitur quando confirmatur. Colligunt Doctores in principio text. citati.

De Sacramento Confirmationis vide Concil. Tri- 11
dent. *ſeſſ. 7. de Sacram. Confirmat.* Couarru. *lib. 1. c. 10.* Angles *in floribus Theologicis, p. 1. de Confirmat.* Card. Bellarm. *lib. vnic. de Sacram Confirm.* Viuald. *in candelabro aureo de Sacram. tit. de Confirmat.* Alphonſ. Aluarez *ſpeculo iuris Pontificij tit. de Confirmat.* Praxim nouam Epiſcop. *p. 1. c. 3 de Confirmat.* Vgolin. *de poteſtate Epiſc. c. 25.* Petr. de Ledeſma *in ſumma, p. 1. de Sacram. tract. de Sacrament. Confirmat.* Iacob. de Graffis *tom. 1. conſiliorum, lib. 1. tit. de Sacra Vnction. conſ. 1.* Chamerot. *de Sacrament. tract. de Confirmat.* Soar. *tom. 4. diſput. 36.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 28.* Fr. Ludouic. Mirand. *in manuali Prælat. tom. 1. quæſt. 44. artic. 1.* Bonacin. *de Sacram. diſp. 3.* Ægid. de Coninch. *eod. tract. quæſt. 72.*

Hanc non niſi, &c.] Notatur ad hoc quòd miniſter 12
ordinarius Sacramenti Confirmationis eſt ſolus Epiſcopus ordinatus, vnde ſimplex Sacerdos nec propria auctoritate, nec de commiſſione Epiſcopi poteſt confirmare, niſi ex delegatione Summi Pont. vt per Couarru. *d. cap 10. num. 6. & 14.* Petr. de Ledeſma *d. tract. de Sacrament. Confirmat.* Iodoc. Coccˢ. *tom. 2. theſauri Catholici, lib 5. artic vlt.* Prax. nou. Epiſcop. *d. c. 3. n 1.* Chamer. *d. tract. de Confirmat. cap 5 de miniſtro Confirmat.* Vgolin. *d. cap. 25. n. 2. & 3.* Nau. *conſ. 14 num 2. ſub tit. de priuileg. in nouis*, Iacob. de Graffis *d. conſ. 1. à num. 5 & in deciſionibus aureis, part. 2. lib. 1. c. 5. num. 29. & 30.* Balduin. iun. *ſuper opera controuerſ. Bellarmini, part 2. lib. 2. cap. 6. propè fin. verſ. Catholici omnes*, Ægid. Coninch. *d. quæſt 72. num. 97 & num. 105.* Ludouic. Miranda *d. quæſt. 44. artic. 1. concluſ. vnic in fine*, Valer. Reginald. *d. lib. 28. num. 17.* Bonacina *d. diſt. 3. quæſt. vnic. puncto 2.* Armend. *in addit. ad recopilat. legum Nauarræ, lib. 1. tit 18 l. 7. de Epiſcopis, num. 77.* Illuſtriſſimum Dominum meum Rodericum à Cunha poſt primam huius libri impreſſionem à me viſum *in comment. ad cap. Preſbyter. 11. n. 2. diſt. 95.* qui quidem validè miniſtrat, quamvis excommunicatus, hæreticus vel degradatus, quia per hæreſim, vel excommunicationem, vel degradationem non admittit Epiſcopus characterem in quo fundatur poteſtas confirmandi. Henriq. *d. c. 6. §. 2.* Valer. Reginald. *d. lib. 28. num. 19.* Soar. *tom. 3. diſput. 36. ſect. 3.*

sect. 3. vers. dicendum est, Marc. Alter. *de censuris, tom. 1. lib. 1. c. 3. disp.* 8. Bonacina *d. puncto 2. num. 7.* vbi *n. 10.* ampliat etiamsi non sit confirmatus. Episcopus an in Ecclesia conferre debeat huiusmodi Sacramentum, & an si confirmet subditos alterius Episcopi in sua diœcesi, aliquam incurrat irregularitatem, Alia, quæ ad hoc Sacramentum præstare tenentur, dixi *de officio, & potestate Episcopi, p. 2. alleg. 30. n. 13. cum multis seqq.*

13 *Summus Sacerdos, id est, Episcopus.*] Notatur ad hoc quod Episcopi aliquando dicuntur Summi Sacerdotes, vt per Ioseph. Ludou. *Perus. decis. 74. n. 11.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 4. c. 27. q. 1. vers. quæres*, quos refero ego ipse *de officio & potestate Episcopi, part. 1. tit. 1. c. 2. num. 3.*

§. Vngitur.

Vngitur cùm consecratur Altare, cùm dedicatur templum, cùm benedicitur Altare. Item Episcopus potest vti Baculo pastorali, licèt Papa illo non vtatur. Colligunt Doctores *in princ. text. citati.*

De materia huius §. egi latè *de offic. & potest. Episc. p. 2. alleg 27.*

14 *Tum propter historiam.*] De historia propter quam Romanus Pont. baculo non vtitur, egerunt Fr. Henric. Monroy. *in apolog. contra Archiepisc. Toletanum, part. 1. pag. 34.* Cæs. Baron. *in addit. ad Martyrologium Romanum die 30. Iulij*, Durand. *in ration. diuinorum officiorum, lib. 3. cap. 15. num. 5.* quem refero ego ipse *d. tract. de offic. & potest. Episc. part. 1. tit. 1. c. 3. num. 14.* Historia est, quoniam Beatus Petrus Apostolus Martialem discipulum suum, quem Dominus inter discipulos constituit, cùm dixit, *nisi efficiamini sicut paruulus iste, non intrabitis*, &c. misit cum quibusdam aliis ad prædicandum Germanis, qua in via ad viginti dietas defuncto Fronio collega eius rediit ad nuntiandum hoc Petro, cui Petrus: *Accipe hunc baculum, & tangens illum dic, Surge in nomine Domini & prædica*; ille verò in quadragesimo die à tempore mortis illius tetigit eum & surrexit, & prædicauit, & ita Petrus baculum à se remouit, & subditis dedit, nec recuperauit. Innocentius verò Papa II. scriptis in Ecclesiæ speculo quod Beatus Petrus misit baculum suum Euchario primo Treuenorum Episcopo, quem vna cum Valerio & Materno ad prædicandum Euangelium genti Teutonicæ destinauit, cui successit in Episcopatu Maternus, qui per baculum Petri de morte fuerat suscitatus, quem baculum vsque hodie cum magna veneratione Treueren. Ecclesia seruat, & ideo Papa in illa Ecclesia vtitur baculo, & non alibi. Hæc Durand. *d. loco.*

15 *Tum propter mysticam rationem.*] Mystica ratio est quia baculi curuatio in Episcopis limitatam & coarctatam potestatem significat, & ideò illo non vtitur Papa cùm potestatem habeat vniuersalem, vt ex Thom. refert & commendat Felin. *in rubr. de constit. n. 2. in fin. vers. benefacit.* Callan. *in catalogo gloriæ mundi, p. 1. consid. 38. concl. 6 ver. mystica vero*, Lancel. Conrad. *in templo omnium iudic. lib. 2. c. 1. §. 1. vers. Cruce vtatur, num. 1. & 2.* Anastas. Germon. *de sacrorum immunit. lib. 3. cap. 5. num. 108. & 110. & de indultis Cardin. §. Episcopus, num. 25. & seq.* quos allegat Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarch. sedium erectione, cap. 17. num. 50.*

De Sacramentis non iterandis.

TIT. XVI.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Panormit. Anchar. Butr. Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canonum, fol. 164. vers.* Petr. de Rauenna *in compendio iuris Canonici*, Guillelm. Durand. Specul. *in breuiario aureo iuris Canon. fol. 27.* Mart. Mesnartius *in epitome Decret. fol. 22. verso*, Dan. Venator, *in analysi methodica iuris Pontific. à pag. 73.* Goffred. & Host. *in summa huius tit.* Alex. Cassan. & Anast. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal. sub hoc tit.* Petr. Alphons. de Vasconcel. *in harmonia rubr. iuris Canonici*, Barthol. Carthag. *in exposit. titulorum eiusdem iuris*, nouissimè Ioan. Honor. *lib. 1. sum. in Decretal.* omnes *sub hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus quando quis est in subdiaconum sine manuum impositione, & confirmatus non Chrismatis, sed olei vnctione, tunc non fiet iteratio, sed supplebitur prætermissum.*

2 *Oleum oliuarum est essentiale Sacramenti Confirmationis, balsamum verò accidentarium.*

3 *Confirmationis Chrisma ex quibus conficiatur, ostenditur.*

4 *Omissum si aliquid sit de necessariis, seu spectantibus ad substantiam Ordinis, ordinatus suspenditur ab executione illius, quousque id suppleatur, quod fuit omissum.*

5 *Actum non dicitur cùm aliquid supereſt ad agendum.*

CAP. Pastoralis. I. *Innoc. III.*

ORdinatus quando quis est sine manuum impositione, vel est Confirmatus cum oleo, & non cum Chrismate, non sunt Sacramenta reiteranda, sed cautè est supplendum, quod in curia fuit omissum. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Host. Ioan. Andr. Innoc. Henric. Anan. Anch. Panorm. Butr. Viu. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 315.* Alagon. *in compendio iuris Canonici, pag. 100.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1.* refertur ab Ant. August. *collect. 3. Decretal. lib. 1. tit. 12. cap. vnic.* 1

Qui sine impositione manuum fuerat ad Ordinem subdiaconatus, &c.] Videtur in hoc text. supponi subdiaconos per manus impositionem ordinari, cuius contrarium expressè probat text. *in c. subdiaconus 25. dist.* ibi, *Quia manus impositio non accipit*, & per illum tenet Sebast. Cæs. *in relect. de Eccles. hierarch. p. 2. disp 10. §. 1. n. 7.* vbi multipliciter respondet ad hunc text. & in primis non esse veram communem literam, ibi, *Subdiaconus*, sed aliam quæ habet, *Diaconus*, & allegat Anton. Aug. *loco suprà citato*, qui testatur ita scriptum reperiri in duplici exemplari manuscripto, vel secundò cum Abb. *hic n. 2.* intelligi posse non de manus impositione consecratoria, sed benedictoria, quia multiplex est manus impositio, *c. quoniam 69. dist.*

Non Chrismate, sed oleo delinitus, &c.] Notatur ad hoc quod oleum oliuarum est essentiale Sacramenti Confirmationis, balsamum verò accidentarium, vt 2

per

per Nau. *in man. c 22. n. 8. & conf. vnic. n. 4. & 8. sub tit. de sacra Vnctione.* Sayr. *in floribus decisionum decis. vnic. sub eod. tit.* Valent. *tom. 4. disp. 5. q. 1. puncto 2. vers. quæstio est autem,* Sà *verbo, confirmatio, n. 7.* Chamer. *de Sacram. tr. 3. de Confirmat. c. 2. de materia Confirmationis, dub. 2.* Nam Confirmationis Chrisma conficitur ex oleo oliuarum admixto balsamo cuiuscumque loci sit benedicto ab Episcopo consecrato, Concil. Trid. *sess. 7. can 2 de Confirmat.* Viuald. *in candelabro aureo Sacram. sub de tit. de Confirmat. c. 2. n. 1.* Couar. *var. lib. 1. c. 10. n. 1. ad finem, & num. 4. & 5.* Sayr. *de Sacram. in genere, lib. 1. c. 3. quæst. vnic. art. 3. vers. de Confirmatione,* Nugn. *part. 3. quæst. 72 art. 3.* vbi Ægid. de Coninc. *n. 29. & 30.* Soar. *tom. 3. disp. 33. sect. 1. & 2.* Barthol. ab Angelo *dialog. 3. §. 4.* Chamerota *d. cap.. de materia Confirmat.* Azor. *institut. moral. part. 1. lib. 2. cap. 9. post princ. & part. 2. lib. 5. cap. 1. quæst. 4.* post Graff. Nau. Petr. de Ledesm. S. Ant. Victor. Angel. Tabien. & alios, Bonacina *de Sacramentis, disp. 3. q. vnic. puncto 3 n. 1.*

4 In gloss. *Permitti,* ibi, *quod antequam suppleant ista ministrare non debet* Notatur ad hoc quòd si in ipsa ordinatione aliquid de necessariis, seu spectantibus ad substantiam Ordinis sit omissum, ordinatus suspenditur ab executione illius Ordinis quoysque id suppleatur, quod fuit omissum, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 32. tract. 2. n. 71.*

5 In ead. gloss. ibi, *Quia non dicitur actum cùm aliquid supereſt ad agendum.* Vide Hyppol. *cons. 122. n. 15.* Thom. de Thomass. *reg. 199.* Flamin. *de resignat. 2. lib. 8. quæst. 8. n. 42. & 97.* Anton. Monach. *Lucensi decis. 25. num. 7.* & Florent. *decis. 19. num. 5.* & Bonon. *decis. 28. num. 22.* Gironda *de priuilegiorum, seu exemptionum explicat. num. 1133.* Mantic. *decis 186. num. 3.* cum aliis citatis per me *in tract. Axiom. iuris vsufrequent. Axiom. 11. num. 1.*

De Filiis Presbyterorum ordinandis, vel non.

TIT. XVII.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Butr. Anchar. Panorm. Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canonum, fol. 164. verso,* Petr. de Rauenna *in compendio iur. Canonici,* Guillelm. Durand. Specul. *in breuiario aureo iuris Canonici,* Martin. Mesnartius *in epitome Decret. fol. 22. verso,* Daniel Venator, *in analysi methodica iuris Canonici, à pag 73.* Petr. Alphons. de Vasconcellos *in harmonia rubricarum iur. Canonici,* Goffred. & Hostiens. *in summa huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretalium,* Barthol. Carthag. *in expos. titulorum iur. Canon.* Zypæ. *in analytica postremi iuris Ecclesiast. enarrat.* nouissimè Ioan. Honor. *lib. 1. sum. in Decret.* omnes *sub hoc tit.*

De illegitimorum inhabilitate, seu irregularitate ad Ordines & beneficia, vide Ang. Sylvest. Rosel. & alios Summistas, *verbo, Illegitimus,* Guillelm. Durand. *in speculo iuris, lib. 4. sub hoc tit.* Albert. Trot. *de vero & perfecto clerico, lib. 2. cap. 1. & 2.* Maiol. *de irreg. lib. 1. cap. 4. cum seqq.* Villad. *eod. tract. cap. 10. vers. dixi vltevius,* Paleoth. *de nothis & spuriis, cap. 57.* Lambert. *de iurepatron. p. 1. lib. 1 q 7. art. 11.* Petr. Greg. *Syntagm. p. 2. lib 10. cap. 3.* Ludou. Lop. *in instr. conscien. p. 2. c. 23. tom 2.* Greg. Lop. *l. 12. tit 6.* Duar. *p. 1. de benef. lib. 4. c. 5.* Corras. *eod. tract. part. 3. c. 2.* Petr. Greg. *eod. tract. c. 3.* Viuald. *in candelabro aureo, tit. de irregul. num. 107. cum seqq. & in appendice cap. 2. de illegitimis.* Menoch. *de arbitr. casu 201. à num. 35.* Rebuff. *in praxi benefic. tit. de dispens. super defectu natalium,* Bernard. & Salzed. *in pract. c. 14. in nouiss. edit.* Tolet. *in sum. lib. 1. c. 58.* Fr. Emman. *in summ. tom. 2. cap. 16. & quæst. Regul. tom. 1. quæst. 13.* Soar. *tom. 5. de censuris, disput. 50.* Sayr. *eod. tract. lib. 6 c. 10.* Auila *eod. tract. p. 7. disp. 3. dub. 6. cum seqq.* Nicol. Garc. *de benef. p. 7. c. 3.* Galganet. *de iure publico, lib. 3. tit. 2. num. 26. cum seqq.* Ludouic. Miranda *in manuali Prælatorum, tom. 2. quæst. 25. art. 10. & tom. 2. q. 2.* Nau. *tom. 1. consil. lib. 1* vbi tradit decem consilia, *sub hoc tit.* & Sayr. *in floribus decis. sub eod. tit.* nouem adducit decisiones.

SVMMARIVM.

1 *Illegitimi non ordinantur nisi Religiosi fiant, sed ad Prælaturas non habilitantur.*

2 *Illegitimus per ingressum in Religionem, ac professionem in ea emissam aptus fit ad omnes Ordines etiam sacros sine vlla noua dispensatione.*

3 *Illegitimus per solemnem professionem in Religione non redditur habilis ad Prælaturas in ea.*

4 *Papa solus, seclusis Religionum priuilegiis, dispensare potest cum illegitimis religiosis, vt ad dignitates, & Prælaturas promoueantur.*

5 *Capitulum generale, vel Prouinciale potest dispensare ex priuilegio cum religiosis illegitimis ad Prælaturas, & dignitates.*

6 *Regularis legitimè dispensatus à Capitulo generali ad Prælaturas, si deinde è Religione egredi contingat, & aliam intret in ea non poterit absque noua dispensatione Prælaturas obtinere.*

7 *Monialis illegitima non potest esse Abbatissa, seu Priorissa.*

8 *Vicarius Episcopi non potest creari Monachus illegitimus, etiam de consensu sui Superioris.*

9 *Irregularitas sublata per Religionis ingressum an reuiuiscat professione annullata per Superiorem.*

CAP. Vt filij. I. *Conc. Pictau.*

FILIJ Presbyterorum, & cæteri ex fornicatione nati 1
promoueri non debent ad sacros Ordines, nisi fiant Monachi, vel viuant regulariter in Congregatione Canonica, sed nullatenus possunt habere Præbendam. Item neque serui nisi à dominis detur libertas Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Ioan. Andr. Bellam. Innoc. Anchar. Hostiens. Butr. Panormit. Imola, Anania, Viuian. *in rationali libri quinti iuris Pontif. pag. 317.* Alagona *in compendio iuris Canonici, pag. 111.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 9. c. 1.*

Nisi aut Monachi fiant, &c.] Notatur ad hoc quòd 2
illegitimus per ingressum in Religionem, & in ea professionem emissam eo ipso aptus fit ad omnes Ordines etiam sacros suscipiendos sine vlla noua Superiorum indulgentia, vt per citatos à Cened. *ad Decret. collect. 62. num. 2.* quibus adde Salzed. ad Bernard. *in practica, cap 14. lit. B vers. si tamen illegitimus,* Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 1. quæst. 13. artic. 4.* Azor. *instit moral. p. 2. lib. 6. cap. 3. quæst. 1.* Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiepiscopalis Neapol. part. 1. decis. 82.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 30. num. 18.* Ludouic. Miranda *in man. Prælator. tom. 1. quæst. 25 art. 10. concl. 1.*

concl. 1. Bellet. *disquisit. clerical p.* 1. *tit. de disciplina clericali, §.* 3. *num* 46. latè Campan. *in d uersorio iuris Canon. rubr.* 11. *cap.* 13. *num.* 115. *cum seqq.* Barthol. à Vecchis *in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouitiis disp.* 13. *dub.* 6. *num.* 1. Illustriss. D. meus Roderic. à Cunha *in comment. ad cap.* 1. *dist.* 56. Peregr. *in comment. ad constit. Cleric. Regul. p.* 2. *cap.* 1. *lit. C. §.* 21. *vers. tertium*, me citato *in hoc loco* Hieron. Rod r. *in compend. quæst. Regul. resol* 52. *num.* 40. optimè Sanch. *in præcepta Decal. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 9. *cum seqq.* Nec obstat Motus proprius Sixti V. contra illegitimè natos, vbi cùm illegitimos reddiderit inhabiles ad Religionis ingressum, reddidit consequenter hoc ius irritum quoad hunc effectum, quia iam Gregor. XIV. illum abrogauit sua constitutione, cuius initium est, *Circumspecta Romani Pont.* de anno 1591. vbi dispensationes quascunque, aut legitimationes ex defectu natalium auctoritate Apost. ad terminos iuris reducit, omnésque dispensationes, & habilitates vigore priuilegiorum, &c. in pristinum statum restituit, ita vt sicut antea valeant, de qua meminerunt Cened. *d. collect.* 62. *num.* 3. Azor. *instit. moral p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 3. *q.* 8. Fr. Emman. *d. quæst.* 13. *art.* 3. Soar. *tom.* 5. *disp.* 50. *sect.* 5. *num* 12. Portel. *in dubiis Regul. verbo Nouitius, num.* 11. Hieron. Roderic. *vbi suprà resol.* 76. *num.* 10. Sanch. *d cap.* 5 *num.* 9. *in fine*, vbi *num.* 10. contra Angles, & Sayr. existimat irregularitatem per professionem in Religione prorsus quoad Ordines suscipiendos, & susceptorum vsus aboleri, & *numero* 12. resoluit cum multis, quos citat, per solam professionem cessare eam irregularitatem, & ideò Soar. *d. sect.* 5. *num.* 12. cautè dicit non deleri eam irregularitatem, donec illegitimus professionem, aut vota emittat, per quæ verus Religiosus efficiatur. Vnde iam colliges irregularitatem prouenientem ex defectu natalium non tolli per solam habitus Religiosi susceptionem, sed necessariò requiri vt emittatur professio, ita Felin. *in cap. ciam deputati, num.* 2. *de iudic.* Franch. *in cap.* 1. *num* 11. *hoc tit. lib.* 6. S. Antonin. *p.* 3. *tit.* 1. *cap.* 27. §. 3. Sot. *in* 4. *dist.* 25. *quæst.* 1. *artic.* 3. *col.* 1. *& ibi* Riccard. *artic.* 4. *quæst.* 3. Rebuff. *in praxi benefic. tit. de dispens. super defectu natal. num.* 96. Philiarc. *tom.* 1. *p.* 1. *lib.* 4. *cap.* 8. Valent. *tom.* 4. *disput.* 7. *q.* 19. *puncto* 3. §. 2. *agens de secunda specie irregularitatis in* 1. *defectu*, Iacob. de Graff. *in aureis decis. part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 27. *num.* 54. Nau. *comm.* 2. *de Regularib. num* 60. *& in manuali cap.* 27. *num.* 201. Azor. *instit. moral p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 5. *q.* 12. Sayr. *de censur. lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 3. nouissimè Barthol. à Vecchis *d. dub.* 6. *n.* 2. Sanctarel. *var. resol. quæst.* 39. *num.* 2. Quamvis Fr Emman. *quæst. Regular. tom.* 1. *quæst.* 13. *art.* 4. asserat huiusmodi irregularitatem non solùm tolli per professionem, sed etiam per receptionem habitus Religiosi, immo per educationem, quæ fit in Religione, quem nerosè defendere nititur Hieron. Roder. *in compend. quæst. Regular. resol.* 76. *num.* 7. Vnde bene resoluit Sanch. *d. cap.* 5. *num.* 13. per simplicia vota emissa in Societate Iesv deleri irregularitatem ex natalium defectu consurgentem, taliter quòd retrocedens, seu demissus à Religione, à votisque absolutus non reincidit in ipsam, & ideo si iam promotus sit, poterit Ordinibus susceptis vti, nondum verò promotus promoueri non prohibetur: idémque docet de professo in alia Religione, & ab ea expulso in perpetuum, & pro sua sententia citat Soar. *tom.* 5. *de censur. disp.* 50. *sect.* 5.

Deinde colliges professionem emissam in Religione non solùm tollere irregularitatem quoad Ordines suscipiendos, sed etiam quoad vsum Ordinum susceptorum; quare si illegitimus, absque dispensatione ante ingressum Religionis suscipiat Ordines sacros, & postea ingrediatur Religionem, non solùm potest promoueri ad alios Ordines, sed etiam absque alia dispensatione poterit ministrare in Ordine, quem suscepit ante ingressum, ita Sanctar. *d. q.* 39. *n.* 8. Nec obstat, quòd dispensatio est strictè interpretanda, vt resoluunt iura, & Doct. per me citati *de offic. & potest. Episc. p.* 2. *alleg.* 33. *n.* 7. *& alleg.* 45. *n.* 1. quia debent intelligi quando vni, vel alteri dispensatio conceditur, non verò quando in fauorem Religionis emanauit, quia tunc ample esse interpretandam docent Henriq. *in summ. lib.* 7. *c.* 22. §. 3. *& c.* 24. *n.* 4. *in fine*, Oldrad. *cons.* 300. *n.* 4. *vers. considerandum est*, Sanch. *de Matrim. lib.* 8. *disp.* 1. *n.* 13.

Prælationem verò nullatenus habeant, &c.] Notatur ad hoc quòd illegitimi licèt per solemnem professionem in Religione factam apti fiant ad suscipiendos omnes etiam sacros Ordines, vt *suprà* deduxi, non redduntur tamen habiles ad prælaturas in ea, ita Butr. *hic in fine*, Abb. etiam *in fine*, Zabarel. *quæst* 7. Sot. *in* 4. *distinct* 25. *quæst.* 1. *art.* 3. Fusc. *de visit. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 36. Paleoth. *de notbis & spuriis, cap.* 57. *num.* 4. Maiol. *de irregul. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 3. Iacob. de Graff. *in aureis decis. part* 1 *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 8. Salzed. *d. vers. si tamen illegitimus, in fine*, Azor. *d. part.* 2. *lib* 6 *cap.* 3. *quæst.* 2. Nau. *cons.* 3. *num.* 2. *in antiq. & cons.* 6. *in nouis, sub hoc tit.* Sayr. *de censur. lib.* 6. *cap.* 11. *num* 3. Bellet. *d.* §. 3. *n.* 49. Ludou. Miranda *d. art.* 10. *concl.* 2. *& tom.* 2. *quæst* 1 *art.* 1. Campan. *d. cap.* 13. *num.* 117. Sanch. *d. cap.* 5. *num.* 16. Hieron. Roder. *d. resol.* 52. *num.* 4. Soar. *de censur. tom.* 5. *disp.* 50. *sect.* 5. *num.* 15. Mandos. *de signatura gratiæ tit. de dispens. super defectu natal.* §. *pen.* Sanctarel. *variar. resolut. quæst.* 40. *num.* 1. vbi *num.* 2. cum Nau. *cons.* 6. *n.* 2. *sub hoc tit.* resoluit professum illegitimum fieri capacem beneficiorum manualium, quæ ad nutum Prælati reuocari possunt, dummodo talia beneficia non fuerint Curata, nec Prælatura monasterij, & me citato *in hoc loco*, Lauor. *var. lucubrat. tom.* 1. *tit.* 1. *c.* 16. *num.* 26. Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 1. *disput.* 5. *quæst.* 14. *num.* 1. Sigism. à Bononia *de elect. dub.* 72. *num.* 1.

Vnde attento iure communi, seclusis Religionum priuilegiis, solus Papa dispensare potest, & dispensat cum illegitimis etiam Religiosis, vt ad dignitates, & Prælaturas promoueantur; Salzed. *d. vers. si tamen illegitimus, in fine*, Couar. *de sponsal. part.* 2. *cap.* 8. *num.* 4. Soar. *d. sect.* 5. *num.* 15. Sanch. *d. cap.* 5. *num.* 17. Tambur. *de iure Abbatum tom.* 1. *disput.* 5. *quæst.* 14. *num.* 7, vbi *num.* 5. post Sanch. *d. cap.* 5. *num.* 16. & Maiol. *de irregul. lib.* 1. *cap* 10 *num.* 3. subdit illegitimos ante dispensationem in Religione esse capaces illorum officiorum, quæ Prælaturæ non sunt, vt Sacrista, Cellerarius, siue OEconomus, scriba, & similia, quibus dignitas annexa non est, sed sunt manualia officia, & idem Tamburin. *vbi supra num.* 6. cum Sanch. *citato loco*, & Laurent. de Peirinis *tom.* 1. *priuileg. sui Ordinis Minor. in annot. ad constit.* 2. *Iulij II.* §. 29. *num.* 91. tenet manualia non esse officia, quæ fiunt in Capitulis per Canonicam electionem, & superioris confirmationem, cùm nequeant ad superioris nutum amoueri, reliqua verò, quæ hoc modo & forma non fiunt, manualia esse. Prælati Regulares habebant priuilegia à Sixto IV. vt possent dispensare cum sibi subditis illegitimis ad Prælaturas, & dignitates, quæ sublata fuerunt per Sixtum V. in duabus suis constitutionibus contra illegitimos, vbi declarauit omnes huiusmodi dispensationes esse irritas: sed postea Gregor. XIV. in alia sua constitutione modificatoria indulsit, atque concessit, vt fieri posset cum ipsis dispensatio, sed non nisi in Capitulo generali, vel Prouinciali, refert

Ludou. Miranda *d tom.2.q.2.art.2. & 3.* Tamburin. *d.*
6 *q.14.n.8.* Si verò Regularis legitimè dispensatus à Capitulo generali ad Prælaturas, & deinde à Religione egredi contingat, & aliam intret, nequaquam licebit ei in secunda, quam ingressus est, Religione obtinere Prælaturas, si noua non præcedat dispensatio, ita ex Fr. Emman. *d.q.13.art.10. in fine*, resoluit Campanil. *d.c.13.n.19. in fin.* me citato Hieron. Roder. *d. resol.52. num.45.*

7 Primò ex dictis dubitari potest an vitium ex natalium defectu consurgens purgetur in Monialibus per professionem, ita vt illegitima possit esse Abbatissa, seu Priorissa? in quo dubio Fr. Emman. *in summa, tom.2.c.29.n.12.* resoluit Abbatissas perpetuas, quibus benedictio impertiri solet, non posse esse illegitimas, secus de temporalibus, qui postea *d q.13. artic.21.* sententiam mutans tenuit nullam illegitimam indigere dispensatione, vt sit Abbatissa temporalis, ac perpetua, & benedicta. Verùm contraria sententia receptior est, quæ tenuit illegitimam non posse absque dispensatione esse Abbatissam, vel Priorissam, quámque tuentur Mandos. *d.tit.de dispensat. super defectu natalium, in fine*, Vinald. *in candel. aureo, p.3.cap.5.n.10.* Soar. *d. sect.5.num.15.* Sanctarel. *d. q 40 num.7.* Flamin. *de resignat. lib.3. quæst.12.num.11.* Nauar. *comment.2. de regul. num.60. & in man. cap.27.num.201.* Maiol. *de irregul. lib.1.cap.10. in fin. & c.26 num.10.* Sayr. *de censur. lib.6. cap.11.num.3. in fin.* Bellet. *d §.3.n.50* Sanch. *d.c.5.n.16.* vbi *num.20.* asserit solùm Papam, seclusis Religionum priuilegiis, dispensare in hoc, sicut cum viris Religiosis.

8 Secundò dubitari potest an illegitimus factus Monachus, & professione legitimatus possit de consensu sui Superioris Vicarius Episcopi creari? in quo negatiuè est respondendum, licèt enim per solemnem professionem quis aptus fiat ad susciendos sacros Ordines, non tamen habilitatur ad dignitatem, & officium Vicariatus propter eius præeminentiam, & iurisdictionem, ita Campan. *d.c.13.n.118.* quem refero ego ipse *de offic. & potestate Episc. p.3. alleg.54. num.14.* & adde Maiolum *d.cap.10. num.3.* Sayr. *d lib.6. cap.1. num.3.* nouissimè me citato *in hoc loco*, Hieron. Roderic. *d. resolut.52.n.48.* Fr. Emman. *d.q.13.num.13.* Sanch. *d. cap.5.num.16. post princ.* quorum duo vltimo loco citati subdunt nec posse virtute priuilegiorum Religionis dispensari quoad hoc cum illis, ex eo quia virtute illorum solùm possunt legitimari quoad Prælationes in Religione.

9 Tertiò non abs re dubitari potest an irregularitas sublata per Religionis ingressum, & professionem sequutam, reuiuiscat professione annullata per Superiorem? de quo ex professo agit Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resol.311.* per totam, vbi eam nouam, & à nemine hucvsque tractatam dicit, & affirmatiuam sectatur sententiam.

Quartò pariter non abs re dubitari poterit an Religiosus affectus per simplicia biennio nouitiatus anno transacto vota in Societate Iesu emissa, si ab ea retrocedat, à votisque absoluatur, reincidat in pristinam irregularitatem ex defectu natalium consurgentem, quæ iam erat purgata per illa vota, iuxta ea, quæ resoluunt Vasq. *1.2. disp.165. cap.9.* Soar. *tom.5. disp.50. sect.5.n.12.* Sanctar. *var.q.39. n.6.* & Sanch. *in præcepta Decalog. tom.2. lib.5. cap.5. num.13.* In hac quæstione Soar. *d. sect.5.num.14. in fine*, Sanch. *d. cap.5.num.14.* & Sanctar. *d.q.39. à n 4.* tenent talem retrocedentem, à votisque absolutum, si iam promotus sit, posse Ordinibus susceptis vti, & si non sit promotus, promoueri posse, ex ea ratione, quia text. *in præsenti*, & similes decernunt huiusmodi irregularitatem deleri per Religionis ingressum, nec decidunt reincidi deserta Religione. Nec obstat quòd cessante causa finali, ob quam concessa est dispensatio, cesset etiam dispensatio, si ea nondum fuerat suum effectum sortita, vt probant iura & DD. citati à Sanctar. *d.q.39.n.5.* & per me *de offic. Episc. p.2. alleg.33.n.6.* Quia resp. eam dispensationem concessam esse ipsi Religioso in fauorem status, quem assumpsit, & in præmium actus Deo gratissimi, quo ille sæculo renuntiauit, quæ non cessant, quamvis ille religiosus postea vel retrocedat à Religione, vel ab ea dimittatur, quia iam actus suum effectum sortitus est.

SVMMARIVM.

1 *Filius illegitimus Sacerdotis qui hoc tacito per rescriptum Apost. paternam Ecclesiam impetrauit remouetur ab illa.*
2 *Illegitimus filius Sacerdotis, qui hoc tacito per rescriptum Apost. paternam Ecclesiam impetrauit, non obstante quacunque possessione ab ea est amouendus.*

CAP. Ad præsentiam. II. *Alex.III.*

FIlius illegitimus Sacerdotis, qui hoc tacito per re- 1
scriptum Apost. impetrauit capellaniam in Ecclesia in qua pater ministrauit, non obstante quacunque possessione ab ea est amouendus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarell. Collect. Anch. Bellam. Ioan. Andr. Host. Innoc. Panorm. Anania, Butr. Viu. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.318.* Alagona *in compend. iur. Canon. pag.111.* remissiuè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect.1. Decret. lib.1. tit.9. cap.2.* & est post Concil. Lateran. sub Alex. III *p.19.c.3.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt, Dan. 2
Venator. *in analysi methodica iur. Pontific. lib.1. tit.17. axiom.1.* Steph. Grat. *discept. forens. c.397.n.31. & seq.*

SVMMARIVM.

1 *Filius Sacerdotis non potest Ecclesiæ paternæ præesse.*
2 *Pater non prohibetur etiam immediatè succedere in beneficio filij, siue sit legitimus, siue illegitimus.*
3 *Illegitimi in Ecclesiis parentum quoquomodo Sacramenta ministrare non possunt.*
4 *Pater, & filius possunt Missam celebrare in eadem Ecclesia, dummodo ambo non obtineant beneficium in ea.*
5 *Capellanus amouibilis potest esse filius in Ecclesia, in qua eius pater etiam tanquam Capellanus amouibilis, seu Vicarius temporalis seruiuit.*
6 *Papa solus dispensat, vt illegitimus habere possit ea beneficia, quæ in eadem existunt Ecclesia in qua genitor habuit, vel de præsenti habet.*
7 *Illegitimus filius alicuius Religiosi dispensari potest, vt ad dignitates, & Prælaturas promoueatur in ea Religione, in qua eius pater prælationem obtinuit.*

CAP. Præsentium. III.

FIlius Sacerdotis non potest ministrare in Ecclesiis 3
in quibus pater ministrat, vel ministrauit. Colligũt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Host. Anch. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Host. Butr. Anan. Panorm. Viu. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.318.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.112.* remissiuè Ximen. *in concord. part.2.* refertur ab Anton. August. *collect.1. Decret. lib.1. tit.9. c.3.*

&

& est post Concil. Lateranen. sub Alexand. III. *p.19. cap.* 4.

2 *In Ecclesiis paternis.*] Aduerte è conuerso patrem non prohiberi succedere etiam immediatè in beneficio filij, siue sit legitimus, siue illegitimus, quia hic titulus de filiis Presbyterorum, & decretum Concilij Trident. *sess.25. de reformat. c.15.* tantùm loquuntur de filiis, & vt pœnalia, & exorbitantia non sunt ad patres amplianda, ita Rebuff. *in praxi benef. tit. de dispensat. super defectu natalium, num.29.* plures per Nicol. Garc. *de benef. part.7. cap. 3. num.* 28. Bellet. *disquisit. cleric. part.1. tit.de discipl.clericali, §.3.num.31.* quæ quidem opinio licèt communis sit & sequenda in iudicando & consulendo, tamen in puncto iuris verior est contraria asserens patrem non posse obtinere beneficium, quod antea possidebat filius, quam defendit Hostiens. *in cap. ex transmissa, §. ideoque, hoc tit.* & illi adhærere videtur Archid. *in cap. Apost.* 8. *quæst.* 1. & in puncto iuris veriorem esse profitentur Gig. *de pens. quæst.86. num* 10. & Mand. *de signat. grat. tit de dispens. ad benef. in Eccles. in qua pater, versic. final.* Pro qua sententia in primis facit, quia pater & filius sunt correlatiua, & in correlatiuis idem ius statuitur, vt *in l. final.* & ibi Bart. *ff. quod metus causa, & in l.1. C. de cupressis, lib.11.* Rursus facit, nam in beneficialibus est prohibita successio, vt *dict. cap. Apost.* sed sicut filius patri succedit, sic & pater succedit filio, vt *in l. nam etsi parentibus, ff de inofficioso testam.*

3 *Ministrare.*] Notatur ad hoc quòd filij illegitimi in Ecclesiis parentum quoquomodo ministrare non possunt, & disponit etiam Concil. Trident. *dict.cap.15.* ex quo Epistolam canere, aut Sacristæ officio fungi, aut vti simplicem Cantorem musicæ in eadem Ecclesia canere non posse decisum referunt Nau. *cons. 1. quæst.17. sub tit. de constit.* Sayr. *sub eod.tit.decis.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. part. 4. collect. 1367. vers. ita amplia,* Nicol.Garc. *d.c.3.n.68.* Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib 2. tit. 19. l. 1. de filiis Presbyterorum, num.29.* Aloys.Ricc. *in praxi aurea, resol.369.num.1.* vbi refert decisiones S. Congr. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.397. n 26. cum seqq.* vbi *n.28.* resoluit quòd nec etiam Antiphonam in eadem Ecclesia canere potest ratione oneris beneficij alteri Ecclesiæ annexi.

4 Non prohibetur tamen quin pater & filius possint Missam celebrare in eadem Ecclesia, dummodo ambo non obtineant beneficium in ea, sed id fiat ab altero deuotionis gratia, ab altero causa legati, quòd relictum sit Missam celebrantibus, ita referunt decisum Armendar. *dicto loco n. 31.* Garcia *d. c.3. num.69.* Campan. *in diuersorio iuris Canonici, rubr.11. c. 13. num. 67. vers. & quia.* Nec etiam impeditur quin possint insimul processionaliter incedere, vnus tanquam beneficiatus, alter tanquam Capellanus diuersarum Ecclesiarum, Nicol.Garc. *dict.cap.3 num.68. in 3. declar.* Armend. *dict. loco num.30* vbi etiam aduertunt filium non posse aliquo modo ministrare si processionaliter accederet ad Ecclesiam, in qua pater obtinet beneficium.

5 Vtrùm verò filius clerici prohibeatur obtinere beneficium, vel seruire tanquam capellanus amouibilis in Ecclesia in qua eius pater etiam tanquam capellanus amouibilis, seu Vicarius temporalis seruiuit? quæstio est, in qua sacra Concilij Trident. Congregat. non prohiberi censuit, provt testatur Armendar. *dict. loco num. 32.* Nicol. Garc. *d.3.num.72* Stephan. Gratian. *d. cap.397. à num.24.* quos refero ego ipse *de officio, & potestate Episcopi, part. 3. alleg. 65. num.5.*

6 In glos. *Patiaris*, ibi, *Nisi habeant illas per dispensationem Apostolicæ Sedis.*] Notatur ad hoc quòd solus Papa potest dispensare vt illegitimus habere possit ea beneficia, quæ in eadem existunt Ecclesia, in qua genitor habuit, aut in præsenti retinet beneficium, Mandos. *in tract. signaturæ gratiæ, sub tit. de dispensat. ad beneficia in Ecclesia in qua pater*, Campan. *in diuers. iuris Canon. rubr.11. cap 13.num.87.* Nec quæcumque dispensatio sufficit nisi in specie dispensetur ad obtinenda beneficia in qua pater, cum derogatione Bullæ Clement. VIII. & Concil. Trident. Rebuff. *in praxi, tit. de dispensat. super defectu natalium, num.24. & 55.* Stephan. Gratian. *d. cap.397. num.35.* Aloys. Ricciul. *d. resolut. 369.* Ego ipse *d. allegat. 65. num.31.*

7 Vtrùm dispensari possit cum filio illegitimo alicuius religiosi vt ad dignitates, & Prælaturas promoueatur in ea religione, in qua ipsius pater prælationem obtinuit siue illam obtinet? quæstio est difficilis, quam affirmatiuè resoluit Fr. Emman. *quæst. Regul. tom 1. q.13 art. 7.* Sed contra eum meritò insurgit Lud. Miranda *d.q.2. art.10.* resoluens negatiuè non solùm pro eodem Conuentu, sed etiam pro tota Religione, non obstante quacumque dispensatione, quæ non sit expressa Summi Pontificis.

SVMMARIVM.

1 *Pater Sacerdos si habuerit personatum in aliqua Ecclesia, in illa filius non potest habere personatum, vel ministrare, sed amouendus est.*

2 *Beneficium in Ecclesia dicitur habere effectum vt filius in ea aliud obtinere non possit, quamvis per procuratorem apprehenderet possessionem, in Ecclesiaque nunquam ministrauerit.*

Cap. Conquerente. IV.

PAter Sacerdos si habuerit personatum in aliqua 1
Ecclesia, in illa filius non potest habere personatum, vel ministrare, sed amouendus est. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Io. Andr. Bellam. Innoc. Anchar. Host. Butr. Panorm. Anan. Viu. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 318. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 112. remissiuè Ximen. *in concord. p.2.* refertur ab Anton. August. *collect.1. Decret. lib.1. tit.9. cap.* 4.

Habuisse in prædicta Ecclesia personatum] Aduerte 2
quòd ille dicitur personatum, siue beneficium obtinere ad hoc vt filius in eadem Ecclesia alium personatum, siue beneficium obtinere non possit, quamvis per procuratorem apprehendat possessionem beneficij, & nunquam in Ecclesia ministrauerit, ita decisum referunt Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ, lib.2. tit. 19. l. 1. de filiis Presbyter. num.20. & 44.* Nicol. Garc. *de benef. p 7. c.3 num.56.* Campan. *in diuersorio iuris Canonici rubr. 11. cap. 13. num. 67.* quos refero ego ipse *de officio, & potestate Episcopi, part. 3. alleg 64. numero 7.* etiam decisum referentes non dici ad hunc effectum personatum, aut canonicatum habuisse, qui de eo prouisus cessit vel illum reliquit literis non expeditis, & possessione nondum capta.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus, qui scienter contulit filio Sacerdotis paternam Ecclesiam, exinde eum remouere non potest.*

2 *Capellaniæ ad titulum quando quis possit ordinari, ostenditur.*
3 *Beneficium, ad cuius titulum Episcopus quem promouit, si postmodum euincatur, compelli potest denuò prouidere de beneficio.*

CAP. Veniens. V.

1 EPiscopus, qui concessit capellam, vel Ecclesiam filio Sacerdotis, in qua pater ministrauit, ad cuius titulum cum ordinauit, si hoc scienter fecerit, non potest illum amouere, imò si amouit, debet illi restituere capellam, vt pacificè possideat, si ignoranter, illum non amoueat, donec de alia sufficienti prouideat. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Host. Io. And. Anch. Innoc. Butr. Panorm. Viu. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 319. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 112. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1 & 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib* 1. *tit* 9 *c.* 6. & est post Concil. Lateran. sub Alexand. III. *p.* 19 *c.* 5.

2 *Ad Capellam Sancti L.* &c.] Aduerte ad titulum capellaniæ posse quem sacris Ordinibus insigniri, quando ab initio in fundatione interuenit auctoritas Episcopi, & datur in titulum perpetuum, in Salzed. *in pract. c.* 18. *num.* 9. & alij per me citati *de offic. & potest. Episc. p.* 2 *alleg.* 19 *n.* 25.

3 *Donec in alia Ecclesia,* &c.] Notatur quòd compelli potest Præsul denuò prouidere de beneficio, si primum à se collatum, & ad cuius titulum clericum ordinauerat, ei postmodum sit euictum, maximè si prima vice fraudulenter illud contulerat, quod dare nequibat, iuxta resoluta per me *d. tract. de offic. & potest. Episcopi, p.* 2. *alleg.* 20. *n.* 14.

SVMMARIVM.

1 *Filius Sacerdotis ex quo est ordinatus, non debet carere beneficio.*
2 *Illegitimus dispensatus ad Ordines omnes etiam Presbyteratum, non censetur dispensatus ad beneficium Curatum.*
3 *Dispensatus ad benecium simplex non prohibetur obtinere beneficium Curatum ei accessorie annexum.*
4 *Illegitimus eatenus est incapax pensionis, quatenus est incapax Ordinis.*
5 *Parochus debet retinere Clericum vt eum adiuuet.*

CAP. Proposuit. VI.

1 EPiscopus qui non vult admittere ad curam Subdiaconum filium Sacerdotis præsentatum à patrono, prouidere debet de honesto Presbytero, qui cum assensu prædicti Subdiaconi ministret in Ecclesia, cui inseruiat Subdiaconus, & accipiat dimidiam partem omnium fructuum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Anchar. Bellam. Ioan. Andr. Host. Innoc. Panorm. Anan. Butr. Vinian. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 319. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 112. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1. *tit.* 9. *c.* 7. & est post Concil. Lateranen. sub Alex. III. *p.* 19 *c* 6.

2 *Tu curam animarum,* &c.] Nota illegitimum dispensatum ad Ordines omnes etiam Presbyteratum non censeri dispensatum ad beneficium Curatum, Nau. *sub hoc tit. conf.* 6. *n.* 7. Sayr. *de censuris, lib.* 6. *c.* 11. *n.* 27. & *c.* 8. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 1. *c.* 6. *à n.* 67. Campan. *in diuersorio iuris Canonici, rubr.* 11. *c.* 13. *n.* 161. Maiol. *de irregul. lib* 1. *c.* 9. *n.* 1. Couar. *de sponsalib. p.* 2. *c.* 8. §. 8. *n.* 5. Sanctar. *var. resol. q.* 38. *n* 14. Ego ipse *de offic. & potest. Episc. p.* 2. *alleg.* 45 *num.* 9. vbi *n* 24 resoluo dispensatum ad beneficium simplex non prohiberi obtinere Parochialem, & beneficium Curatum ipsi beneficio simplici accessoriè annexum, & cito Gonzal. *ad leg* 8 *Cancel. gloss.* 5. §. 6. *n.* 18. Steph. Gratian. *discept. forens. c.* 273. *num* 47. Campan. *in diuersorio iuris Canon. rubr.* 11. *cap.* 13. *num.* 83. 3

Illud aduertere oportet quòd sicut illegitimus non dispensatus est incapax beneficij, ita etiam est incapax pensionis clericalis, Nau. *conf.* 63. *n.* 5. *de simon.* Gigas *de pension. q.* 16. *num.* 3. Sed eatenus est incapax pensionis, quatenus est incapax Ordinis qui illegitimis conferri non potest sine dispensatione, & propterea si fuerit præuia dispensatione ordinatus, eo etiam censetur & efficitur capax pensionis absque alia particulari dispensatione, provt reiecta opinione Gig. & Rebuff. perpetuò Rota tenuit hanc sententiam, provt attestantur Sarnen. *in reg. de annali q.* 21. *in fine,* Gambar. *de auctoritate Legati, lib.* 6. *n.* 28. & sunt decis. coram Oriolen. relatæ *in* 1. *p. diuers.* 425. & coram Card. Seraphin. *decis.* 1164. *num.* 2. & coram Card. Blanchetto *in Aquilien. fructuum* 14. *Ianuarij* 1599. coram Lita, relata per Nicol. Garc. *de benef. in addit ad p.* 1. *c.* 5 *n.* 117. & *in Veneta pensionis* 10. *Decembris* 1572. coram Robusterio, *in Cæsaraugustana pensionis* 19 *Februarij* 1595. coram Gyptio, *in Meliten. pensionis* 14. *Maij* 1614. coram bon. memoriæ Burato impressa per Marches. *de commiss. tom* 2. *pag.* 537. vbi quòd perpetuò Rota seruat hanc opinionem, & inter eius impressas *decis.* 53. *n.* 2. & coram R. D. meo Coccino Decano *decis.* 31. *n.* 8. in eius impressis, quæ referuntur *in Rhegien. translationis pensionis* 14. *Maij* 1617. coram R. P. D. Merlino, & *in Firmana pensionis* 15. *Decembris* 1627. coram R. P. D. Duran. 4

Non enim solus Presbyter, &c.] Notatur ad hoc quòd Parochus debet retinere clericum, qui eum adiuuet, vt per Cassad. *decis.* 19 *de præbend.* Gemin. *cons.* 148. Rebuff. *de congrua, n.* 65 Rot. *decis.* 56. *n.* 10. *p* 2. *diuers.* Caualer. *decis* 498. *ex n.* 1. 5

SVMMARIVM.

1 *Filius potest habere beneficium patris mediatè.*
2 *Filij Presbyterorum de iure communi mediatè succedere possunt in beneficiis parentum, secus de iure Concil. Trident.*

CAP. Ex transmissa. VII.

1 FIlius potest habere beneficium patris mediatè. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anch. Anan. Host. Innoc. Panorm. Butr. Viu. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 319. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 112. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1. *tit.* 9. *c.* 8. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. *p.* 19 *c* 8.

2 Probat hic text. filios Presbyterorum immediatè succedere non posse in beneficiis parentum, nisi ex dispensatione Apostol. mediatè verò posse, hoc est, si post obitum patris alter in eius beneficium successerit, vt per Quintanad. *Eccles. lib.* 2 *à n.* 92 Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.* 1 *q.* 13. *art.* 7. Ludouic. Miranda *in manuali Prælat tom.* 2. *q.* 2. *art.* 10. *in princ.* Nicol. Garc. *de benef. p.* 7. *c.* 3. *num.* 3. aduertentes per Concil. Trident. *sess.* 25.

*sess.25.de reformat.cap.15.*in illis verbis, ibi, *longissimè arceatur*, non posse filium Presbyteri nec mediatè nec immediatè succedere in beneficio patris: hinc Azor. *instit.moral. part.2.lib.6. cap.4. quæst.15.* aduertit huius nostri text. decisionem Clementem VII. abrogasse constitut. sua incip. *ad Canonum conditorem*, vbi præcipit ne filius obtineat beneficium patris; siue in eo succedat proximè post obitum patris, siue postquam alter intermedius intercessit.

SVMMARIVM.

1 *Filius præesse potest Ecclesiæ in qua pater sine titulo ministrauit.*
2 *Vicarius temporalis titulum habere non censetur.*
3 *Illegitimus non prohibetur obtinere beneficium, quod eius pater ministrauit de facto, aut in Ecclesia, in qua pater seruiuit tanquam Vicarius, seu capellanus amouibilis.*
4 *Proprietatis defectus notorius repellit à petitione possessionis beneficij.*
5 *Restituendus in spiritualibus non est fur, & prædo.*

CAP. Constitutus. VIII.

1 FIlius præesse potest Ecclesiæ in qua pater ministrauit. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Host. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Panorm. Butr. Anan. Henric. Viu. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 320. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 112. remissiuè Casal. *in annot.* Ximen. *in concord.p.*1. refertur ab Ant. Aug. *collect.*1. *Decret.lib.*1.*tit.*9 *c.*10.& est post Conc. Lateran. sub Alex. III. *p.*19.*c.*9.

2 *Seu perpetuus Vicarius non fuerit.*] Notatur ad hoc quòd Vicarius temporalis titulum habere non censetur; vt per Abb. *hic n.* 5. quem refero ego ipse *de offic. & potestate Episc.p.*2.*alleg.*19. *num.*25. Rebuff. *in praxi benef.tit. de dispensat. ratione ætatis,verbo, vel earum perpetuæ Vicariæ*, Nicol. Garc. *de benefic. part.* 1. *cap.* 2. *num.*93.

3 *Licèt in eadem nomine eiusdem G. quandoque ministrauerit.*] Notatur ad hoc quòd filius illegitimus non prohibetur obtinere beneficium, quod eius pater ministrauit solùm de facto, vt per Rebuff. *in praxi benef. tit.de dispensat. natalium, n.* 21. Salzed. ad Bernard. *in practic.cap.*50.*lit.A.* Nec etiam prohibetur ministrare, & habere beneficium in Ecclesia, in qua pater ministrauit, & inseruiuit tanquam Capellanus, & Vicarius temporalis, provt decisum referunt Nicol. Garc. *de benef.l.*7. *cap.*3.*n.*72. Stephan. Gratian. *discept. forens.c.*397. *n.*24. *cum seqq.* Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib.*2.*tit.*19.*l.*1. *de filiis presbyt.n.*32. Nec etiam prohibetur succedere in capellania, quæ fundari solet maximè in Hispania absque aliqua Episcopi vel alterius Superioris auctoritate, vt in illis succedant clerici de parentela, Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 5. *n.*33.*& seq.*

4 *Restituere non omittas.*] Notatur ad hoc quòd defectus notorius proprietatis repellit à petitione possessionis beneficij, vt per Nau. *in c.accepta,vers.confirmatio decuplex, num.*9. Flamin. *de resignat.lib.*1.*q.*13. *num.*35.

5 In spiritualibus enim prædo & fur non est restituendus, idem Flamin. *d. tract. de resignat.lib.*3. *quæst.fin. num.*66.

SVMMARIVM.

1 *Dispensans ex Apostolico indulto cum filiis Sacerdotum circa Ecclesias paternas immediatè tenendas, non poterit sic dispensatus per literas iustitiæ postea contra eum impetratas, remoueri.*
2 *Declaratur text. in præsenti.*
3 *Papa solus dispensare potest, vt illegitimus habere possit ea beneficia,quæ in eadem existunt Ecclesia,in qua genitor habuit, vel habet de præsenti.*
4 *Decretalis censetur Epistola Pontificis aliquo dubio interpretantis.*

CAP. Extua. IX.

PApa quando concedit vt Episcopus possit dispensare cum filiis Presbyterorum bonæ vitæ, vt immediatè succedant in beneficiis parentum, & mox alij impetrarunt à Papa, vt si constet esse filios Presbyterorum, amoueantur, non intelligitur de dispensatis iam, licèt dispensationem probare non possent. Item nemo potest institui in Ecclesia intuitu laicæ donationis sine auctoritate sui Episcopi, & sic institui sunt amouendi. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Ioan. Andr. Bellam. Innoc. Anch. Host. Butr. Panorm. Anan. Viu. *in ration primi libri iuris Pontif. pag.*320. Alagon. *in compend.iuris Can. pag.*113. remissiuè Ximen. *in concord. p.*2. refertur ab Ant. Aug. *collect.*1. *Decret. lib* 1.*tit.*8 *c.*11.& est post Conc. Lateran. sub Alexandr. III. *p.*19.*c.*10. 1

Dispensationem tuam posteriorum,] Ideò in præsenti literæ posteriores speciales non derogant prioribus generalibus, quia ante obtentas posteriores generales illæ effectum sortitæ, ad speciales redactæ fuerant per dispensationes, quas Archiepiscopus concesserat, vnde cessat *reg.cap.*1.*sup.de rescript.* vt ibi aduertit Præceptor Correa. 2

A nobis literas recepisses, &c.] Nota quòd solus Papa potest dispensare vt illegitimus habere possit ea beneficia, quæ in eadem existunt Ecclesia, in qua genitor habuit, aut in præsenti retinet beneficium, Mandos. *in tr. Signatura gratia sub tit.de dspensat. ad beneficia in Ecclesia in qua pater.* Campan. *in diuersorio iuris Canon. rubr.* 11. *c.*13. *n.*87. Galganet. *de iure publico lib.*3 *tit.*2. *n.*30. *vers.verum si.* 3

Vnde Episcopum non posse dispensare cum illegitimo vt beneficium paternum immediatè consequatur docent gloss. *verbo, tale,in c.*1. *hoc tit.lib.*6. Sayr. *de censuris lib* 6. *c.*11. *n.*11. Sanctar. *var. resol.q.*41. *n.*13.*& q.*79.*n.*2. vbi me citat. *de offic.& potest.Episc.p.*3.*alleg.*65. *n.*30. Nec item cum eodem posse dispensare vt obtineat beneficium in Ecclesia patris sui clerici viuentis resoluunt Fr. Emman. *in sum. tom.*1. *c.*20. *n.*4. Sylvest. Armil. Veg.& alij citati à Sanctar. *d.q.*41. *n.*14. Limita in filiis ex legitimo matrimonio natis, qui quidem non comprehenduntur sub constit. Clem. VII. 36.*in Bullario, de anno* 1530. in qua dicitur, *filij ex fornicatione nati*, nec in decreto in Concil. Trid. *sess.*25. *de reformat. cap.*15. vbi dicitur, *qui non ex legitimo nati sunt matrimonio*, aduertunt Sanctar. *d.q.*41. *n.*15. & Nicol. Garc. *de benef.p.*7 *c.*3. *n.*18.

In gloss. *Consultationem.*] Notatur ad hoc quòd Epistola Pontificis aliquod dubium interpretantis censetur Decretalis, vt per Sanch. *de matrim. lib.*2. *disp.*31. *num.*6. 4

SVMMARIVM.

1 *Filius vbi manifestè in Ecclesia immediatè successit patri sine aliqua testium receptione ab illa remouendus est.*
2 *Illegitimus in Ecclesia patris succedens sine dispensatione potest ab illa remoueri absque vllo processu iudiciario.*
3 *Illegitimus prohibetur obtinere beneficium in Ecclesia, in qua eius pater habuit solam sedem in Choro ratione dignitatis, quam in alia Ecclesia obtinebat.*
4 *Citatio non requiritur in notoriis.*
5 *Probatio non desideratur in notoriis, sed tantùm onus proponendi.*

CAP. Quoniam. X.

1 FIlius vbi manifestè in Ecclesia successit patri sine aliqua causæ cognitione, & testium receptione ab ea est amouendus. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anch. Anan. Host. Innoc. Butr. Panorm. Viu. *in ration. primi libri iur. Pont. pag.* 320. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 111. remissiuè Ximen. *in concord p.* 1. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1 *tit.* 9 *c.* 11.

2 Probat hic text. quòd si manifestum sit illegitimum in Ecclesia patris successisse absque dispensatione, potest ab illa remoueri absque vllo processu iudiciario, non est enim necessarium libelli oblatione, vel alio ordine iudiciario actorem vexare, vbi subest animæ periculum, & publica vtilitas, nam tunc debet iudex ex officio supplere, vt per Stephan. Grat. *discept. forens. cap.* 397. *num.* 45. *& seqq.* Collatio enim de beneficio parentis facta filio illegitimo absque dispensatione nulla est, secundùm Nau. *cons.* 1. *q.* 18. *de constit.* Nicol. Garc. *de benefic. p.* 7. *c.* 3. *n.* 16. Sanctarel. *var. resol. q* 41. *n.* 15. *post med.*

3 *In Ecclesiis personarum gessisse*, &c.] Aduerte illegitimum prohiberi obtinere beneficium in Ecclesia in qua eius pater habuit solam sedem in Choro ratione dignitatis, quam in alia Ecclesia obtinebat, provt decisum referunt Garcia *de benef. p.* 7. *c.* 3. *n.* 67. Armend. *in addit. ad recop. legum Navarræ, lib.* 2. *tit.* 19. *l.* 1. *de filiis presbyt. n.* 27.

4 In glos. *Manifestum*, ibi, *quòd in manifestis, & notoriis ordo iudiciarius non est obseruandus.* Vnde in notoriis non requiri citationem, tenuere Rebuff. *in tract. nominat. q.* 17. *n.* 3. Matiens. *l.* 3. *glos.* 10. *tit.* 10. *lib.* 5. *nouæ recop.* Farin. *in praxi crimin. q.* 21. *n.* 66. *cum seq.* nec probationem desiderari firmarunt Bellacomb. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4 *tit.* 9. *n.* 265 *pag.* 505. Surd. *decis.* 250. *num.* 14. *& decis.* 326. *n.* 82. Farin. *d. q.* 112. *à n.* 80. Mend. à Castro *in praxi Lusit. lib.* 3. *c.* 3. *n.* 23. licèt autem huiusmodi notorium releuet ab onere probandi, non releuat tamen

5 ab onere proponendi, & ideo debet allegari, Viuian. *d. tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 9 *à n.* 29. Mench. *illust. c.* 2. *n.* 11. Farin. *d. q.* 21. *n.* 110.

SVMMARIVM.

1 *Filius etiam legitimus remouetur ab Ecclesia in qua immediatè successit patri Vicario, vel Rectori.*
2 *Filius legitimus non potest succedere patri in beneficio quod ipse possedit nulla persona mediante, secus verò immediatè.*
3 *Filius Sacerdotis dicitur etiam ille, qui ante sacerdotium natus est.*
4 *Nepotes possunt succedere in beneficiis auorum.*
5 *Nepos illegitimus Presbyteri ex filio illegitimo an possit in beneficio aui succedere ostenditur.*

CAP. Ad extirpandas. XI.

1 FIlij Presbyterorum siue legitimi, siue illegitimi non possunt habere Ecclesias in quibus patres ministrarunt tanquam personæ, vel Vicarij perpetui. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Bellam. Io. Andr. Innoc. Host. Collect. Butr. Anan. Henric. Anch. Panor. Viu. *in ration. primi libri iur. Pontif. pag.* 321. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 113 remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 1. *tit.* 9. *c.* 1.

2 Probat hic text. etiam filium legitimum non posse succedere patri in beneficio, quod ipse possedit nulla persona mediante, vt per Bernard. *in pract. canon. cap.* 50. *num.* 3. *in nouiss. edit.* Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 4. *q.* 16. Bellet. *disquisit. clerical. p.* 1. *tit de disciplina clerical.* §. 3. *num.* 31. Sanctar. *var. resolut. quæst.* 79. *num.* 1. Immediatè vero illud obtinere potest per argumentum à contrario sensu, & in hoc nihil innouarunt constitutio Clementis VII. & dispositio Conc. Trident. *sess.* 25. *de reformat. cap.* 15. quia solùm loquuntur de filiis ex fornicatione natis, & non ex legitimo matrimonio, vt patet ex d. constitut. Clement. VII. ibi, *ex fornicatione*, & ex d. Conc. ibi, *qui non ex legitimo nati sunt matrimonio*, & ita quoad legitimos remanet ius antiquum, de quo *in hoc text. & in cap. seq.* incorrectum, Nau. *in cap. si quando, except.* 21. *num.* 2. *de rescript.* Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.* 1. *quæst.* 13. *num.* 3. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 5. *num.* 33. Nicol. Garc. *de benef. p.* 7. *cap.* 3. *num.* 18. refertur decisum Armendar. *in addit. ad recop. legum Navarræ, lib.* 2. *tit.* 19. *l.* 1. *de filiis presbyt. num.* 4. addit eiusd. Garc. *d. cap.* 3. *num.* 29 *in fine*, Seraphin. *decis.* 1442. *num.* 6. quos refero ego ipse *de offic. & potest. Episc p.* 3 *alleg.* 65. *num.* 16.

3 *Siue geniti sint in Sacerdotio, siue non.*] Notatur ad hoc quòd filius Sacerdotis dicitur etiam is, qui ante Sacerdotium natus est, vt per Cened. *canon. quæst.* 16. *num.* 15. vide quæ dixi *ad cap.* 4. *numero* 2. *supr. de rescript.*

4 In glos. *Filij* 1. ibi, *vel etiam nepotes.* Notatur ad hoc quòd nepotes sicut & filij non possunt succedere in beneficiis auorum, vt per Guillelm. Benedict. *in repet. cap. Raynutius, de testam. verbo, & vxorem. num.* 693. Salzed. à Bernard. *in pract. cap.* 50. *lit. A. in nouiss. edit.* Rebuff. *de pacificis possess.* 266. *& seq.* Less. *de iustit. lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 91. Vtrùm contrarium vt receptius communiter à Doctoribus traditur, resoluentibus tam attento iure communi antiquo, quàm etiam nouiori Clementis VII. & Conc. Trid. *in d. cap.* 15. nepotes sicut & filij non prohiberi succedere in beneficiis auorum, prædicta enim iura cùm loquantur de filiis ad nepotes secundùm magis veram & communem opinionem non sunt extendenda, glos. *in cap. Presbyterorum* 56. *d. st.* tum etiam, quia mens & ratio iuris communis, constit. Clementis VII. & Concil. Trident. in nepote locum habere non potest, nam filius repræsentat in continentiam patris, nepos verò non ita; & filius præsumitur esse similis patri, non sic nepos respectu aui, vnde nepotem legitimum ex filio illegitimo hæredem ab auo instituì posse, quia in eo vitium paternum, & per consequens qualitas patrem excludens cessat, docuerunt Paleoth. *de notis & spur. cap.* 35. Cou. *de sponsal.*

p. 2.

p.2.c.8.§.5. n.13. Quare nepotem legitimum Presbyteri ex filio illegitimo posse in beneficio auri succedere, tenuerunt Nauar. *cons.9. sub hoc tit.in nouis*, Sayr. *sub eod.tit.in floribus decisionum, decis. 9.* vbi bona additio, Spin. *in specul. test. gloss. 3. princ. à n 23.* idem Sayr. *de censur. lib.6.c 10.n.46.* Azor. *instit. mor. p.2. lib.6.c 4. quæst. 17.* Garc. Gironda *de priuilegiorum & exemptionum explicat. num.1049.* Vgol. *de officio, & potest. Episc. c.50.§.7.n.2.& §.8. n.2.* Steph. Gratian. *discept. forens. c.397. num.6.* & secundum hanc opinionem decidisse Rotam Romanam, referunt Nau. *sub hoc tit. cons. 10.* Sayr. *in addit. ad d.decis. 9.* Nicol. Garc. *d.c.3 n.22.* Seraphin. *decis.1442.n.11.*& censuisse Sacram Congregationem attestantur idem Garc. *in addit. ad d.c.3. n.22.* Galet. *in margarita casuum conscientiæ, verb. beneficium.1.* Armend. *loco cit. n.1.* Campan. *d.c.13.n.6.* Bellet. *d.tit. de disciplina clericali, §.3.n.33.& n.51. vers. neque.* Illustrissimus Dominus meus Rodericus à Cunha post primam huius libri impressionem à me visus *in comm. ad c.1. n.8. dist. 56.* In nepote verò illegitimo ex filio illegitimo, an idem sit dicendum controuersum est, sed etiam hunc minimè prohiberi obtinente beneficium, quod auus habuit, decisum referunt Nicol. Garc. *d.c.3.n.27.* Armendar. *loco cit.num.3.* Bellet. *d.§.3.n.51.* quicquid dicat Campan. *n.76.* Nam patris illegitimitas non obstat filiis vt non possint obtinere Canonicatum aui, vt fuit per Rotam decisum *in vna Tirasonen. Eleemosynariæ 14. Nouembris 1607.*

SVMMARIVM.

1 *Filius Episcopi legitimè natus promoueri potest ad Ordines, & in paterna Ecclesia beneficiari,* & n.2.
3 *Filius legitimè natus potest beneficium obtinere, non illud quidem quod pater obtinuerat, sed diuersum in eadem Ecclesia.*
4 *Concordatur text.* in præsenti, cum cap. ad extirpandas, hoc tit.

CAP. Adhæc. XII. *Clem. III.*

1 FIlius legitimus Episcopi promoueri potest ad Ordines, & in paterna Ecclesia beneficiari. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anchar. Anan. Host. Henric. Boic. Innoc. Butr. Panorm. Viuian. *in ration. primi libri Iuris Pontif. pag.321.* Alagona *in compend. iur. Canon. pag.113.* remissiuè Ximen. *in concord. p.2.* refertur ab Anton. Aug. *collect.2. Decretal. lib.1.tit.9.c.3.*

2 *In quibus præsunt,* &c.] Vide Rebuff. *in praxi benef. tit. de dispensat. super defectu natalium, n.32. cum seq.* Et notatur ad hoc quod filius Episcopi alioquin legitimus potest habere beneficium in aliqua priuata Ecclesia sibi subiecta, vt per Filiuc. *tom.3.tr.41.c.4 n.9.*

3 *Et in eisdem Ecclesiis.*] Notatur ad hoc quod filius legitimè natus potest beneficium habere, non illud quidem, quod pater obtinuerat, sed diuersum in eadem Ecclesia, cui pater inseruierat, vt per Azor. *instit. moral. p.2. lib.6.cap.14 q.16.* Galganet. *de iure publico, lib.3.tit.2. n.30. in fin.* & ita concordari possunt *c.ad*
4 *extirpandas, sup. hoc tit.* cum text. *in præsenti,* vt scilicet hic loquitur de filiis legitimis volentibus præfici in eisdem Ecclesiis, in quibus parentes obtinent, vel obtinuerunt beneficia, quod text. iste fieri posse concedit. Ille verò *in d. cap. ad extirpandas*, loquitur de filiis pariter legitimis in eisdem beneficiis parentum succedere volentibus, quod omnino prohibet, ne detur successio iure hæreditario in beneficialibus, contra text. *in cap. 1. de præbend.* atque ita concordantur hæc iura, vt est de mente *gloss fin. in præsenti*, quam sequuntur Ioan. Andr. & communis *hic* Felin. *in c.nostra de rescript. col.3.* Selu. *de benef. p.3.q.12.n.10.* Et sic datur triplex singularis differentia inter filium legitimum, & illegitimum circa hanc materiam. Prima, quia vno & eodem tempore possunt pater, & filius legitimus beneficia in eadem Ecclesia obtinere, vt vt probat text. *in præsenti*, illegitimus autem non potest eodem tempore cum patre suo beneficia obtinere in eadem Ecclesia, *c.literas, hoc tit.* Conc. Trid. *sess 25. de reform.c.15.* Secunda differentia est, quod licet filius legitimus possit obtinere beneficium dissimile à paterno in Ecclesia, in qua pater fuerat institutus, illegitimus verò nullum potest obtinere, etiam dissimile, vt definit Conc. Trid. *cit. loc.* Tertia differentia est filium legitimum in beneficio paterno etiam institui posse, dummodo non succedat immediatè, secus verò est in filio illegitimo, qui nec immediatè, nec mediatè succedit in beneficio paterno, vt disponitur in Extr. Clementis VII. quam refert Gigas *de pension. q 86. in princ.* Nau. *in c.si quando, de rescript. except. 21.* Mandos. *de signatura gratiæ tit. de dispensat. ad beneficia in Ecclesia in quâ pater.*

SVMMARIVM.

1 *Filius non potest esse Vicarius illius Ecclesiæ, in quâ pater proximè fuit Rector.*
2 *Filius præsumitur illius, qui natus est ex ea, quam tenebat secum publicè domi pro concubina.*
3 *Legitimus præsumitur, qui natus est ex vxore in domo mariti cum ea cohabitantis.*
4 *Filiatio probatur ex nominatione parentum.*

CAP. Michaël. XIII.

FIlius Presbyter sicut non potest succedere in beneficio, vel personatu patris, sic non potest succedere immediatè in Vicaria perpetua eiusdem personatus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Host. Ioan. Andr. Innoc. Henric. Boich. Anan. Anchar. Panorm. Butr. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.322.* Alagona *in compend. iur. Canon. pag.114.* remissiuè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect.2. Decret. lib.1.tit.9.c.4.* 1

In gloss. *Constituerit*, 1. ibi, *Si natus fuit ex illa, quam tenebat secum publicè in domo pro concubina, præsumitur enim filius illius.* Vide Couar. *de sponsal. p.2. c.8. §.3. n.8.* Pal. *in repet. rub. c. per vestras, de don. inter virum & vxor. §.60.n.13.* Hyppol. *in l.1. §.1. n.34. ff. de quæst.* Tiraquel. *de retractu lign. §.2. gloss.16. num 7.* Ioan. Garc. *de nobilit. gloss.20. n.5.& 8.* Mascard. *de probat. concl.788. num.25.* Surd. *decis.23.n.2.* 2

In ead. gloss. ibi, *Sicut aliquis præsumitur filius, quia natus est in matrimonio.* Notatur ad hoc quod natus ex vxore in domo mariti cum ea cohabitantis, filius mariti ac per consequens legitimus præsumitur, vide Duen. *reg.344.* Gam. *decis.142.* Ioan. Garc. *d gloss.20.n.5.* Menoch. *de præsumpt. lib.9. præsumpt.53.* 3

In ead. gloss. ibi, *Ex eo quod ille vocabat illum filium,* &c.] Notatur ad hoc quod ex nominatione parentum probatur filiatio nisi expressè contrarium probaretur, vt probant plures citati ad *c. per tuas 10. de probat. super verbo, nominatus.* 4

SVMMARIVM.

1 *Illegitimus genitus etiam de vxore sine dispensatione ad Ordines, vel beneficia promoueri non potest.*
2 *Illegitima non est proles habita à coniugatis, quorum vnus erat altero sciente, & consentiente ad sacros Ordines promoto.*
3 *Declaratur text. in præsenti.*
4 *Dispensatus simpliciter ad beneficium, ad aliud, quam ad simplex non dicitur habilitatus.*
5 *Dispensatus simpliciter ad Ordines intelligitur dumtaxat ad minores.*

CAP. Literas. XIV.

1 COniugatus vir si emisso voto castitatis fiat Sacerdos, & postea ex vxore generet filium, filius habetur pro non legitimo propter incontinentiam patris sed permittitur fieri clericus, & habere beneficium Ecclesiasticum si honeste viuat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zab. Collect. Anch. Bellam. Io. Andr. Host. Innoc. Panorm. Anan. Butr. Henric. Boich. Viu. *in ration. primi libri iur. Pont. pag.* 322. Alagon. *in compend. iur. Can. pag.* 114. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. & Casal. *in annot.* refertur ab Ant. Aug. *collect.* 2. *Decret. l.* 1. *tit.* 9. *cap.* 5

2 Probare videtur text. hic prolem esse illegitimam quando habita est à coniugatis viro iam (vxore consentiente, aut certè sciente, nec contradicente) ad sacros Ordines promoto, vt per Anch. *not.* 1. & Henriq. *in præsenti*, Alex. de Neuo *in c. tua il. 2. n. 9. de iureiur.* Host. *in sum huius tit. §. qui filij, n.* 5. Sylvest. *verbo, illegitimus, q.* 4. Paleoth. *de nothis & spuriis, c.* 10. *n.* 4. Henriq. *in sum lib.* 11. *c.* 10. *n.* 1. *propè fin.* Verùm prolem susceptam post legitimam promotionem ad Ordines ex altero coniuge verè esse legitimam tenuerunt *hic* Cardin. *q.* 1. *in fin.* Butr. *n.* 7. Abb. *n.* 4. *in fin.* Bell. *n.* 3. *q* 3 Rainer. *in sum. huius tit. §. sed pone.* Maiol. *de irreg. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 9. quos refert, & sequitur Sanch. *de matr. lib* 9. *disp.* 18.

3 *n.* 7. *concl. vlt.* vbi respondet text. *in præsenti* non dicere prolem hanc esse illegitimam, sed ex permissione posse ad Ordines promoueri, quæ verba euincunt tantùm sobolem hanc esse irregularem ad modum illegitimæ prolis ob paternam incontinentiam quoad Ordines scilicet & beneficia; quoad successionem verò, & alios honores cùm deficiat ratio prohibitionis legitima debet censeri. Si vir constante matrimonio siue rato tantùm, siue etiam consummato ad Ordines sacros ignorante vxore, vel contradicente ascendat, & post illos sic susceptos ex sua vxore prolem suscipiat, legitima debet censeri, quia licet Ordines validè susceptì sint, ex eo quia illegitimè contra iuris dispositionem non possunt matrimonio & soboli officere, Maiol. *d. c.* 4. *n.* 7. *&* 9. Sanch. *d. disp.* 38. *n* 5 vbi *n.* 4. resoluit quod si ante matrimonij consummationem vterque coniux, aut alter transeat ad religionem, & professione facta filium concipiat ex priori coniuge, soboles est spuria: vnde si dispensationem velit obtinere, debet in impetratione exprimere quod sit genitus & procreatus ex legitimo matrimonio, sed pater & mater ingressi fuerunt religionem, & postea ex congressu fuit genitus, vt aduertit Rebuff. *in praxi benef. tit. de disp. super defectu natalium, n.* 40.

4 *Et ad Ecclesiasticum beneficium.*] Aduerte dispensatum simpliciter ad beneficium, ad aliud quam ad simplex non dici habilitatum, Campan. *in diuers. iur. Can. rubr.* 11. *c.* 13. *n.* 97. ego ipse *de offic. & potest. Episc. p.* 2. *alleg.* 45. *n.* 6. me citato nouissimè Sanctarel. *var. res.* 137. *n.* 17. Sayr. *de censur lib* 6. *c* 11. *n.* 25. Sicut etiam dispensatus ad consequendum beneficium non potest vi talis dispensationis consequi, nisi vnum tantùm beneficium, vt per Rebuff. *in praxi tit. de dispens. super defectu nat. n.* 81. Nau. *cons.* 9. *de præben.* Tiraq. *in l. boues, §. hoc sermone, à n.* 29 *ff. de verb. signif.* sequitur Sanctar. *d. q.* 18. *n.* 19 contra Io. Andr. Sylvest. Gamb. Henriq. & alios per eum citatos. Vide addita ad *c. de multa, in fin. de præbend.*

5 In gloss. *Ordinari.* Notatur ad hoc quod dispensatus simpliciter ad Ordices, intelligitur dumtaxat dispensatus ad minores, gloss. similis, *verbo ad omnes, in c. vlt. hoc tit.* Rebuff. *d. tit. de dispens. ex defectu natalium, n* 47. Soar. *de censur. tom.* 5 *disp.* 41. *sect.* 3 *à n.* 3. Azor. *inst. mor. p.* 2. *lib.* 6. *c.* 2. *q.* 6. Campan. *in diuers. iur. Can rub.* 11. *c.* 13. *n.* 95. Sanch. *de matr. l.* 8. *disp.* 1. *n* 26. quos refero ego ipse *d. alleg.* 45. *n.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Illegitimus in Ecclesia paterna præbendari non debet.*
2 *Canonicus si pater fuerit in aliqua Ecclesia, non potest filius illegitimus in eadem Ecclesia alium Canonicatum obtinere, secus in legitimo.*

CAP. Cùm decorem. XV.

Innoc. III.

1 ILlegitimus non potest habere præbendam in Ecclesia eadem in qua pater est Canonicus. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Collect. Zabar. Innoc. Bellam. Io. And. Anan. Butr. Anch. Host. Panorm. Viu. *in ration. primi libri iur. Pont. pag.* 322. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 114. remissiuè Ximen. *in concord p.* 1. *&* 2.

2 Collige ex text. quod si pater in aliqua Ecclesia fuerit Canonicus, non potest filius illegitimus in eadem Ecclesia alium Canonicatum obtinere, vt per Azor. *inst. mor. p.* 2. *l.* 6. *c.* 4. *q.* 16. Rebuff. *in praxi benef. tit. de dispens. super defectu natalium, n.* 37. *&* 38. quos refero ego ipse *de offic. & potest. Episc* 3. *alleg.* 65. *n.* 11. Bernard. *in pract. c.* 50. *n.* 4. *in nouiss. edit* vbi aduertit filium illegitimum non posse præfici in Ecclesia in qua præest pater de præsenti, vt habeat alium Canonicatum, vel præbendam, licèt possit eo mortuo habere, dum non succedat in beneficio paterno; legitimus verò potest instituì in Ecclesia in qua pater præest, etiam eo viuo in diuerso beneficio, in practica sic seruari refert Rebuff. *loco proximè citato n.* 29 quo loco scribit nunquam vidisse peti dispensationem ad obtinendum Canonicatum à filio legitimo in Ecclesia in qua pater aliud habet, quam opinionem etiam hodie stante dispositione Conc. Trid. *sess* 25. *de reform c.* 15. verissimam esse tradit Salzed. ad eundem Bernard. *d. c.* 50. *lit. B.*

SVMMARIVM.

1 *Illegitimus maximè spurius si instituitur in Ecclesia in qua institutus est pater, institutio non valet, & instituens à suis beneficiis suspenditur.*
2 *Filius Presbyteri non potest esse Canonicus in Ecclesia, in qua pater est similiter Canonicus.*
3 *Dictio, maximè, stat taxatiuè.*

CAP.

Cap. Ad abolendam. XVI.

1 CAnonicorum filij illegitimi seu spurij fieri non possunt Canonici in eisdem Ecclesiis sæcularibus, in quibus instituti sunt patres eorum, & si secus fiat, acta non valent, & qui præsumpserunt illos canonizare, suspenduntur à beneficiis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Anch. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Innoc. Butr. Panorm. Henric. Viu. *in ration. primi libri iur. Pont. pag.* 323. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 114. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 4. *Decret. lib.* 1. *tit* 9. *c.* 1.

2 Probat hic text. filium Canonici non posse esse Canonicum, nec præfici in Ecclesia, in qua pater est Canonicus, maximè in sit genitus à patre Presbytero, vt per Rebuff. *in praxi benef. tit. de dispens. super defectu natalium, n.* 37. & 38.

3 *Maximè spurij.*]Hæc dictio, *maximè*, stat hic taxatiuè, Cou. *lib.* 2. *var c.* 7. *n.* 5. Menoc. *de præs. lib.* 6. *præs.* 50. *n.* 12. Sanch. *de matr. lib.* 6. *disp.* 14. *n.* 21. quos refero ego ipse *in meis remiss. de diction. & claus. dict.* 168. *n.* 4. aliàs *in tract. de dict. vsufreq. dict.* 197. *n.* 9.

SVMMARIVM.

1 *Dispensare nullus potest præter Papam vt filius immediatè succedat in Ecclesia paterna.*
2 *Legatus nullus dispensare potest vt filius etiam legitimus habeat illud beneficium in quo pater ministrauit.*
3 *Principis scientia requiritur ad consuetudinem inducendam.*

Cap. Dilectus. XVII.

Honor. III.

1 DIspensare nullus potest præter Papam, vt filius immediatè succedat in Ecclesia paterna. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Host. Ioan. Andr. Anch. Butr. Anan. Innoc. Panorm. Viu. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 323. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 114. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1.

2 Collige ex text. quod nullus Legatus dispensare potest vt filius etiam legitimus habeat illud beneficium, in quo pater ministrauit, nisi Papa hoc ei expressè concesserit, vt per Rebuff. *in praxi benef. tit. de dispens. super defectu natalium, n.* 32. etiamsi sint Legati à Latere Cardinales, praxis Episc. *p.* 1. *verbo, benef. vers. septima concluf.*

3 In gloss. *Non obstante*, ibi, *Iam introductum est ex consuetudine ex certa scientia Papæ.* Notatur ad hoc quod ad consuetudinem inducendam requiritur scientia Principis, vt per Duen. *reg.* 141. *vers. limita quarto*, Palat. *in rep. c. per vestras, de don. inter virum, & vx not.* 2. § 1. *n.* 55. Cou. *in reg. peccatum, in initio, p.* 1. *propè fin. de reg. iuris, lib.* 6. Mich. Graff. *tom* 1. *com. opin. lib.* 1. *tit.* 17. *de legib. n.* 369. *pag* 247. Bernard. Græuæ. *ad pract. Cam. Imper. lib.* 2. *concl.* 31 *n.* 34. *cum seq.* Valasc. *tom* 2. *cons* 162. *n.* 17. præcipuè si induci queat consuetudo contra legem, quia tunc non valet nisi sit introducta ex certa scientia eius, qui legem potest tollere, Card. Tusch. *tom.* 2. *lit. C. concl.* 813 *n.* 16. Corras. *in explic. ad aliquas leges recop. c.* 8. *de consuetud. n.* 24. quicquid aliud velint Mench. *contr. freq c.* 3. *n.* 3. Cæual. *com contra com. q.* 357. *n.* 3. Fr. Emman. *q. Reg. tom.* 1. *quæs.* 6. *art.* 12. Azor. *inst. mor. p.* 1. *lib.* 5. *c.* 18. *q.* 9.

SVMMARIVM.

1 *Illegitimus sine dispensatione Papæ non potest promoueri ad dignitates, personatu, ac beneficia Curata.*
2 *Illegitimi promoueri non possunt ad vllas dignitates, & ad quæcunque beneficia curam animarum habentia absque præuia Sedis Apostol. dispensatione.*
3 *Religionem professus potest ad Ordines promoueri sine aliqua illegitimitatis dispensatione.*
4 *Illegitimus dispensatus in sæculo vt beneficium Curatum obtinere possit, an postea factus Religiosus noua indigeat dispensatione vt esse possit Prælatus regularis, ostenditur.*

Cap. Nimis. XVIII.

1 ILlegitimus sine dispensatione Papæ non potest promoueri ad dignitates, Personatus, ac beneficia Curata. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anch. Butr. Anan. Host. Innoc. Panorm. Henric. Boich. Viu. *in ration. primi libri iuris Pont. pag.* 323. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 114. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1.

2 Probat hic text. illegitimos promoueri non posse ad vllas dignitates, & personatus, & ad quæcunque beneficia curam animarum habentia absque præuia Sedis Apost. dispensatione, vt per Henric. *in sum. lib.* 14. *c.* 8. §. 10. *propè fin vers. at vt Episc.* Azor. *inst. mor. p.* 2. *lib.* 6. *c.* 3. *q.* 3 latè Nic. Garc. *de benef. p.* 7. *c.* 2. *n.* 52. *& seq.* Lud. Miranda *in man. Prælat. tom.* 1. *q.* 2. *art.* 8. *concl.* 1. Camil. Borrel. *in sum. omnium dec. tit.* 20. *n.* 77. Less. *de iust. lib.* 1. *c.* 34. *n* 86. Ad quæ autem beneficia cum illegitimis dispensare possit Episcopus dicam commodiùs ad *c.* 1. *hoc tit. lib.* 6. interim vide per me resoluta *de offic. & potest. Episc. p.* 2. *alleg.* 45. *per tot.*

3 In gloss. *Sedis Apost.* ibi, *Potest. dici, quod postquam intrauerint religionem possunt promoueri ad Ordines sine aliqua dispensatione.* Intellige de ingressu, qui fit per solemnem professionem, non verò de ingressu, qui dicitur educationis, seu probationis, nam aliàs posset esse fraus intrando quempiam religionem & suscipiendo sacros Ordines, & postea exeundo ante professionem, ita Sot. *in* 4. *sent. dist.* 25. *q.* 1. *art.* 3. Angel. *in sum. verbo. Nouitius, n.* 20. Sylvest. *verbo, Religio* 2. *n.* 10. quos refert, & sequitur Lud. Mirand. *in man. Prælat. tom.* 1. *q* 3. *art.* 10. *concl* 1. Vtrùm autem illegitimus dispensatus in sæculo vt beneficium Curatum obtinere possit factus postea Religiosus noua indigeat dispensatione vt esse possit Prælatus Regularis, quæstio est difficilis, in qua Nau. *cons. qui filij sint leg. in nouis*, quem refert, & sequitur Ludou. Mirand. vbi proximè *tom.* 2 *q.* 2. *art.* 5. *in fin.* & amplectitur Sayr. *in florib. dec. sub d. tit. qui filij sint leg. dectf.* 2. *in fin.* tenent partem negatiuam, quicquid Rebuff. *in prax. benef. tit de dispens. super defectu natalium, n.* 74 & 75 dicat quod illegitimus sæcularis dispensatus ad quæcunque, & qualiacunque beneficia obtinenda Religionem ingressus habere in ea potest Prioratum Regularem.

De Seruis non ordinandis, & eorum manumissione.

TIT. XVIII.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Panormit. Anchar. Butr. Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canonum, fol. 164. vers.* Petr. de Rauenna *in compendio iuris Can.* Mart. Mesnartius *in epitome Decret. fol. 22. verso*, Guillelm. Durand. Specul. *in breuiario aureo iuris Can. fol. 27.* Dan. Venator, *in analysi methodica iuris Pontific. pag. 77.* Goffred. & Host. *in sum. huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Petr. Alphons. de Vasconcel. *in harmonia rubr. iuris Canon.* Barthol. Carthag. *in expos. titulorum iuris, Canon.* nouissimè Ioan. Honor. *lib. 1. summ. in Decretal.* omnes *sub hac rub.*

De materia huius text. scripserunt Guillelm. Durand. *in speculo iuris, sub hoc tit.* Maiol. *de irregul. lib. 1. c 35.* Albert. Trot. *de vero & perfecto clerico, lib. 2. c. 4.* Bernard. & Salzed. *in pract. c. 19 in nouiss. edit.* Vgolin. *de irreg. c. 57.* Tolet. *in sum. lib. 1. c. 59.* Anila *de censur. p. 7. disp. 3. dub. fin.* Soar. *eod. tract. disp. 5. sect. 3.* Valent. *tom. 4. disp. 7. q. 19. punct. 3.* Cardoso *in praxi iudicum, & Aduocat. verbo, Sacramentum Ordinis, n. 45.* Valer. Regin. *in praxi fori pen. lib. 3 c. à n 63.* Sayr. *de censur. lib. 6. c. 14. ex n. 1.* Soar. *tom 5. disp 51. sect. 3 & 4.* Vgolin. *c. 57.* plures per Cened. *ad Decretum collect. 61.* latè Campan. *in diuersorio iuris Can. v. b. 11. c 8.* Beller. *disquisit. cleric. p. 1. tit. de disciplina cleric. §. 14* Barthol. de Vecchis *in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouitiis disp. 2. dub. 2.* nouissimè Illustr. D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad cap. 1. eum seq. dist. 54.* Paul. Layman. *in Theologia morali lib. 1. tract. 5. p. 5. c. 8.* De seruis, vel famulis egit Hyppol. Bonacos. *tom. 6. tractatuum Doct. part. 1. fol. 121.* & *de seruis seu hominibus propriis* Frider. Nusannus, & *de seruis, & eorum ministeriis* Laurent. Pignorius.

SVMMARIVM.

1 *Seruus ante plenam manumissionem ordinari non debet.*

2 *Seruus ordinari non potest, si verò ausu temerario Ordinibus sacris se fecerit insigniri, characterem recipit.*

3 *Ingenuus est qui statim cum nascitur liber est.*

CAP. Instruendi. I. *Conc. Tolet.*

1 SEruus ante plenam manumissionem ordinari non debet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Anchar. Hostiens. Butr. Panormitan. Henric. Innoc. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag. 325.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 116.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 1. Decretal. l. 1. tit. 10. cap. 1.*

2 Collige ex text. seruum ordinari non posse. Ratio est, quia non decet seruum ob vilem conditionem euehi & promoueri ad dignitatem sacerdotalem, ne dignitas Sacerdotij paruipendatur; tunc etiam quia homo ordinatur vt nauet operam rebus diuinis, seruus autem non potest rebus diuinis operam nauare, eo quod domino suo inseruire cogatur, vide Gamam *in tr. de Sacr. præstandis vlt. supplicio damnatis, q 5. n. 9* Bonacin. *de censur. disp. 7. q 2. punct. 4. n. 2.* Bellet. *disquisit. cleric. p. 1. tit. de disciplina cler. §. 14. n. 1.* Bernard. & Salzed. *in pract. c. 19. in nouiss edit.* Campan. *in diuersorio iuris Can. rub. 11. c. 8. n. 1.* Huiusmodi verò seruilis conditionis vir si hanc prohibitionem paruifecerit, ausúque temerario ductus, Ordinibus sacris se fecerit insigniri, characterem recipit, Maiol. *de irregul. c. 35. n. 3. vers. prohibentur*, Bernard. *d. c. 19. n. 2.* Greg. de Valent. *tom. 4. disp. 7. q 9. punct 3. §. 2. vers. quintus*, Sayr. *de censur. l. 6. c. 14. n. 2.* peccabit tamen mortaliter, Tolet. *in summ. lib. 1. c 25. num. 1.*

In gloss. *Ingenuitatis*, ibi, *Impropriè tenetur istud verbum. quia ingenuus est, qui statim cum nascitur liber est.* 3 Vide Læli. de Zanchis *in tr. de primit Eccles. c. 34. n. 3. cum seqq.* Campan. *d. c. 8. n. 13.*

SVMMARIVM.

1 *Seruus sine licentia domini ordinatus deponitur, & domino restituitur.*

2 *Seruus dolo aliis ignorantibus ad Sacerdotium promotus, deponitur, & domino redditur.*

3 *Seruus sciente domino, & non contradicente in clericum ab Episcopo promotus libertatem nanciscitur.*

4 *Seruus si fiat religiosus, & profiteatur fraude liberum se esse probans, domino restituitur, & religioni obnoxius manet.*

5 *Serui Ordinibus insigniti, cur domino restituendi sint, ostenditur.*

6 *Serui absque dominorum licentia religionem ingredi non possunt.*

CAP. De seruorum. II.

SErnus calliditate, vel fraude ordinatus deponitur 1 & domino restituitur. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Host. Ioan. Andr. Innoc. Henric. Boich. Anan. Anch. Panorm. Butr. Viu. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 126.* Alagon. *in compend. iuris Canon. pag. 116.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1.* refertur ab Anton. Augustin. *collect. 1. Decretal. lib. 1. tit. 10. cap. 2.*

Collige ex text. quod si seruus ad Sacerdotium pro- 2 motus sit, domino suo & Episcopo ordinatore ignorantibus calliditate, seu dolo, aut malitia serui interueniente à Sacerdotio deponitur, & domino redditur, vt per Trot. *de vero, & perfecto cleric. lib 2. c. 4. n. 3.* Gama *in tract. de Sacram. præstandis vlt. supplicio damnatis, q. 5. n. 9.* Bart. de Vecchis *in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouit. disp. 2. dub. 2. n. 5.* & tunc tenetur continentiam seruare, Sayr. *de censur. lib. 6. c. 14. post n. 5.*

Nisi prius à dominis libertatem fuerint consequuti.] Vel 3 sciente domino, & non contradicente in clericum ab Episcopo fuerit electus, Azor. *inst. mor. q. 1. lib. 1. c. 4. §. si passus, vers item si seruus.*

Qualibet calliditate, vel fraude.] Nota quod si seruus 4 de facto profiteatur, & in sua receptione vsus est fraudibus, vtpotè probando se esse liberum per falsos testes, non obstante professione domino suo erit restituendus, & restitutus erit nihilominus religiosus. & religioni obnoxius quantum in ipso est, vt per

Lud.

Ludou. Miranda *in manuali Prælat. tom. 1. q. 17. art. 2. concl. 3.* ex Sylueſt. *in ſum. verbo, Religio, 2. q. 3.* vide tamen *infra n. 7.*

5 *Et eius dominus eum recipiet.*] Quærit Campanil. *in diuerſorio iuris Canonici, rub. 11. c. 8. n. 11. verſ. poſtremo,* cur ſerui Ordinibus inſigniti ſint domino reſtituendi; cùm ſemel Deo dicatum ampliùs ad vſus humanos transferri minimè debeat, iuxta *reg. ſemel. de regulis iuris lib. 6.* adeò vt qui rem alienam conſecrat, nonniſi ad illius æſtimationem teneatur, *c. comperimus 14. q. 6.* & reſpondet cum *gloſſ. fin in c. frequens 54. diſt.* & Goffred. *in ſumma huius tit.* quòd regula præfata tantùm in rebus inanimatis locum habet, quia in illis conſecratio conſideratur in ſuperficie, ideóque laicus res conſecratas, aut vaſa ſacra tangere nequit, *c. vaſa ſacra, de conſec. diſt. 1.* tum quia in illis non perpenditur dolus, *c. Epiſcopus, 7. q. 1.*

6 In gloſſ. *Deponatur.* Vide circa totius huius gloſſæ interpretationem Campanil. *d. c. 8. n. 5.*

7 In ead. gl. ibi, *ſi verò quis Monachus factus,* &c. Serui abſque licentia dominorum ſuorum Religionem ingredi non poſſunt, *cap. ſi ſeruus, c. generaliſ, 54. diſt. e. ſi quis incognitus 17. quæſt. 2.* Leſſ. *de iuſtit. lib. 2. cap. 16. ſub num. 70.* Campanil. *d. cap. 8. num. 12.* Lud. Mirand. *d. q. 17. art. 2. concl. 1.* Et ideo ſi repetantur intra triennium à dominis ſuis erunt reſtituendi cum omnibus, quæ attulerunt, fide tamen accepta de eorum impunitate, *d. cap. ſi quis incognitus*; ſi verò per triennium perdurauerint in Monaſterio, & profeſſionem emiſerint videntes domino iugum ſeruitutis euadunt, vt per Sylueſt. *verbo, religio 2. q. 3.* Campan. *d. cap. 8. num. 12.* Ludou. Miranda *d. q. 17. art. 2. concl 2.* quod quidem triennium non currit à die ſuſceptionis habitus, ſed notitiæ, & ſcientiæ domini, vt tenent Campan. *d. n. 12.* & Ludou. Miranda *d. art. 2. concl. 4. in fin.* Tamen ſi ingrediantur religionem & profiteantur Monaſterij culpa, quia ſciebat eos eſſe ſeruos, vel neglexit inquirere cùm eſſent incogniti, remanebunt in Religione, ſed Monaſterium ſatisfaciet dominis damnum ſecundùm boni viri æſtimationem, *d. cap. ſi ſeruus*, Campan. & Ludouic. Miranda *locis proximè citatis.*

SVMMARIVM.

1 *Seruus ab Eccleſia manumiſſus ordinari poteſt & quod acquirit, poſt ſuum obitum erit Eccleſiæ manumittentis, quam ſi accuſat, vel contra eam teſtificatur, libertate, & Ordine priuari debet.*
2 *Liberti ob ingratitudinem reuocantur in ſeruitutem.*

CAP. De famulis. III.

1 SEruus Eccleſiæ ab ea manumiſſus poteſt ordinari, ſed quicquid acquiret, poſt eius mortem erit Eccleſiæ manumittentis, quam ſi accuſare, vel teſtificari aſpirauerit, priuatur gradu honoris, & iterum fit ſeruus. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anch. Anan. Hoſt. Henric. Boich. Innoc. Butr. Panorm. remiſſiuè Ximen. *in concord. part. 2.* Viu. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 327.* Alagona *in compend. iur. Canon. pag. 116.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 10. c. 4.* deſumitur ex Conc. Tolet. IV. *c. 73.*

2 *Non ſolùm libertatis beneficio carent,* &c.] Notatur ad hoc quòd liberti ab ingratitudine reuocantur in ſeruitutem, vt per Tiraq. *in l. ſi vnquam, verbo, libertis, num. 31. C. de reuocandis donat.* Surd. *de alimentis, tit. 8. priuil. 65. n. 54. cum ſeqq.* Cened. *practic. & canon. q. lib. 1. q. 16. n. 19.* Sanch. *de matrim. lib. 7. diſt. 24. num. 12.* Azor. *inſtit. moral p. 3. lib. 11. de donation. c. 8. q. 2. verſ. item donatio*, Rebello *de obligation. iuſt. p. 2. lib. 18. q. 9. n. 4.* Cardoſ. *in praxi iudicum, verbo, ſeruitus, n. 54.* Marta *de iuriſd. p. 4. cent. 1. caſu 90. num. 11. cum ſeqq.* nouiſſimè Illuſtr. D. meus Roderic. à Cunha *in comment. ad cap. 4. num. 3. diſt. 54.*

SVMMARIVM.

1 *Dominus in ſeruo, quem manumittit, poteſt ſpirituales operas retinere.*
2 *Seruus domino ignorante aut contradicente Sacris initiatus debet ei ſeruire in obſequiis ſtatui decentibus.*
3 *Seruus inuito aut inſcio domino ordinatus an habeat fori; & Canonis priuilegium, oſtenditur.*

CAP. Nullus. IV. *Ex Conc. apud Altheum.*

SEruus manumiſſus à domino, & ordinatus, ſi non 1
vult in ſuperbiam elatus recitare horas Canonicas domino ſuo, Epiſcopus talem accuſatum poteſt degradare. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Io. Andr. Anch. Butr. Anan. Hoſt. Innoc. Panor. Henriq. Viu. *in ration. primi libri iur. Pontif. pag. 328.* Alagona *in compend iur. Canon. pag. 117.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 1.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 3. Decret. lib. 1. tit. 10. c. 3* & Burchard. *lib. 2. c. 234.* Ion. *part. 6. cap. 302.*

In gloſſ. *Degradatur, fin.* ibi, *quòd ſi domino ignorante* 2
ſeruus ſacerdos factus fuerit, debet reddi domino vt ſeruiat ei in diuinis. Notatur ad hoc quòd ſi domino ignorante, aut contradicente ſeruus Sacris initietur, debet ſeruire etiam Sacerdos in obſequis ſtatui decentibus, vt per Henriq. *in ſum. p. 2. lib. 14. c. 8. §. 7 in princ.* vide dicta *in collect. ad cap. 2. n. vltim. de ſucceſſ. ab inteſt.*

In ead. gloſſ. ibi, *& nullo priuilegio clericali gaudebit.* Notatur ad hoc quòd ſeruus promotus ad minores inuito aut inſcio domino, ac propterea illi reſtitutus repuratur pro mero laico, & carere debet tum fori priuilegio, tum altero Canonis *ſi quis ſuadente 17. q. 41.* vt per Maiol. *de irregul. lib. 1. c. 35.* contra quem meritò inſurgit Campan. *in diuerſorio iuris Canon. rub. 11. c. 8. n. 6.* poſt Sayr. *de cenſur. lib. 6. c. 14 n. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Spurij, & ſerui ordinari non debent.*
2 *Liberti non ſunt ordinandi niſi fuerint directè manumiſſi.*
4 *Spurius quis dicatur, oſtenditur.*

CAP. Conſuluit. V. *Alex III.*

SPurij & ſerui ordinari non debent. Colligunt ex 1
Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Anchar. Bellam. Ioan. Andr. Hoſt. Innoc. Panorm. Anan. Butr. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag. 328.* Alagona *in compend. iur. Canon. pag. 117.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 1.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 10. c. 5.* & eſt poſt Conc. Lateranen. ſub Alex. III. *part. 26. c. 19.*

Neque ſeruos ordinare debes.] Notatur ad hoc quòd 2
ſerui non ſunt ordinandi, vt per citatos *ſup.* ad *cap. 1. hoc*

hoc tit. Amplia in libertis, nisi fuerint manumissi directè, & sine obsequio, Henriq. *in sum. lib. 12. c. 8. §. 7. in com. lit. K.* Marta *de iurisd. p. 4. casu 90. n. 14.*

3 *In consecratione tibi dictum fuit*, &c.] Vide Campan. *in diuers. iur. Can. rub. 11. c. 8. n. 1.*

4 In gloss. *Spurios*, ibi; *Spurius est, cui pater est vulgus*, &c. Spurij in duplici sunt differentia, alij enim sunt qui patrem certum non habent, vt sunt nati ex meretricibus, vel aliis cum quibus multi habent consuetudinem, & omissis variis etymologiis, de quibus Rojas *in Epit. successionem, c. 1. n. 11. & c. 19. n. 1.* dicuntur à duabus literis S.P. quibus à Romanis significabantur, quasi sine patre filij, vt docet Iustin. *in §. aduersus, Inst. de nupt.* & ex Theoph. Plutarcho, Budæo & aliis explicat Cou. *de sponsa. p. 2. c. 8. §. 5. in princ.* Paleot. *de nothis, & spuriis, c. 16. n. 4.* Rojas *d. c. 19. n. 6.* Cernantes *l. 9. Tauri, n. 19.* Salotz. *de parricid. lib. 2. c. 10.* Alij verò sunt qui patrem certum habent, sed quem legibus habere non licet, vt nati ex his, quos matrimonium contrahere lex vetat, veluti ex consanguinei, aut vxoratis, vel voto solemni obstrictis, quam differentiam ponit text. *in l. vulgo concepti, ff. de statu hominum.*

SVMMARIVM.

1 *Seruus Ecclesiæ manumissus ab ea vt fiat clericus, & ipsi Ecclesiæ perpetuò seruiat in diuinis, ad aliam Ecclesiam se transferre non potest, secus si purè fuerit manumissus.*
2 *Declaratur text. in præsenti.*
3 *Declaratur text.* in c. 2. de cond. appos.

CAP. Eo libentius. VI. *Innoc. III.*

1 SErui Ecclesiæ si manumittuntur, & ordinantur ea conditione, vt perpetuò inseruiant illi Ecclesiæ in officiis, non possunt ad alias Ecclesias transire, secus si absolutè manumittuntur. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Innoc. Butr. Panorm. Viu. *in ration. primi libri Iuris Pontif. pag. 328.* Alagona *in compend. iur. Canon. pag. 117.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 3. Decret. lib. 1. tit. 15. c. vnic.*

2 Dubius est text. hic quatenus videtur decidere dari libertatem pro re spirituali, contra text. *in c. vlt. in fi. de pactis*, sed vt ibi respondet communis olim Præceptor in Conimbricensi Academia iuris Pontificij insignis Professor D. Ludou. Correa, conuentio hîc facta fuit sub illa forma vt seruus manumittatur ea conditione vt factus clericus maneat in famulatu Ecclesiæ, & ita obligatio manendi in seruitio cadit super libertate concessa, nec tunc libertas datur pro re spirituali, sed magis pro obligatione perpetuò ibi manendi, & primandi se facultate eundi in alium locum.

3 In gloss. *Eo tenore*, ibi; *& infr. de cond. appos. c. 2.* Aduerte in terminis Illius text. conditionem seu modum de ingrediendo Religionem adiectum libertati ideo non improbari, quia pro subsistentia non requirebat partis acceptationem; quòd autem is modus non requirat prædictam acceptationem ex eo patet, nam adiectus fuit manumissioni proprij serui, ac proinde sicut libertas data proprio seruo statim suum habet effectum antequàm à parte acceptetur, *l. 2. C. de manum.* ita idem de modo adiecto omninò dicendum erit, *reg. accessor. de reg. iur. in 6.* Cùm igitur modus ille de ingrediendo Religionem absque partis acceptatione suam habet vim, rectè fit vt quantumcunque circa spiritua-

le versetur improbari non debeat, quem intellectum præstitit olim præceptor colendissimus D. Emm. Soar. *in suo eleganti tr. de leg. manuscript. in com. ad c. quam pio 1. q. 2. art. 3. concl. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Ius quod est de seruo facto Diacono etiam de Subdiacono debet intelligi.*
2 *Subdiaconatus ordine initiatus eximitur hodie à seruitute.*

CAP. Miramur. VII.

1 FSt idem ius de seruo facto Diacono, & de seruo facto Subdiacono. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Butr. Ioann. Andr. Innocent. Anania, Panorm. Hostiens. Anchar. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag. 329.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 117.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

2 Quia olim qui ordine Subdiaconatus initiatus erat, non vtique eximebatur à seruitute, *c. ex antiquis 54. dist.* quandoquidem inter sacros Ordines nondum numeratus erat; cœpit enim à const. Greg. I. *in c. ante triennium 31. dist.* & Vrbani I. I. *in c. erubescant 32. dist.* esse sacer Ordo, & habere sibi annexum perpetuæ continentiæ votum, Azor. *inst. mor. p. 1. lib. 13. c. 13. q. 2.* ideo iure merito Innoc. I I I. *in præsenti dictam c. ex antiquis*, extendendum censuit ad insignitum Subdiaconatu, ita Campan. *in diuersorio iuris Canon. rub. 13. c. 8. num. 1. in fine.* 3

SVMMARIVM.

1 *Natus ex patre seruo, & libera matre potest Ordinibus donari, & n. 2.*
3 *Partus sequitur ventrem.*

CAP. Dilectus. VIII. & fin. *Greg. IX.*

1 FIlius natus ex seruo & libera, est liber, & licitè promouetur. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Host. Ioan. Andr. Anch. Henric. Butr. Anania, Innoc. Panorm. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag. 329.* Alagona *in compend. iuris Canonici, pag. 117.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Cardin. Tolet. *instruct. Sacerd. lib. 1. c. 59. §. 1.* Illustr. D. meus Roder. à Cunha post primam huius libri impressionem à me visus *in com. ad c. 1. n. 2. in fin. dist. 54.* Paleoth. *de nothis, & spuriis c. 15. n. 4* Læli. de Zanchis *in tract. de priuil. Eccles priuil. 3. 4. n. 14.* quos refert & sequitur Campan. *in diuersorio iuris Canonici, rubr. 11. c. 8. n. 10. vers. vt tamen.*

Cuius debet imitari conditionem.] Notatur ad hoc quòd seruus fit ratione seruitutis maternæ, non autem paternæ, nam partus sequitur ventrem, Sanch. *de matr. lib. 7 disp. 24. n. 5. & 8.* Ant. Picard. *in tract. de nobilit. communicatiua, n. 12.* Vide ad *c. 2. in gloss. de coniug. serv.*

In gloss. *Mater*, ibi, *Deteriorem partem sequatur, id est, debiliorem.* Sequitur Abb. *hîc*, & Sylu. *verbo, seruitus, n. 4. vers. nec obstat*, Campan. *d. n. 10. in fine.*

De

De Obligatis ad ratiocinia ordinandis, vel non.

TIT. XIX.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Anchar. Panorm. Butr. Petr. de Rauenna *in compendio iuris Can.* Martin. Mesnartius *in epitome Decret. fol.* 23. Daniel Venator. *in analysi methodica iuris Pontific. pag.* 80. Goffred. & Host. *in summa huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in summa ad quinque libros Decret.* Petr. Alphons. de Vasconcel. *in harmonia rubr. iuris Canon.* Barthol. Carthag. *in expositi. titulorum iuris Canonici*, nouissimè Ioan. Honor. *lib.* 1. *summ. in Decretal.* omnes *sub hac rub.*

De materia huius tit. tractarunt Syluest. Ang. Tabien. & alij Summistæ, *verbo*, *Ratiocinium*, Guillelm. Durand. *in speculo iur. l.*4. *sub hoc tit.* apud Hispanos *l.*2 3. *tit.*6. *p.*1. Alber. *in suo dictionario, verb. Obligatus ad ratiocinia*, Salzed. ad Bernard. *in pract. c.*20. *in nouiss. edit.* Borgas. *de irreg. in rubr. de obligatis ad ratiocinia*, Maiol. *eod. tract. lib.*2. *c.*11. *n* 13 *cum seq.* Soar. *tom.*5 *de censuris, disp.*51. *sect.*3. Cur. Philippica *p.*2 *lib.*2 *c.*9. *n.*7. *cum seqq.* Muños de Escobar *de ratiociniis administrandis, cap.*4. Bellet. *disquisit. cleric. part.*1 *tit. de disciplina cleric.* §. 11. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*30. *à n.*65. Campan. *in diuersorio iuris Canon. rubr.*11. *c.*9. nouissimè Illustrissimus D. meus Roderic. à Cunha post primam huius libri impressionem à me visus, *in comment. ad c.*1. 53 *dist.*

SVMMARIVM.

1 *Obligatus ratiociniis deposito onere, & reddita ratione ordinari potest, non verò prius.*
2 *Obligatus ad reddendam rationem alicuius administrationis non ante, sed post redditas rationes ordinari potest.*
3 *Ratiociniis implicati propter administrationem rerum singularium etiam post redditas rationes promoueri non possunt, si super eis lis mota sit.*
4 *Ordines sacros recipere potest, qui grauatus est debito sine aliqua administratione contracto.*
5 *Ordinibus initiari non prohibetur administrator rerum Ecclesiasticarum, aut miserabilium personarum.*
6 *Ratiociniis publicis adstrictus si fideiussores præstiterit, ordinari potest.*
7 *Clericus in aliquo licèt minori Ordine constitutus, licèt sit tutor, curator, aut aliam administrationem habeat, ad altiores Ordinum gradus ascendere poterit.*
8 *Ratiociniis obligati qualiter per constitutionem Sixti V. prohibeantur ordinari, & Religionem ingredi, ostenditur.*

CAP. Magnus, I. *Conc. Carthag.*

1 OBligatus ad ratiocinia vt procurator, actor, &c. ordinari non potest nisi post onus curæ depositum, & reddita ratiocinia. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Innoc. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Henric. Butr. Anch. Host. Panorm. Viu. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 330. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.*117. remissiuè Ximen. *in concord. p.*1. *&* 2. desumptus est ex Concil. Carthag. I. *cap.*8. Burch. *l* 2. *c.*36. Iou. *p.*6. *c.*137. refertur ab Anton Augustin. *collect.* 1. *Decret. lib.*1. *tit.*11. *cap* 1.

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Salzed. 2
ad Bernard. *in pract. cap.*20. *num.*1. Henriq. *in sum. lib* 14. *cap.*5. §. 5. Nau *cons* 1. *alias* 4. *n.*7. *de Regular.* Muños de Escobar *de ratiociniis, c* 4. *n.*1. *cum seqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.*30. *n.*65. *& seqq.* Curia Philip. *part.*2. *lib.*2. *cap.*9. *n.*7. *cum seqq* Bellet. *disquisit. clerical. p.*1. *tit. de disciplina cleric.* §. 11. *à n*°. Campan. *in diuers. iur. Canon. rubr.*11. *cap.*9. *n.*2. *&* 3. Bonacina *de censuris, disp.*7. *q.*2. *punct.*5. *num.*2. *vers. quarto*, vbi *in vers. quinto*, asserit ad reddendam rationem administrationis publicæ obligari Thesaurarios, aut Depositarios æris publici, Aduocatos, Magistratus, Iudices, &c. ad reddendam verò rationem administrationis priuatæ obligari illos, qui gesserunt administrationem alicuius personæ sæcularis, vt sunt Tutores, Procuratores, Curatores, &c.

Amplia vt ratiociniis implicati propter administra- 3
tionem rerum singularium personarum non solùm promoueri nequeunt dum gerunt, exercentque officium, sed etiam expleta administratione & officio, si de dolo in administratione, vel redditione computorum perpetrato lis aliqua mota esset, vel in procinctu esset vt moueretur, tunc enim ante litis exitum promoueri non potest, immo si de facto promoueretur, dignus esset depositione, etiamsi postea in causa vinceret, glos. *verbo*, *obrepsit in cap. tantis Daniel*, & *ibid.* Archid. 81. *dist.* Maiol. *de irregul. lib.*2. *c.*11. *num.*4. *vers. in priuatis*, Salzed. *d. c.*20. *num.*3. Campan. *d. c.*9. *num.*3.

Limita primò in eo, qui grauatus est debito sine 4
aliqua administratione contracto, veluti ex mutuo, locatione, vel emptione, aut similibus aliis contractibus, nam obligatione, vel lite pendente ab Ordinibus sacris minimè arcetur, vt per Abb. *hic q. anteper.* Salzed. *d. c.*20. *n.*4. *vers. inter*, nisi maximo ære alieno grauatus in bonis non habeat vt debitis satisfaciat, Campanil. *d. c.*9. *n.*9.

Secundò limita in eo, qui rerum Ecclesiasticarum, 5
aut miserabilium personarum, vel cuiuslibet alterius piæ causæ, vel priuatæ administrator fuerit, quia administratione pendente Ordinibus initiari non prohibetur, *c. vlt.*80. *dist. c. indicatum* 89. *dist. l.*23. *tit.*6. *p.*1. Bellet. *d.* §.11. *n.*5. Salzed. *d. c.*20. *n.*5. *vers. item*, Campan. *d. c.*9. *vers. prædicta autem prohibitio.*

Tertiò limita in eo, qui publicis ratiociniis adstri- 6
ctus fideiussores præstiterit, vt per Abb. *hic n.*10. Gregor. *l.*23. *verbo, no se puede ordenar*, *tit.*6. *part.*1. Maiol. *de irregul. lib.*2. *c.*11. *n.*14. subdens hoc procedere si fideiussor constituat se principalem, ita vt possit ante principalem debitorem conueniri, Salzed. *d. c.*20. *n.*6. Campan. *d. c.*9. *n.*12. vbi *n.*13. cum Maiolo *d. c.*11. *n.*13. resoluit hæredem obligatum ad reddendas rationes detineri Ordinibus insigniri.

Quartò limita in eo, qui in aliquo licèt minori con- 7
stitutus Ordine, alicuius etiamsi laicalis personæ tutor, curator, aut generalis quomodolibet fuerit administrator, tametsi nondum cœptum sit de administratione ratiocinari, ad altiores enim Ordinum gradus ascendere poterit, vt per Ioan. Fab. *in l quisquis*, *n.*8. *C. de Episcopis, & cleric.* Campan. *d. c.*9. *n.*11.

Circa volentes ingredi Religionem emanauit con- 8
stitutio Sixti V. incip. *Cum de omnibus*, dat. Romæ *Kalend. Decembris* 1586. Pontificatus sui anno III. qua constitutum est ne ratiociniis obligati, & qui

ta ipsis reddentis sunt obnoxij, vt ex eorum ingressu in religionem quælibet lis, iniuria, siue molestia timeatur, possint religionem ingredi, nec in ipsa profiteri, & si in contrarium fiat professio, erit nulla, cuius verba, quæ ibi ad hoc propositum ponuntur, sunt quæ sequntur. *Auctoritate Apost. perpetuo statuimus & ordinamus vt huiusmodi ære alieno supra vires facultatum suarum grauati, vel reddendis rationibus obnoxij; & obligari nullatenus recipiantur, & supor hoc fiat informatio*, &c. *& omne in contrarium factum irritamus, & annullamus, viribúsque & effectu currere decernimus.* Quæ constit. cùm nullum discrimen constituat inter publica, vel priuata ratiocinia, de omnibus generaliter est intelligenda, arg. *l. de pretio, ff. de publiciana in rem action.* resoluunt Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 3. q. 10. artic. 11.* Ludou. Miranda *in man. prælat tom. 1. q. 17. art. 6.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 4. c. 19. n. 29.* Soar. *tom. 3. de Relig. lib. 5. c. 7. n. 20.* Bart. de Vecchis *in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouit. disp. 1. dub 15. n. 3.* Salzed. *d. c. 10. in fin.* vbi etiam aduertit quòd si patrimonium, illius qui profiteri vult, longa administratione superat, nec rationes ita inuolutæ sunt vt molestia aliqua quovis quæsitò colore inferri non possit, non præstaret hoc impedimentum ad religionem profitendam; additque idem Salzed. prædictam constit. locum non obtinere quando ante religionis ingressum sufficiens cautio præstaretur, qua fideiussores se ad reddendas rationes obligarent, sicut principales debitores.

9 Prædicta quoque constit. in citatis verbis decidens ne onustus, seu grauatus debitis possit aliquam religionem intrare, non habet locum in debitis incertis, & indeterminatis, quorum dominus sciri, & inueniri non potest, & in eo qui grauatus debitis omnibus suis bonis cedit; sed quia circa eius interpretationem multa à Doctoribus non inutilia adducuntur, qui ea ad longum edíscere velit, videat Nau. *in com. 1. de Reg. n. 7. vers. quartum & com. 2. n. 42. & n. 60.* Muños de Escobar *d. c. 4. n. 3. cum seqq.* Azor. *inst. mor. p. 1. lib. 12. c. 1. q. 5.* Fr. Emman. *q. Reg. tom. 2. q. 61. art. 6. & tom. 3. q. 10. art. 9. & 54.* Sayr. *in claui Regia lib. 10. tract. 5. c. 7. n. 13. cum multis seqq.* optimè Lud. Miranda *in manuali Prælat. tom. 2. q. 17. art. 6. & 7.* latè Sanch. *in Decalog. lib. 4. c. 19. n. 19. cum seq* Campan. *d. c. 9.* vbi *n. 13.* cum Carol de Tapia *ad auth. ingressi, verbo, ingressi, c. 8. n. 7. C. de sacrosc. Eccles.* resoluit hæredem debitoris non posse profiteri quovsque reddiderit ratiocinia, sicut nec defunctus quibat, cuius est hæres.

De Corpore vitiatis ordinandis, vel non.

Tit. XIX.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. antiq. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Panormit. Butr. Guillelm. Durand. *in breuiario aureo iuris Canonici, fol. 28. verso*, Petr. de Rauenna *in compendio iuris Canon.* Martin. Mesnart. *in epitome Decretalium, fol. 23. vers.* Daniel Venator. *in analysi method. iuris Pontificij, pag. 83.* Goffred. & Host. *in summ. huius tit.* Alexand. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque lib. Decret. sub* Petr. Alphons. de Vasconcel. *in harmonia rubr. iur. Canon.* Barthol. Carthag. *in exposit. titulorum iuris Canon.* & nouissimè Ioan. Honor. *lib. 1. summa in Decretal.* omnes *sub hac rub.*

De materia huius tit. scripserunt Angel. Sylvest. Rosel. Tabien. & Armil. *verbo corpore vitiatus*, & apud Hispanos *l. 25. tit. 6. p. 1.* Borgas. *tract. de irreg. tit. de corpore vit.* Cou. *in Clem. si furiosus, p. 1. in princ. à n. 5. de homicid.* Albert. Trot. *de vero, & perfecto clerico, l. 2. c. 16.* Villadieg. *de irreg. c. 11. de corpore vit.* Mandos. *de signatura gratiæ, eod. tit.* Felician. *de censur. tit. de irreg. c. 16.* Maiol. *de irreg. lib. 1. ex c. 14. vsque ad c. 26. & lib. 2. c. 16. & 18.* Llamas *p. 1. method. c. 12. ex §. 4.* Aragon. *2. 2. q. 65. art. 1.* vbi Salon. *controu. 4.* Salzed. ad Bernard. *in pract. canon. c. 17 in nouiss. edit.* Nau. *tom. 1. consil. sub hoc tit* septem ponit consilia, & Sayr. *in floribus decis. sub eod. tit.* quatuor collocauit decisiones, Rebuff. *in praxi tit. de dispens. cum corpore vitiatis*, Viuald. *in candelabro aureo, tit de irreg. ex vitio corporis*, Molina *de inst. tract. 3. disp. 70.* Bellet. *disquisit. cleric. p. 1. tit. de disciplina cler. c. §. 7.* Nicol. Garc. *de benef. part. 7. c. 12. de corpore vitiatis*, Vgolin. *de irregular. c. 46. vsque ad 55.* Valent. *tom. 4. disp. 7. q. 19. punct. 3. de secunda specie* Sayr. *de censuris, lib. 7. c. 7. 8. & 9* Iacob. de Graffis *in decis. aureis, lib. 4. c. 27. n. 39. cum seqq.* Henriq. *in summa lib 14. c. 8.* Auila *de censur. p. 7. disp. 3.* Soar. *eod. tract. disp. 51. sect. 2.* Villalob. *part. 1. sum. tract. 21. diffic. 35.* Ægid. de Coninch. *tom 2. disp. 8. dub. 14.* Fr. Emman. *in summa tom. 1. cap. 158. quæst. Regular. tom 1. quæst. 24. artic. 3.* Campan. *in diuersorio iuris Canon. rubr. 11. c. 17.* Ludou. Mirand. *in man. Prælat. tom. 2. quæst. 8. artic. 3.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30 à n. 44.* Bonacina *de censur. disput. 7. quæst. 2. punct. 1.* latè & eleganter Illustriss. D. Roderic. à Cunha post primam huius libri impressionem à me visus, *in comment. ad Decretal. dist. 55.* Paul. Layman. *in Theolog. moral. lib. 1. tract. 5. p. 5. cap. 7.*

SVMMARIVM.

1 *Presbyter qui in duello digiti partem amisit ex dispensatione proprij Episcopi potest in suo Ordine ministrare.*

2 *Digito carens Ordinibus initiari potest, dummodo necessarius non sit ad consecrationem.*

3 *Pollicis pars si desit quando inducatur ex hoc irregularitas, ostenditur.*

Cap. De Presbytero. I. *Innoc. III.*

PResbyter, qui duellum obtulit, vel oblatum accepauit, si in eo amisit partem digiti, itavt sine scandalo possit solemniter celebrare, Episcopus potest dispensare, vt in suo Ordine ministret. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Ioan. Andr. Bellam. Innoc. Anch. Host. Panorm. Anan. Butr. Viu. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 331.* Alagon. *in compend. iuris Can. pag. 118.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 3. Decret. lib. 1. tit. 12. c. 11.* & est post Conc. Lateranen. sub Alexandr. III. *p. 26. cap. 6.* 1

De digito &c.,] Aduerte carentem digito sinistræ manus, Ordinibus initiari posse, vt probat *c. lator. 55. dist.* tum etiam dexteræ, vt *in ibi* glos. dicit, dummodo illius carentia in alterutra nec magnam operetur deformitatem, nec aliquis ipsorum sit, qui perneccssarius est ad consecrationem, sicut pollex, aut index, quorum altero si quis careat sit irregularis, Borg. *de irreg. tit. de corpore vit. n. 4.* Salon. *in 2. 2. D. Th. q. 95. art. 1. contr. 4. conc. 2.* Sayr. *de cens. l. 6. c. 15. post n. 12.* Bellet. *disquisit.* 2

3 *disquisit.cleric.p.1. tit.de disciplina cler.§.7.n.18.* Vnde si pars pollicis desit, & notabilem defectum non producat, neque Hostiam frangere impediat, itavt sine scandalo possit solemniter celebrari, minimè inducit irregularitatem, dummodo nulla eiusdem præcesserit culpa. Salon.*d.controu.4.concl.2.* Nau. *cons.1. n.1.sub hoc tit.* Sayr.*in florib.decis.sub eod.tit.decis.1.* Bellet.*d.§.7.n.19.* Campan.*in diuers.iuris Canon. rubr.11.c.17.n.112. vers. quinimo*, quos ipse refero *de offic.& potest.Episc.p.3.alleg 42.n.28.& 20.*

SVMMARIVM.

1 *Maculam in oculo habens, quæ non inducit magnam deformitatem, etiam ad Episcopatum poterit promoueri.*
2 *Oculi macula, quæ non inducit magnam deformitatem, nec scandalum parit in populo, non excludit quem à clericatu, nec ab Episcopatu.*
3 *Verba*, quod exinde visum fuerit, *arbitrium boni viri important, non autem liberam voluntatem.*
4 *Episcopi est determinare quando dubitatur sitne talis corporalis morbus, vel defectus, qui ordinis executionem impediat, vel scandalum gignat.*
5 *Episcopi arbitrio remittitur quod dicatur modicum vitium, quæ notabilis deformitas, etiam respectu regularium.*
6 *Irregularitatem non incurrit, qui habet oculum altero maiorem.*
7 *Iudicis arbitrio relinquitur, quod dicatur modicum vitium.*

CAP. Cùm de tua. II.

1 HAbens maculam in oculo, quæ non inducat magnam deformitatem, nec scandalum pariat in populo, non excluditur à clericatu, nec etiam ab Episcopatu. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Host. Anch. Bellam. Io. Andr. Innoc. Panorm. Anan. Butr. Viu. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.331.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.118.* remissiuè Ximen. *in concord. p.1.* refertur ab Ant. Aug. *collect.1. Decret. lib.1. tit.12.c.3.* & est post Conc. Later. sub Alex. III. *p.40. cap.3.*

2 Hanc eandem concl. hoc text. desumit Seraph. *Rotæ decis. 625. incip. dubitatum fuit, num. 3.* quem refero ego ipse *de officio, & potest. Episc. p. 1. alleg 42. num.30.*

3 *Quod exinde visum fuerit.*] Aduerte hæc verba importare arbitrium boni viri, non autem liberam voluntatem, Menoch. *de arbitr. lib.1.q.8.n.1. cum seq.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel.§.7. proœm.n.112.* Fr. Emman. *q. Reg. tom.2.q.119. art.3. vers. ex quibus.*

4 *Exequatur.*] Notatur ad hoc quod quando dubitatur sitne talis corporalis morbus, vel defectus, qui Ordinis executionem impediat, vel scandalum gignat, Episcopi est determinare, Cou. *in Clem. si furios. de homicid. in initio, p.1.n.5.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœn. lib.30.n.45.* Nau. *cons.1.n.3. sub hoc tit.* Auila *de censur p.7. disp.3. dub.2.* Bonac. *eod tract. disp.7.q.2. puncto 2. n.36. in fine.* Ego ipse *d.alleg.42.n.60.* Campan. *in diuers. iuris Canon rubr.11.c.17.n.82. cum seq.* Remittitur enim arbitrio Episcopi quod dicatur modicum vitium, quæ notabilis deformitas, Menoch. *cons.96.n.30. & 31. & de arbitr.casu 226.n.7.& 8* Seraph. *d.decis.625.n.4.* Henriq. *in sum. lib.14.c.8.§.1.* Salzed. ad Bernard. *in pract.c.17. n.16.* Bellet. *disquisit.cleric.p.1. tit.de disciplina cler.§.7. n.26.* Et respectu Regularium quod ad eundem Episcopum id declarare competat, non autem ad Superiores Regulares, nisi eisdem expresè à Sede Apost. delegaretur, tenent Henriq. *d.§.1. vers. secundo*, Fr. Emm. *q. Reg. tom.1.q.24. art.4.* Campan. *d.c.17. n.204.* Sylvest. *verbo, corpore vitiatu, n.1.* Nau. *in man.c.27.n.200* quicquid dicat Lud. Miranda *in manual. Prælat. tom.2.q.8. art.3. concl.1. in med.*

In glos. *Visum fuerit*, vlt. ibi, *Item pone quod habent* 6
vnum oculum minorem alio, &c. Notatur ad hoc quòd irregularitatem non incurrit qui habet oculum altero maiorem & grossiorem, vt per Abb. *hic n.3. vers. quærit glossa*, Sylvest. *verbo, corpore vitiatus n.5. vers. si vero*, Campan. *d.c.17.n.75.* vbi cùm Nau. *in man.c.27. n.199.* id intelligit quando notabilem deformitatem eius magnitudo non producit.

In ead. glos. ibi, *Vnde arbitrio istorum relinquitur*, No- 7
tatur ad hoc quod iudicis arbitrio relinquitur quod dicatur modicum vitium, vt per Menoch. *de arbitr. casu 226.n.7.* & 8. Bart. de Vecchis *in praxi nouit. disp.5. dub.6.n.2. in fin.*

SVMMARIVM.

1 *Sectus in cunabulis, vel ex iusta causa faciens sibi virilia abscindi, licitè promouetur.*
2 *Permittentes se castrari fiunt irregulares.*
3 *Castratus non sponte, sed casu, propria tamen ad id interueniente culpa, non potest fieri clericus.*
4 *Eunuchi, & spadones possunt Ordines assumere, & beneficia obtinere.*
5 *Castratus per insidias hominum, aliquámve persecutionem potest etiam in Episcopum eligi.*
6 *Clericus fieri non potest, qui semetipsum ascidit ex indignatione.*

CAP. Ex parte. j. III. *Clem. III.*

SEctus in cunabilis, vel ex iusta causa faciens sibi 1
virilia abscindi, licitè promouetur, & in Ordine ministrare potest. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Bellam. Io. Andr. Innoc. Host. Butr. Collect. Anan. Anchar. Panorm. Cened. *collect.69.* Viu. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 332.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.118.* remissiuè Ximen. *in concord. part.2.* refertur ab Anton. August. *collect.2. Decret. lib.1. tit.10. cap.1.*

Qui se ipsos sani abscinderint, &c.] Notatur ad hoc 2
quod permittentes se castrari, vel sponte se castrantes fiunt irregulares, nec possunt fieri clerici, Rebuff. *in praxi benefic. tit. de dispensat. cum corpore vit.n.15. & 16.* Bellet. *disquisit. clerical. part.1. tit. de disciplina clericali*, § 7.*n.12.* Ego ipse *de offic. Episc. p.2. alleg 42. n.13.* Quod ampliatur etiam ad illum casum, quo ali- 3
quis non sponte, sed casu, propria tamen id interueniente culpa sectus, vel castratus fuerit, is enim non potest fieri clericus, Cou. *in Clem. si furiosus, de homicid.p.1. in princ.n.6.* Rebuff. *d.tit. de dispens. cum corpore vit.n.16.* Vinald. *in candelabro aureo, tit. de irreg. ex vitio corporis à n.174.* Henriq. *lib.14.c.8. §.1.* Cened. *ad Decret. collect. 69.n.1* Veluti si alicui fuerint abscissa virilia ab adulteræ marito vlciscente iniuriam, quia ipsum inuenit cum sua vxore coire, Cou. *vbi proximè*, Villadieg. *in tract. de irreg. tit. de corpore vit. col.2.* Vgol. *de irregul.c.51.n.3.* Soar. *tom.5. disp.51. sect.2. numero 8.* Sayr. *de censur. lib.7. cap.7. numero 12. & 13.* Molina *de iustitia, tract.3. disp.70. n.18.* Campan. *in diuersoria iuris Canonici, rub.11.c.17.n.11.* Aut si cognouit carna-

carnaliter mulierem habentem morbum gallicum, ex tuius contagione amisit membrum genitale, attento quod ex hoc id solet succedere, nisi ignoranter tam cognouisset, quam sanam putabat, Fr.Emm. *tom.1.c.158.n.7.*

4 *Eunuchus.*] Notatur ad hoc quod eunuchi, & spadones possunt Ordines assumere, & beneficia obtinere, vt per Rebuff. *in com.ad l spadonum 128.vers. qui spadones, ff.de verb.signif.pag.*487.

5 *Si per insidias hominum factus*, &c. Notatur ad hoc quod si per insidias hominum, aliquamve persequtionem alicui fuerint abscissa virilia, aut ita sit ille natus, etiam poterit in Episcopum eligi, vt per Campan. *d.c.17.n.16.*nec oportebat illa arefacta secum portare; error enim est vulgi opinantis eum celebraturum teneri virilia arefacta, & in pulverem redacta secum deferre, namque re vera ad id minimè constringitur, vt per *gloss.vlt.in c.eunuchus 55.dist.*Anch. *hic*, & Abb. *n.6.* Host. *in c.vlt.inf.hoc tit.* Nau. *in man.c.27.n.200.* Albert.Trot. *de vero & perfecto cleric.lib.2.c 16.n.8.*Sylvest. *verbo, corpore vitiatus, n.3.vers.nec est necessarium*, Plac. *in epit delict.lib.1.c.25.n.1.*Bellet. *d.*§.7 *n.17.*Campan. *vbi proximè*, Cened. *ad Decret.collect.69.n.2.*Salzed.ad Bernar *l.in pract.c.17.n.13.*

6 In gloss. *Abscinderint*, ibi, *Ex indignatione.*Notatur ad hoc quod non potest fieri clericus, qui semetipsum abscidit ex indignatione, vt per Bellet. *d.* §.7. *n.9.* Campan. *d.c.17.n.32. & 33.* Vtrùm autem qui ex indignatione, aut impatientia sibimetipsi dentem euulsit, excusitque, possit ab Ordinibus repelli, quæstio est non contemnenda, in qua si notorium sit hanc euulsionem ex indignatione processisse, non de facili esse Ordines concedendos tenent Sylvest. *verbo, corpore vitiatus, n.5.* Maiol. *de irreg. l.1.c.24 vers.quod ita*, Henriq. *lob.14.c.8.* §.2.*in fine.* Sed ab Ordinibus non repelli institùs tuentur Abb. *hic* post *n.5.* Sayr. *de censuris lib.6. c.8. num.16.* Viuald. *p.2. tit. d. irregular. n.155.in fin.*Bonacina *de censuris, disp.7.q.2. punct.2. num.6.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopus auctoritate Papæ dispensare potest cum Sacerdote, qui ex deuotione amputauit sibi virilia, vt exerceat suum officium præter Altaris ministerium.*

2 *Castrans se, vt euitet lubricum carnis non potest promoueri.*

3 *Dispensare an possit Episcopus in irregularitate, quæ prouenit ex vitio corporis, ostenditur.*

Cap. Significauit. IV.

1 SAcerdos, qui sine causa virilia sibi fecit abscindi, credens inde mereri, de dispensatione Episcopi suũ officium præter Altaris ministerium poterit exercere.Colligunt ex Ord.Abb.antiq.Zabar.Collect.Bellam.Io.Andr.Innoc.Butr.Anan. Panorm. Host. Anch. Viu.*in ration. primi libri iur. Pont. pag.*332. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.*118. remissiuè Ximen. *in concord.p.1.& 2.*

2 Collige ex text. quod castrans se vt euitet lubricum carnis non potest promoueri, vt per Rebuff. *in praxi tit. de dispens. cum corpore vitiatis, n.15. & 16. & in comm ad l.spadonum 128. vers. si tamen aliquis, ff. de verborum signif. pag.* 487. Amescu. *de potestate in se ipsum, lib 1.cap.20.à n.16.*Bellet. *disquisit clerical.p.1. tit. de disciplina clericali*, §.7.*num.12.* Non enim per abscissionem corporis à Deo plasmati existimare debent posse à se carnales concupiscentias amputare, sed per disciplinam religionis, vel abstinentiæ. Vnde illud *Matth.19.* quatenus dominus noster dicit esse eunuchos, qui se castrauerunt propter regnum Dei, est intelligendum de eunuchis spiritualiter, id est de his, qui abstinent perpetuò à concubitu fœminarum, provt interpretantur D. August.& alij Sancti Patres, quos referunt Cou. *in Clem. si furiosus, de homicid.p.1.in princ. n.6. vers. quinto*, Salzed. ad Bernard. *in pract.cap.17. num.9. in nouiss. edit.* Bellet. *d.* §. 7. *numero 13.* Campan. *in diuersorio inris Canonici, rubr. 11. cap 17. n.12.* vbi etiam secundùm Chrysost. quem refert Sot. *l.5. de iustit.q.2.art.1.in fine*, dicit intelligi posse de his, qui non per membrorum abscissionem, sed malarum cogitationum interemptionem se castrauerunt, verè enim carni repugnare nescit, qui non ad ieiunia, flagellationes, humi cubationes, frequentiam confessionis, & augustissimæ Eucharistiæ, sed ad amputanda virilia confugit, cùm certum sit eunuchos libidine magis incendi, vt docent Greg. Theolos. *syntagm. iuris p. lib.7. cap.2.* Sayr. *de censur. lib. 6. cap.7. n. 12.* Et aduersùs dicentes ad bene seruiendum Deo requiri vt quis castratus, & eunuchus sit, vide citatos per Cened. *ad Decret. collect. 69.n.4.* & ideo Origenes passim à Doctoribus peccati mort. arguitur eo quod se eunuchum fecit vt liberiùs fœminis intra domos Euangelium prædicaret sine periculo incontinentiæ, vt aduertunt Card. Baron. *annal. Ecclesiæ tom.2.anno Domini 208.* Lessi. *de iust. lib.2.c.9. dub 14.n.98.in fine*, Sayr. *in claui Regia, lib.7.c.9.n.24. ad med.*

e *Auctoritate nostra fretus*, &c.]Ergo iurisdictiones, ordinaria & delegata non sunt incompatibiles, sed in vna, eademque persona concurrere possunt, vt contra Butr. *in cap. cum ex offic.sub num.8. vers.non puto, de præscript.* tenent Innoc. *ibid. sub num. 2. in verbo, auctoritate*, Abb. *à n. 19. vers. ex hac enim litera, vsque ad num.26.* Anch. *n.10.* Imola *n.11.* Felin. *sub num.21. vers.nihilominus omissis istis*, Paris. *n.23.* Curt.iun. *in l. etsi prætor, n.6. ff. de officio eius, cui mandata est iurisd.* Albert. Brun. *in tract.de augmento in 4.concl. n.14.* Nec propterea cogi potest Episcopus ad declarandum qua potestate velit procedere, Innoc. *in d. c. cùm ex officij n.3.* Anchar. *numero 12.*Felin. *numero 23.ad finem, vers. & dum dicitur*, Abb. *sub num.18. vers.ex hoc*, notat etiam Paris. *num. 27.* Nec in contrarium facit si quis dicat supposita iurisdictione ordinaria frustratoriam videri delegatam, quia nihilominus maximi adhuc momenti est non solùm vt geminata virtute ex duabus vna mixta conficiatur, vt prædicti Doctores loquuntur, sed etiam vt in articulo executionis delegata magis promoueat ordinariam, atque in casu permissæ appellationis ea emittatur ad ipsam Sedem, provt ita in specie ibidem considerant Abb. *num. 19.& 15.* Imol. *num.11.* & Paris. *num.23.* Addo & aliud vt remoueatur inde omnis scrupulus, si incideret dubitatio, an ex aliquo non præuiso, vel non bene explicato posset super ordinaria iurisdictione dubitari, vt videtur considerasse Rot. apud Put. *decis. 212.n.5.lib 3.*

In gloss. *Nostra.*] Notatur ad hoc quod Episcopus 3
propria auctoritate potest dispensare in irregularitate, quæ prouenit ex vitio corporis, vt per Villadieg. & Sylvest. quos refert, licèt non sequatur, Salzed. *d. cap.17.num.15.* Contra hanc glossam tamen Doctores tenent communiter Episcopum, vel alium Superiorem non posse dispensare super irregularitate ex vitio corporis, sed Sum. Pont. tantùm, ex quorum numero sunt in præsenti Innoc. *n.3. super verb. & tua*, Host.

Host. *ad finem super verbo, tua*, Ioan. Andr. *in fin. n. 9. super verbo, auctoritate nostra*, Anton. de Butr. *n. 8. vers. per quem autem*, Panorm. *col 2. n. 2.* Ioan. de Anania *in princ. vers. & adde*, sequuntur Couar. *in d. Clem. si furiosus, p. 1. in initio, n. 7. vers. super hoc*, Nau. *in man. c. 27. n. 98. & n. 200. vers. 8.* Molina *de iust. tract. 3. disp. 70. n. 19.* Sayr. *de censur. lib. 6. c. 8. n. 1.* Bonac. *eod. tract. disp. 7. q. 2 punct. 2. n. 36.* Campan. *d. c. 17. n. 102.* Ludou. Miranda *in manuali Prælat. tom 2. q 8. art. 3. concl. 2.* Salzed. *d. c. 17. num. 15.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea res. 16.* aduertentes, præcipuè duo vltimo loco citati, glossam hanc intelligi de dispensatione Episcopi, auctoritate tamen Apost. prædicta, & sic sibi delegata exponentes verba illa huius text. *auctoritate nostra*, id est, tibi commissa, quæ etiam ideo dicitur tua, cùm ipsam non valeat commissarius alteri delegare, *cap. vlt. in fine, inf. de offic. deleg.*

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos, qui ex iusta causa fecit sibi amputari virilia, non est irregularis.*
2 *Irregularis non efficitur ille, cui de consilio Medicorum propter infirmitatem amputata sunt virilia.*

CAP. Ex parte. ℣. V.

Innoc. III.

1 SAcerdos, qui ex iusta causa fecit sibi amputari virilia, potest vt priùs Sacerdotale officium exercere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Hostiens. Butr. Collect. Anan. Anchar. Panormitan. Cened. *collect 69.* Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag. 333.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 118.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1.* refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. l. 1. tit. 13. cap. 1.*

2 Collige ex text. quod ille, cui de consilio Medici amputata sunt virilia propter infirmitatem seu languorem, non efficitur irregularis, nec eius promotio, vel officium impeditur, vt per Henriq. *in summ. lib. 14. c. 8. §. 1. lit. O.* Bellet. *disquisit. clerical. p. 1. tit. de disciplina clericali, §. 7. n. 16.* Vnde si ex consilio Medici, vel Chirurgi ob valetudinem consequendam fuerit alicui membrum præcisum, neque impediens celebrationem, neque producens deformitatem, nequibit Episcopus retinere illum à promotione, *cap si quis à Medicis, cap. si quis per ægritudinem, cap. si quis in infirmitate 5. dist.* Campan. *in diuersorio iuris Canon. rubr. 11. cap. 17. n. 16.* vbi etiam cum Borgas. *de irregular. rubr. de corpore vitiatis, n. 4. vers. si voluntatis*, aduertit huiusmodi fieri irregularem si à semetipso faceret, quamvis pro medela, modò peritus in arte medendi non sit.

SVMMARIVM.

1 *Mutilatus manu si promotus fuerit in Abbatem, ab Abbatia deponitur.*
2 *Manum mutilatam habens non potest ad Ordines promoueri, idem si haberet articulatas manus, & aridas, ad ministerium executionis Ordinum inefficaces.*
3 *Digito illo carens, qui medius appellatur, irregularis non est.*

CAP. Exposuisti. VI.

MVtilatus manu si creetur Abbas est amouendus, 1
quia non potest ordinari in Sacris. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Butr. Anch. Host. Panorm. Henric. Boich. Innoc. Viu. *in ration. primi libri iuris Pont. pag. 334.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 118.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 3. Decret. lib. 1. tit. 12. c. 2.*

Collige ex text. quod habens manum mutilatam 2
non potest ad Ordines promoueri, vt per Flamin. *de resignat. lib. 5. q. 6. num. 48.* Bellet. *disquisit. clerical. p. 1 tit. de disciplina clericali, num. 7. §. 20.* Campan. *in diuersorio iuris Canonici rubr. 11. c. 17 à n. 104.* Nec illas habens articulatas, & aridas ad ministerium executionis Ordinum inefficaces, Flamin. *d q 6 n. 49* Henriq. *lib. 14. c. 8. § 4. in fin.* Campan. *d. c. 17. n. 107.* Nec etiam eas tremulas perpetuò habens, præcipuè si immineret periculum subuersionis sanguinis, Maiol. *de irregul. lib. 2. c. 24. in fine.* Tolet. *in instruct. Sacerdotum lib 1. c. 35. n. 13.* quos refero ego ipse *de offic. & potest. Episc. p. 2. alleg. 42. n. 17.*

In gloss. *Manu* ibi, *Idem esset si emisisset digitos.* Dixi 3
ad c 1 verbo, de digito sup. hoc tit. & ibi dictis addendum duxi ad carentem digito illo, qui medius appellatur, cùm non deseruiat Eucharistiæ, irregularem non esse, tenet Campan. *d. c. 17. n. 112. vers. vtrum*, contra Sayr. *de censuris lib. 6. c. 15. num. 16.* provt etiam non est ille, qui senos digitos habet in manibus, præcipuè si exercitij vsum non detinent, nec propterea operatio manus incommodatur. Ego ipse *d. alleg. 42 n 22.*

In ead. gloss. ibi, *Sed propter carentiam dantis non impediretur.* Ego ipse *d. alleg. 42. n. 37. & n. 32.* de habente 4
nasum pressum, aut grandem, & *n. 34.* de habente os deforme, & imperfectum, & *n. 39.* de carente auribus, & surdastro, & *n. 40.* de claudo, & *n. 42.* de gibboso, & *n. 45. 46. 47. & 48.* de paralysi, morbo gallico, quartana febre, & morbo comitiali laborantibus.

SVMMARIVM.

1 *Vngula pollicis carens, dummodo sit fortis in pollice, licitè ad Sacerdotium promouetur.*
2 *Pollicis vngula carens, dummodo in pollice sit fortis, licitè ad Sacerdotium promouetur.*
3 *Pollicis pars si desit, nulla præcedente culpa si Hostiam frangere non impediat, irregularitatem non inducit.*
4 *Irregularitatem inducit vitium corporis impediens executionem Ordinis, & inducens deformitatem insignem.*

CAP. Thomas. VII. & vlt.

Honor. III.

VNgula pollicis carens, si est fortis in pollice, vt 1
possit frangere Hostiam, potest ordinari. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabarel. Innoc. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Butr. Anchar. Host. Panorm. Henric. Viuian. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 334.* Alagona *in compendio iuris Canonici, pag. 119.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1.*

Hanc eandem concluf. ex hoc text. desumunt, 2
Tabien. *verbo, corpore vitiatus, versic. vtrum auulsio*, Campan. *in diuersorio iuris Canonici, rubr. 11. cap. 17.*

*num.*112. vbi etiam resolutionem Sylvestri *verb. corpore vitiatus, n.*3. *in fine*, elicitam ex hoc cap. à contrario sensu, quod amittens vngulam pollicis casualiter dando operam rei illicitæ sine dispensatione celebrare non possit, interpretatur veram esse cum illius carentia non impedit fractionem Hostiæ, quia si impediret, quamvis rei licitæ nauando amisisset, nec celebrare
3 nec ordinari posset. Vnde quamvis pars pollicis nulla præcedente culpa desit, & notabilem defectum non producat, neque Hostiam frangere impediat, minimè inducit irregularitatem, Salon. 2.2. *D. Thom. q.* 65. *art.* 1. *controu.* 4. *concl.* 2. Navar. *cons.* 1. *sub hoc tit.* Sayr. *in floribus decisionum sub eod. tit. decis.* 2. Bellet. *disquisit. clerical. p.* 1. *tit. de disciplina clericali, §.* 7. *n.* 12. Campan. *d. c.* 17. *n.* 112. *vers. quinimo*; inducerent tamen irregularitatem si quis careret toto pollice, aut indice, qui per necessarij sunt ad consecrationem, Borgas. *tract. de irregul. rub. de corpore vitiatis. n.* 4. Placa *in epitome delict. lib.* 1. *c.* 15. *num.* 9. Salon. *vbi proximè*, Sayr. *de censuris, lib.* 6. *c.* 15. *post n.* 12.

4 *Si ad frangendum Eucharistiam*, &c.] Notatur ad hoc quod vitium corporis impediens executionem Ordinum, vel inducens deformitatem insignem, efficit quem irregularem, vt per Nau. *in man. cap.* 27. *num.* 198. Albert. Trot. *de vero & perfecto clerico, lib.* 2. *cap.* 16. Couar. *in Clem. si furiosus, de homicid. p.* 1. *in initio, num.* 5. Tiraquel. *ad l.* 2. *connub. glos.* 1. *part.* 2. *num.* 59. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 30. *num.* 44.

De Bigamis non ordinandis.

TIT. XXI.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabar. Bellam. Anchar. Ioan. Andr. Anania, Panormit. Butr. Guillelm. Durand. *in breuiario aureo iuris Canonici, fol.* 28. *vers.* Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canonum, fol* 164. *verso*, Petr. de Rauenna *in compendio iuris Can.* Mart. Mesnartius *in epitome Decret. fol.* 24. Dan. Venator, *in analysi methodica iuris Pontific. a pag.* 83. Goffred. & Host. *in sum. huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret. sub hoc tit.* Petr. Alphons. de Vasconcel. *in harmonia rubr. iuris Canon.* Barthol. Carthag. *in expos. titulorum iuris, Canon.* nouissimè Ioan. Honor. *lib.* 1. *summ. in Decretal.* omnes *sub hac rub.*

De materia huius tit. tractarunt Angel. Armil. Tabien. Sylvest. & alij Summistæ, *verbo, bigamia*, Ioan. Montaigne *in tract. de bigamia, tom.* 9. *tract. Doctorum, fol.* 122. Guillelm. Durand. *in speculo iuris. lib.* 4. *sub hoc tit.* Borgas. *de irregul. p.* 5. *tit. de bigamis*, Maiol. *eod. tract. lib.* 1. *c.* 33. Miles *in suo repert. verbo, bigamus*, Couar. *in clem. si furiosus, de homicid. p.* 1. §. 2. Albert. Trot. *de vero, & perfecto clerico, lib.* 2. *c.* 11. Nau. *in man. c.* 27. *n.* 195. *cum seqq. & tom.* 1. *consil. sub hoc tit.* quatuor ponit consilia, Lud. Lopez *in instructorio conscientiæ, tom.* 2. *p.* 2. *c.* 22. Felician. *de irregul. c.* 6. Vgolin. *eod. tract. c.* 56. Villadieg. *eod. tract. c.* 13. Viuald. *in candelabro aureo, p.* 2. *vbi de irregular. bigamiæ*, Tolet. *in instruct. Sacerdotum, lib.* 1. *c.* 70. Greg. Lop. 35. *tit.* 5. *p.* 1. Vega *in sum. p.* 1. *c.* 38. *& in espejos de curas, c.* 12. *à n.* 299. *& c.* 14. *à n.* 37. Fr. Emman. *in sum. tom.* 1. *c.* 47. Bernard. & Salzed. *in pract. c.* 16. *in nouiss. edit.* Carrillo *in itinerario ordinandorum, sect.* 4. *c.* 4. *à num.* 30. Petr. de Ledesma *in sum. p.* 1. *tract. de Sacram. Matrim. c.* 32. Brunor. à Sole *in locis communib. verbo, bigamus*, Zerol. *in praxi Episcop. p.* 1. *verbo bigami*, Farin. *fragment. crimin. p.* 1. *lit. B. n.* 113. *& seq.* Valent. *tom.* 4. *dist.* 17. *q.* 9. *punct.* 3 Flamin. Paris. *de resignat lib.* 4. *q.* 4 *à n.* 17. *& lib.* 5. *q.* 3. *n.* 168 *cum seq.* Molina *de iustit. tom.* 4. *disp.* 67. Soar. *tom.* 5. *de censuris, disp.* 49. Sayr. *eod. tract. lib.* 6. *c.* 3. *cum tribus seq. & in floribus decisionum sub hoc tit.* Sanch. *de Matrim. lib.* 7. *disp.* 83. *cum tribus seq.* Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 6. *c.* 4. Rebello *de obligat. instit. p.* 2. *lib.* 3. *de matrim. q.* 20 Coninch. *de sacr. & censur. disp.* 18. *dub.* 11. *à n.* 103. Nicol. Garc. *de benef. p.* 7. *c.* 6 *de bigamis*, Campan. *in diuersorio iuris Can. rubr.* 11. *c.* 6. Bonacina *de censur disp.* 7. *q.* 2. *punct.* 5. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit.* 30 *n.* 80. *cum seq.* Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom* 2. *quæst.* 8. *art.* 2. Guttier. *de matrim. c.* 107. Fr. Bartol. de Vecchis *in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouit. disp.* 5. *dub.* 3 Paul. Layman. *in summ. Theologiæ moralis lib.* 1. *tract.* 3. *p.* 4. *c.* 6. Villalob. *p.* 1. *sum. tract.* 21. *diffic.* 31 nouissimè Fr. Hieron. Roderic. *in compend. quæst. Regul. ref.* 16. *de bigamia.*

SVMMARIVM.

1 *Bigami, pœnitentes, & mariti repudiatarum non possunt ordinari.*
2 *Bigami non possunt ad Ecclesiasticos Ordines promoueri.*
3 *Pœnitentes solemniter ordinari non possunt, etiam solemni pœnitentia peracta.*
4 *Pœnitentes solemniter infamiæ nota laborant.*
5 *Dispensare potest Episcopus ad Ordines minores cum pœnitentibus solemniter, data necessitate, vel vtilitate.*
6 *Pœnitentes solemniter si ordinentur, characterem recipiunt.*

CAP. Vt bigami. I.

Conc. Aurelian.

BIgami, pœnitentes, & mariti repudiatarum non 1
possunt ordinari. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. And. Innoc. Butr. Anan. Panorm. Host. Anch. Henric. Viu. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 335 Alagona *in compend iuris Canonici, pag.* 119. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. desumitur ex Conc. Aurelianen. II. *c.* 9 licet Burch. *lib* 2 *c* 19. & Iuo *p.* 6. *c.* 59 desumi affirment ex Concil Aurelianen. *c.* 10. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1. *tit.* 13. *c.* 2. referunt etiam Burchard. *lib.* 2. *Decretal. c.* 33. Iuo *p.* 6. *c.* 134.

Vt bigami.] Notatur ad hoc quod bigami non pos- 2
sunt ad Ecclesiasticos Ordines promoueri, vt per Bernard. *in practica, cap.* 26. *num.* 2. Bellet. *disquisit. clerical. part.* 1. *tit. de disciplina clericali, §.* 6. *num* 1. quos refero ego ipse *de officio, & potest. Episcopi, p* 2 *alleg* 49 *n.* 16. vbi *num.* 17. quod non possunt Ecclesiastica consequi beneficia, aliàs collatio eis facta inualida est, etiamsi accedat Episcopi consensus, Rot. *decis. sign.* 5. *part.* 2. *recent.* Bartol. de Vecchis *in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouit. disput.* 5. *dub.* 3. *num.* 1.

Pœnitentes.] Notatur ad hoc quod pœnitentes so- 3
lemniter sine dubio ordinari non possunt, etiam solemni peracta pœnitentia, vt per Maiol. *de irregul. lib.* 3. *c.* 2. *sub n.* 4. *vers. quæ omnia*; pœnitentes etiam 4
solemniter infamiæ nota laborare, resoluunt Bernard. *in pract. cap.* 19. *num.* 1. aliàs *cap.* 23. *in nouiss. edit.* Mar.

Alter

Altet. *de censur. tom. 2. disp. 16. de suspens. c. 1. vers. quartus casus*, Campan. *in diuersorio iuris Can. rubr. 11. c. 21 n. 1.*

5 Cum illis tamen licet Episcopis propter necessitatem vel vtilitatem ad suscipiendos minores Ordines dispensare, Sylvest. *verbo, pœn. n. 3.* Bernard. *d. c. 32. n. 3.* Maiol. *d. lib. 3. c. 3. sub n. 6. vers. hæc quæ*, Campan. *d. c 21. n. 7* Mar. Alter. *vbi proximè*, quos refero ego ipse *d. p. 2. de offic. & potest. Episc. alleg. 43. n. 8.*

6 *Non ascendant.*] Si tamen id faciant de facto characterem recipiunt, Cou. *in Clem si furiosus, de homicid. p. 1. §. 2. n. 4* Gam. *de Sacramentis præstandis vlt. supplicio damnatis, q. 5. n. 24.* Ego ipse *d. p. 2. alleg. 49. n. 18.* Salzed. ad Bernard. *d. c. 26. lit D.* Campan. *d. rubr. 11. c. 6. num. 21.*

SVMMARIVM.

1 *Bigamum ordinans, est priuandus officio, & potestate conferendi talem Ordinem, ordinatus verò in Sacris priuandus, & cum eo dispensatur.*
2 *Episcopus ordinans scienter bigamum, quam pœnam incurrat, ostenditur.*
3 *Bigamus ordinatus ad Sacros Ordines quam pœnam incurrat, remissiuè.*
4 *Dispensare cum bigamis quis possit, ostenditur & numeris seqq.*

CAP. Super eo. II. *Lucius. III.*

1 BIgamum ordinans est priuandus officio, & potestatæ conferendi talem Ordinem, ordinatus verò in Sacris est priuandus, & cum eo non dispensatur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Ioan. Andr. Bellam. Innoc. Anch. Host. Panorm. Anan. Butr. Viu. *in ration primi libri iur. Pont. pag. 335* Alagon. *in compend. iuris Canon. pag. 119.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 13. c. 3.*

2 *Ordinatores verò*, &c.] Probare videtur text. hic Episcopum ordinantem scienter bigamum posse deponi ab officio, & potestate ordinandi, sed Nau. *consil. 3. n. 2. sub hoc tit.* tenet incurrere suspensionem annalem ipso iure à collatione eiusdem Ordinis, quem contulit bigamo, necnon à celebratione; addito verò ad eundem decisum refert Episcopum non posse Ordines bigamis conferre, si autem conferat aliquem non incurrere pœnam ipso iure, vide quæ Nic. Garc. *de benef. p. 7. c. 6. à n. 8.* Ego ipse *de offic. & potest. Episc. p. 2. alleg. 49. n. 19.*

3 *Et ordinati si ad sacros Ordines fuerint promoti eis ideo sunt priuandi.*] Vide Sayr. *de censur. lib 6. c. 5. n. 2. & 4.* Bonac. *eod. tr disp. 7. q. 2. punct. 5. in fin.* Vgolin. *de offic. & potest. Episc. c. 56. §. 5. n. 3.* quos refero ego ipse *dict. alleg. 49. n. 18.*

4 *Quia in bigamis contra Apost. dispensare non licet.*] Iure ordinario potest Summus Ecclesiæ Præsul cum bigamo dispensare, illud enim verbum, *licet*, de quo in præsenti, importat difficultatem, non autem impossibilitatem, gloss. *verbo, fiat, in c. lector. 34. dist.* D. Th. *in 4. dist. 27. q. 3. in corpore*, Albert. Trot. *de vero, & perfecto clerico, lib. 2. c. 1.* Greg. Lop. per text. *ibi in l. 5 tit. 5. p. 1.* Cou. *in Clem. si furiosus, de homicid. p. 1. §. 2. n. 4.* Nau. *in man. c. 27. n. 197.* Flam. *de resign. lib. 5. q. 3. n. 197.* Azor. *inst. mor. p. 2. lib. ... c. 4. q. 7.* Salzed. ad Bernard. *in pract. c. 16. lit. C. vers. dispensare*, Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. p. 2. c 8. n. 34.* Lud. Mirand. *in manual. Prælat. tom. 2. q. 8. art. 2. concl. 1.*

5 Quæstio est dubia an Episcopus in bigamia vera, vel interpretatiua possit dispensare? in qua negatiuam partem etiam ad minores Ordines & beneficium simplex amplectendam esse ex eo euidenter ostenditur, quia *c. vnicum, hoc tit. lib. 6.* desumptum ex Conc. generali Lugdunensi interdicit bigamis in minoribus Ordinibus constitutis deferre tonsuram clericalem, nec committit dispensationem Episcopo; tum quia hoc idem indicat generalitas Conc. Trid. *sess. 23. de reform. c. 17.* & Episcopus nequit in decreto generalis Concilij dispensare, vt tenent multi per me citati *d offic. & potest. Episc. p. 2. alleg. 33. n. 25.* Quare hanc partem sustinent Greg. Lop. *l. 5. verbo, dos mugeres, tit. 5. p. 1.* Cou. *in d. Clem. si furiosus, p. 1. §. 2. n. 4.* Flam. *d. q 3. n. 196.* Tolet. *in sum. lib. 1. c. in sum. lib. 1. c 26. n. 8.* Humada *l. 5. gloss. 33. n. 3. tit p. 1.* Salzed. ad Bernard. *d. c. 16. verbo, dispensare*, Bellet. *disquisit. cleric. p. 1. tit. de disciplina cleric § 6. n. 51.* & secundùm hanc sententiam fuisse decisum in S Conc. Trid. Cong. testantur Franc. Leo *d. 8. n. 36.* Nicol. Garc. *d. c 6. n. 5.* Praxis noua Episc. *p. 1. c 1. n. 60.* Armend. *in addit. ad recop. legum Nau. lib. 2. tit. 19. de foro compet. num. 16.*

6 Quicquid plures teneant Doctores posse Episcopum dispensare vt bigamus accipiat Ordines minores, susceptisque vtatur, ex quorum numero sunt gloss. *hic verbo, dispensare*, D. Th. *in 4. dist. 27. q. 3. art 3.* vbi Palud. *q. 4. art. 5. concl. 4.* & Durand. *q 4.* Angles *in floribus Theolog p. 1 vbi de matr. q. 2. art. vlt. diffic. 1. q. 2* Iacob. de Graffis *in decis. aureis, p. 1. lib. 4. c. 27. n. 38.* Petr. de Ledesm. *de matr. q. 66. art. 5. concl. 3* Borgas. *de irreg. p. 1. tit de bigam. n. 8.* Bonac. *de censur. disp. 7. q. 2. punct. 5. n. 15.* Azor. *inst. mor. p. 2. l. 5. c. 20. q 2. & l. 5. c 4. q 8. & 11* Sayr. *de censur. lib 6. c. 6. n. 11.* Auila *eod. tr p 7. disp. 7. dub 4.* Sanchez *de matr. l. b. 7 disp. 86. n 11.* Paul. Comit. *respons. moralium, lib. 1. q. 106. n. 5 & 6.* Lud. Miranda *d q. 8. art. 2. concl 2.*

7 Quicquid etiam alij tueantur posse Episcopum concedere vt bigamus insertiat in Ordinibus minoribus antea susceptis, retineátque beneficium simplex, quod ante possidebat, vt per Abb. *hic n. 5.* Angel. *verbo, bigamus, n. 8.* Nau. *in man. c. 27. n. 187.* Philiarch. *de officio Sacerd. tom. 1. lib. 4. c. 7. in fin* Valent. *p 4. disp. 7. q 16. punct 3. in 1. specie irregul.* Viuald. *in candelabro p. 2. vbi de irregul. bigamiæ, n 34.* Fr. Emm. *in sum. tom. 1. c. 158. concl. 5. num 6.*

8 Circa verò bigamiam similitudinariam conceditur Episcopo dispensandi facultas si clericus cum vnica & virgine contraxerit, vt colligitur ex text. *in c. Sacerd. de clerc. coniug. & c. 1. qui clerici vel vouentes*, secus verò si cum vidua, vel corrupta, aut duplex, iniit matrimonium, in quem sensum accipiendi sunt text. *in c. nupter, & in c. fin. hoc tit.* vt per gloss. *hic verbo, dispensare*, Cou. *d p. 1. § 2. n 2. vers. secundo*, Gomez *in tr. Breuium, n. 20. & 21.* Nau. *d. c. 27. n. 197. in fin.* Selu. *de benef. p. 4. q. 7. n. 8. vers. 13. & 14.* Borgas. *d. tit. de bigamis, n. 9.* Philiach. *d. c 7. in fin.* Valent *d. puncto 3. in specie irregularitatis, in fin.* Ant. Cuch. *instit. maiorum, lib. 4. tit. 12. n. 188.* Sanch. *d. lib. 7. disp. 86 num 20.* Lud. Miranda *d. q. 8. art. 2. concl. 3.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resol. 210.*

In gloss 1. *In bigamis*, ibi, *Item qui vnam de facto &c.* Notatur ad hoc quòd bigamus est ille qui inualidè contrahens de facto matrimonium celebrauit, & consummauit, vt per Soc. *in 4 d st. 27 q. 5. art. 1. concl. 2.* Cou. *in Clem. si furiosus p. 3. §. 2. n. 2.* Soar. *de censur disp. 48. sect. 2. n. 6. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Bigamus vxore viuente vel mortua non potest ordinari.*
2 *Bigamus interpretatiuè efficitur ille, qui viduam à priori viro cognitam duxit.*

CAP. De bigamis. III.

Cœlest. III.

1 MAritus bigamus non potest ordinari, & ordinatus non potest celebrare, siue sit viua, siue mortua vxor. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Host. Butr. Collect. Anan. Anch. Panorm. Cened. *collect.* 138. Viu. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 337. Alagon. *in compend. iuris Canon pag.* 120. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 2. *Decret. lib.* 1. *tit* 11. *c.* 2.

2 *Viduarum maritis.*] Nota bigamum interpretatiuè effici illum, qui viduam à priori viro cognitam duxit, *c. si quis viduam*, 84. *dist.* Greg. *l.* 4 *verbo*, *quæ sed*, *tit.* 1. *p.* 3 Nau. *sub hoc tit. conf.* 1. *n.* 2. Flamin. *de resign. lib.* 3. *q.* 3. *n.* 191. Sanch. *de matr lib.* 7. *disp.* 84. *n.* 7. Nic. Garc. *de benef. p.* 7. *c.* 6. *n.* 15 Campan. *in diuersorio iuris Can. rubr.* 11. 3 *c.* 6. *n.* 5. Bonac. *de censur. disp.* 7. *q.* 2. *punct.* 5. *n* 5. *vers. interpretatiue.* Valer. Regin. *in praxi fori pen. lib.* 30. *n.* 85. *in fin.* Bellet. *disquisit. cleric. part.* 1. *tit. disciplina clericali*, §. 6. *num.* 26.

SVMMARIVM.

1 *Bigamia pœnam incurrit, qui mortua vxore promotus ad Sacros cum secunda de facto contraxit, & cognouit.*
2 *Infamis efficitur, qui duas simul habet vxores.*
3 *Vxores duas simul ducens videtur malè sentire de Sacramento matrimonij.*
4 *Veritas est præferenda opinioni.*
5 *Bigamiam similitudinariam quando quis incurrat, ostenditur.*

CAP. Nuper. IV.

Innoc. III.

1 BIgamiæ pœnam incurrit, qui mortua vxore promotus ad Sacros cum secunda de facto contraxit, & cognouit, & sic non potest vlteriùs ordinari, vel Ordinem susceptum exercere. Sicut v. g. si quis in Sacris constitutus cum diuersis contraheret, licèt matrimonium cum nulla teneret, reputaretur tamen bigamus, licèt re vera bigamus non esset, non propter Sacramenti defectum, sed propter affectum intentionis cum opere subsequuto. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Host. Io. Andr. Innoc. Henriq. Anan. Anch. Panorm. Viu. *in ration. primi libri iuris Pontif pag.* 337. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 120. remissiuè Ximen. *in concord. p* 1. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 1 *tit* 14. *c.* 1.

2 *Comitatur infamia, qui duas simul habet vxores.*] Vide Paleoth. *de nothis & spuriis, c.* 6. *n* 1. Bellet. *disquisit. cler. p.* 1. *tit de disciplin. cler.* §. 6. *n.* 5. Salzed. ad Bernard. *c.* 84. *in addit. lit. B in fin.* 3 videtur enim malè sentire de Sacramento matrimonij, & ideo contra eum tanquam contra suspectum de hæresi procedunt Inquisitores contra hæreticam pranitatem, Perez *ad leges Ordinamenti, tit.* 1. *lib.* 5. *pag* 44. *in fin.* Salzed. *vbi supra*, Menoch. *de arbitr. casu* 420 *n.* 114. *& lib* 5. *de præs. præs.* 6. *n.* 37. Nau. *sub tit. de hæret. conf* 1. *n* 8. Azeued. *l.* 5. *n.* 3. *tit.* 1. *lib.* 5 *nouæ recop.* Guttier. *pract q. lib.* 2. *q.* 8. *n.* 1. Farin. *in praxi crim. p.* 5. *q.* 140. *n.* 24 Emman. de Valle *de incarn. & ensalmis, sect.* 3. *c.* 1. *n.* 14. *n.* 14. *in princ. & c.* 3. *n.* 5.

Quòd opinioni sit veritas præferenda.] Vide Menoch. 4 *de præs. lib.* 1. *præs.* 31. *n.* 4. Mendez à Castro *in praxi Lusit. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 19. Brun. à Sole *in locis com. verbo*, *veritas*, *n.* 5. Picard. *ad* §. *si quis rem*, *n.* 3. *Inst de legatis.*

Tanquam cum bigamis.] Nota quòd ille tantùm simi- 5 litudinariam incurrit bigamiam, qui sacro Ordine insignitus, aut voto solemni adstrictus de facto aliquam sibi matrimonialiter coniunxit, Nau. *in man. c* 27. *n.* 195. *vers. similitudinaria*, *& cons.* 1. *n.* 7. *vers ex quibus*, *sub hoc tit* Flam. *de resign. lib.* 5. *q.* 3. *n* 190. Campan. *in diuersorio iuris Can rub* 11. *c.* 6. *n.* 12. vbi eleganter rationem reddit, quòd scilicet in hoc casu duo sunt matrimonia, alterum celebratum cum Christo per Ordinis sacri susceptionem, & voti solemnis emissionem; alterum verò carnale quod postea contraxit, quamvis enim hoc secundum inualidum sit per impedimentum procedens à sacro Ordine, aut voto solemni, quia tamen adest affectus intentionis cum opere subsequuto, iudicatur bigamus similitudinariè, propter similitudinem ad verè bigamum, nisi enim obstaret Ordo, vel votum explicitum, subsisteret profectò matrimonium; quæ ratio matrimonij spiritualis, quia non consideratur in laico, neque in clerico constituto in minoribus, inde fit vt in illis non sufficiat ad incurrendam bigamiam semel contraxisse illud, sed bis validè, vel inualide cum virgine, aut semel cũ corrupta & validè.

SVMMARIVM.

1 *Bigamus non censetur qui contraxit cum virgine, licèt prius ab alio fuerit dispensata.*
2 *Bigamus non fit, qui mulierem ab alio viro ductam, sed minimè cognitam, duxit vxorem.*
3 *Vir & vxor sunt vna caro.*
4 *Castitas maior quare exigatur in vxore, quàm in viro, ostenditur.*
5 *Ordinari potest qui duxit vxorem à se primo corruptam.*

CAP. Debitum. V.

BIgamus non est qui duxit in vxorem sponsam alte- 1 rius non carnaliter ab illo cognitam, quia illa se pluribus non commiscuit, nec carnem suam diuisit, & sic non adest defectus Sacramenti, cùm verè vnica tantùm sit commixtio coniugium Christi cum Ecclesia per Incarnationis mysterium contractum significans. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Io. Andr. Anan. Butr. Anc. Host. Panor. Innoc. Viu. *in ration. primi libri iur. Pont. pag.* 318. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 120. remissiuè. Ximen. *in concord. p.* 1 *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 1. *tit.* 14. *c.* 2.

Sed minimè cognitam, &c.] Notatur ad hoc quòd 2 bigamus non fit, ac per consequens Sacerdos fieri non prohibetur ille, qui mulierem ab alio viro ductam, sed minimè cognitam duxit vxorem, vt per Sayr. *de censur. lib.* 6. *cap.* 4. *numero* 9. 13. *&* 16. Sanch. *de matrim. lib.* 2. *disp.* 13. *numero* 1. *& lib.* 7. *disp.* 83. *n.* 4. Campan. *in diuersorio iuris Canonici*, *rub.* 11. *c.* 6. *n.* 13. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *num.* 85.

in

in fine, Bellet.*disq.cler.p.*1.*de disciplcler.*§.6.*n.*25. Bigamia enim non contrahitur ex solo matrimonio cum vidua, sed requiritur copula & consummatio, Cou. *in Clem.si furiosus p.*1.§.2.*n.*2. Maiol.*de irreg.lib.*1.*b.*33. Fr. Barth. de Vecchis *in praxi obseruanda in admittendis ad religionis statum nouit.disp.*5.*dub.*3. *n.*3. Rota apud Farin. *decis.*519.*n.*5.*part.*2.*recent.* vbi etiam quomodo probetur copula.

3 *Commistio corporum.*] Notatur ad hoc quòd vir, & vxor sunt vna caro, vt per Laram *in l.si quis à liberis*, §. *si quis ex his*, *n.*282.*ff.de liberis agnosc.* Hieron. Fernand. de Ottero. *Romanarum lucubr.disp.*27.*n.*6.

4 In gloss. *Cognitam.* ibi, *sed quare exigitur maior castitas in vxore quàm in viro?* Pulchrè interrogat glossa, & propositæ dubitationi responsionem tradit plures afferendo rationes: illa tamen à Doctoribus receptior adducitur, quòd scilicet consensus matrimonium incuntis non cadit supra seipsum, sed fertur in alterum coniugem, atque ita ipsamet contrahens est quasi terminus à quo: is autem cum quo contrahit est quasi terminus ad quem fertur alterius coniugis consensus; sed nullus actus fortitur speciem à termino à quo, sed à termino ad quem; vitium ergo corruptionis ipsius viri, qui est terminus à quo respectu sui matrimonij non debet ipsi nocere vt bigamus efficiatur, sed vitium corruptionis in termino ad quem. Vide Maiol. *de irregul.lib.*1.*c.*33.*n.*3.*vers.altera*, *in fine*, Cou. *in Clem.si furiosus*, *de homic part.*1.§.2.*num.*3. Vgol.*de irregul.c.*56.§.3. Tiraq.*in l.*1.*connub.n.*35. Cened.*ad Decretal.collect.*166. *n.*4.*vers item*, Sayr.*d.c.*4.*n.*13. Soar.*tom.*5.*disp.*49.*sect.*3. *n.*9.*vers.hæc igitur*, Valer. Reginald.*in praxi fori pœnit. lib.*30.*n.*86. Sanch.*de matrim lib.*7.*disp.*84.*n.*9. Gutier. *eod.tract.c.*107.*num.*11.*vers.ratio*, Bonacina *de censuris*, *disp.*7.*q.*2.*puncto* 5.*num.*7. *vers. rogabis*, Campan. *d.c* 6. *num.*11. vbi cum Card. Bellarmin.*in controuers. Catholi. tract.*2.*lib.*2.*de clericis*, *c.*14.*vers.at hæc*, prædictam rationem non posse subsistere contendit, subiungens ideo prohibitum esse Ordines suscipere, qui duxit fornicariam, non quia bigamia oriatur ex illo matrimonio, sed quia sic placuit Ecclesiæ ob dignitatem Sacerdotij.

5 In gloss. *Diuisit*, *fin.* ibi, *& ita is, qui duxit vxorem à se primo corruptam potest promoueri*, Vide Cou.*d.*§.2.*n.*1. *in fine*, Nau.*in man.c.*27.*n.*195. Henriq.*d.c.*6.§.10. Fr. Emman.*in sum.tom.*1.*c.*158.*n.*3.*concl.*1. *in fine*, Viuald. *in candelabro aureo*, *part.*2. *vbi de irregul. bigamiæ*, *n.*4. Sayr.*d.lib.*6.*c.*4. Sanch.*d. lib.*7. *disp.*84. *n.*14. Campan. *d.c.*6.*n.*6. Bellet. *disquisit.cleric part.*1.*tit.de discipl. cleric.* §.6.*n.*18. quos refero ego ipse *de offic.& pot.Episc.part.*2. *alleg.*49.*n.*7.

SVMMARIVM.

1 *Bigamus non est qui plures habuit concubinas.*
2 *Bigamiæ irregularitatem non incurrit, qui cum pluribus fornicatus est.*
3 *Declaratur text. in præsenti.*
4 *Votum solemne implicitum castitatis adest in sacri Ordinis susceptione.*
5 *Clericus in sacris fornicans committit incestum, mulier verò ex sua parte simplicem tantùm committit fornicationem.*

CAP. Quia circa, VI.

1 SAcerdos habens plures concubinas non est bigamus, sed in simplici fornicatione, & potest Episcopus cum eo dispensare ad executionem Sacerdotalis officij. Colligunt ex Ord. Abb.antiq. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Host. Butr. Collect. Henric. Ananias. Anch. Panorm. Cened. *collect.*112. Viu. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.*338. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.*121. remissiuè Ximen. *in concord. p.*1. refertur ab Anton. Augustin. *collect.*1. *Decret. lib.*1.*tit.*10.*cap. vnic.*

Probat hic text. illum, qui cum pluribus fornicatus est, bigamiæ non incurrere irregularitatem, vt per Cou. *in Clem si furiosus*, *de homicid.p.*1.§.2.*n.*2. Cened. *ad Decretal.collect.*112.*num.*1. Fr. Emman. *in summa tom.*1. *c.*158 *concl.*1. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit.lib.*30. *n.*85. Bellet. *disquisit. cleric. p.*1. *tit. de disciplin cleric.*§.6. *num.*35. Campan. *in diuersorio iuris Canonici*, *rubr.*11.*c.*6. *n.*10. ad incurrendam enim bigamiam duo coniunctim pernecessaria sunt, nempe copula, & matrimonium de iure, aut de facto initum, Nauar. *in man.c.*27.*n.*146. quam ob causam Armill. *in summ. verbo*, *bigamus*, *n.*2. affirmat nullum fieri bigamum nisi contrahendo, & cognoscendo. 2

Tanquam simplici fornicatione notatis.] Host. *hic*, & Abb. *num.*5. aduertunt Pontificem in præsenti potiùs debuisse dicere triplici fornicatione notatis: Bellam. verò dicit ideo de simplici fornicatione egisse ad differentiam bigamiæ, & irregularitatis ex ea contractæ, de qua principaliter dubitabatur, an scilicet eam incurrerit Presbyter plures habens concubinas, & meritò negat Pontifex, quia tanquam vxores ductæ non sunt, vt requirit text. *in c.nuper*, *sup.hoc tit.* Meliùs tamen Azor. *instit.mor.p.*1. *lib.*3.*c.*17.*q.*7.*vers.in hac*, quod ideo hæc dicitur fornicatio simplex, non quia non sit etiam sacrilegium, sed vt distinguatur ab aliis luxuriæ peccatis specialiori qualitate & substantia affectis, in quæ incidit aliquando Presbyter, v. g. ab adulterio, stupro, vel incestu. 3

Cùm in sacri Ordinis susceptione adsit votum solemne implicitum castitatis, vt per Fr. Emman. *quæst. Regular.tom.*3.*quæst.*1. *art.*1. *princ.* Nau. *in man. cap.*22. *num.*17. *& 52. & cap.*25. *num.*108. Azor.*d.cap.*17. ideo ratione illius clericus fornicans committit incestum, plures per Cened. *d. collect.* 112. *num.* 2. quibus adde Vincent. de Franch.*decis.*27.*num.*2. Soar. Lusitan.*tom.*1. *communium opin.lib.*1.*tit.de Clericis coniug.n.*20. *pag.*175. Azor.*d.cap.*17.*quæst.*7. Cald. Pereira *de nominat. emphyt. quæst.*19.*num.*51.*cum seqq.* Fr. Emman.*quæst.Regul.tom* 2. *quæst.*29.*art.*2. Sanch. *de Matrim. lib.*7. *disp.*27. *num.*9. quamvis mulier ex sua parte simplicem tantum committat fornicationem, Menoch. *de arbitr. in addit. ad casum* 289. *num.*6. *vers. tertia opinio*, Surd. *de alimentis*, *tit.*5.*q.*7. *n.*44. Stephan. Gratian. *discept.forens. cap.*35. *num.*34. 4

SVMMARIVM.

1 *Subdiaconus, qui cum vidua contraxit, & eam cognouit bigamiæ pœnam incurrit, licèt bigamus non sit.*
2 *Irregularis efficitur clericus in Sacris constitutus, qui viduam cognitam à priori marito in vxorem duxit, & cum ea consummat.*
3 *Clericus in Sacris ducens vxorem vnicam, & virginem, an fiat bigamus, & irregularitatem incurrat, ostenditur.*

CAP. Nullus. VII. & fin.

SVbdiaconus si contrahit cum vidua, licèt verè bigamus non sit, quia matrimonium est nullum, tamen reputatur bigamus propter affectum intentionis 1

tionis cum opere subsequuto. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Anchar. Bellam. Ioan. Andr. Host. Innoc. Panorm. Anania, Butr. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag.* 121. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 121. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2.

2 Probat hic text. clericum in Sacris constitutum viduam, cognitam scilicet à priori viro vxorem ducentem, & cum illa consummantem, effici irregularem, vt per Nau. *in man. c.* 27. *n.* 195. *post med. & cons.* 1. *sub hoc tit. n.* 3. Sanch. *de Matrim. lib.* 7. *disp.* 85. *n.* 1. Campan. *in diuersorio iuris Canonici, rubr.* 11. *c.* 6. *num.* 12. Rota

3 apud Farin. *decis.* 357. *n.* 2. *p.* 2. *recent.* Dubium autem est quando huiusmodi clericus duxit vnicam virginem? in quo quidam negant illum fieri bigamum, aut irregularem, quos refert, & sequitur Henriq. *lib.* 11. *cap.* 6. § 10. *lit. H. & lib* 14. *c.* 4. *statim in princ.* ex eo, quia textus hanc irregularitatem inducentes loquuntur de constituto in Sacris, qui duplex matrimonium iniit, licèt alterum ante Ordinem sacrum, & alterum postea, vt *in cap. nuper, supra hoc tit.* vel quando post Ordinem ducit vnicam, viduam tamen, vt in præsenti. Aut verius est irregularem effici qui sacro Ordine insignitus aliquam etiam vnicam & virginem sibi matrimonialiter coniunxerit, quia etiam hoc casu datur quædam similitudo bigamiæ propter affectum ad duplex matrimonium cum opere subsequuto, quæ est ratio, quam præstat text. in præsenti, tenet Cou. *in Clem. si furiosus, de homicid. p.* 1. § 2. *vers.* 3. Nau. *in manual cap.* 27. *num.* 195. *vers. similitudinaria, & cons.* 1. *n.* 7. *vers. ex quibus, sub hoc tit.* Syluest. *verbo, bigamia, num.* 9. Flamin. *de resignat. lib.* 5. *quæst.* 3. *num.* 190. Campan. *d. c.* 6. *num.* 12. plures quos refert, & sequitur Sanchez *dict. disp.* 85. *num.* 5.

De Clericis peregrinis.

TIT. XXII.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Panorm. Anchar. Butr. Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canonum, fol.* 164. *verso*, Petr. de Rauenna *in compendio iuris Can.* Martin. Mesnartius *in epitome Decret. fol.* 25. *verso*, Guillelm. Durand. *in speculo iuris, lib.* 4. *sub hoc titul. & in breuiario aureo iuris Canonici, fol.* 29. Daniel. Venator, *in analysi methodica iuris Pontific. pag.* 84. Gofred. & Host. *in summa huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Petr. Alphons. de Vasconcel. *in harmonia rubr. iuris Canon.* Barthol. Carthag. *in expositt. titulorum eiusdem iuris*, nouissimè Ioan. Honor. *lib.* 1. *summ. in Decretal.* omnes *sub hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Clerici peregrini Vltramarini & valdè remoti ordinationem suam probare debent per quinque Episcoporum sigilla.*

2 *Clericus faciens fidem iustam de sua ordinatione potest admitti ad celebrandum, & ad Sacramenta administranda.*

3 *Ordines minores non præsumuntur ex maioribus.*

CAP. Tua nos. 1. *Alex. III.*

CLerici peregrini Vltramarini & Ordinati in remotis regionibus, qui habent literas ordinationum, sed incertum est an sigilla sint Episcoporum, debent suam ordinationem probare per quinque Episcoporum sigilla. Interim tamen suspendantur, & inquiratur an prætermiserint aliquem Ordinem, quibus peractis si sunt digni, petit circa eos dispensari. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarell. Collect. Host. Anch. Bellam. Henric. Ioan. Andr. Innoc. Panorm. Anan. Butr. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 340. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 122. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1. *tit.* 14 *cap. vnic.* & est post Concil. Lateran. sub Alex. III *p.* 26. *c.* 20. 1

Probat hic text. peregrinum clericum facientem 2
fidem iustam de sua ordinatione posse admitti ad celebrandum, vt per Nau. *cons.* 1. *n.* 1. *an fin. sub tit. de celebrat. Missarum, in antiq. aliàs cons. vnic. n.* 1. *in fin. sub hoc tit. in nouis*, Aloys. Ricc. *in decisionibus Curiæ Archiepisc. Neap. p.* 1. *decis.* 150. Et ad Sacramenta administranda dummodo ille verè idoneus sit, vt decidit Sacra Congreg. Concil. Trid. teste Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ, l.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Episcopis, n.* 83. quem refero ego ipse *de offic. & potest. Episc. p.* 1. *alleg.* 21. *n.* 7.

Quia posset contingere, &c.] Notatur ad hoc quod ex 3
maioribus Ordinibus non præsumuntur minores, quia potuit quis per saltum promoueri, vt per Rebuff. *in praxi benefic. tit. de forma lit. cons. n.* 28. Cravet. *cons.* 134. *n.* 45. *volum.* 1. *& cons.* 484. *n.* 8. *&* 23. *vol.* 3. Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præs.* 66. *num.* 3 quos refert, & sequitur Bellet. *disquis. cleric p.* 1. *tit. de fauore cler. personali*, § 14. *num.* 211.

SVMMARIVM.

1 *Clericus peregrinus qui iurat se ordinatum, nisi aliter probet in illo Ordine non suscipietur, nec ad superiores promouebitur.*

2 *Clericatus probari potest per indicia, & argumenta, & per famam, communem opinionem, & reputationem.*

3 *Clericatus deperditis scripturis probatur per testes.*

CAP. Inter quatuor. II. *Innoc. III.*

CLerico peregrino non habenti dimissorias, sed 1
iuranti se ordinatum non creditur, & sic non admittitur ad Ordinem quem dicit habere, nec ad alios suscipientes. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Anch. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Innoc. Butr. Panorm. Host. Viu. *in ration. primi libri Iuris Pontif. pag.* 340. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 122. remissiuè Ximen *in concord. p.* 1. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 1. *tit.* 16 *c.* 21.

Per idonea ibi constiterit argumenta.] Notatur ad hoc 2
quòd clericatus probari potest per indicia, & argumenta, vt per Flamin. *de resign. lib.* 10. *quæst.* 3. *num.* 31. Mascard. *de probation. concl.* 305. *num.* 5. Pacian. *eod. tract. lib.* 2. *cap* 34. *num.* 70. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 7. *cap.* 1. *num.* 140. *in fine.* Et per famam, communem opinionem, & reputationem. Flamin. *d. tract. lib.* 4. *quæst.* 2. *num.* 70. *& d. quæst.* 3. *num* 74. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 7. *cap.* 1. *num.* 140. Modern. *de iurisdict. part.* 2. *cap.* 31. *num.* 6. *&* 7. Rota *decis.* 350. *lib.* 3. *part.* 3. *diuers.*

diuers. Bellet. *disquisit. clerical p.1. tit. de fauore clericorum personali*, §.14. *num.*14. Farinac. *in praxi crimin. quæst.*8. *num.*44.

3 In gloss. *Argumenta, in fine*, ibi, *vel per testes.* Notatur ad hoc quod clericatus deficientibus scripturis deperditis probatur per testes, vt per Cou. *pract. c.*33. *num.*3. Mascard. *de probat. concl.*303. *n.*1.2. & 7. quos refert, & sequitur Bellet. *d.* §.14. *n.*15.

SVMMARIVM.

1 *Peregrino, de cuius ordinatione non constat non permittitur celebrare in publico, sed in occulto sic.*
2 *Peregrinus clericus, qui abiit in aliam diœcesim, sine commendatitiis sui Ordinarij literis ad diuina Officia non est admittendus.*
3 *Clericatus probatur per literas commendatitias proprij Episcopi mentionem facientes de Ordine.*
4 *Suspensus nullo iure est non habens literas testimoniales sui Episcopi, sed potest celebrare secluso scandalo.*

CAP. Tuæ fraternitatis. III.

1 PEregrino ignoto sine literis commendatitiis nisi legitimè constet vel per literas, vel per testes de eius ordinatione, non permittitur in publico celebrare, sed potest in secreto, & ex deuotione. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Innoc. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Butr. Anch. Host. Panorm. Viu. *in rationali primi libri iur. Pont. pag.* 341 Alagon. *in compend. iuris Canon. pag.*122. remissiuè Ximen. *in concord. p.*1. & 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.*3. *Decret. lib.*1. *tit.*16. *c.*2.

2 Collige ex text. clericum peregrinum, qui abiit in aliam diœcesim, sine commendatitiis sui Ordinarij literis ab vllo Episcopo ad diuina celebranda non esse admittendum, Concil. Trid. *sess.*23. *de reform. c.*16. Conc. Brachar. IV. *actu* 2. *c.*12. Henriq. *in summ. lib.*10. *c.*34. §. *si in fine*, Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.*2. *q.*121. *art.*1. Azor. *instit. moral p.*2. *lib.*3. *c.*49. *q.*1. Mar. Ant. Genuens. *in praxi Archiepisc. Neapol. cap.*40. *num.*1. Ego ipse *de officio, & potest. Episcop. part.*2. *alleg.*21. *n.*1. vbi *num.*2. cum Nau. & Aloys. Ricc. resoluo quod fidem faciens de sua ordinatione potest admitti ad celebrandum.

3 *Siue per literas.*] Notatur ad hoc quod per literas commendatitias proprij Episcopi mentionem facientes de ordine probatur clericatus, vt per Cou. *pract. c.*33. *n.*2. Rebuff. *in praxi benef. tit. de form. lit. tonſ. n.*22. Boër. *decis.*171. *n.*25 Decian. *tract. crimin. tom.*1. *lib.*4. *c.*9. *à n.*26. Surd. *cons.*396. *n.*13. Garc. Mastril. *Sicilia dec.*113. *n.*2. Camil. Borrel. *in summa omnium decis. tit.*7. *n.*18. Seraphin. *decis.*713. *num.*1. Rot. *decis.*765. *n.*3 *in fine, p.*1. & *decis.*455. *n*7 *p.*2. *recent.* & *in Ripana beneficij* 27. *Iunij* 1622. & *in Leodien. Canonicatus* 6 *Nouemb.*1623. & *in Burgi S. Sepulchri beneficij* 25. *Maij* 1626. coram R.P.D. Merlino, & *in Tullen. parochialis de Vicouri* 15 *Martij* 1627. coram eodem. Et hæ literæ commendatitiæ sunt obtinendæ ab eo, qui petentis clerici Ordinarius fuerit, provt Concil. Trid. Congregatio censuit, teste Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, l.*1. *tit.*18. *l.*7. *de Episcopis, n.*56. quem refero ego ipse *d. alleg.*21. *num.*4. Sufficiunt tamen ad clericatus probationem literæ Episcopi ordinantis, etiam non proprij, modò constet de licentia, Seraphin. *decis.*742. quem refert Bellet. *disquisit. clerical. part.* 1. *tit. de fauore clericorum personali*, §.14. *num.*21. *in fine*, quæ quidem licentia proprij Episcopi probatur sola assertione ordinantis, Mohed. *decis.*21. *num.*3. *de remiss.* Pute. *decis.*359. *lib.*1, & *decis.*407. *lib.*1. Guttier. *canon. lib.*2. *c.*17. *num.*30. quos refert, & sequitur Nic. Garc. *de benef. p.*7. *cap.*1. *num. vltim.*

De aliis modis probandi clericatum, vide Mascard. *concl.*302. *cum tribus seqq.* Flamin. *de resign. lib.*10. *quæst.*3. *num.*30. *cum seqq.* Salzed. ad Bernard. *in pract. cap.*62. *à num.*16. Surd. *cons.*396. *num*13. Farin. *in praxi crimin. part.*1 *quæst.*8. *num* 41 *cum seqq.* Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel. gloss* 61. *num.*23. Garc. Mastrillo *Siciliæ decis.*113. *num.*2. Modern. *de iurisd. p.*2. *c.*31. *num.*5. *cum seqq.* Nicol. Garc. *d. c.*1. *à n.*138. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.*1. *q.*43. *art.*17. & *tom.*2. *q.*121. *art.*1. *in fine*, Bellet. *d.* §.14. *num.*10. *cum seqq.*

Sed si forsitan, &c.] Aduerte non habentem literas 4 testimoniales sui Episcopi nullo iure esse suspensum, sed posse celebrare secluso scandalo, vt per Nau. *cons.*5. *sub tit. de celebrat. Missarum*, & *cons.*4. *de foro compet. in antiq.* quod est *in nouis, cons. vnic. num.*4. *in fine*, *sub hoc titulo.* Henriq. *in summ. lib.*10. *cap.*34. §.6. *in commento, litera I.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*29 *n.*42. *vers. tantopere*, Sayr. *decis. vnic. sub tit. de celebrat. Missarum*, quos refero ego ipse *d. allegat.*21. *num.*3. Campanil. *in diuersorio iuris Canonici, rubr.*9. *cap.*6. *num.*7.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus inferior sine Diœcesani consensu in Ecclesia sua peregrinos instituere non potest.*
2 *Naturales in prouisionibus beneficiorum saltem de honestate aliis præferri debent.*

CAP. Te nobis. IV. & fin. *Honor. III.*

PRælatus inferior non potest in sua Ecclesia instituere clericos non Diœcesanos sine licentia Episcopi, & si instituat Episcopus, potest illos remouere. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Hostiens. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Imola, Anania, Innocent. Panorm. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag.* 341. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 122. remissiuè Ximen. *in concord. p.*1. & 2. 1

Cum sit honestati contrarium.] Notatur ad hoc quod 2 indigenæ, seu naturales aliis præferri debet in prouisione beneficiorum, saltem de honestate, honestum enim est, ac rationi & iuri conforme quemquam in patria sua beneficiari, plures per Nicol. Garc. *de benefic. part.*7. *cap.*9. *à num.*5. vbi *num.*16. hinc colligit quod si forensis, vel alienigena impetrat beneficium non facta mentione de loco suæ originis, seu de sua diœcesi, gratia est subreptitia, cùm Papa intendat cuique prouidere in patria sua, de quo dixi commodiùs ad gloss. *in cap. proponente, sup. de rescript.* Et in quibus Regnis exteri ex Summi Pontificis indultu beneficia habere non permittantur, dixi ad *cap. bonæ memoriæ* 4. *super verbo, quæ de Regno Hungariæ, sup. de postulat. Prælatorum*, & *infrà ad cap. auctoritates, de institut.*

De Officio Archidiaconi.

TIT. XXIII.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Bellam. Anchar. Ioan. Andr. Anania, Panormit. Butr. Guillelm. Durand. *in breuiario aureo iuris Canon. fol.* 29. Petr. de Rauen. *in compendio iuris Canonici*, Mart. Mesnartius *in epitome Decret. fol* 25. *verso*, Daniel Venator. *in analysi method. iuris Pontif. pag.* 82. Goffred. & Host. *in summa huius tit.* Lancel. *in instit. Canon.* Cafarel. *in erotem. iur. Canon.* Canis. *in summa iur Canon. lib.* 1. *tit* 19. Petr. Alphons. de Vasconcel. *in harmonia rubr. iur. Canon.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barthol. Carthag. *in expos. titulorum iur. Canon.* Ioan. Honor. *lib.* 1. *summ. in Decret.* omnes *sub hoc tit.*

De Archidiacono, & eius officio, ac dignitate scripserunt Grammat. *decis.* 64. *n.* 2, 3. *&* 18 *cum seqq.* Lancellot. Conrad. *in templo omnium iudic. lib.* 1. *c.* 8. Guillelm. Durand. *in speculo iuris lib.* 4. *sub hoc tit.* Greg. Lopez per text. *ibi in l.* 4. *tit.* 6. *p.* 1. Sarm. *lib.* 3. *select. cap.* 15. Menoch. *cons.* 51. *n.* 26. Ioan. Garc. *de expensis, c.* 9. *n.* 4. Zerol. *in prax. Episc. verbo, Archidiconus, p.* 1. *&* 2. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 14. Fr. Hieron. Roman. *de Repub. Christiana lib.* 3. *c.* 10. Nicol. Garcia *de benefic. p.* 7. *c.* 7. *num.* 36. *cum seqq.* Galganet. *de iure publico, lib.* 5. *tit.* 21. Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 5. *collect.* 1618. Card. Tusch. *tom.* 1. *litera A. concl.* 482. Illustriss. D. meus Roderic. à Cunha post primam huius libri impress. à me visus *in comment. ad c.* 1. *dist.* 25. *n.* 11. *&* 12. Sebast. Cæs. *de Eccles. hierarchia p.* 3. *disp.* 12. *§.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconi ad officium quæ spectent, ponuntur.*
2 *Archidiaconus est Episcopi Vicarius.*
3 *Archidiaconus Episcopo absente, & eius officialibus Vicarij munus exercet.*
4 *Archidiaconus non exercet officium Vicarij Sede vacante, nec infra illos octo dies, quibus à Capitulo Vicarij electio facienda est.*
5 *Episcopi non impediti singulis annis diœceses suas visitare tenentur.*

CAP. Vt Archidiaconus. I.

Ex libro Romani Ordinis.

ARchidiaconi officium est esse Vicarium Episcopi in omnibus, & curam habere in clero posito in Vrbe, & Parochiis, & de eo est redditurus rationem de conseruatione, honore, doctrina Ecclesiasticorum, & studio aliarum rerum, & delinquentium. Item si Episcopus non potest, tertio quoquo anno visitet diœcesim, & vice Episcopi emendet, & corrigat, quæ indigent emendatione. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Butr. Anania, Panorm. Host. Anch. Viuian. *in ration. primi libri iur. Pont. pag.* 342. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 123. remissiue. Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 1. *tit.* 15. *c.* 2.

Aduertit Anton. August. *in notis ad hunc text.* quod in libro Romani ordinis nuper edito, sunt hæc verba. *Obseruandum est septem esse regiones vrbis Romæ, singulas regiones singulos Diaconos regionarios habere, & vnius cuiusque regionis acolytos per manum Subdiaconi regionarij Diacono regionis suæ officij causa subditos esse. Hos omnes Archidiacono, qui Vicarius est Pontificis, obedire, seruato vnicuique per eum proprij gradus ministerialis ordine.*

Vt Archidiaconus post Episcopum sciat se Vicarium.] Notatur ad hoc quòd Archidiaconus est Episcopi Vicarius, vt per Rebuff. *in praxi benefic. tit. de forma Vicariatus, n* 199. Maranta *de ordine iudic. p.* 4. *dist.* 5. *princip. n* 7. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 14. *q* 2. Moneta *de distribut. quotid. p* 2. *q.* 1. *n.* 26. *vers. ratio.* Anton. de Prætis *in clypeo pastoralis officij, c.* 6. *n.* 3. Sbroz. *de officio Vicarij, lib.* 1. *q* 1. *n.* 17. Narbona *de appellatione à Vicario ad Episcopum p.* 1. *n.* 22. Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. p* 1. *c.* 10. *n.* 2. *vers. sexta*, quos refero ego ipse *de offic. & potestate Episcopi, p.* 1 *alleg.* 54 *n.* 16. Vide ipso iure absque aliquo facto, Episcopo absente, & eius officialibus, Vicarij munus exercet, Sbroz. *de Vicario Episcopi, lib.* 1. *q* 2. *n.* 15 *& q.* 36. *n.* 10. Non autem Sede vacante, nec etiam infra illos octo dies, quibus à Capitulo Sede vacante Vicarij electio facienda est, iuxta formam Conc. Trident. *sess.* 24. *de reform. c.* 16. quia text. in præsenti, aliáque iura de eo disponentia loquuntur tantùm Sede repleta; tum quia intra illos octo dies totum Capitulum potest & debet administrare, vt tenent Quarantа *in summa Bullarij, verbo, Sede vacante, §. duodecimo quæro, vers. prima*, Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. post resol.* 505. *in notabilibus, de materia Vicarij à Capitulo Sede vacante, vers. primo*, quos refero ego ipse *d. alleg.* 44. *num.* 163. Quicquid teneat Archidiaconum sustinere Vicarij vices Sede vacante dum agitur de electione Vicarij à Capitulo post Flor. & Abb. Sbroz. *d. lib.* 1. *q.* 61. *& in addit. ad q.* 3. *eod lib.* 1.

In gloss. *De tertio*, ibi, *Episcopus verò singulis annis*, &c. Episcopi secundùm dispositionem Concil. Trid. *sess.* 24 *de reform. cap.* 3. si aliquo legitimo impedimento non detineantur, singulis annis diœceses suas visitare tenentur, si tamen diœceses adeò amplæ sint, & vnius anni spatio commodè lustrari, ac circuiri per eos non possint, tunc singulis duobus annis visitationis munus obire debent, referunt Paul. Salodi. *in praxi de visitat. p.* 1. *cap.* 1. ego ipse *de offic. & potest. Episc.* 3. *alleg.* 73. *n.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconi ad officium plura spectantia ponuntur.*
2 *Archidiaconi proprium munus est cùm Episcopus Sacris operatur, sanctum Euangelium cùm voluerit legere, vel alicui Diacono præcipere, vt legat.*

CAP. Officium. II. *Ex Conc. Tolet.*

ARchidiaconi officium est etiam legere Euangelium, vel præcipere alicui Diacono, vt legat. Item dum celebrat Episcopus præcipere Leuitis vt induant se vestibus sacris, & præcedant ad Missam. Item disponere de acolytis, quis eorum deferat candelabrum, vel thuribulum. Item nullus cantet Epistolam, vel Euangelium nisi priùs Archidiaconus auscultet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Anania, Hostiens. Innoc. Panorm. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontific. pag.* 343. Alagona *in compendio iuris Canonici*

Canonici, *pag.* 123. remissiuè Ximen. *in concord p.* 1. refertur ab Ant. Aug. *collect. Decret. lib.* 1. *tit.* 14 *c.* 3.

2 Probat hic text. quòd Archidiaconi proprium munus est cùm Episcopus Sacris operatur, sanctum Euangelium, cùm voluerit, legere, vel alicui Diacono præcipere, vt legat, vt per Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 14. *quæst.* 2. *vers. deinde*, Galganet. *de iure publico, lib.* 3. *tit.* 21. *n.* 5. Sebast. Cæs. *in relect. de Eccles. hierarch. p.* 3. *q.* 12. §. 1. *n.* 7.

Post Episcopum.] Notatur ad hoc quòd Archidiaconatus est dignitas principalis post Episcopatum, vt per Læl. Zech. *de Repub. Eccles. tit.* 24. *à n.* 13. Sebast. Cæs. *d.* §. 1. *n.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Vasorum Ecclesiæ custodia spectat ad Archidiaconum.*
2 *Archidiaconus vasa diuinis Ecclesiæ vsibus dicata sedulò custodire debet.*
3 *Negligentia in iudice, vel Prælato in iis, quæ facere tenentur, ratione officij est peccatum mortale.*
4 *Iudex Ecclesiasticus vbicunque est negligens in administratione rerum Ecclesiæ, deponendus est.*

CAP. Ea, quæ. III. *Gregor. III.*

1 ARchidiaconus est custos vasorum Ecclesiæ, de quibus reddit rationem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Ioan. Andr. Bellam. Innoc. Anch. Host. Butr. Panorm. Anan. Butr. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. Viu. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 343. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 132. desumitur ex *epist.* 10. *lib.* 1. *regist.* B. Gregorij, refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1. *tit.* 15. *cap.* 4.

2 Probat hic text. ad Archidiaconum pertinere vasa diuinis Ecclesiæ vsibus dicata sedulò custodire, vt per Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 14. *q.* 2. §. *deinde, vers. ad eundem pertinet*, Sebast. Cæs. *in relect. de Eccles. hierarch. p.* 3. *q.* 12. §. 1. *n.* 8.

3 In gloss. *Reatu.* Notatur ad hoc quòd negligentia in iudice, vel Prælato, in his, quæ facere tenentur ratione officij, est peccatum mortale, vt per Perez *in l.* 1. *prope finem, tit.* 1. *lib.* 8. *Ordin p.* 4. Cosm. *in pragmat Sanctionum, in proœmio, verbo, neglecta, fol.* 35. Nauar. *in c. contrarium, n.* 18. *de pœnitent. distinct.* 5.

4 In gloss. *Negligentia*, ibi, *& etiam propter negligentiam remoueatur.* Notatur ad hoc quòd vbicunque index Ecclesiasticus est negligens in administratione rerum Ecclesiæ, deponendus est ab officio & dignitate, vt per Abb. *in c. ea quæ, in princip. de statu Monach.* Felin. *in cap. edoceri, in fine, de rescript. & in c.* 1. *num.* 1. *de treuga, & pace.* quos refert, & sequitur Bellet. *disquisit. clerical. part.* 1. *tit. de exemptionibus clericorum, & eorundem bonorum à muneribus publicis*, §. 9. *numero* 4.

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconus sine licentia Episcopi nulli committere debet curam animarum consuetudine in contrarium non obstante.*
2 *Declaratur text. in præsenti.*
3 *Institutio authorizabilis sine Episcopi consensu ex priuilegio, vel consuetudine Archidiacono, vel alij Prælato inferiori an competere possit, ostenditur.*
4 *Episcopus habet ius instituendi omnes præsentatos à patronis ad quæcunque beneficia intra suam diœcesim existentia.*
5 *Iuris patronatus in fundatione potest reseruari ius instituendi inferiori Episcopo de ipsius Episcopi consensu*
6 *Archidiaconus ratione sui muneris non potest curam committere animarum.*
7 *Archidiaconus an habeat curam animarum, remissiuè.*

CAP. Cùm satis. IV. *Alex. III.*

1 ARchidiaconus sine mandato Episcopi non committit curam animarum, id est, non habet institutionem authorizabilem consuetudine in contrarium non obstante. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Host. Anch. Bellam. Henric. Ioan. Andr. Innoc. Panorm. Anan. Butr. Viu. *in rationali primi libri iur. Pont. par.* 343. Alagon. *in compend. iuris Canon. pag.* 123. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1. *tit.* 15. *c.* 4. & post Conc. Lateran. sub Alex. III. *p.* 15. *cap.* 2.

Quoniam igitur, &c.] Ludou. à Castro *in comment.* 2 *ad c. venerabilis, coroll.* 7. *de consuetud.* intelligit textum in præsenti, vel de consuetudine particulari, quæ non est consuetudo; vel de consuetudine irrationabili, quæ non habet vim abrogandi legem.

Mandamus vt nemini, &c.] Notatur ad hoc quòd 3 institutio auctorizabilis (per quam canonicè institutis in beneficio datur cura animarum in populum) sine Episcopi consensu ex priuilegio, vel consuetudine Archidiacono, vel alij Prælato inferiori competere non potest, vt per Ioan. Andr. Butr. & alios in præsenti, quos refert Gilchen. *de præscript. p.* 3. *c.* 10. *n.* 10. Sed ego ipse *de officio, & potestate Episcopi, p.* 3. *alleg.* 72. *n.* 185. contrarium verius existimo, respondeoque textum in præsenti solùm prohibere consuetudinem, seu magis præscriptionem per quam aliquis inferior intendit instituere in beneficiis nomine proprio, non ita si præscribat nomine & vice Episcopi, vt tanquam ipsius Vicarius faciat institutionem.

Sine licentia, & mandato Episcopi.] Notatur ad hoc 4 quòd Episcopus habet ius instituendi omnes præsentatos à patronis ad quæcunque beneficia intra suam diœcesim existentia, vt per Mar. Anton. *var. resol lib.* 1. *resol.* 47. *n.* 6. *& resol.* 55. *n.* 11. *in fine*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tr.* 3. *n.* 224. Vgolin. *de offic. & potest. Episc. c.* 51. §. 4. *n.* 1. Viu. *in praxi iurispatron. p.* 2. *lib.* 12. *cap.* 2. *num.* 1. Infundatione tamen iurispatronatus potest 5 reseruari ius instituendi inferiori Episcopo, de ipsius tamen Episcopi consensu, vt per Abb. Roch. & Lambert. quos refert, & sequitur Mar. Ant. *d. lib.* 1. *resol.* 12. *n.* 5.

Curam præsumat committere animarum.] Notatur ad 6 hoc quòd Archidiaconus ratione sui muneris non potest curam committere animarum, vt per Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 14. *q.* 2. *vers. atque hæc quidem*, Galganet. *de iure publico, lib.* 3. *tit.* 21. *n.* 6.

In gloss. *Consuetudinis* ibi, *Verum Archidiaconus habeat curam animarum.* Vide latè Azor. *dict. cap.* 14. 7 *quæst.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconus secundùm Ecclesiasticorum institutionem non potest excommunicare sine licentia Episcopi.*
2 *Archidiaconus non potest excommunicationis sententiam ferre.*
3 *Declaratur text. in præsenti, & numeris seqq.*

CAP. Archidiaconis, V.

1 ARchidiaconus secundùm Ecclesiasticam institutionem non potest excommunicare sine licentia Episcopi. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Io. Andr. Anchar. Anan. Host. Henric. Boich. Innoc. Butr. Panorm. Vin. *in rationali primi libri iuris Pontific. pag.* 343. Alagona *in compendio iur. Canon. pag.* 124. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1. *tit.* 15. *c.* 5. & est post Conc. Lateran. sub Alex. III. *l. p.* 26. *c.* 4.

2 Probat hic text. quòd Archidiaconus non potest excommunicationis sententiam ferre, vt per Azor. *instit. moral p.* 2. *lib.* 3. *c* 14. *q.* 1. *vers. atque hæc quidem*, Galganet. *de iure publico, lib.* 3. *tit.* 21. *num* 6. *vers. nec sine.* Pro quorum sententia facit text. *in c. dudum*, 14. *vers. tandem de elect.* vbi de consuetudine tantùm permittitur Archidiacono suspendere, excommunicare, & intercedere, quasi id non possit iure communi attento. Verùm Archidiaconos iure communi attento Ecclesiasticas censuras ferre posse bene probat text. *in c. Romana, in pr. cap. de sent. excommun. lib.* 6. notant Iacob. de Graffis *in aureis decis. p.* 1. *lib.* 4. *c.* 4. *n.* 8. Duaren. *de sacris Ecclesiæ ministr. lib.* 1. *c.* 12. *in fin.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib.* 15. *cap.* 20. *num.* 6. licèt Læli. Zechi. *de Repub. Ecclesiast. cap.* 24. *n.* 13. distinguat inter Archidiaconos electos à Capitulo, in quibus prædictam doctrinam agnoscit, & electos ab Episcopo, in quibus contrarium resoluit.

3 Ad text. verò in præsenti respondent nonnulli solùm negare id posse Archidiaconos ex primæua eorum institutione, vt colligunt ex illis verbis, *d Ecclesiastica institutione*; tunc enim eorum officium ad fori exterioris iurisdictionem se non extendebat, sed ad aliqua ministeria, quæ commemorat Duaren. *d. c.* 12. Postea verò aliquam iurisdictionem eis datam fuisse patet ex *cap.* 1. *de eo, qui furtiuè*; & iuribus in hoc tit. citatis, notat. Soar. *tom.* 5. *de censur. disp.* 2. *sect.* 2. *n.* 9. Ad text. verò *in d. cap. dudum*, respondeti potest, quòd Papa ad conuincendum electum habentem plura beneficia curata, qui se ignorantia excusare nitebatur, expendit consuetudinem receptam; & notoriam, cuius subinde nulla potuit iusta ignorantia prætendi.

4 Ego tamen si libere quod sentio, proferre licet, verius existimo Archidiaconos, Archipresbyteros, & similes censuras ferre non potuisse iure communi, nisi hoc Episcopus concesserit, vt planè significat text. in præsenti, ibi, *ex Ecclesiastica institutione*, &c. nisi auctoritas Episcoporum accesserit, quasi sint duo termini inter se oppositi, vnus ex institutione propria Archidiaconorum, alter ex speciali Episcoporum concessione, vt in priori non possit Archidiaconus censuras ferre, in posteriori verò sic, & iuxta hunc casum data scilicet Episcoporum concessione rectè procedit text. *in d. cap. 1. de eo, qui furtiuè*, text. autem *in d. cap dudum*, hoc ipsum significat, dum specialem consuetudinem requirit, & positis eisdem terminis, legitima scilicet concessione Episcopi, vel legitima consuetudine; rectè procedit text. *in dict. cap. Romana.*

Non obstat, quòd Archidiaconus & similes habent iurisdictionem fori contentiosi, vt iurgia audire, hoc est, lites diffinire valeant, *cap.* 1. *cap. ad hæc, hoc tit.* Quia respondetur eos non iure proprio hanc habere iurisdictionem, sed tanquam Vicarios ex commissione, & nomine Episcoporum, *d. cap.* 1. ibi, *vice sui Episcopi, cap perlectis*, ibi, *successione Episc. dist.* 25. quam commissionem, seu iussionem ad effectum decidendi specialem esse oportere, neque sufficere generalem quam habent à iure communi, & ex institutione sua, explicat Turrecrem. *in d. cap. perlectis, §. hi sunt, num.* 5.

Quare secundò formaliùs respondetur Archidia- 5
conis solùm concedi audire iurgia in dictis iuribus, ac per consequens eisdem negari potestatem decidendi, iuxta text. *in c. super quæstionum, § porrò.* iuncta gloss. *verbo, auditor, de offic. delegati*, vnde decisionem ad Episcopum referendam notat Host. & in simili de Archipresbytero agens probat text. *in cap. vlt.* ibi, *Episcopo suo remunerent, & ibi referant ad Episcopum, de offic. Archiep.* & quando negotium fuerit arduum, fatentur omnes per text. *ibi in dicto cap. ad hæc, versic. item*, explicat Turrecrem. *dicto n.* 5. ac proinde cùm excommunicatio sit maior pœna, quàm sit in Ecclesia, ex *cap cùm non ab homine, de iudiciis*, & reliquæ censuræ nonnisi pro contumacia ferri possint, meritò sequitur Archidiaconos, & Archipresbyteros sine speciali Episcoporum commissione eas ferre non posse, quæ omnia facilius procedunt secundùm hodiernam consuetudinem, qua attenta Archidiaconi in tota Hispania non habent potestatem illam, quæ iure communi eis concedebatur, indèque decretum Conc. Trid. *sess.* 24. *de reform cap.* 12. dum requirit Doctoratum, vel Licentiaturam in Theologia, vel iure Canonico ad Archidiaconatum obtinendum, non procedere in Archidiaconis hodiernis, dicunt decisum Campan. *in diuers. iuris Canon. rub.* 7. *c.* 6. *n.* 41. Ricc. *in praxi resol.* 497. *n.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconus semel in anno (nisi necessitas aliud exigat) suas Ecclesias visitet.*
2 *Archidiaconi visitationis munus quando exercere possint, ostenditur.*

CAP. Mandamus. VI.

ARchidiaconus semel in anno suas Ecclesias vi- 1
sitare potest, nisi noua causa aliud exigat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Innoc. Henric. Boich. Butr. Panorm. Host. Vivian. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 344. Alagon. *in compendio iuris Canon. pag.* 124. remissiuè Ximen. *in concord p.* 1. habetur post Conc. Lateran. sub Alex. III. *l. p.* 1. *c.* 11.

Ad Ecclesias sui Archidiaconatus visitandas.] Vide 2
Conc. Trid. *sess.* 24. *de reform. cap.* 3. vbi ita disponitur, *Archidiaconi autem, Decani, & alij inferiores in his Ecclesiis vbi bactenus visitationem exercere legitimè consueuerunt, debeant quidem assumpto Notario de consensu Episcopi deinceps per se ipsos tantùm visitare*, refert Felician. Commens. *in manuali Visit. lib.* 1. *tit.* 3. *versic. Archidiaconi.* Ego ipse *de officio, & potestate Episcopi, part.* 2. *alleg.* 73. *num.* 22. Et poterit Episcopus præstituere terminum Archidiacono ad Visitationem expediendam, & præscribere comitatum, & æquitatum ne oneri sit Ecclesiis;

Ecclesiis, quas visitauerit, provt sacram Card. Congregationem censuisse refert Piasec. *in praxi noua Episcop. p. 2. c. 3. de Visit quorumvis exemptorum, n. 62. pag. 213.* quem refero ego ipse *d. alleg. 73. n. 39.*

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconi officium quod sit, & in quo per illud releuetur Episcopus, ponitur.*
2 *Archidiaconus singulorum Presbyterorum causas audire debet.*
3 *Archidiaconus dicitur oculus Episcopi.*
4 *Archidiaconus non obtinet eandem iurisdictionem, quam Episcopus, sed inferiorem.*
5 *Archidiaconus habet perpetuam vicariam & iurisdictionem ordinariam.*
6 *Archidiaconi ad officium pertinet mittere in corporalem possessionem beneficiorum institutos ab Episcopo.*
7 *Archidiaconi interest eos examinare, qui promouebantur ad Ordines, quive præficiebantur Ecclesiis, eósque Episcopo præsentare.*
8 *Eligentes aliquem ad munus sunt adstricti læsis persoluere noxam & damna suborta ex iniqua electi administratione.*

CAP. Ad hæc. VII. *Innoc. III.*

1 ARchidiaconi officium est imperare Subdiaconis, & Leuitis, sollicitè ordinare Parochias, audire iurgia singulorum, cuius iurisdictioni subiacent Archipresbyteri, seu Decani. Est primus post Episcopum, & Vicarius Episcopi, oculus Episcopi, vt quæ corrigenda viderit, corrigat, & emendet, dummodo non sint ardua negotia. Item ad ipsum pertinet institutio corporalis pro beneficiis, & dignitatibus, & examinare promouendos ad Ordines & beneficia. Item Decani rurales institui, vel destitui debent ad mandatum Episcopi, & Archidiaconi simul. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Host. Io. Andr. Anch. Butr. Imol. Anan. Innoc. Panorm. Viu. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 245.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 124.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 11. c. 1.*

2 *Audire debet iurgia singulorum*] Notatur ad hoc quòd Archidiaconus singulorum Presbyterorum iurgia, & causas audire debet, vt per Azor. *inst. mor. p. 2. lib. 3. c. 14. q. 2. vers. deinde,* Galganet. *de iure publico, lib. 3. tit. 21. n. 6 vers. iurgia.*

3 *Oculus Episcop. Archidiaconus appellatur.*] Conc. Trid. *sess. 24. de reform. c. 12. in princ.* ibi, *Archidiaconi etiam, qui oculi dicuntur Episc.* &c. Sbroz. *de offic. Vicarij, lib. 1. q. 3. n. 17. & q. 36. n. 10.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. p. 5. collect. 1618. vers. hinc est.*

4 *Nisi adeò fuerint ardua negotia,* &c.] Notatur ad hoc quòd Archidiaconus non obtinet eandem iurisdictionem, quam Episcopus, sed inferiorem, Narbona *de appell. à Vicario ad Episcop p. 1. n. 20.*

5 *In quadam verò,* &c.] Notatur ad hoc quòd Archidiaconus habet perpetuam vicariam, & iurisdictionem ordinariam, vt per *praxi Episc. 1. verbo, Archidiaconus.*

6 *Quod institutio corporalis,* &c.] Notatur ad hoc quòd ad Archidiaconi officium pertinet mittere in corporalem beneficiorum possessionem institutos ab Episcopo, vt per Cou. *lib. 3. var. c. 16. n. 7. vers. tertius,* vbi aduertit quòd quamvis *in c. licèt Episcopus, de præbend. lib. 6.* responsum sit ad Episcopum pertinere missionem in beneficiorum possessionem, illud potest intelligi non quidem de ipsa missione in possessionem corporalem, sed de sententia, aut decreto, quo Episcopus pronuntiat institutum in possessionem mittendum fore, seu de ipsa corporalis possessionis traditione. Vel potest intelligi vt procedat de consuetudine, secundùm quam hodie ad Episcopum, non verò Archidiaconum spectat corporalis possessionis traditio, vt refert Flam. *de resign. lib. 1. c. q. 6. n. 32.*

Examinatio etiam clericorum.] Notatur ad hoc quòd 7
Archidiaconi interest eos examinare, qui promouebantur ad Ordines, quive præficiebantur Ecclesiis, eósque Episcopo offerre, vt per Azor. *inst. mor. d. c. 14. q. 2. vers. deinde,* Campan. *in diuers. iur. Can. rubr. 3. à n. 15.* Quarant. *in sum. Bullarij, verbo, Ordo, vers. subsequenter,* Sebast. Cæs. *d. §. 1 n. 8.*

In gloss. *Examinentur.* Notatur ad hoc quòd eligentes 8
aliquem ad munus sunt adstricti læsis persoluere noxam, & damna suborta ex iniqua electi administratione, vt per Cou. *in reg. peccatum, p. 2. §. 7. n. 12.* Burg. de Pace *in l. 2. Tauri, n. 28.* Palat. *de rep. c. §. 26. n. 11.* Bobadil. *in sua politica, lib. 1. c. 12. n. 59.*

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconus non dat literas commendatitias ad Ordines,* & n. 2.
3 *Dimissorias literas concedere possunt soli Episcopi, qui ordinare valent.*

CAP. Significasti. VIII.

ARchidiaconus non potest dare alicui literas dimissoriales ad Ordines, & qui sic ordinatur, interdicitur ei vsus Ordinum ab Episcopo. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Anch. Bellam. Ioan. Andr. Host. Innoc. Panorm. Anan. Butr. Viu. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag. 345.* Alagona *in compendio iuris Canonici, pag. 124.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 4. Decret. lib. 1 tit. 11. cap. 2.* 1

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt, Sbroz. 2
de offic. Vicarij, lib 2. q. 40. n. 13. Azor. *inst. mor. p. 2. lib. 3. c. 14. q 2. vers. deinde,* Galgan. *de iure publico, lib 3. tit. 21. num. 8.*

In gloss. *Literas,* ibi, *Sed solus Episcopus.* Soli enim 3
Episcopi dimissorias concedere possunt, qui & ordinare valent, Seraphin. *decis. 985. n. 3.* Campan. *in diuersorio iuris Canonici, rubr. 6. cap. 3. num. 13. propè finem,* quos refero ego ipse *de officio, & potestate Episc. p. 2. alleg. 7. n. 4.* vbi *n. 6.* quòd inferiores Prælati eas nequeunt concedere nisi ab Apost. Sede fuerit eisdem specialis data potestas; nam hodie attento iure nouiori Conc. Trid. *sess. 23. de reform. cap. 10.* neque ipsi Abbates, neque alij etiam exempti, aut Collegia, aut Capitula quæcunque etiam Ecclesiarum Cathedralium literas dimissorias clericis sæcularibus, vt ab aliis Ordines suscipiant, concedere valent, vnde Henriq. *in sum. lib. 10. c. 21. §. 1.* affirmat personas quaslibet extra Præsulum etiam habentes iurisdictionem quasi Episcopalem contentiosam & voluntariam nequiri dictam elargiri licentiam.

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconus examinat, & præsentat ordinandos, & ponit prælatos in Sede.*
2 *Dignitatis, vel officij quasi possessio probatur ex actibus ad illud spectantibus.*
3 *Cura animarum alicuius Parochiæ non probatur ex eo quòd quis administrauit Sacramenta eius incolis, nisi probet eum ad id esse adstrictum.*
4 *Archidiaconus ordinandos repræsentat Episcopo, & examinat.*

CAP. Vt Nostrum. IX.

1 ARchidiaconus examinat, & præsentat ordinandos, & ponit Prælatos in Sede. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anch. Butr Anania, Host. Innoc. Panorm. Vin. *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag.* 346. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 124. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 4. *Decret lib.* 1. *tit.* 11. *c.* 4.

2 *Nec sunt sufficienter probatum*, &c.] Notatur ad hoc quòd volenti probare quasi possessionem alicuius dignitatis, vel officij, non sufficit probare exercitium actuum, qui de iure communi non spectant ad dignitatem, vel officium, sed etiam debet probare illos actus ad dignitatem spectare, vt per Mascard. *de probat. concl.* 1214. *n.* 2. Sic etiam volenti probare esse apud aliquem curam animarum alicuius Parochiæ non sufficit probare eum administrasse Sacramenta incolis eiusdem Parochiæ, nisi probet eum id esse adstrictum, & posse compelli, vt per Manticam *decis.* 48. *n.* 5. ex gloss. *verbo, impendant, in Clem. dudum, de sepult.* recepta per Zabarel. *ibi, q.* 9. Imolam *n.* 32. Panorm. *n.* 4. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 6. *n.* 36. Rota *decis.* 52. *n.* 10. *part.* 2. *diuersor.*

4 *Repræsentare videlicet*, &c.] Notatur ad hoc quòd Archidiaconus ordinando repræsentat Episcopo, & examinat; ego ipse *de officio & potestate Episcopi, part.* 2. *alleg* 10. *num.* 21. Galganet. *de iure publico, lib.* 3. *tit.* 21. *num.* 7.

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconus in monasteriis iurisdictionem non habet, nisi quantum ei tribuit generalis, vel specialis consuetudo.*
2 *Familia Episcopi gaudet priuilegio fori.*
3 *Seruitia terminata suis terminis & finibus sunt contenta.*
4 *Consuetudo aliorum locorum est spectanda, quando particularis deficeret.*
5 *Consuetudo vnius ciuitati, vel loci extenditur ad loca, & oppida particularia illi subiecta, quæ non habeant consuetudinem propriam.*
6 *Testes antiquiores maximè sunt præferendi.*
7 *Testes domestici vbi adest difficultas probationis plenè probant.*

CAP. Dilecto. X. & vlt.

Honor. III.

1 ARchidiaconus non habet iurisdictionem in monasteriis Regularium, nisi consuetudo pacifica ei hoc concesserit. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Butr. Henric. Anch. Panorm. Viuian. *in ration. primi libri iur. Pont pag.* 346. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 125. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2.

2 *Et hominum, ac familiæ ipsius.*] Notatur ad hoc quòd familia Episcopi gaudet priuilegio fori, vt per Capic. *decis.* 12. Ioan. Anton. de Nigris *in extrauag. vnic. num.* 89. *de vita, & honest. cleric.* Calcan. *consil.* 71. *num.* 4. *versic. nec obstat si dicatur*, Natt. *cons.* 576. *num.* 5. *in fine*, Burg. *de modo procedendi ex abrupto, quæst.* 65. *num.* 77. Sbroz. *de officio Vicarij, lib.* 2. *q.* 146. Alder. Mascard. *de stat. interpret. conclus.* 1. *num.* 135. Iacob. de Graff. *in decision. aur. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 26. *versic. secundò familia Episcopi*, Thesaur. *decis.* 22. *num.* 6. Capel. Tholos. *decis.* 378. Bursat. *consil* 25. *num.* 13. *lib.* 1. Hyppol. Marsil. *consil.* 67. *num.* 60. Clar. *§. fin. quæst.* 35. *num.* 18. *versic quæro numquid familiares*, Marant. *de ordine iudic. part.* 4. *dist.* 11. *num.* 4. Bonacos. *in tract. de seruis & familis, quæst.* 5. Boss. *in tract. crimin. tit. de foro compet. num.* 127. Bellug. *in speculo Principum, rubr.* 11. § *videndum, num.* 9. *in fine, versic. de existentibus*, Decian. *tract. crimin. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *num* 47. Farinac. *in praxi crimin. part.* 1 *quæst.* 8. *num.* 46 Ion. Aloys. Leo. *in authent. cassa, num.* 23. *C. de sacrosanct. Ecclesiis*, Mich. Graff. *tom. communium opinion. lib.* 1. *titul.* 2. *num.* 48. *pag.* 157. Zerol. *in praxi Episcop. part.* 2. *verbo, Episcopus*, §. 11. Francisc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. part.* 1. *cap.* 11. *num.* 19. Villalob. *in ærario commun. opinion. num. lit. F. num.* 33. Stephan. Gratian. *Marchiæ decis.* 233. *numero* 1. *& discept. forens. cap.* 340. *num.* 31. *& seq.* Mar. Antonin. *var. resolut. lib.* 1. *resol.* 73. *ante num.* 2. Carol. de Graff. *de effectibus clericalibus effectu* 1. *num.* 128. Bellet. *disquisit. clerical. part.* 1. *tit. de fauore clericorum reali*, §. 1. *num.* 13. Squilante *de priuileg. cleric. cap.* 47. *num.* 46. Illustrissimus D. Rodericus à Cunha *in comment. ad cap. eos, num.* 11. *dist.* 32. Alexand. Trentacinq. *variar. resolut. tom.* 1. *lib.* 2. *tit. de foro compet. resolut.* 1. *num.* 1. Mart. *de iurisdict. part.* 4. *casu* 111. *num.* 3. *versic. secundus articulus est*, Campanil *in diuersor. iuris Canon. rubr.* 9. *cap.* 9. *num.* 12. Mar. Ginrb. *consil.* 70. *num.* 21. *versic. cùmque testentur omnes*, quorum plures refero ego ipse *de officio, & potest. Episc. part.* 3. *allegat.* 107. *num.* 9. *vers. familia Episcopi*, & me citato diligentissimè D. Aurel. Aug. Taurel. *lib.* 1. *responsiuris pro veritate, lib.* 1. *disp* 52. *num.* 30.

De familia Episcopi dicuntur Piscalis, nuntij, siue cursores, carcerum custodes, barisellus, birruarij, & his similes, ad not. per Felin. *in c.* 2. *n.* 2. *in fine, de foro comp.* Rebuff. *de priuilegiis scholar. priuil.* 166. *n.* 1. Stephan. Grat. *Marchiæ decis.* 233. *n* 12 *& num.* 20. Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast c.* 11. *n.* 17. *&* 18. & sacra Congreg. super negotiis Episcoporum, & Regularium præposita 25. Aprilis 1614. dum fuisset processum ad nonnullos actus in causa capitanei, vel barisselli Episcopi Sorani carceribus mancipati per Viceducem ciuitatis Soræ sacra eadem Congr. de mandato sanctissimi Pauli V. attento quòd barisellus existit de familia armata Episcopi, & propterea non potest, nec debet de iure per laicum capturari, ordinauit Illustriss. Auditori Cameræ vt capturam & acta nulla declararet. Rursus petente Episcopo Vaisonen. vtrùm iudex Camerarius, & fiscalis eiusque familiares debeat vti priuilegio fori, & immunitate ab oneribus personalibus. Sacra eadem Congreg. *sub die Decembr.* 1614. officiales prædictos vti familiares Episcopi fori priuilegio gaudere, & ad personalia ciuitatis munia subeunda minimè teneri censuit.

Notarius quoque censetur de familia Episcopi secundùm

eundùm Stephan. Gratian. *Marchiæ decis.* 233. *per tot. & discept. forens. cap.* 340. & 341. Bellet. *disquisit. cleric. part.* 1. *tit. de fauore clericorum reali*, §. 1. *num.* 16. Aloys. Ricc. *resol.* 471. *num.* 4. & *seq.* Mar. Giurb. *cons.* 88. *n.* 4. vbi latè probat per totum illud consilium procedere etiam in notario non exercente immediatè; quapropter optimo iure S. Congregatio super negotiis Episcoporum, & Regularium præposita mandauit Episcopo Ortunen. 6. Augusti 1602. ne suspenderet censuras latas & publicatas contra Gubernatorem Lanciani, nisi prius relaxato è carceribus eius notario, Regiis hortatoriis, ac aliis quibuscumque non obstantibus.

3 *Adiudicantes*, &c.] Notatur ad hoc quòd seruata terminata suis terminis, & finibus sunt contenta, vt per Tiraquel. *de notabil. c.* 37. *n.* 13.

4 In gloss. *Abbatis.* Aduerte eo tantùm casu consuetudinem aliorum locorum esse spectandam, quando scilicet particularis deficeret, Innoc. *hic num.* 8. *vers. item, & num.* 9. Mohed. *decis.* 3. *num.* 2. *de decimis*, & tenuit Rota *in vna Oriolen. Canon.* 11. *Martij* 1619. 5 coram R.P.D. Remboldo. Vnde consuetudinem vnius ciuitatis vel loci extendi ad loca, & oppida particularia illi subiecta, quæ non habeant consuetudinem propriam, post Bart. Butr. & Curt. resoluit Moneta *de distrib. quotid. p.* 2. *q.* 12. *n.* 28. vbi etiam dicit secus esse si consuetudo illa esset contra ius alicuius Ecclesiæ particularis, quia tunc non extenderetur ad Ecclesias.

6 In gloss. *Maiores*, ibi, *Ab antiquioribus.* Notatur ad hoc quòd testes antiquiores maximè sunt præferendi, vt per Tiraq. *in præfat. primog. n.* 148. *& seq.* Rebuff. *de reprob. testium. n.* 125. Mascard. *de probation. concl.* 1295. *&* 1196. *n.* 4. Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præs.* 47. *n.* 3. Farin. *in praxi crimin. q.* 65. *num.* 176. Cardoso *in praxi iudicum, verbo, testis, n.* 70.

7 In ead. gloss. ibi, *Et quæ domi geruntur facilius probantur per domesticos, quàm per alios.* Vide Amat. Roderic. *in practica de modo, & forma videndi, seu examinandi processum. c.* 7. *n.* 50. Brunor. à Sole *in locis communibus verbo, domestici*: nam licèt testes domestici non probent, tamen vbi adest difficultas probationis ratione temporis & loci, vel in his, quæ occultè fiunt, plenè probant, Rota apud Farinac. *decis.* 598. *n.* 6 *& decis.* 772 *n.* 2. *&* 3. *p.* 1. *in recent.*

De Officio Archipresbyteri.

Tit. XXIV.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Anan. Panorm. Petr. de Rauenna *in compendio iuris Can.* Martin. Mesnartius *in epitome Decret. fol.* 26. *verso*, Daniel Venator. *in analysi methodica iuris Pontific. pag.* 85. Goffred. & Host. *in summa huius tit.* Canis. *in summa iur Canon. lib.* 1. *tit.* 20. Petr. Alphons. de Vasconcel. *in harmonia rubr. iur. Canon.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barthol. Carthag. *in exposit. titulorum iuris Canonici*, Lancel. *in instit. Canon.* Canis. *in summa iur. Canon.* & nouissimè Ioan. Honor. *lib.* 1. *summ. in Decretal.* Cafarel. *in erotem. iuris Canon.* omnes *sub hoc tit.*

Archipresbyter dicitur princeps Presbyterorum, Marta *in votis nouissimarum decis. voto* 177. *num. fin.* & de eius potestate, munere, & officio, vide *l.* 8 *tit.* 6. *p.* 1. vbi Greg. Emman. Sà *in aphorismis, verbo, Archipresbyt.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris, lib.* 15. *c.* 21. Rota apud Farinac. *decis.* 533. *n.* 5. *p.* 1. *in recent.* Guillelm. Durand. *in speculo iuris, lib.* 4. *sub hoc tit.* Card. Tusch. *tom.* 1. *lit. A. concl.* 485. Lancel. Conrad. *in templo omnium iudicum, lib.* 2. *cap.* 11. Ioan. Garc. *de expensis, c.* 9. *n.* 5. & 6. Flores *var. lib.* 1 *q.* 4. *n* 17. Fr. Hieron. Roman. *de Republ. Christiana, lib.* 3. *c.* 10. §. *succede, fol* 202. *verso*, Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 15. Galganet. *de iure publico*, *lib* 3. *tit.* 22. Ant. Fabric. *de re benefic. tit de beneficiis cum dignitate n.* 30 *cum seq.* Sebast. Cæsar. *de Ecclesiastica hierarchia q.* 2. *proœm. n.* 9. & latius *p* 3. *disp.* 12. §. 2. Et an habeat aliquam iurisdictionem in suos Parochianos, Clericos, & Sacerdotes, eos scilicet puniendi, castigandi, vel aliud faciendi, tractat. decis. Rotæ apud Farin. 129. *p.* 2. relata per Aloys. Ricc. *in praxi aurea resol.* 93.

SVMMARIVM.

1 *Archipresbyter ciuitatis subest Archidiacono, & principaliter præest Presbyteris, & presbyteralibus officiis, &* n. 2.

3 *Archidiaconus præcedit Archipresbyterum quoad dignitatem, non quoad Ordinem, Archipresbyter verò præcedit Archidiaconum in diuinis.*

Cap. Vt Archipresbyter. I.

Ex Concil. Toletan.

ARchipresbyter subest Archidiacono, cuius mandatis sicut Episcopi obedit. Habet curam supra Presbyteros, & absente Episcopo solemniter Missam canit, vel is, cui ipse iniungit. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Bellam. Io. Andr. Innoc. Host. Butr. Collect. Anan. Anch. Panorm. Viuian. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 347. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 125. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Ant. Augustt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1. *tit.* 16. *cap.* 1. & à Burchard *lib.* 3. *cap.* 50. & Iou. *p.* 6. *c.* 26. 1

Probat hic text. quòd Archipresbyter est Archidiaconi iurisdictioni, & potestati subiectus, vt per Boër. *de auctoritate magni Consilij, n.* 72. *in fin. & n.* 73. *cum seqq.* Steph. Gratian. *discept. forens. c.* 111. *n.* 80. Azor. *inst. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 15. *q.* 2. & 3. Sebast. Cæsar. *in relect. de Ecclesiast. hierarchia p.* 3. *disp.* 12. §. 2. *n.* 1. 2

In gloss. *Subesse*, ibi, *Sed dicas quòd Archidiaconus præest Archipresbytero quoad dignitatem, non quoad Ordinem.* Notatur ad hoc quòd Archidiaconus præcedit Archipresbyterum in administratione, sed Archipresbyter præcedit Archidiaconum in diuinis. Felin. *in rubr. de maiorit. & obed.* Boër. *d. num.* 73. Anton. de Prætis *in clypeo Pastoralis officij, cap.* 637. nisi Archidiaconus sit in Presbyteratus Ordine constitutus, tunc, cùm sit par etiam in Ordine, & maior in administratione, debet præcedere Archipresbyterum absente Episcopo in celebratione Missarum in diebus solemnibus, in delatione sanctissimi Sacramenti in eius festo, in benedictione candelarum, cinerum, palmarum, & aliis huiusmodi actibus, & functionibus sacerdotalibus, Host. *hic*, quem sequuntur Ioan. Andr. Anton. Abb. Card. Anchar. Bellam. & censuit sacra Congregat. *in vna Regien. 9. Decembr.* 1600. his verbis, Censuit sacra Congreg. Archidiaconũ dictæ Ecclesiæ, qui prima dignitas post Pontificalem existit, & Sacerdos nunc est, nõ quidem ex obligatione, sed ex sua voluntate & deuotione in 3

decantatione Missarum in diebus solemnibus, de latione sanctissimi Sacramenti, benedictione candelarum, cinerum, & palmarum, & aliis huiusmodi actibus, & functionibus sacerdotalibus Episcopo absente præferendum esse Archipresbytero, neque allegatam consuetudinem, quæ legitimè probata non fuit eidem Archipresbytero ad excludendum Archidiaconum Sacerdotem, in casu de quo agitur, suffragari, refert Marc. Ant. Genuen. *in praxi Archiep. Neapol. c. 5 in nouiss. edit.*

SVMMARIVM.

1 *Archipresbyteri ministerium quod sit ponitur*, & n. 2. *remissiuè.*

CAP. Ministerium. II. *Leo.*

1 ARchipresbyter habet curam, & solicitudinem de omnibus Sacerdotibus, qui sunt cardines Ecclesiæ vt diligenter faciant Sacrum & Horas, &c. Absente verò Episcopo prouidet, & supplet officia Sacerdotum, vt fontes benedicere, infirmos vngere, pœnitentem infirmum consulto Episcopo reconciliare, exceptis his, quæ sunt illi prohibita. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Host. Anch. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Panorm. Anan. Butr. Viu. *in ration. primi libri Iuris Pontif. pag.* 347. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 125. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. Augustt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1. *tit.* 6. *c.* 2.

2 Idem ex hoc text. referunt Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 2. *c.* 15. *q.* 2. Galganet. *de iure publico, lib.* 3. *tit.* 22. *à n.* 3. Et in Concil. Trid. *sess.* 5. *de reform. c.* 2. salubriter additur vt Archipresbyteri, & alij curam animarum habentes diebus saltem Dominicis, & festis solemnibus plebes sibi commissas pro sua & earum capacitate pascant salutaribus verbis, docendo ea, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, annuntiandoque eis cum breuitate & facilitate sermonis vitia, quæ eos declinare, & virtutes, quæ sectari oporteat.

SVMMARIVM.

1 *Archipresbyteri ciuitatensis officium quod sit, ponitur*, & num. 2.
3 *Iurisdictio voluntaria competens alicui ex commissione legis quando delegari possit, ostenditur.*
4 *Cathedralis Ecclesia dicitur esse Parochia totius ciuitatis, & diœcesis.*

CAP. Officium. III.

1 ARchipresbyteri vrbani officium est absente Præsule vice ipsius inchoare officium, benedicere in Ecclesia, in matutino Missam cantare, vel imponere alicui, vt cantet, & celebrante Episcopo iubere Sacerdotibus, vt se induant vestibus sacris, & procedant curare, vt non desit Eucharistia, nec Confessarij pro infirmis, & pro aliis diœcesanis. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Butr. Anan. Host. Innoc. Anch. Panorm. Viu. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 348. Alagon. *in compend. iuris Canon. pag.* 125. remissiuè Ximen *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. Augustt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1. *tit.* 16. *c.* 3.

Idem ex hoc text. desumunt Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 3. *c.* 15. *q.* 4. *&* 5. Sbroz. *de officio Vicarij, l.* 1. *quæst.* 3. *num.* 18.

Vel cui de Sacerdotibus iusserit.] Notatur ad hoc quòd 3 iurisdictio voluntaria competens alicui ex commissione legis delegari potest, quando non sit tanti momenti, quin per alium expediri valeat, vt per Couar. *lib.* 3. *var. c.* 20. *n.* 6.

In gloss. *A foris veniunt*, ibi, *Quilibet de Episcopatu* 4 *potest Sacramenta recipere in maiori Ecclesia.* Quia Ecclesia Cathedralis dicitur esse Parochia totius ciuitatis, & diœcesis, Guttier. *Canon. lib.* 1. *cap.* 27. *num.* 24. *& seq.* Lauor. *variar. lucubr. tom.* 2. *tit.* 2. *cap.* 11. *num.* 64. Piasec. *in praxi Episcopi, part.* 2. *cap.* 3. *numero* 4. *vers. circa festum*, Card. *in Clem. dudum*, §. *verùm*, *de sepult.* quem refert Bellet. *disquisit. cleric. part.* 1. *tit. de bonis cleric* § 3. *num.* 43. & ideo Archipresbyter Cathedralis omnibus de diœcesi Sacramenta ministrat. gloss. *verbo subdito in cap.* 2. *de pœnit. & remiss. lib.* 6. Anton. Cuch. *lib.* 5. *instit. maior. tit.* 4. *num.* 168. Sanch. *de Matrim. lib.* 3. *disp* 27. *num.* 1. Galet. *in margarita casuum conscient. verbo Sacramentum* 2. ac proindo Confessiones omnium de diœcesi audit, & absoluit, ac pœnitentias iniungit. Oldrad. *cons.* 230. *n.* 2. *in fine*, Sbroz. *de officio Vicar. lib.* 2. *quæst.* 14. *num.* 2. Azor. *instit. moral. lib.* 3. *cap.* 15. *q.* 8. *vers. quæres.*

SVMMARIVM.

1 *Archipresbyter realis Presbyterorum, & laicorum plebania suæ curam gerit, contra decretum tamen Episcopi nihil ordinare potest.*
2 *Archipresbyter est legitimus Episcopi Vicarius.*
3 *Archipresbyter ordinariam habet iurisdictionem.*

CAP. Vt singulæ. IV. & fin.

ARchipresbyter ruralis gerit curam non solùm 1 plebis, sed aliorum Presbyterorum, & cuncta debet referre ad Episcopum, nec potest ordinare aliquid contra decretum Episcopi, & quælibet plebs debet habere suum Archipresbyterum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anch. Anan. Host. Innoc. Butr. Panorm. Viuian. *in rationis primi libri iuris Pontif. pag.* 348. Alagon. *in compendio iuris Canon. pag.* 126. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. Augustt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1. *tit.* 16. *c.* 4.

Probat hic text. Archipresbyterum esse legiti- 2 mum Episcopi Vicarium, vt per Sbroz. *de officio Vicarij, lib.* 1. *quæst.* 3 *num.* 18. *& lib* 2. *quæst.* 14. *num* 2 Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 15. *quæst.* 4. *vers. alter verò*, Narbona *de appellat. à Vicario ad Episcopum, part.* 1. *num.* 22. Monet. *de distribut. quotid. p.* 2. *quæst.* 1. *num.* 26. *vers. ratio.*

In gloss. *Referant*, ibi, *Cùm habeant ordinariam iuris-* 3 *dictionem.* Notatur ad hoc quòd Archipresbyteri ordinariam habent iurisdictionem, vt per Azor. *d. c.* 15. *quæst.* 6. Narbona *vbi proximè part.* 1. *num.* 20. Moneta *d. q.* 1. *n.* 26 *in fine*, vbi *n.* 28. dicit iurisdictionem, & & aliorum curam Archipresbytero incumbentem, per contrariam consuetudinem hodie sublatam videri.

De

De Officio Primicerij.

Tit. XXV.

Vper hanc rubr. scripserunt Bellam. Anch. Ioan. Andr. Anan. Panorm. Butr. Zabar. Petr. de Rauenna *in compend. iuris Can.* Martin. Mesnart. *in epitome Decretal. fol. 27. vers.* Dan. Venat. *in analysi method. iuris Pont pag. 86.* Goffred. & Host. *in sum. huius tit.* Canis. *in sum. iur. Can lib. 1. tit. 21.* Petr. Alphons. de Vasconcel. *in harmonia rubr. iuris Can.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Bart. Carthag. *in expos. tit. iur. Can.* nouissimè Ioan. Honor. *lib. 1. sum. in Decret.* omnes *sub hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Primicerij ad officium quæ spectent ponuntur, & n. 2.*
3 *Decanus quam dignitatē & officium habeat remissiuè.*
4 *Præpositus in Ecclesiis Germaniæ, Poloniæ, Flandriæ, & Angliæ habet dignitatem post Pontificalem maiorem, & curam animarum, totique præest Canonicorum Collegio.*
5 *Magistri scolæ officium & dignitas quæ remissiuè.*
6 *Cantor quam dignitatem & officium habeat, remissiuè.*
7 *Personatus est honor, & præeminentia in Ecclesia absque administratione, potéstque ei renuntiari.*
8 *Plebanus is vocatur, qui est præfectus Ecclesiæ, siue plebis.*

Cap. Vt Primicerius, vnic.

Ex lib. Romani Ordinis.

1 PRimicerius est sub Archidiacono vt Archipresbyter, distribuit lectiones nocturnorum Diaconis, & aliis & responsoria Cantoribus, & eo; instruit vt sensum habeant. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zab. Collect. Anch. Bellam. Ioan. And. Host. Innoc. Panorm. Anan. Butr. Viu. *in ration. primi libri iuris Pontif pag. 349.* Alagona *in compend. iuris Canon pag. 126.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. &* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 17. c. 1.*

2 Ponunt etiam quæ spectant ad officium Primicerij *l. 5. tit. 6. p. 1.* & Gramm. *dec. 64. n. 6. cum seqq.* Cassan. *in catalogo gloriæ mundi, p. 4. consid. 42 fol. 97.* Azor. *inst. mor. p. 2. lib. 3. c. 16.* Galganet. *de iure publico lib. 7. tit. 31.* Card. Tusch. *lit 9. concl. 650.* Filliuc. *tom. 3. tr 41 c. 1. n. 25.* remissiuè Illustr. D. Roder. à Cunha *in c. 1. dist. 25. n. 14.* Ant. Fabric. *de re benef. tit. de benef. cum dignitate ex n. 54.* Sebast. Cæs. *de Eccles. hierarchia q. 2. proœm. n. 11.* & latiùs *p. 3. disp. 12. § 3.*

3 Aliæ in Ecclesia sunt dignitates secundùm vniuscuiusque Prouinciæ consuetudines, præeminentiam habentes. Decanus in omnibus ferè Hispaniæ, & Franciæ Ecclesiis is dicitur, qui præest toti Canonicorum Collegio in choro, in incessu, comitiis, & suffragiis ferendis, de cuius officio agunt Pute. *p. 3. dec. 210.* Fr. Hieron. Rom. *lib. 3. de Republ. Christiana c. 10. in princ.* Flamin. *de resign. l. 1. q. 1. n. 86.* Azor. *inst. mor. p. 2. lib. 3. c. 17.* quos refero ego ipse *de offic. & potest. Episc. p. 1. tit. 3. c. 3 n. 8.* Rota apud Farin. *dec. 533. à n. 4. p. 1. in recent.* Card. Tusch. *lit. D. concl. 60.* Filiuc. *d. tr. 41. c. 1. n. 29.* De iure tamē Decanus nullam habet iurisdictionē cū careat iure Prælaturæ in Capitulo, cuius ipse est pars, Abb. *in c. post electionem, sub n. 9. circa fin. vers. item puto, de concess. præb.* dum verò locum Archiepresbyteri in Ecclesia obtinet tanquam subrogatus, eadem potest, quæ Archipresbiter, & hac ratione dicitur dignitas, Rot. *dec. 17. sub n. 1. vers. sed caue, de concessione præb.* Petr. Greg. *l. 15. c. 21. n. 12. & de benef. c. 10. n. 24. & in p. can. l. 2. tit. 9 c. 5. n. 4.* Sicque est intelligenda Putei *dec. 209. n. 2. lib. 2.* quatenus vult Decanum respectu Capituli non regulari personam priuatam, sed habere Prælaturam cum iurisdictione in Capitulo; cui præest.

4 Præpositus in Ecclesiis Germaniæ, Poloniæ, Flandriæ, & Angliæ habet personatum, ac dignitatem, & alicubi iurisdictionem ac curam animarum, totique præest Canonicorum Collegio, Azor. *d. lib 3. c. 18.* Petr. Greg. *syntagm lib. 15. c. 18. ex n. 6.* Sebast. Cæs. *d. q 2. proœm. n. 13. & p. 3. q. 12 §. 5.* Pacian. *d. l 2. c 27. ex n 39.* Et quod sedes Præpositi in illis partibus, post Pontificalem sit dignior, censuit Rota apud Farin. *dec. 865. n. 8. & dec. 866. n. 1. in 1. collect.* alias *p. 4. diuers.* Et quod possit renuntiari tenet Flamin. *d q. 1. n. 97.* An & quando sit dignitas, vide Card. Tusch. *lit. P. concl. 518. & concl 520.*

In Rota pluries resolutum fuit Præpositurā de iure non esse dignitatem, nisi sit prima in Cathedrali, vel Collegiata, vel Conuentuali, habeatve sub se clerum, & capellas, vt *in Aquen. monasterij 31. Maij 1598.* coram Card. Lancelloto, & *in Dertusen. Prioratus 5. Martij 1614.* coram R. D. Decano, & *in Vincent. parochialis 20. Febr. 1617.* coram Vbaldo, refert nouissimè Ioan. Ant. Massobr. *in sua praxi habendi concursum prælat. 15. dub. 1. secundum Rom. impress.*

5 Magister scholæ olim dicebatur qui in Cathedralibus Ecclesiis constitutus clericos omnes inferiores cantum Latino sermone, & alias artes, ac disciplinas docebat, vt scirent Latinè legere, scribere, loqui, & cantare, & vt quæ de officiis diuinis recitabant propè intelligerent, de cuius officio tractant, Durand. *de benef. lib. 10. c. 15.* Petr. Greg. *eod. tr. lib. 5. c 19.* Fulu. Pacian. *de probat. lib. 7. c. 27. ex n. 107.* Sandon. *de officio can. p. 5. c. 3.* Greg. *l. 7. tit. 6. p. 1* Fr. Hieron. Roman *de Republ. Christiana lib. 3. c. 10. in med. vers. Magistrescuola.* Azor. *d. lib. 3. c. 23.* Sebast. Cæs. *d. q 2. proœm. n. 12. & p. 3. disp. 12. § 4.*

6 Cantor, qui & alio nomine Præcentor dicitur, ille erat, qui præerat toti Cantorum choro in duas partes diuiso, & Antiphonas, ac Psalmos inchoabat, de cuius officio agunt Put. *p. 3. dec. 89.* Greg. *l. 5. tit. 6. p. 1.* Nau. *in c. si quando, de rescript. except. 1. n. 4.* Azor. *d. lib 3 c. 22.* Flam. *d q 1. n. 87. 89 & 99.* Card. Tusch. *lit. D. concl. 419. n. 23.*

7 Personatus est honor, & præeminentia in Ecclesia absque administratione, potéstque ei renūtiari, Hojed. *de incompat. benef. p. 1. c. 9. n. 2.* Corras. *de benef. p. 2. c. 3. n. 6.* Flamin. *d. q. 1. n. 90. & 91* In quibus differt à dignitate, vide Card. Tusch. *lit. P. concl. 111.* Filliuc. *d. c. n. 24.* Massob. *in d. praxi præd. 16.* secundùm Roman. impr.

8 Plebanus is vocatur, qui est præfectus Ecclesiæ, siue plebis, habens in sua iurisdictione, & potestate Capellas, seu minores Ecclesias, quibus Vicarij in perpetuum, vel ad tempus præficiuntur; de cuius officio, & dignitate agunt Azor. *d lib 2 c 21.* Fusch. *de Visitat. l 2 c. 9.* Filliuc. *d. c. 1. n. 21* Petr. Greg. *d l 15. c. 24. n. 13.* Læl. Zech. *de repub. Eccles. c. 27. à princ.* Fulu. Pacian. *de probat. lib. 2. c 27. ex n. 59.* Sebast. Cæs. *de Eccles. hierarchia, q. 2. proœm n. 17.*

De Officio Sacristæ.

TIT. XXVI.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Anch. Butr. Anan. Panorm. Petr. de Rauenna *in compendio iuris Canon.* Martin. Mesnart. *in epitome Decret. fol. 27. verso*, Daniel Venator. *in analysi method. iuris Pontificij, pag.* 80. Goffred. & Host. *in sum. huius tit.* Alexand. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque lib. Decret.* Barth. Carthag. *in exposit. titulorum iuris Canon.* & nouissimè Ioan. Honor. *lib. 1. sum. in Decret.* omnes *sub hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Sacristæ ad officium quæ spectent, ponuntur.*
2 *Sacrista quam dignitatem & officium habeat, remissiuè.*
3 *Sacrista potest renuntiare.*
4 *Sacrista idem est quod Thesaurarius.*

CAP. Vt sciat, vni. *Ex Conc. Tolet.*

1 SAcrista est sub Archidiacono, habet curam sacrorum vasorum, vestimentorum Ecclesiasticorum, & thesauri Ecclesiastici, & eorum, quæ pertinent ad luminaria in cera, & oleo. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Anan. Panorm. Host. Butr. Anch. Viu. *in rationali primi libri iur. Pont. par.* 349. Alagon. *in compend. iuris Canon. pag.* 126. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1. *tit.* 18. *c.* 1. & ab Iuo *part.* 6. *cap.* 10.

2 De officio, & dignitate Sacristæ agunt Greg. *l.* 6. *tit.* 6. *p.* 1. Fr. Hieron. Roman. *de Republ. Christiana lib.* 3. *c.* 9. Azor. *instit. mor. p* 1. *lib.* 3. *c* 16. *q.* 4 & 5. Card. Tusch. *tit. D. concl.* 419. *n.* 24. Galgan. *de iure publico, lib.* 3. *tit* 33. Sebast. Cæs. *in relect. de Eccles. hierarchia q.* 2. *procem.* § 5. *ex n.* 2. Et quod possit renuntiare, tenent Hojed. *de incompatibil. benef. p.* 1. *c.* 8. *n.* 3. Flamin. *de resign. lib* 2. *q.* 1. *num* 96.

3

4 *Seu totius thesauri Ecclesiastici.*] Aduerte idem esse Sacristam, qui nunc in Ecclesiis solet Thesaurarius nominari, quoniam vtriusque videtur idem esse munus & officium, Azor. *d. c.* 16 *q.* 4. vbi *q.* 6 dicit Thesaurarium dignitatem, vel personatum habere, quia in choro, consessu, comitiis, & suffragiis ferendis gradum & locum honorificum habet, de quo latè Sebast. Cæs. *d. q.* 2. *procem.* §. 5. *num.* 4 *cum seqq.* & Thesaurarium inter dignitates referunt Abb. *in cap. de multa num.* 23. *vers. secus, de prabend.* vbi Quint. *in repet. n.* 89. *circa med.* Rot. *in Pamphilon. Thesaurariæ* 23. *Ianuarij* 1617. coram R. D. meo Coccino Decano, quos refert Burat. *decis.* 473. *n.* 5. vbi numeris sequentibus latè ostendit ex quibus probetur, quod thesauraria sit dignitas.

***

De Officio Custodis.

TIT. XXVII.

SVPER hanc rubr. scripserunt Bellam. Anch. Ioan. Andr. Anan. Panorm. Butr. Ioan. de Londris *in in breuiario sanctorum Canonum fol.* 164. *verso*, Petr. de Rauen. *in compendio iur. Can.* Mart. Mesnart. *in epitome Decret. fol.* 27. *verso*, Dan. Venat. *in analysi method. iuris Pontif. pag.* 87. Goffred. & Host. *in sum huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barth. Carthag. *in exposit. titulorum iur. Canon.* nouissimè Ioan. Honor. *lib.* 1. *summ. in Decret.* omnes *sub hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Custodis ad officium quæ spectent, ponuntur,*
2 *Custodis officium & dignitas, quæ, remissiuè.*
3 *Officio quis priuatur propter negligentiam.*

CAP. Custos. I. *Ex lib. Rom. Ordinis.*

CVstos debet obedire Archidiacono circa custo- 1
dienda ea, quæ sunt Ecclesiæ, pulsare signum pro Horis Canonicis, custodire pallia, linteamina, & alia vtensilia, vigilare in accendendo lampades, & laternas sine excessu, & defectu, & si non bene fungitur suo officio, ab Archidiacono corrigi debet, & si non se emendet, re delata ad Episcopum eiicitur, & prouidetur de idoneo. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anch. Anan. Host. Henric. Boich. Innoc. Butr. Panorm. Viu. *in ration. primi libri iuris Pont. pag.* 350. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 127. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1. *tit.* 19. *c.* 1.

De officio, & dignitate Custodis agunt etiam 2
Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 5. *c.* 16. *q.* 7. & 8. Galganet. *de iure publico, lib.* 1. *tit.* 31. apud Hispanos; *lib.* 6. *tit* 6. *p.* 1. Et de ædituo Sacræ ædis custode apud Gentiles, vide Robert. Valtur. *lib.* 8. *de re militari, c.* 1. *verbo, Ædiles.*

Denuntiando] Intellige de denuntiatione canonica, 3
Maranta *de ordine iudic. p.* 6. *tit. de denunt. n.* 7.

Vt indecente electo.] Notatur ad hoc quod propter negligentiam quis priuatur officio, vt per Dec. *in c.* 2. *in fin. de appell. n* 8. Cald. Pereira *in l. si curatorem, C de in integ. restit. minor. verbo, sine curatore, n.* 7.

SVMMARIVM.

1 *Custodis ad officium quæ spectent ponuntur.*
2 *Oblationes lucrari non possunt nisi clerici interessentes Diuinis.*
3 *Oblationes indistinctè pertinent ad Rectorem.*
4 *Oblationes quæ fiunt tempore Iubilæi in Ecclesia Cathedrali spectant ad Archipresbyterum eiusdem Ecclesiæ, & non ad Episcopum.*
5 *Custos, Sacrista, & Thesaurarius idem videntur esse.*

CAP

CAP. Custos. II. & fin.

Ex Conc. Tolet.

1 CVstos sollicitus esse debet de omni ornamẽto Ecclesiæ, & luminariis, & incenso, habere paratum panem, & vinum ad Missam omni tempore, dare signum ad singulas Horas Canonicas, vt iubet Archidiaconus, de eiusdem consensu absente Episcopo tenetur diuidere oblationes, & decimas inter fratres. Item hi tres, videlicet Archidiaconus, Archipresbyter, & Custos, sunt quasi columnæ Ecclesiæ, ideo debent esse vnanimes, & sine inuidia. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Io. Andr. Innoc. Butr. Anan. Host. Innoc. Anch. Panorm. Viu. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 350. Alagona *in compend. iuris Can. pag.* 127. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1. *tit* 19. *c.* 2.

2 *Omnes obligationes*, &c.] Notatur ad hoc quod oblationes lucrari non possunt nisi clerici interessentes Diuinis, vt per Valasc. *cons.* 14. *n.* 5. *vers. quarto.* Et oblationes, quæ fiunt pro aspersione domus, pertinent ad Rectorem, cui competit hoc ministerium, non verò ad Sacristam, Stephan. Quaranta *in sum. Bullarij, verbo,* 3 *Missa, in fine.* Oblationes enim indistinctè cedunt, & acquiruntur Rectori, *c. Sanctorum, c hanc* 10. *q.* 1. Ferret. *cons.* 143. *n.* 4. Bellet. *disquis. cleric. p.* 1. *tit. de bonis cler.* §. 3. *n.* 4. Eæ verò oblationes, quæ fiunt tempore Iubilæi, vel anno Sancto in Ecclesia Cathedrali spectant ad Archipresbyterum eiusdem Ecclesiæ, non autem ad Episcopum, nam cùm Archipresbyter habeat curam animarum, & Sacramentorum administrationem, habet per consequens de iure communi fundatam intentionem in omnibus oblationibus, idque priuatiuè ad Episcopum, Abb. *in c. quoniam notab.* 1. *infr. de decimis*, Maluet. *de oblation. dub.* 4. *n.* 401. Ferret. *d. cons.* 143. *n.* 4. & fuit dictum *in vna Beneuentana spolij* 2. *Decemb.* 1585. coram Orano, quam citat Bellet. *d.* § 3. *n.* 49. vbi *n.* 50. refert omnia, quæ veniant oblationis nomine.

4 Et in oblationibus, quæ sacris imaginibus deferuntur, quamvis Episcopo deberi resoluant Angel. *in disp. incipit. in re fulgenti in dub.* Maluet. *de oblat. in* 4. *dub. n.* 14. Petr. de Vbaldis *de canon. port. c.* 4. *q.* 16. attamen verior, & hodie receptissima est sententia quod siue in Ecclesia Parochiali positæ sint huiusmodi sacræ imagines, siue extra, intra tamen limites parochiæ, habet fundatam intentionem Parochus super omnibus obuentionibus contingentibus intra limites suæ parochiæ, & ad eum spectant, ita Abb. *in c. dilectus, de offic. Ord. n.* 4. qui subdit *vers. quoad primam*, Episcopo solùm deberi oblationes quando sacræ imagines reperiuntur extra omnem Parochiam, Felin. *ibid. in princ. & n.* 3. & idem Abb. *in c. quoniam n.* 1. *de decim.* Capell. Tholos. *dec.* 483. Ferret. *cons.* 143. qui bene distinguit *n.* 2. 3. & 4. Azor. *instit. mor. p.* 1. *l.* 7. *c.* 38 *q.* 13. Dec. qui fusè pro Parocho contra Episcopum in his oblationibus quæ iconi sanct. Crucifixi offerebantur, consuluit *cons.* 16. *per tot. l.* 2. Guttier. *can. l.* 2. *c.* 21. *n.* 162. Marescot. *var. res. lib.* 2. *c* 42. *n* 6. 7. & 8. Ric. *in decis. Curiæ Archiep. Neapol. dec.* 170. *n.* 7. *p.* 4. & fuit dictum *in Aquilana nullitatis erectionis* 20. *Decemb.* 1610. coram R. P. D. meo Pirouano, quæ est *decis.* 256. *p.* 1. *recent.* & *in Beneuentana spolij* 2. *Decembris* 1585. coram Orano, & eleganter *in Lunen. Sarzanen. obligationum* 8. *Februarij* 1627. coram R. P. D. Merlino.

5 *Hitres*, &c. Notatur ad hoc quod Custos, Sacrista, & Thesaurarius idem videntur esse, quia cùm eorum eædem sint partes & munera pro varietate Ecclesiarum, & locorum videtur nunc idem dici Sacrista, nunc Thesaurarius, nunc Custos, ita Azor. *instit. mor. p.* 2. *lib.* 3. 16. *q.* 8. qui omnes possunt renuntiare, Flam. *de resign. lib.* 2. *q.* 1. *n.* 93. & 96.

De Officio Vicarij.

TIT. XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hanc rub. scribentes.*
2 *Vicarij perpetui in beneficio ponendi materiam qui tractent, citantur.*
3 *Vicarij seu vices gerentes in iure appellantur illi, qui in locum alterius magistratus absentis, scilicet mortui, vel impediti, substituuntur ab eis, qui à lege ad id potestatem habent.*
4 *Episcopis facultas est concessa constituendi sibi Vicarios generales etiam citra necessitatem.*
5 *Vicarij etiam interueniente nominatione Episcoporum, seu aliorum magistratuum à lege, seu à Principe auctoritatem ad id tribuente, constituti censentur.*
6 *Vicarij seu vicesgerentes huiusmodi ordinarij iudices sunt.*
7 *Papa dicitur Christi Vicarius.*
8 *Papa habet Vicarium.*
9 *Vicarij Episcopi tripliciter in iure accipiuntur, quidam nati seu legitimi sunt, foranei constituti alij, alij vero dati siue constituti generales nuncupantur.*
10 *Vicarij alij sunt perpetui, alij temporales in beneficiis.*
11 *Vicarius perpetuus dicitur quando beneficium vnitur accessoriè.*
12 *Vicarius perpetuus dicitur, id est, quoad vitam ipsius.*
13 *Vicarius in beneficiis ita vocatur respectu Rectoris Ecclesiæ parochialis, quia hic est principalis persona in Ecclesia, Vicarius verò tanquam minus principalis & coadiutor vicariam præstat operam.*
14 *Vicarij perpetui habent verum titulum.*
15 *Vicariæ perpetuæ sunt beneficia Ecclesiastica.*
16 *Vicarij perpetui remoueri non possunt etiamsi principales Rectores moriantur.*
17 *Vicarius temporalis quis dicatur, ostenditur.*

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabar. 1 Bellam. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Anan. Panormitan. Guillelm. Durand. *in breuiario aureo iuris Canonici, fol.* 29. *verso*, Petr. de Rauenna *in compendio iuris Canon.* Martin. Mesnart. *in epitome Decretalium fol.* 27. *vers.* Dan. Venat. *in analysi method. iuris Pont. pag.* 87. Goffred. & Host. *in summ. huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Lancel. *in instit. Canon.* Canis. *in summma iuris Canon.* Bart. Carthag. *in expositione tit. iur. Canon.* Cafarel. *in erotem eiusdem, iuris*, nouissimè Ioan. Honor. *lib.* 1. *sum. in Decret.* omnes *sub hoc tit.*

De Vicario perpetuo in beneficiis ponendo, & de 2 eius officio vide Guillelm. Durand. *in speculo iuris, lib* 4. *sub hoc tit.* Rebuff. *in praxi benefic. tit. de Vicaria perpetua*, Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 6. Gonz. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 5. §. 3. *num.* 10. *cum multis seqq.* Hojed. *de incompatib. benefic. cap.* 5. Guttier. *cons.* 8.

Flores

Flores de Mena *var. q.* 10 Nicol. Garc. *de benef. p.* 9. *c.* 2. *num.* 10. *cum seqq.* Canis. *in summ. iuris Canon. lib.* 1. *tit.* 22.

Officio.] Vide dicta ad *rub. de offic. & potest. indic. deleg.*

3 *Vicarij.*] Vicarij seu vicegerentes in iure appellantur illi, qui in locum alterius magistratus absentis, scilicet mortui, vel impediti, substituuntur ab eis, qui à lege ad id potestatem habent, vt deducitur ex *l.* 1. ibi, *Sine Proconsulatum*, &c. *ff. de tut. & curat. datis ab iis*, Cujac. *lib.* 1. *quæst. Papiniani super l.* 25. *ff. de offic. Proconf. in princip.* Molin. *in emporio iur. tit.* 2. *in prælud. n.* 84. ideoque appellantur etiam suffecti, *l.* 2. § *post hanc, in fin.* ibi, *Quo suffectus fieret*, &c. *ff. de origine iur. c. quædam*, ibi, *Suffecti cons.* 2 *dist.* & licèt magistratus inferiores regulariter tales Vicarios sibi constituere non possint, nisi in certis casibus à iure expressis, veluti necessitatis, siue absentiæ, *auth. de collat* §. *ad hæc prohibemus, collat.* cum aliis, de quibus Alex. *in rub ff. de offic. eius, n* 18. Capic. *dec.* 151. Auendan. *de exequendis mand lib* 1. *c.* 1. *in princ* Molin. *de iust tom* 6. *disp.* 13. *n.* 2. præterquam in Regno Castellæ, in quo Correctoribus permittitur, imo iubetur, vt secum habeant locum tenentes, seu Vicarios iurisperitos, *l.* 10. *tit.* 5. *lib.* 3 *noua Recop* qui vulgo appellantur, *tenientes ô Alcades maiores*, Molin. *vbi proximè n.* 3. cum aliis infrà
4 citandis; & in Republica Ecclesiastica Episcopi, quibus facultatem esse concessam constituendi sibi Vicarios generales, iuxta *totum tit. de officio Vicarij lib* 6. ne forensibus negotiis impediti verbo & ministerio Dei circa oues sibi commissas vacare non possint, omnes agnoscunt, quamvis circa necessitatem controuertant, vt videre est per Abb. affirmatiuam partem sequentem *in c. quoniam, n.* 13. *de offic. ordin.* Ruzæ *de præeminentia Archiep. priuil.* 3. Rebuff. *de nomin. q.* 14. *n.* 59. Zechi. *de Republ. Eccles. c.* 24. *vers. primo, n.* 3. & 5. per text. *in c. in noua* 16. *quæst.* 7. *c. cum simus* 9. *q.* 3. *cap. quia in quibusdam* 89. *dist.* contra alios id negantes, Felin. *in d. cap. quoniam*, Hojed. *de incompatibil. benef. part.* 2. *c.* 10. *num.* 9. Gonzal. *ad reg.* 8.
5 *Cancel. gloss.* 4. *num.* 66. Nihilominus tamen in omnibus prædictis casibus, quibus à iure permittitur Vicarios constituere, certum est tales Vicarios licèt interueniente nominatione Correctorum, Episcoporum, seu aliorum magistratuum constituantur, ab ipso Principe, seu lege auctoritatem ad id tribuente constitutos censeri, ex reg. *l.* 2. *vers. omnia enim, C. de veteri iure enucl.* tradit ex aliis Nicol. Garc. *de benefic. p.* 5. *cap.* 8. *num.* 25. *cum seqq* ac subinde iurisdictionem habere ratione officij, & tituli Vicariatus, quem obtinent, vt bene insinuant *c.* 2. ibi, *Per commissionem officij, hoc tit. lib.* 6. *c. cum nullus, in princ.* ibi, *Cum ad hoc se ipsius officium non extendat, de tempor. ordin. eod. lib.* obseruant Abb. *cons.* 21. *n.* 3 *lib.* 1. Cou. *practic. cap.* 4. *ex num* 4. *in fine*, siue dicamus talem iurisdictionem eisdem à lege concedi cum officio, vbi primùm vicarij constituuntur, vt ex gloss. *verbo generaliter*, ibi, *Vel dici posset, in c. Romana, in princ. de appellat. lib.* 6. resoluunt Dominic. *in c. in fine, de offic. Vicar eod. lib.* Abb. *in c.* 2. *ad fin. ne Prælat. vices suas*, Sbroz. *de Vicar. Episcopi lib.* 2. *q.* 55. *num* 14. & 36. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disput.* 29. *num.* 13. siue per contrarium asseramus eos iurisdictionem accipere ab ipso Episcopo, vel magistratu ex consensu & permissu legis sicut accipit Legatus Proconsule, *l. legati, ff. de offic. Proconsl. cùm prætor vers. iis quoque, ff. de iudic.* vt tenent post alios Cou. *lib.* 3. *var. c. vlt. n.* 4. Nicol. Garc. *d. c.* 8. *num.* 24. vtcumque enim sit illam habent ex titulo & officio Vicariatus, vt *suprà* dictum est.

Ex quibus colligitur huiusmodi Vicarios, seu vicegerentes Ordinarios iudices esse, cùm iure officij 6
seu iurisdictionem habeant ex Principis, seu legis permissu constituti, quæ propria sunt iudicis ordinarij, de quo latè diximus multis comprobantes *de offic. & potest. Episc. p.* 3. *alleg* 54. *ex n.* 26. Nec obstat quod tam delegatus, quam vicesgerens, seu Vicarius alterius vice funguntur, ac subinde eodem iure censeri debent, quia maximè differunt, delegatus etenim de quo agit *tit. de offic. & potest. ind. deleg. & tit. ff. de offic. eius*, vice delegantis fungitur in iurisdictione, sine vllo tamen officio, cui talis iurisdictio adhæreat, sed ex sola commissione; per contrarium verò Vicarius, seu vicesgerens, de quo loquitur *tit. C. de offic. eius, qui vicem alicuius iud. obtinet*, licèt alterius vice fungatur, est tamen sub ratione officij, & tituli Vicariatus, ratione cuius, non verò solius commissionis eidem iurisdictio defertur, vnde bene obseruat Bell. *lib.* 1. *c.* 12. *n.* 2. *ad fin.* delegatum personam quidem delegantis cum iurisdictione, non verò locum, aut officium eius repræsentare, Vicarium verò non tantum personam illius in cuius vicem subrogatur, sed magis locum, seu officium tueri, bonus text. sit intelligendus *in l.* 2. *C. de offic. eius*, ibi, *Tueri locum Rectorum prouinciarum noscuntur.*

Vicarius in iure Canonico multipliciter sumitur. 7
Nam incipiendo à capite Papa dicitur Christi Vicarius, provt etiam fuit Petrus, *c quanto, post princ. c. inter corporalia de translat. Episc. c. vbi periculum* §. *cæterùm, de elect. lib.* 6 Ego ipse *de offic. & potest. Episc. p.* 3. *alleg.* 54. *n.* 47. Habemus etiam Vicarium ipsius Papæ, 8
de quo loquitur text. *in c. sua nobis, hoc tit.* vbi dixi, & Rot. *in Firmana pensionis* 15. *Decemb.* 1627. coram R. P. D. Dur. Sunt etiam Vicarij Patriarcharum, Archie- 9
piscoporum, & Episcoporum, aliorumque Prælatorum, de quibus loquuntur *c.* 1 2. & 3. *hoc tit. lib.* 6. *c.* 2. *de consuet. eod. lib.* Hi autem tripliciter in iure accipiuntur, quidam nati, seu legitimi sunt foranei constituti alij, alij verò dati siue constituti generales nuncupantur. Legitimi namque, seu nati dicuntur qui à lege ipsa constituti sunt, Archidiaconus videlicet, & Archipresbyter, *c.* 1. *de offic. Archid. c. vt singula, de offic. Archiep.* & obseruant citati per me *d. alleg.* 54. *n.* 16. Foranei autem illi appellantur, qui extra ciuitatem, in qua est Episcopi sedes iurisdictionem exercent, vt potè quos Episcopus in certa diœcesis parte, vel in oppidis constituit glos. *Verbo, foraneus in Clem. etsi principalis, de rescript. & in c.* 1. *verbo, de offic. Ord. lib.* 6. Ego ipse *d. alleg.* 54. *n.* 18. vbi plures citaui Doctores, Datiui tandem vicarij, seu constituti generales appellantur hi, quos Episcopus creauit; vel constituit vt eius vices gererent in eodem tribunali, & loco in quo ipse ius dicere consueuit. Ego ipse *d. alleg.* 54. *n.* 19. vbi *numeris seqq* multa circa hanc Vicariorum materiam tractaui, quæ hic repetere non oportet, præcipuè cùm de illis non agat hic tit. sed solùm de Vicariis in beneficiis, de quibus sequitur vt aliquid dicamus.

In beneficiis sunt alij Vicarij perpetui, & alij tem- 10
porales. Perpetui Vicarij sunt quando beneficium 11
vnitur accessoriè, nam tunc apponitur Vicarius perpetuus, *cap. exturpandæ*, §. *qui verò, de præbend. cap.* 1. *de capell. monach. c.* 1. *eod. tit. in* 6. *Clem. vnic. hoc tit.* de quibus Vicariis perpetuis agit totus hic titul. & 12
dicitur Vicarius perpetuus, hoc est, ad vitam ipsius, 13
Vitalin. *in d. Clem. vnic. num.* 11. & sic vocatur respectu Rectorum Ecclesiarum Parochialium, quia hi sunt principales personæ in Ecclesia, ex qua primò & principaliter cura incumbit: at verò vicarij tanquam minus principales & coadiutores Vicariam

præstant

præstant operam, notat *gloss. vlt. in c. ad hæc, hoc tit. & in c. fin. verbo, annexa, de præbend. in 6.* recepta communiter per Doctores *ibid.* vt per Card. *n.* 10. & Innoc. VII. *in d. Clem. vnic.* Aufrer. *ad capell. Tholos. decis.* 109. Petr. Greg. *rei benefic. c.* 10. *n.* 26. notantes meritò rubricam de capellis Monachorum sic concipi, non verò de capellis vicariorum, & sic iste Vicarius perpetuus non est propriè Rector Ecclesiæ, sed Rector Curæ animarum, *c. ex parte*, vbi Abb. *not.* 3. *hoc tit.* Vitalin. *in d. Clem. vnic. n.* 24.

14 Tales perpetui Vicarij habent verum titulum, *d. Clem. vnic. & ibi* glos. & citati ad *d. c. ad hæc, num.* 5. quicquid dicat gloss. *ibi verbo, remouere*, & sunt verè beneficia Ecclesiastica, ita vt dispositiones omnes, quæ de beneficio curato faciunt mentionem circa vacationem per assecutionem, & non promotionem, & de eorum ætate in perpetuis Vicariis procedere notant variis in locis scribentes, & probat text. opt. *in c. postulasti 27. de rescript.* ibi, *non enim carere beneficio debet dici, cui competenter de perpetuæ Vicariæ prouentibus est prouisum, c. Michaël, de filiis presbyt.* prosequitur Rebuff. *in praxi tit. de Vicariis perpetuis n.* 14. Gom. *in reg. de idiomate q.* 11. Flamin. Paris. *de resign. benef. lib.* 2. *q.* 1. *n.* 315. *cum seq.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel gloss.* 5. §. 3. *n.* 21. & plures citati per me *in tr. de appellat. verb. vtriusque iuris sig-*
16 *nif. appell.* 32. *ex n.* 4. Et ideo huiusmodi perpetui Vicarij remoueri non possunt, etiamsi Rectores principales moriantur, Rebuff. *vbi sup. n.* 15. Hojed. *de incompatib. benef. p.* 1. *c.* 15. *n.* 12.

17 Vicarius temporalis dicitur quando solummodo ad tempus, vel ad voluntatem constituentis fit, veluti quando quis habet duas Ecclesias Parochiales æquè principaliter vnitas, tunc enim vnus Curatus est vtriusque, & non tenetur constituere Vicarium perpetuum in altera, sed ad tempus, videlicet quando ipse non vult illi inservire, *c. temporis 16. q.* 1. *c.* 1. *ne Sede vacante*; vel quando beneficium est vnitum mensæ Episcopi, seu Capituli, quia tunc potest constitui Vicarius temporalis, vt inquit gloss. *verbo, ad mensam. in Clement.* 1. *de excessibus Prælator.* gloss. & Doctores *in Clem.* 1. *de rescript.* quod tamen hodie limitatur per constit. Pij V. quæ incip. *Ad exequendum, Kalend. Nouembris* 1567. vel quando vnitur beneficium simplex, quia tunc non solet constitui Vicarius perpetuus, sed temporalis, gloss. *verbo, Parochialium in d. Clem. vnic. hoc tit.* Qui quidem Vicarij temporales possunt amoueri per illum qui eos constituit, & non gaudent prærogatiuis, & emolumentis, quibus gaudent Rectores, & Vicarij perpetui, quia eorum Vicariæ temporales non dantur in titulum, neque in perpetuum, ac proinde non sunt Ecclesiastica beneficia, nec vti talia regulantur, neque comprehenduntur sub reseruationibus, quæ omnia figillatim comprobat Gonzal. *vbi sup. ex num.* 35. De triplici curæ genere, actualis scilicet, habitualis, & exercitio illius, & an & quando Vicariis incumbat egi latè ad *cap. vlt. infr. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Vicariam perpetuam in beneficio curato obtinens, si consequatur secundam, vel aliud beneficium habens curam animarum, ipso iure vacat prima per adeptionem secundæ, & n.* 2.
3 *Vicariæ perpetuæ sunt beneficia.*
4 *Probanda non probans ex officio à iudice respuitur.*

CAP. Ad audientiam. I. *Alex. III.*

VIcariam perpetuam in beneficio Curato obti- 1 1
nens, si consequatur secundam, vel aliud beneficium habens curam animarum, ipso iure vacat prima per adeptionem secundæ. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Butr. Anan. Panorm. Host. Anch. Henric. Viu. *in ration. primi libri iuris Pont. pag.* 352. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 128. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1. *tit.* 20. *c.* 2. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. *p.* 30. *c.* 5.

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Fla- 2 2
min. *de resignat. lib.* 3. *q.* 1. *n.* 115. & 118. & Seb. Cæs. *in select. de Ecclesiastica hierarch. p.* 2. *d. sp.* 14. §. 8. *n.* 5. Nam Vicariæ perpetuæ sunt beneficia, Rot. *decis.* 2. *n.* 1. *de ex- 3 3
cessib. Prælat. in nouis.* Hojed. *de incompat. benef. c.* 15. *n.* 11. Rebuff. *de nominat. q.* 9. *n.* 7. Gamb. *de officio Legati. lib.* 5. *rub.* 1. *n.* 100. *& lib.* 6. *n.* 11. Flamin. *de resign. lib.* 2. *q.* 1. *n.* 112. Azor. *inst. mor. p.* 2. *lib.* 1. *c.* 6. *q.* 5. & 6 & *c.* 19. *q.* 19. Less. *de iustitia lib.* 2. *c.* 34. *n.* 3. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 5. §. 3. *n.* 19. Nic. Garc. *de benef. p.* 9. *c.* 2. *n.* 196. Sebast. Cæs. *d.* §. 8. *ex n.* 1. & disposita de beneficiis habent locum in Vicariis perpetuis, Hojed. *p.* 2. *c.* 10. *n.* 10. cum aliis per me citatis ad *rub. vers. tales.*

A petitione supradicta Vicaria, &c.] Notatur ad hoc 4 4
quod probanda non probans officio à iudice respuitur, vt per Argel. *de legitimo contradictore, q.* 4. *n.* 145. & *n.* 214.

SVMMARIVM.

1 *Vicarias plures quis habere non potest.*
2 *Vicariæ perpetuæ sunt inter se incompatibiles.*

CAP. Prouideas. II.

VIcarias plures nullus potest habere, est enim 1 1
contra ius, cùm Vicarius debeat seruire Ecclesiis, & personis Ecclesiarum. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Host. Anchar. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Panorm. Anan. Butr. Viu. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 352. Alagon. *in compend. iur. Canon. pag.* 128. remissiuè Ximen. *in concord p.* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 4. *Decret. lib.* 1. *tit.* 20. *c.* 3. & est post Conc. Lateran. sub Alex. III. *p.* 39. *c.* 6.

Collige ex text. quod duæ Vicariæ perpetuæ sunt 2 2
inter se incompatibiles, vt per Rebuff. *in praxi benef. tit. de dispens. ratione ætatis* §. *vel earum perpetuæ Vicariæ*, Bened. Capra *reg.* 90. *n.* 25. Flamin. *de resign. lib.* 3. *q.* 1. *n.* 116. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 30. *tr.* 3. *n.* 293. *in fine*, vide dicta *in c. præcedenti*, & quæ dixi *ad Clem. vnic. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Vicarius perpetuus per Episcopum institutus per Rectorem remoueri, vel portione sua fraudari non potest.*
2 *Portio congrua Vicariis perpetuis assignanda qualiter sit, ostenditur.*
3 *Vicarius perpetuus non potest remoueri, etiamsi Rector principalis moriatur.*
4 *Rector Ecclesiæ patronatæ potest apponere in ea Vicarium temporalem sine consensu patroni.*

Cap. Ad hæc. III.

1 VIcarius perpetuus per Episcopum institutus à Rectore remoueri, vel portione sua fraudari non potest. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Host. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Imola, Anania. Innoc. Panorm. Henric. Viu. *in ration. primi libri iur. Pontif. pag.* 353. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 128. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1. *tit.* 20. *c.* 4. & est post Conc. Lateran. sub Alexand. III. *p.* 32. *c.* 9.

2 *Certam assignauerit portionem.*] Antequam Antistes certam decernat Vicario perpetuo portionem, perscrutari oportet qualitates & circunstantias loci, beneficij, personarum, morum regionis, & alia quamplura recensita à Rebuff. *in tract. congrua portionis*, *q.* 8. præsertim. *n.* 61. Valenzuela *cons.* 54. *à n.* 42. *lib.* 2. quos refert Campanil. *in diuersorio iuris Canon. rub.* 7. *c.* 6. *n.* 117. Surd. *de alimentis, tit.* 4. *q.* 23. *n.* 44. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 365. *à n.* 17. *& c.* 399.

3 *Non potest eundem ab Ecclesia remouere.*] Notatur ad hoc quod Vicarius perpetuus non potest remoueri etiamsi Rector principalis moriatur, vt per Rebuff. *in praxi benefic tit. de Vicariis perpetuis*, *n.* 15. Hoped. *de incompatibil. benefic. p.* 1. *c.* 15. *n.* 12. quos refert & sequitur Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel gl.* 5. §. 3. *n.* 22. Cald. Pereira *de empt. c.* 26. *n.* 24. vbi etiam quod nec potest remoueri à successore beneficiarij, qui consensit institutioni.

4 In gloss. *Episcopi.* ibi, *non credo quod consensus patroni sit requirendus.* Notatur ad hoc quod Rector Ecclesiæ patronatæ potest apponere Vicarium temporalem in illa sine consensu patroni, vt per Lambertin. *de iure patr. l.* 3. *q.* 5. *art.* 10. *n.* 1. Gonzal. *d.* §. 3. *n.* 38.

5 In gloss. *Remouere.* ibi, *sed non dicit habere Ecclesiam quoad titulum.* Contrarium, immo Vicarios perpetuos habere verum titulum, est verius, vt contra hanc gl. tenent Gambar. *de offic. legati de latere, l.* 6. *tit.* 1. *de dispensat. n.* 10. Gonzal. *d.* §. 3. *n.* 20.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius potest alium Vicarium ponere, & n.* 2.
3 *Vicarius Episcopi non potest facere seu substituere alium Vicarium, nisi Episcopi specialis licentia præcedat.*

Cap. Clericos. IV.

1 VIcarius non potest substituere Vicarium. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Anch. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Innoc. Henric. Butr. Panorm. Host. Viu. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 353. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 128. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Ant. August. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1. *tit.* 20. *c.* 5. & est post Concil. Lateranen. sub Alex. III. *p* 39 *c.* 3.

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Zabar. *l. in Clem.* 2. *de rescript. num* 4. vbi ampliat ad Vicarium Papæ, Maranta *de ordine iudic. part.* 4. *dist.* 5. *num.* 12. Galganet. *de iure publico*, *lib.* 3. *tit.* 36. *num.* 3. Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 5. *collect.* 1599. Auiles *ad cap.* 4. *Prætorum, verbo, institia, num.* 7. Azeued. *l.* 1. *num* 8 *tit.* 9. *lib.* 3. *recop.* Mench. *illustr. cap.* 31. *num.* 21. Auendan. *de exequendis mandatis*, *p.* 1. *cap.* 3. *num.* 5. vbi limitat quando esset consuetudo in contrarium, vel Vicarius haberet potestatem ponendi alium, vel substitutus poneretur ex causa infirmitatis, vel ex alia parum duratura. Et idem in Vicario Episcopi, quod 3 scilicet non possit facere seu substituere alium Vicarium, nisi Episcopi specialis licentia præcedat, tenent gloss. *verbo, ipsius, in cap.* 1. *hoc tit. lib.* 6. vbi Anchar. *n.* 2. Domin. *n.* 11. Put. *decis.* 168. *p.* 1 Sbroz. *de Vicario Episcopi, lib.* 2. *q.* 66. Aloys. Ricc. *in praxi aurea resolut.* 113. Zerol. *in praxi Episcop.* 1. *verbo, Vicarius, dub* 4. Petr. Lazar. *de monitor. q.* 6. *n.* 10. Nicol. Garcia *de benefic. p.* 5. *c.* 8 *à n.* 148. Vgolin. *de offic. & potest. Episcopi, cap.* 4. §. 7. *n.* 2. *vers.* 11. Ego ipse *eod. tract. p.* 3. *alleg.* 54. *n.* 99 vbi *n.* 100. & 101. resoluo posse delegare vnam, vel plures causas, aut substituere ad modicum tempus, vel ex causa.

Nam, sicut, vt inquiunt nostri, ad euitandam infinitatem, *l. fideicommissa* 11. §. *si quis decem, ff. de legat.* 3. rerumque ac negotiorum vt aliquis sit terminus, *l. fin. C. de Sacros. Eccles* non datur seruitus seruitutis, *l.* 1. *ff. de vsufr. leg.* nec vsurarius vsurarij, Angel. *in l. more maiorum, ff. de iurisd. omn. iud. in princ.* nec commoditas commoditatis, Feder. Scot. *cons.* 19. *num.* 37. *& seq. lib.* 2. nec vsuræ vsurarium, siue illæ perantur tanquam fructus, siue tanquam pœna, *l. fin. C. de vsur. l.* 10. *l. fin. ff. de magistr. conuen. l. neque eorum, ff. de vsur.* Honded. *cons.* 50. *n.* 28. *&* 40. *lib.* 1. nec subdelegatus subdelegati, *cap. super quæstionum*, §. *porro, de offic. deleg.* nec exemplum exempli instrumenti etiam solemniter extractum probat, Pute. *decis* 155. *n.* 2. *lib.* 1. nec procurator constitutus cum facultate substituendi potest substituere procuratorem cum pari facultate, Domin. à S. Gemin. *in cap.* 1. §. *licet, n.* 7. *de procur. in* 6. Nec fictio fictionis datur, nec præsumptio præsumptionis, nec retorsio retorsionis iniuriæ admittitur, Anguisol. *cons* 36. *n.* 6. Alciat. *cons.* 63 *n.* 6. *& seq lib.* 5. nec datur reconuentio reconuentionis, nec accessio accessionis, nec officium officij, nec superioritas superioritatis, nec recipiuntur testes reprobatorij reprobatoriorum, *c. veniens, de testibus*, Port. *cons.* 209. *n.* 7. Andr. Kol. *exercit. legal.* 16. *num.* 22. Peregr. *de iure fisci lib.* 6. *titul.* 7. *num.* 30. *& seqq.* Bald. *cons.* 439. *num.* 1. *vers* 12. *vol.* 1. Hering. *de fideiussor. c.* 4. *n.* 49. *& seq.* nec vsufructuarius propriè saltem potest alium eiusdem rei facere vsufructuarium, §. *fin. Instit. de vsufructu l. si vsusfructus* 67. *ff. de iure dot.* Sanch. *in præcepta decalogi tom.* 2. *lib.* 7. *c.* 13. *n.* 14. *& seq.* ita neque videtur concedi posse vt Vicarius substituat vicarium, sicut text probat.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Papæ in vrbe iurisdictionem habet, non extra illam, nisi specialiter illi concedatur, &* n. 2.
3 *Vicarius Papæ mortuo Papa non expirat.*
4 *Vicarius Papæ potest ratione sui officij prima Tonsura ordinare forensem sine proprij Episcopi licentia.*

Cap. Sua nobis. V.

Innoc. III.

1 VIcarius Papæ in Vrbe iurisdictionem habet, non extra illam, nisi specialiter ei concedatur. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Anch. Bellam. Ioan. Andr. Hostiens. Innoc. Panorm. Anania, Henric. Butr. Viu. *in ration. primi libri iur. Pont pag.* 334. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 128. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 1. *tit.* 20. *c.* 1.

Hanc

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt, Galganet. *de iure publico, lib. 3. tit. 36. n. 7.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 5. c. 39. de Vicario Vrbis*, vbi latè de eius officio, de quo etiam aliqua tradunt Hoied. *de incompatib. benef. p. 1. c. 15. n. 1.* Pauin. *de potestate Capituli Sede vacante, c. fin* Vestr. *in pract. lib. 2. c. 6.* Est velut Ordinarius in diœcesi Summ. Pontif. habétque iurisdictionem in clericos, Sbroz. *de Vicario Episcopi, lib. 1. q. 5. n. 19.* faciunt quæ Maranta *de ordine iudic. p. 4. dist. 5. n. 9.*

3 quæ mortuo Papa non expirat, cùm non prohibeatur etiam statim post Sedem vacantem ad Ordines dimissorias impartiri, eo quod Conc. Trid. *sess. 23. de reformat. c. 10.* minimè restringit iurisdictionem Sedis Apostol. quamvis vacantis, Maiol. *de irregul. lib 4. cap. 6.* Henriq. *in summ. lib. 10. cap. 22. §. 3.* Campan. *in diuersorio iuris Canonici, rubr. 9. c 8 n. 6.* quos ego ipse refero *de officio, & potest. Ep sc. part 2. alleg. 7. num 13.*

4 Rota *in vna Firmana pensionis 15. Decembris 1627.* coram R. P. D. Duran. firmauit Vicarium Papæ posse ratione sui officij prima Tonsura ordinare forensem sine proprij Episcopi licentia, & sic censuit translationem pensionis factam ad fauorem istius sic ordinati fuisse validam, non obstante quod illegitimus esset, quia eo ipso quod est clericus, fit capax pensionis etiam super Cathedralibus absque alia expressa dispensa ione, vt dixi *ad cap. proposuit, n 4. de filiis Presbyt.* Probatur autem facultas Vicarij, hac de re ex ipsius attestatione in literis Clericatus, quatenus ibi attestabatur illum ordinasse in vim facultatem Apostol. cuius attestationi standum est, vtpotè facta tempore Ordinis suscepti, quo non agebatur de alicuius præiudicio. Put. *decis 349. lib. 1. & decis. 140. & 347. lib. 2. in correct.* Mohedan. *decis. 21. n. 2. de renuntiat.* Achil. *decis. 2. n. 5. de filiis Presbyt.* Rota *decis. 321. part. 1 recent.* & tanto magis, quia attestatio sit ab Illustrissimo Cardin. Vrbis Vicario in Curia degente, cui propter præsentiam Papæ creditur de commissione sibi data, Gabr. *commun. tit. de probat. conclus. 3. num. 10.* Caputaq. *decis. 95. part. 1.* Seraph. *decis. 1292. n. 2.* tum quia attestatur de facultatibus sibi competentibus ratione sui officij, cui plenè credendum est etiam sine aliquo speciali mandato, arg *cap. nobilissimus 97. dist* Gabr. *d. concl. 3. n. 14.* Menoch. *de arbitr. q. 66. n. 10.* Rot. *in Ianuen. Parochialis 19. Aprilis 1627.* coram R. P. D. Duran.

SVMMARIVM.

1 *Vicarij perpetui sunt compellendi residere.*
2 *Vicarius perpetuus dicitur habere beneficium curatum.*
3 *Vicarius Ecclesiæ Curatæ debet annum 25. attingere, & intra annum Sacerdos fieri.*
4 *Vicarius perpetuus habet curam animarum.*
5 *Parochialem annexam canonicatui habens accessoriè, & in perpetuum per Vicarium ad sui nutum amouibilem deseruiri solitam an possit in eius curæ exercitio se intromittere, ostenditur.*
6 *Beneficij vniti accessoriè nomen & titulus extinctus, & suppressus est.*
7 *Beneficium vnitum nunquam vacat, nec alicui conferri potest.*
8 *Vnionis literæ non dicuntur literæ de beneficio, sed de proprietate, & re prophana.*
9 *Vnionis causa non dicitur causa beneficialis.*
10 *Vnio dependenter quando facta dicatur, ostenditur.*
11 *Vnio independenter fieri quando dicatur, ostenditur.*
12 *Vnio quoad spiritualia & temporalia quando facta dicatur, ostenditur.*
13 *Vnio quando fit quoad temporalia cura animarum remanet semper penes Vicarium, quamvis sit temporalis.*
14 *Capitulum Cathedralis habens Parochialem Ecclesiam sibi annexam etiam independenter cur in ea habeat curam actualem, ostenditur.*
15 *Canonicatus habens annexam Parochialem accessoriè tenetur solum residere in Canonicatu, & habere ætatem, & requisita ad illum necessaria.*
16 *Vicarij in Parochialibus annexis quoad curam à principali dependentiam non habent.*
17 *Canonicus habens annexum Parochialem accessoriè, & in perpetuum non intitulatur in Parochiali, sed in Canonicatu.*
18 *Vicarius Episcopi quamvis sit temporalis, Vicariatus tamen dignitas est perpetua.*

CAP. Ex parte. VI. & fin.

Honor. III.

VIcarij perpetui sunt compellendi residere, vel fieri Presbyteri (si habent curam) per subtractionem prouentuum, & Vicariarum. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabar. Collect. Ioan. Andr. Bellam. Innocent. Anch. Host. Panorm. Anan. Butr. Viu. *in rationali primi libri iur. Pont. pag. 354.* Alagona *in compendio iur. Can. pag. 128.* remissiue Ximen. *in concord. part. 1.* 1

Probat hic text. Vicarium perpetuum habere beneficium curatum, *gloss. fin. in Clement. 1. de officio Vicarij*, vbi Bonifac. *num. 43.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 5. §. 3. à numero 19.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 9. cap. 2. num. 286.* Et quæ dicuntur in beneficio curato, habent locum in Vicaria perpetua, Rebuff. *in tract. nominat. quæst. 9. num. 7. & quæst. 16. num. 13.* Gonzal. *d. §. 3. numero 21.* Nicol. Garcia *d. num. 286. in fine*, Flamin. *de resignat. lib. 3. quæst. 1. num. 115. cum seqq.* Campan. *in diuersorio iuris Canonici, rubric. 7. cap. 6. num. 114.* ac propterea curatæ Ecclesiæ Vicarium oportere annum 25. attigisse, ait Bonifac. *in d. Clement. 1. num. 20. & 28.* & intra annum Sacerdotem fieri asserit Azor. *institut. moral. part. 2. lib. 3. cap. 8. quæst. 5.* Vnde dicit Nauar. *consil. 11. num. 3. de statu Monach. in nouis.* quod Vicaria, seu Vicariatus perpetuus, qui debet institui in Ecclesia parochiali vnita alicui dignitati, vel Monasteriis, est beneficium curatum, & habent in eo locum iura statuentia de Ecclesiis parochialibus. Et hinc etiam euenit quod Vicarius perpetuus dicitur Rector curæ animarum; Aloys. Ricc. *in collect. decis. part. 4. collect. 99. in princip.* Et penes ipsum dicitur esse tantùm animarum cura & exercitium, vt tenuit Cardin. *in d. Clement. 1 num. 10. quæst. 9. versic. indistinctè cura dicitur apud Vicarium quoad omnem effectum, & in Clement. 1. de iurepatron. num. 8. vers. & magis propriè in effectu ipsi instituti sunt Prælati*, Anchar. *consil. 404. num. 11. versic. nam Vicarius non recipit titulum à Rectore, sed ab ipso, & penes ipsum dicitur esse cura animarum, & exercitium*, quod adeò verum est vt si principalis spreto Vicario velit se ingerere in cura animarum, nullo modo posset, vt in terminis dicit Abb. *in cap. extirpandæ, §. qui vero, de præbend. num. 15. in versic. ex quo sequitur quod Rector principalis non posset ibi exercere curam fori pœnitentialis*; refert Azor. *d. part. 2. lib. 3. cap. 6. quæst. 2. ad* 2 3 4 5

sinem, in versic. & ideo Rector sacramenta conferre nec debet, nec potest, sentit Anch. *in c. exposuisti, de præbend. n 6. in fin. vers. Vicarij à Canonicis in cura dependentiam non habent vllo modo, sed auctoritate iuris habent curæ exercitium de per se, quam principalis Canonicus impedire non potest, nec in ipsa se intromittere, sicut nec Episcopus inuito Rectore Ecclesiæ parochialis posset assumere curam animarum*, tenuit Rota apud Seraphin. *decis. 1009. n. 5. vers. non enim potest per se ipsum exercere.* Rot. *in Barchinon. Vicariæ 17. Maij 1624.* coram R.P. D. Merlino.

5 Quæstio est magna, noua, & digna vt eam S. Congregat. dubiis S. Conc Trident. declarandis proposita determinet, vtrùm scilicet habens dignitatem, vel Canonicatum in Cathedrali, vel collegiata Ecclesiata, cui accessoriè, & in perpetuum est annexa Parochialis per Vicarium temporalem à se deputatum ab immemoriali deseruiri solitam, possit in illius curæ exercitio se intromittere? & si in ea se ingerat, an faciat actum validum? Pro parte affirmatiua est text. *in Extrauag. execrabilis, in fine, vers. quantum, de præbend.* quatenus decidis illa beneficia Ecclesiastica habere curam animarum, quæ parochias habent, in quibus ipsa est non per Vicarios perpetuos, sed per Rectores, aut ministros beneficiorum ipsorum, vel illorum tamporales Vicarios exercenda, & rationem reddit ibi gloss. *Verbo, temporales*, quia Rector principalis per temporalem Vicarium deseruiendo per seipsum deseruire censetur, cùm ille iure suo hoc non faciat, argument. *cap. cum venisset, infra de restitut. spoliat. & l. quod meo, ff. de acquir. possess.* & ideo non videtur à se curam animarum, quam habet, remouere, ac per consequens illa non remota ea vti poterit, nam solus Vicarius perpetuus videtur absoluere Rectorem ab exercitio curæ, arg. *cap. extirpandæ, §. qui vero, de præbend.* euidens enim signum esse curam remanere penes principalem quando Vicarius constituitur temporalis, decidit sacra Congreg. proposita dubiis S. Conc. Trid. decidendis.

6 Pro parte verò negatiua faciunt plura & non leuia fundamenta. Primo, nullus potest in animarum cura se ingerere nisi habeat immediatum titulum ad illam Felin. *in cap. postulasti, de rescript. num. 1. versic. & hoc videtur certum quando titulus prælaturæ est immediatus ad curam.* Sed habens accessoriè, & in perpetuum annexam parochialem dignitati, vel Canonicatui, non solum non habet titulum immediatum ad curam animarum ipsius parochialis, sed nec vllum Ecclesiasticum, cuius prætextu se in ipsius cura possit intromittere, nam post vnionem eius nomen & titulus ita extinctus fuit, & suppressus, Doct. *in cap. cum accessissent, de constit.* glos. *verbo, Ecclesias, in Clem. per literas, de præbend.* post Oldrad. & Cassad. tenuit Rota *in Burgen. seruitij Decanatus 13. Iunij 1594.* coram D. Litta, refert Nicol.
7 Garc. *de benefic. part. 3. cap. 2. num. 510.* vt in ea nullus amplius possit instituì, Franc. *in cap. 1. numero 7. vers. non obstat, de filiis Presbyt. lib. 6.* Nicol. Garc. *p. 11. cap. 5. num. 193.* aut alicui conferri, Rota *in Veronen. Decanatus 9. Martij 1580.* coram Illustriss. Cardin. Lancelloto, relata per Garc. *part 5. cap. 1. num. 270.* nunquam enim vacare censetur, Rota *decis. 114. n. 5. p. 2. diuers.* Gom. *in reg. de triennali, quæst. 8. sub n 2.* Gonzal. *glos. 5. §. 7. n. 7.* Nicol. Garc. *part. 12. c. 12. n. 5.* Ergo, &c.

8 Nec pro titulo sufficere poterunt literæ vnionis, quia illæ dici non possunt literæ de beneficio, sed de proprietate, & re prophana, Rota *decis. 2. num. 5. de rebus Ecclesiæ non alienan. in antiq. practicab. Rotæ*, impressa post 2. part. decisionum diuersorum, *tit. de Vnion. num. 13.* Nicol. Garc. *part. 12. cap. 2. num. 13.* tum quia parochialis prædicta post vnionem ita transiuit in temporalitatem, Rot. *decis. 2. de excessib. prælat. in nouis*, Cassad. *decis. 3. num. 1. de iudic.* Mantic. *decis. 159. num 1.* vt causa vnionis non dica- 9
tur amplius causa beneficialis, Cassad. *decis. 3. num. 1.* Gonzal. *d. glos. §. 7 num. 17.* & lis introducta super beneficio vt vnito non sit lis super beneficio, Rota apud Mantic. *ibi proximè, & in vna Legionen præstimoniorum de Palacios 16. Ianuarij 1595.* coram Illustr. Card. Pamphilio, relata per Nicol. Garc. *p. 12. cap. 2. num 11.*

Quare pro terminorum cognitione sciendum est 10
accessoriè, & in perpetuum alteri beneficio vnionem posse fieri dependenter, vel independenter: dependenter, quando scilicet vna Ecclesia parochialis propter locorum distantiam diuiditur in duas & creata de nouo accessoriè antiquæ vnita dicitur filialis, & natiua, vel quando aliter dependet à beneficio principali, & hoc casu si in vnita accessoriè dependenter constituatur Vicarius temporalis, habebit tantummodo curæ exercitium, penes verò Rectorem principalem erit cura tam habitualis, quàm actualis. Ratio est, quia beneficium annexum processit à principali, vnde quoad spirituale & temporale præsumitur vnitum, itavt Rector vnius sit Rector alterius, & in vtraque intituletur, cuius nomine solummodo Vicarius curam exercet.

Independenter vero fit vnio quando beneficium 11
curatum annexum non processit à principali, sed alias erat de per se, & fuit vnitum independenter principali simplici, quo casu ipsum principale non dicitur curatum respectu beneficij annexi, quia qualitas annexi accessoriè non debet redundare & influere in principali, *cap. super eo*, & ibi omnes, *de præbend.* Rebuff. *in repet. dict. cap extirpandæ, §. quia vero, num 146. de præbend.* & dicit Nauar. *concil. 10. num 3. de maiorit. & obed. in nouis*, per annexionem parochialis beneficium principale, si sit simplex, non crescere nec fieri curatum per Ecclesiam parochialem ei annexam, imo potiùs parochialem ipsam recipere simplicitatem beneficij, cui vnitur, eo quòd vnitur & annectitur beneficio simplici; nec refert quod Vicarius in annexa constituatur temporali, quia cùm de iure debeat poni perpetuus, ex *d. cap. extirpandæ, §. qui vero*, si ponatur temporis Episcopi negligentia, vel ex priuiligio, aut consuetudine, non per hoc dicetur curatum ipsum beneficium principale, aut penes illius Rectorem esse maiorem curam, quàm habitualem, nisi expressè constet vnionem fuisse factam etiam quoad spiritualia, vel specialiter concessum vt Rector principalis per se ipsum deseruire posset.

Quoad spiritualia, & temporalia dicitur facta 12
vnio, quando id dictum sit; & præsumitur quando vna Ecclesia dependenter alteri vnitur; nam si fiat accessoriè & in perpetuum simpliciter & independenter alteri beneficio quoad temporalia præsumitur facta, ita vt principalis habeat solummodo facultatem percipiendorum fructuum, & dispositio quoad spiritualia sit penes Vicarium, & sic cura habitualis est in illo, qui præest beneficio principali, cura verò actualis transit ad Vicarium, Vitalin. *in Clement. 1. à num 8. de excessibus Prælat.* quia cura animarum probatur esse penes illum, cui incumbit specialiter iurisdictio spiritualis, id est administratio Sacramentorum, Mascard. *conclus. 468. num. 1.* Et nihil refert an hoc casu sit Vicarius temporalis, vt præsumi possit maiorem curam esse penes principalem,

cipalem, quia cùm huiusmodi Parochialis transierit in temporalitatem, & penes Rectorem sit titulus prophanus, virtute illius non poterit nisi temporalia gubernare, & percipere fructus, qui remanent soluto Vicario, & aliis oneribus, non tamen administrare Sacramenta Parochianis, nec vti aliis iuribus spiritualibus, in tantum quod cura habitualis, quam solummodo retinet, hoc casu ex defectu tituli spiritualis sit irreducibilis ad actum; nam cùm titulus ad curam debeat esse immediatus ad illam, Felin. *in cap. postulastis, de rescript. num.* 1. *versic. & hoc videtur*, si cum titulo temporali in ea exercenda principalis Rector se intromittat, furtum committet quodammodo, vel rapinam in suæ quoque salutis, & multarum animarum dispendium, vt dicit text. loquens de exercente curam animarum in Parochiali, cuius titulum per priuationem amiserat, *in cap. dudum* 54. *paulo post princip. de elect.* tum quia super faciendo concursu in Vicariis non attenditur an sint perpetui, vel ad nutum amouibiles Vicarij, sed tantum an totalis cura sit translata in Vicarios. Rota *in causa Vixbonen. iuris conferendi*, 2. *Decembris* 1605. coram D. Litta. & *in Vixbonen. Concursus* 1. *Iunij* 1615. coram D. Remboldo, apud Farin. *decis.* 710. *num.* 2. *p.* 2. *repert.* clarè præsupponens posse temporales Vicarios habere curam etiam actualem.

13 Vnde quando Parochialis accessoriè, & in perpetuum quoad temporalia alteri beneficio vnitur, idem operatur effectus, & eadem cura est penes principalem tam si constituatur perpetuus Vicarius, quàm si deputetur ad nutum amouibilis. Ratio est, quia cum de iure communi in Parochialibus annexis debeant constitui perpetui Vicarij, *dict. cap. extirpandæ*, §. *qui vero*, *cap. ad hæc*, *officio Vicarij*, *cap.* 1. *de capellis Monach. lib.* 6. attamen si de facto, aut ex negligentia Prælatorum, vel consuetudine, aut priuilegio Vicarij temporales deputentur in hoc casu vbi perpetui constitui debebant, non sufficit hoc vt exinde colligi debeamus Vicarium temporalem habere tantummodo curæ exercitium, habitualem verò ac actualem penes Rectorem existere; nam beneficium vnitum in temporalibus potest habere priuilegium nominandi Vicarium ad nutum amouibilem, licèt eo casu possit Episcopus, si sibi videbitur, deputare Vicarium perpetuum, non obstante priuilegio, iuxta Concilij Tridentini dispositionem *sess.* 7. *de reformat. cap* 6. Flores de Mena *variar. lib.* 1. *quæst.* 10. *num.* 39. Erectio enim de Vicaria ad nutum in perpetuam per Episcopum facta ex facultate sibi concessa per Concil. *dict. cap.* 7. non alterat vnionem iam factam quoad exercitium curæ, Caualer. *decis.* 595 *num.* 2. *in fine*. Si autem quæras penes quem sit hoc casu beneficij titulus, respondebitur iam non existere, cùm fuerit suppressus, & extinctus per vnionem accessoriè factam, quæ alio nomine extinctiua tituli dicitur, curæ verò titulum esse penes Episcopum, Rota *decis.* 309. *num.* 3. *part.* 2. *diuers.* quem ipse Vicarius recipit ab eo, non autem à Rectore principalis beneficij, Anchar. *cons.* 404. *n.* 11.

14 Nec dubium faciat, quod in Parochialibus Ecclesiis annexis Capitulo etiam independenter cura tam actualis, quàm habitualis est penes ipsum, Vicariis temporalibus solum curæ exercitium habentibus; nam hoc ideo procedit, qui per vnionem factam quoad spiritualia & temporalia totalis cura in Capitulum translata fuit, & Vicarij vti simplices ministri nomine Capituli illam exercent; ex ea ratione quia Cathedralis dicitur Parochia totius Diœcesis, tum etiam, quia licèt Vicarij Parochianis Sacramenta administrent, tamen cæteri Canonici in principali Ecclesia, Collegiata, vel Monasterio cætera munia exequuntur, celebrent scilicet, horas diuinas cantant, & prædicant, & ideo nihil mirum si in Capitulum, Collegium, vel Monasterium totalis cura transferatur, ipsi verò Vicario incumbat tantùm illius exercitium.

Ex quibus omnibus iam colligitur negatiuam 15
opinionem de iure veriorem esse quando vnio fit independenter, qui enim negare poterit habentem Canonicatui, vel alij simplici beneficio annexam Parochialem independenter ab ipsius Parochialis onere, cura, & residentia absolutum esse, nam in ea residere non tenetur, sed in Canonicatu, vt declarauit sacra Congregat. apud Garc. *part.* 3. *cap.* 2. *num.* 179. *decl.* 12. Nec tenetur habere qualitates, quæ requiruntur in prouisis de Parochialibus curam animarum habentibus; nam vltra quàm quod titulo careat, à quo sibi spiritualis concedatur iurisdictio, patitur ætatis defectum, quia cùm curatum beneficium qui vult obtinere debeat esse constitutus in ætate 25. annorum inceptorum, *cap. cùm in cunctis*, §. *inferiora*, *de elect.* & intra annum ad Sacerdotium promoueri, aliàs vacat beneficium ipso iure *cap. licèt canon. de elect. lib.* 6. & ideo prouisus de Canonicatu, cùm sufficiat eum esse in minori ætate constitutum, vt Sacra censuit Congregat. non potest se ingerere in cura animarum, in qua exercenda ætatis maturitas, & morum grauitas requiritur. Deinde defectum patitur scientiæ, nam cùm ad curata beneficia maiorem omni flagitent iura perititiam, cùm sit ars artium, atque ideo onus vix Angelicis humeris sustinendum, ipse tamen Canonicus non tenetur habere maiorem scientiam, quàm illam, quæ requiritur ad suum Canonicatum, nulla habita considerationc ad Parochialem accessoriè vnitam, vt censuit sacra Congregatio, & ita scire tantùm canonicas horas recitare, & construere, vt tenet gloss. *verbo*, *reputamus*, *in Clement.* 1. *de conces. præbend.* Gonzal. *gloss.* 4. *sub num.* 73. Campan. *in diuersorio iuris Canonici*, *rubr.* 5. *cap.* 3. *num.* 2.

Non obstat quod Vicarij debeant instituì ad præ- 16
sentationem Canonici, vel Beneficiati, cuius Canonicatui, vel beneficio Parochialis accessoriè est vnita; respondetur enim per huiusmodi deputationem Vicario nullam iurisdictionem per Canonicum dari, quia in cura Vicarius ab illo dependentiam non habet, vt suprà ostendi, tum quia deputare Vicarios perpetuos, vel temporales in annexis Parochialibus solùm pendet ex Ordinariorum arbitrio, ex Concil. Trident. *sess.* 7. *de reformat. cap.* 7. in illis verbis, ibi, *etiam perpetuos*, *nisi ipsis*, &c. & ideo sacra Congregat. iam declarauit relinqui arbitrio Episcopi an oporteat ponere perpetuum Vicarium in Parochialibus vnitis Archidiaconatui, seu aliis dignitatibus, vel Canonicatui, teste Nicol. Garc. *part.* 11. *cap.* 2. *num.* 9.

Nec obstant quæ pro prima opinione affirmati- 17
na supra adduxi, nam ad *Extrauag. Execrabilis*, facilè respondetur loqui de Rectore habente curam animarum in Parochiali in qua primò, & principaliter est intitulatus, qui eam aliquando propter iustam absentiam, aliamve similem causam ad certum tempus exercere potest per Vicarium temporalem, & in hoc casu procedit resolutio illa, quod Rector per temporalem Vicarium deseruiendo per se ipsum deseruire censetur, quod est dissimile à casu proposito, in quo principalis Canonicus, seu

beneficiatus, qui habet annexam Parochialem suo Canonicatui, vel beneficio, non intitulatur in Parochiali, sed in Canonicatu, vel beneficio, cui est annexa accessoriè, & in perpetuum, Franch. *in c. 1. n. 7. versic. non obstat, de filiis Presbyt. lib. 6.* Nicol. Garc. *p. 11. c. 6. n. 193.* nec deputat Vicarium temporalem ob causam, vel ad certum tempus, ob quam, vel vsque ad quod Vicaria durat, quasi cessante causa, vel tempore elapso possit Parochianus curam per se exercere, provt in terminis *cap. cum ex eo 34. de elect. lib. 6.* sed deputat
18 Vicarium, quamvis temporalem, necessariò tamen ponendum, qui licèt ex consuetudine immemoriali, seu priuilegio possit esse ad eius nutum amouibilis, Vicaria tamen est perpetuò erecta; nihil enim inconuenit, nec contrarietatem implicat quod Vicarij dicantur temporales & Vicaria perpetua sit, quia eodem modo Vicarius Episcopi temporalis est, & tamen Vicariatus dignitas perpetua iudicatur, Gabr. *consil. 32. n. 19. vol. 2.* quem refert Sbroz. *de officio Vicarij, lib. 1. q. 4. in fine.* Sic etiam procedit Sacræ Congregationis decisio suprà relata pro eadem prima opinione affirmatiua, dum habet Vicarium amouibilem in exercitio curæ animarum arguere curam esse penes deputantem, quod & manifestè ostenditur in eius fine, dum ibi dicitur, quod residere ipse deputans teneatur, vt refert Nicol. Garc. *d. n. 179.*

De Officio, & potestate iudicis delegati.

TIT. XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hanc rubr. scribentes, & de illius materia agentes citantur*, n. 2.

3 *Officium aliquando accipitur pro eo quod voluntariè, seu liberaliter fit.*

4 *Officium nonnunquam designat beneficium quod amicis exhibemus, & quod homo homini in quantum homo est, præstat.*

5 *Officium frequentius sumitur pro eo quod vnusquisque pro sua conditione, siue publica, siue priuata obligatione facere tenetur, & ei conuenit.*

6 *Officium paternum, seu pietatis officium inter parentes dicitur obligatio illa, qua parentes tenentur filias in matrimonium collocare, hæredésve instituere.*

7 *Officium vocatur obsequium illud, quod libertas patrono præstare tenetur.*

8 *Officium diuinum appellantur inter Ecclesiasticos Horæ Canonicæ.*

9 *Officia in iure appellantur tam beneficia Ecclesiastica, quàm etiam alia munera non solùm publica, sed etiam priuata, licèt sint vilia.*

10 *Officium, & artificium in quo differant, ostenditur.*

11 *Declaratur l. legatis 65. §. si ex officio, ff. de legat. 3.*

12 *Potestas siue potentia derivatur à verbo*, possum, potes.

13 *Potestatis nomen latissimum est plura significans, solúmque distinguitur ratione materiæ.*

14 *Potestatis verbum aliquando per antonomasiam merum imperium significat.*

15 *Verba*, officio, & potestate, *in hac rubr. posita, in quo sensu intelligantur absque eo quod alterum abundet, ostenditur.*

16 *Verbum*, potestate, *quare in hac rubr. appositum fuerit, cum in illa ff. de officio eius, quæ huic respondet, omissum reperiatur, ostenditur.*

17 *Delegatus in iure aliquando appellatur ille, qui vice alterius creditori datus est.*

18 *Delegatus iudex aliquando idem est atque iudex datus.*

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. 1 Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Bald. Panorm. Felin. Dec. Butr. Barbat. Anchar. Guid. Papæ, & Peregrin. *lib. 1. variar.* Guillelm. Durand. *in breuiario aureo iuris Canonici, fol. 30.* Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canonum, fol. 165.* Petr. de Rauenna *in compendio iuris Canonici*, Martin. Mesnart. *in epitome Decretal. fol. 28. verso*, Daniel. Venator. *in analysi method. iur. Pontificij, pag. 90.* Goffred. & Hostiens. *in summa huius tit.* Alexand. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barthol. Carthag. *in expos. titulorum iuris Canonici*, Zypæ. *in analytica postremi iuris Ecclesiast. enarrat. pag. 80.* nouissimè Honor. *lib. 1. summ. in Decretal.* omnes *sub hac rubr. & volum. 2. repetitionum in iure Canonico ad primum Decretalium librum*, Franciscus Coscius, & Quintil. Mandos. *in appendice.*

De materia huius tituli agunt Guillelm. Durand. 2 *in speculo iuris, lib. 1. partic. 1. sub tit. de iudice delegato*, & apud Hispanos *l. 19. tit. 4. part. 3.* Kirchou. & Donat. à Fina *tom. 1. communium opin. lib. 1. tit. 22.* Praxis Episcop. *part. 1. verbo, delegatus*, Ioan. Francisc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. part. 2. cap. 2. de potestate, & iurisdict. delegata*, & Nanar. *lib. 1. cons. sub hoc tit.* decem ponit consilia, & tria Iacob. de Graffis *tom. 2. consiliorum, lib 1.*

Officio.] Omissa illius etymologia, de qua S. 3 Thom. 2. 2. *quæst. 186. artic. 3.* Decius *in hac rubr. num. 3.* Abb. *in cap. post cessionem, num. 2. de probat.* Bolognet. *in rubr. num. 37. & 38. ff. de officio eius*, Vertus. & Brison. *verbo officium*, sciendum est quod licèt aliquando præ eo accipiatur quod voluntariè, seu liberaliter fit, vt *in l. 1. ff. mandati, l. in commodato*, §. *sunt*, *ff. commodati*, indèque beneficium 4 designet quod amicis exhibemus, & quod homo homini in quantum homo est, præstat, *l. seruus, 7. ff. de seruis export.* vnde officiosi dicti, & Cicer. *lib. de Amicitia*, ait odiosum sanè genus hominum officia exprobrantium. Frequentiùs tamen & propriùs officium pro eo sumitur quod vnusquisque pro sua conditione siue publica, siue priuata obligatione facere tenetur, & ei conuenit, vt ante alios definit idem Cicer. *lib. de inuent.* relatus à Panormit. *vbi proximè*, inquiens esse id quod natura, vel lege implere necesse est, & est text. *in l. 1.* ibi, *debitum officium*, *C. de his, quibus vt indign. l. 3. §. 1. in fine*, ibi, *officium, quod in se recepit, impleret, ff. de recept. arbitr. l. officio*, & *ibi* gloss. *C. de negot. gestis*, tradunt post Abb. & Bolognet. *vbi sub* Corras. *lib. 7. miscel.* aliàs *lib. 1. epistolic. cap. 21. n. 2.* Cæs. Costan. *lib. 2. de variis ambiguit. iuris cap. 9.* Duaren. & alij, quos refert, & sequitur D. Barbos. *in l. 1. p. 4. num. 13. ff. solut. matrim.* Sic inter parentes & liberos dicitur paternum offi- 6 cium, & pietatis officium obligatio illa, qua parentes tenentur filias in matrimonium collocare, hæredésve instituere, *l. vlt. C. de dotis promiss.* iuncta *l. qui liberos 18 ff. de ritu nupt. l. 2. ff. de inoff. testam.* inter patronum & libertum obsequium illud quod libertus patrono 7 præstare.

præstare tenetur, officium vocatur. *d. l. officio*, *C. de negot.gestis*, *l.si non sortem* 26. *§. libertus*, ibi, *Sed cùm*
8 *officium*, *iuncta gloss.ff.de condict. indeb.* Inter Ecclesiasticos Horæ Canonicæ quotidie necessariò recitandæ diuinum Officium appellantur, sicut & matutinum, seu vespertinum *cap.*1. *de celeb. Missar. c. vlt.*12. *dist.* & alibi sacerdotale officium dicitur *in cap. sanè*, *il.*2. *hoc tit.* itémque beneficium dari propter officium, *in*
9 *c. vltim. de rescript. lib.*6. Et denique ex eadem ratione tam beneficia Ecclesiastica, quàm etiam alia munera non solùm publica, sed etiam priuata, licèt sint vilia & infima, officia in iure appellantur, quia scilicet omnia sub se certa continent ministeria, ad quæ illa obtinens, seu gerens adstrictus vel deputatus est, vt in beneficiis sunt text. *in cap.* 1. iuncta ratione ibi, *Cùm vnum officium vix dignè*, &c. *de consuetud. lib.* 6. *cap. cùm singula* 32. *in princip. iuncto §. prohibemus*, *de prabend. eod. lib. cap. ad hæc* 13. *eod.tit. in Decretal* cum aliis, de quibus Gonzal. *ad reg.* 8 *Cancel. gloss.* 5. §. 11. *ex num.* 2. & in muneribus publicis probat text. *in l.* 2. ibi, *ex ea prouincia in qua officium aliquod gerit*, *ff. de his quibus vt indign. l. si quis officium* 38. *ff. de ritu nupt.* & rubricæ omnes pertinentes ad iudices, seu Magistratus tam sæculares, quàm Ecclesiasticos, quæ ideo per verbum *officio*, concipiuntur, vt patet *lib.* 1. *Digestorum à tit. de officio Consulis*, *cum seqq. & lib.*1. *Decretalium*, *& Sexti à tit. de officio Archidiaconi*, *& à tit. de officio Vicarij.* Ac tandem in muneribus priuatis etiam vilibus sunt text. *in l. peculium* 65. *in princip.* ibi, *Officia seruorum*, *ff. de legat.*2. *l. legatis* 65. *§. si ex officio*, *iuncta gloss.* 1. ibi, *ff. de legat.* 3. communiter recepta ex Gam. *Lusit. decis.* 353. *num.* 1. prosequuntur latè Dec. *in hac rubr. num.* 3. vbi Sahag. *num.* 1. Mant.& Bolognet. *in d. rubr ff. de officio eius*, *num* 37. *&* 38.

10 Cum quibus insuper aduerte quod licèt nomen, *officium*, sic latè & generaliter sumptum, comprehendat omne ministerium aliàs necessariò adimplendum, quamvis per artem exerceatur, quod vocatur artificium, vt per *d. gloss.* 1. *in d. l. legatis*, *§. si ex officio*, *ff. de legat.* 3. in specie tamen, & magis propriè sumptum ab illo differt, vt probat text. *in eod.§* 5. *ex officio*, *l. nominatim* 24. *ff. de manumiss. test.* Officium namque in specie significat ministerium quod sine vlla arte exercetur, vt textor, & alij similes, *l.inter artifices*, *ff. de solutionib.* Bolognet. *n.*39. *ff. de officio eius.* In qua propria significatione tractant Iureconsulti de reuocatione, diminutione, vel augmento legati quoties sub nomine officij, vel artificij serui legantur, & postea tempore mortis testatoris officium illud, vel artificium mutauerant, quod habebant testamenti tempore, & ab eisdem Iureconsultis generalis regula traditur, quod si seruus ex officio ad artificium, aut denique ex artificio ad aliud artificium transierit, legatum extinguitur, non ità è conuerso si ex artificio translatus fuerit ad officium, *d.l legatis* 65. *§. si ex officio*, vbi gloss. *Verbo officium*, *& verbo factus est l. textoribus* 61. *ff. de legat.* 3. *d. l. peculium* 65. *in princip. ff. de legat.* 2. *l. si cui* 11. *versic. proinde ff. quibus modis vsusfruct. amittat.* post alios Bolognet. *d. num.*39. Cujac. *lib.*9. *obseruat. c.*17.
11 *col* 2. Qua tamen regula retenta magnam patitur difficultatem text. *in d.l. legatis*, *§. si ex offic. vers. non idem*, ibi, *coquus postea factus est*, ex verbis §. sequentis ibi, *plura artificia*, iuncto ibi, *Et alij coqui legati fuerunt*, cui consonat text. *in l. si quid venditor* 18. *in fine*, ibi, *Optimum in eo artificium*, *ff. de edilit. edicto*, *cap. ne tales*, ibi, *arte & impendiis coquorum non indiget*, *de consecrat. dist.* 5. adeò vt Zoannet. *lib. singulari Digestorum*, *c.*7. coactus fuerit aliter §§. illos legere, ac diuidere, quod tamen est contra omnium liberorum fidem, & circa eorum explicationem valde laborant, post scribentes *ibi* Emman. Soarez *lib.* 1. *obseru.c.*39. Forcat. *in penu iuris c.*17. Cujac. *vbi proximè*. Verùm ex eius dictis resolue coquos aliquando in solo ministerio, aliquando in artificio haberi, vt Liuius *lib.*39 auctor est in illis verbis, ibi, *Tunc coquus vilissimum antiquis mancipium æstimatione*, *& vsu in pretio esse*, *& quod ministerium fuerat ars haberi cœpta est*, &c. iuxta quam distinctionem facilè conciliantur iura suprà citata nam text. *in d.l. legatis*, *§. si ex officio*, intelligitur de coquo provt in solo ministerio, & officio habetur; cætera verò iura de eo loquuntur provt artificio annumeratur, cui explicationi consonat in effectu intellectus gloss. *in eod. §. si ex officio*, *verbo coquus*.

Potestate] A verbo *possum potes*, sicut & potentia, deriuatur, vt auctor est Petr. Gregor. *Syntagm. iuris*, *lib.* 11. *cap.* 2. *num.* 3. *& lib.* 33. *cap.* 1 *numero* 1. 12
Nauar. *in cap. nouit. notab.* 3. *num.*80. *in fine*, *de iudic.* 13
inde aduertens *num. seq.* has duas voces in genere sumptas, potestatem scilicet, & potentiam, nihil inter se differre, qua ratione potestatis nomen latissimum est plura significans, solùmque distinguitur ratione materiæ, cui accedit, vt bene probat Iureconsul. *in l. potestatis verbo* 215. *ff. de verbor. signif.* vbi quinque eiusdem verbi tradit significationes, quas *ibidem* prosequuntur Alciat. & Rebuff. Paulan. *de potestate Capituli prælud.* 4. Nauar. *d. not.* 3. *numero* 81. Donel. *comment. iuris Ciuilis*, *lib.* 11. *cap* 27. *§. potestatis*, vltra quas aliæ etiam in iure reperiuntur, de quibus modò citati, & Petrus Gregor. *d. lib.* 11. *cap.* 2. *num.* 5. & 6. Licèt autem *potestatis* verbum aliquan- 14
do per antonomasiam, seu excellentiam merum imperium significet, *l. imperium*, *ff. de iurisdict. omn. iudic.* ex ratione de qua Corras. *ibi*, *num.* 21. Petrus Gregor. *lib.* 47. *cap.*13. *numero* 5. indèque comprobari posset consideratio B. roi. *in hac rubr. non penult. versic. melius ergo*; frequentius tamen importat ius & auctoritatem aliquid faciendi, iuxta illud Matth. 21. *Neque vobis dico in qua ego potestate*, *& auctoritate hæc ipsa faciam*; quæ quidem auctoritas in persona iudicum iurisdictionem continet, vt per Nauar. *d. not.* 3. *numero* 81. *in fine*, cum imperio eidem iurisdictioni admixto, de quo loquitur *l. vltim. ff. de officio eius*, *cap. ex literis* 29. *versic. ex qua*, *hoc tit.* & ideo in eo sensu potestas in magistratibus à Iureconsl. Imperium appellatur, *in d.l. potestatis verbo*, ibi, *in persona magistratuum imperium*, &c. quatenus scilicet imperium generaliter sumptum illam iubendi auctoritatem significat; secundùm quam acceptationem iam apparet quam eleganter hæc rubr. per verbum *potestate* concepta sit, nam cùm Pontifices in illis agere intendissent de iudicibus delegatis, quibus iurisdictio mandatur, & mandata iurisdictione imperium habeant, quod iurisdictioni cohæret *l.* 1. *§. qui mandatam*, *versic. Paulus notat*, *d. l. vltim. versic. mandata*, *ff de officio eius*, *d. cap. ex literis* 29. *versic. ex qua*, *cum seqq.* meritò hæc rubr. inscribitur *de potestate iudicis delegati*, quasi sub verbo *potestate*, iurisdictio illa, & imperium eidem cohærens significentur, iuxta *d.l potestatis verbo*, cum supr. adductis, facit text. *in cap. præterea* 5. *in fine*, ibi, *Plenariam recipit potestatem*, *hoc tit.*

Ex quibus omnibus iam primò consequitur, in 15
quo sensu verba hæc *offic.& potest.* in hac rubr. posita intelligantur, & qualiter eadem verba accipi debeant absque eo quod alterum abundet, circa quam difficultatem laborant valde scribentes, omissa enim illorum

lorum opinione; qui existimarunt verba illa pro eodem poni, iuxta text. *in c. 2. de bigam* ibi, *Potestate, & offic. ordinandi*, &c. quæ sententia licèt placuisset Abb. multis displicuit, ex prædicta ratione superfluitatis, & inutilis repetitionis; vnde alij intelligunt potestatem referri ad iurisdictionem in habitu, seu potentia, officium verò ad eiusdem iurisdictionis exercitium, iuxta *l. 1* ibi, *Ius dicentis officium, iuncta rubr.* & quæ Barth. *ibid. n. 9.* Oros. *n. 3. ff. de iurisd. omn. iud. c. 1. & 2. de offic ind* agnoscunt Dec. *n. 5. vers. vel tertio, in hac rubr.* vbi Mant. *in 1. sect. n. 8. in fin.* & alij. Sed reprehendit Beroi. *n pen.* ex præpostera loquutione, vbi *in vers. melius ergo, & n. vlt. in fin.* alias tradit explicationes post Ioan. Andr. Bald. Sicul. ex *n. 15. cum seqq. ibid.* Ego tamen secundùm prædicta dicendum puto sub verbo *officio*, significari oblationem iudicis delegati ad iudicandum & exercendum ea omnia, quæ ratione sui muneris tenetur facere, & explicare iuxta significationem officij; de qua *supra.* Sub verbo autem *potestate* includi iurisdictionem cum imperio aliàs necessariam ad illud munus gerendum, iuxta acceptionem verbi *potestatis*, proximè adductam, quæ duo cùm in iudice delegato diuersa reperiantur, de vtroque rubr. inscribitur; vt eleganter interpretatur Bolognet. *in rubr. ff. de offic. eius, num. 41. iuncto num. 48.*

16 Tandem consequitur resolutio alterius difficultatis, quam Doctores mouent circa hanc rubr. quærentes quare in ea appositum sit verbum, *potestate*, cùm tamen in illa rubr. *ff. de offic. eius*, quæ huic respondet, omissum reperiatur, dum simpliciter dicitur, *de offic. eius*, &c. in quo explicando valde etiam laborant omnes *sup. cit. loc.* Sed relictis eorum sententiis facilè respondetur cum eodem Bologn. *d. n* 47. ideo ibi omissum fuisse verbum, *potestate*, quia rub. illa non simpliciter ait *de offic. eius*, sed adiecit, *cui mandata est iurisdictio*, quod verbum, *iurisdictio* illic appositum tantum valet, quantum in hac rubr. verbum *potestate*, atque ita in significatione vtraque rubrica concordat, licèt in verbis dissonare videatur. Cur autem tam *hic*, quàm *in Digestis*, rubricæ præcedentes & sequentes dictos titulos solùm per verbum *offic.* concipiantur, vt patet *ibi, ff. de offic. consulis, cum seqq & hic de offic. Vicarij, de offic. legati*, cum aliis, respondet Mant. *d 1. lect. n 9.* quem vide.

Iudicis.] Vide dicta *ad rubr. de officio iudicis.*

17 *Delegati.*] Delegatus attenta sermonis proprietate aliquando in iure appellatur debitor ille, qui vice alterius creditori datus est, *l. inter, 26. §. 1 ff mandati*, in eo scilicet sensu, quo delegare, sicut & delegatio in eodem iure idem important, atque vice versa alium debitorem creditori dare, *l. delegare, 11. iuncta rubr. ff. de nouat. & deleg.* explicat post Dec. *in hac rubr. num. 6.* Cujac. *tom. 4 lib. 10. quæstionum Papiniani super l. 17. ff. de condict. furtiua*; aliquando etiam delegatus iudex idem sit atque iudex datus, *l. à iudice C.*
18 *de ind.* nihilominus tamen ex eadem sermonis pro-
19 prietate multoties iudex delegatus dicitur etiam in iure ille, cui iurisdictio mandata est, vt sentit expressè gloss. *In rubr. ff. de offic. eius*, melior *gloss penult. in fine in Extrauag. vnic. hoc tit. inter commun.* cuius meminit Bellon. *in tract. tit. de offic. eius col. 1.* Riminald. *in rubr. eiusdem tit. num. 10.* nam cùm *delegare* apud bonos Auctores idem sit atque demandare, seu committere, vt ex multis obseruat Thesaurus linguæ Latinæ, verbo *delego*, consequens fit vt etiam ille iudex, cui iurisdictio demandata, seu commissa est, propriè delegatus appelletur, nam & in eodem sensu mandare, & delegare iurisdictionem synonima sunt, iisdémque terminis aliquando in hac materia promiscuè Iureconsulti vtuntur, licèt magis frequenter dicant *mandare*, quam *delegare*, *text. in l. cognitio*, §. 1. ibi, *Mandari potest, ff. de officio eius, iuncta l. 1.* ibi, *Delegandam hoc rectè putauit, ff. de damno infecto, l. 1.* ibi, *Lege vel senatusconsulto delegatam*, iuncto ibi, *Iurisdictionem suam mandant, ff. de officio eius*, tradunt post gloss. *in l. nec mandare, in princip. ff. de tutor. & curat. dat. ab his, & in d. Extrauag. hoc tit.* Orian. *n. 11. in fin. in d. rubr. ff. de officio eius*, vbi Cagnol. *num. 23.* Riminald. *d. num. 10.* Bolognet. *num. 54.* D. Barbos. *in l. cum prætor, §. 1. num. 141. ff. de iudic.* vt mirandum sit Alciat. *in d. rubr. num. 3.* affirmasse nusquam in hac materia verbum *delegare*, in eo sensu à Iureconsultis positum esse, secundùm quam significationem, quia in hoc tit. præcipuè agitur de illis iudicibus, quibus à Papa, vel alioi nferiori iurisdictio demandata est, rectè & satis propriè inscribitur, *de officio, & potestate iudicis deleg.* quasi Pontifex diceret de officio, & potestate iudicis, cui iurisdictio delegata est, provt similibus fere verbis in Digestis inscribitur dictus tit. qui huic correspondet, *de officio eius, cui mandata est iurisdict.* vbi Orian. *d n. 11. in fin.* notat, & eleganter *d. gloss. pen. in d. Extrauag. vnica hoc tit. inter communes*, vsúsque videtur Pontifex h c breuioribus verbis, idem tamen secundùm communem loquendi vsum significantibus, nam hodie delegati appellantur, quibus olim apud Iureconsultos iurisdictio mandata dicebatur, Quintan. *lib. 2. de iurisdict. tit. vltim. num. 33.* sicque cessat iam labor Doctorum quærentium cur titulus hic aliis verbis inscribatur, quam dictus tit. *ff. de officio eius*, in quo consistunt Alciat. *ibi num. 1 cum seqq. & n vlt.* Orian. *d. num 11. in fine*, Bolon. *num 53. in fine.* Vltra quos etiam dici potest ideo rubr. Digestorum conceptam fuisse per illa verba, *cui mandata est iurisdictio*, quia inibi solùm agebatur de delegato cum iurisdictione, non verò de iudice dato; quia verò hic agendum erat non solum de delegato cum iurisdictione, sed de eo etiam, qui sine iurisdictione delegatur, vtpotè si mera facti executio committatur, vel sola cognitio causæ sine potestate exequenda aut similiter, vt *in cap super quæstionum, in princ. & §. verum, & §. porro*, cum aliis, *hoc tit. cap. si delegatus, versic. vltim. infr. eod.* sentit Corras. *in d. rubr. num. 6. de offic. eius*, meritò simpliciter hæc rubr. inscribitur *de officio, & potestate iudic. delegat.* quasi verbum *delegati*, simpliciter prolatum ad vtrumque referatur, siquidem pro vtroque in iure accipitur, vt *supra* nam idem Pontifices promiscuè hic & illic vtuntur verbo *datus*, & verbo *delegatus, cap. iudex ab Apostolica*, ibi, *Datus, infr. eod c. vlt. in princ.* ibi, *à nobis datus eisdem, hoc tit.*

Delegatus ergo secundùm hanc acceptionem mul- 20
tipliciter à Doctoribus definitur, tam in hac rubr. quam in d. rubr. *ff. de officio eius*, nam in primis *gloss. pen. in fine in Extrauag. vnic. hoc tit. inter commun.* dicit delegatum esse illum, qui mandatam sibi iurisdictionem vice delegantis exercet, iuxta *l. 1. §. qui mandatam, l. 2 ff de offic. eius*, quam definitionem videntur recipere Remin. *in d. rubr. ff. de offic. eius, n. 10.* & *ibid.* Camil. Plac. *c. 12.* Sahag. *in rub. huius tit. n. 5.* cui etiam concinit alia breuior tradita à Bellon. *l. . supputat. c. 11. à princ.* quod delegatus est is, cui iuridictio mandata est, sumpta ex *d. rub. ff. de officio eius* quam ipse adeò laudat, vt asserat quod cùm ante oculos Doctores illam haberent, nec obseruauerint, videantur obdormiuisse. Verùm vtraque definitio censura indiget, hæc namque posterior sic simpliciter concepta videtur comprehendere Vicarios generales Episcoporum, legatos Proconsulis, vicesgerentes,

quibus

quibus planè iurisdictio mandatur ab Episcopo, Proconsule, & aliis, *c.2. de offic. Vicar. lib.6 c. Romana, in princ.de appell.eodem lib.1.legatus, ff.de offic. Proconf.* & tamen ordinarij dicuntur *d.c.2. iuncta gloss. verbo, officialem, gloss. verb. Rectorum*, vbi communis *in l.2.C.de offic. eius*, atque ita eam improbat expressè Bolognet. *in d.rub.ff. de offic. eius, n.56. in fine.* Prior verò definitio gloss. etsi bonum sensum habeat, non tamen satis explicat, quæ in proposito dicatur iurisdictio mandata, de qua loquitur *d.rub.ff. de offic.eius*, in quo tota definitionis vis consistit. Vnde alij aliter definiunt, & tres dispositiones, Gothofredi scilicet, Host. & Speculatoris, referunt, improbant, & declarant Mantu. *in hac rub. vtraque lect. n.4.5. & 6.* Dec. etiam *n.6.* Bero. ex *num.55.* post Abb. *n.1.* Imol. 3. & alios *ibid.* tradunt etiam Doct. *in d.rub ff. de offic. eius*, vbi Alex. & Orian. ex *num.12.* Iacob. de Nigris *n.vlt.* Alciat. ex *num.46.* Bolognet. *n.56. cum seqq.* Marant. *de ordine iudic.p.4 dist.5.num.4.* Menoch. *de arbitr. q.12.num.5.& 6.* Azeued. *in rub.num.7. tit.9.l.3. nouæ recopil.* Læl. Zechi. *de republ. Ecclesiast. c.22. n.1.* Petr. Gregor. *syntag. iur. lib.47. c.22. num.2.* Molin. *de iustit. tom. 6. disput. 14. num 1.*

21 Quare his omnibus omissis ex traditis per Bologn. *in d.rub.ff. de officio eius num.57.* Molin. *d.disp.14.num.1.* D. Barbos. *in l cùm prætor.§.1.n.21. & 22. & ex num.24. cum seqq. ff. de iudic.* Morl. *in empor.iur. tit.2. in præluд. n.88. in fine*, Iudex secularis, de quo *hic*, verius definiri potest vt sit is; cui sine magistratu, officióve, aut non habita ratione ad illum iurisdictio mandata est.

22 Ponuntur loco generis verba illa, *vt sit is*, &c. sufficit enim in definitione poni genus remotum, licèt non proximum, vt facit Iureconsl. *in l. debitor 108.* ibi, *11.num.1.* Cæteræ particulæ loco differentiarum adiiciuntur; nam in primis dicitur, *sine magistratu officiove*, ad differentiam iudicis Ordinarij, vt ita significetur delegatum iurisdictionem habere non iure alicuius officij, seu magistratus vt Ordinarius, sed solùm immediatè, & principaliter iure delegationis sibi factæ, indéque, & vlteriùs intelligitur phrasis, seu modus loquendi, quo iura in hac materia circa delegatum vtuntur, *dict.l. more maiorum, ff. de iurisd. omni iud.* ibi, *alieno beneficio, d. l. 1. §. qui mandatum*, ibi, *proprium nihil habet, l.3. ff. de offic.eius, l. solet, ff. de iurisd.omn. iudic.* cum similibus; cùm enim delegatio nihil aliud sit quàm aliena concessio, rectè dicitur eum, qui iurisdictionem aliunde non habet quàm ex delegatione, vt delegatus, nihil proprium habere, item alienam iurisdictionem non pro suo imperio, sed pro eo cuius mandato ius dicit exequi, *d. l.3. d. l. solet*, & denique ex alieno beneficio habere *d.l.more maiorum*, intendit D. Barbos. *sup. citatis locis.* Additur deinde, *aut non habita ratione ad illud*, &c. vt ita includantur iudices, seu magistratus aliàs Ordinarij, qui tamen delegati manent, dum eisdem iurisdictio aliqua, quæ illis aliàs non competebat, demandatur, nulla habita ratione ad officium suum, seu magistratum, & per contrarium excludantur ij iudices, quibus talis iurisdictio etiam de nouo mandatur, facta tamen relatione ad officium seu magistratum, qui perinde censentur Ordinarij, sic ampliata decisione text. *in c. licèt de offic. Ordin.* Adiicitur etiam, *iurisdictio*, vt in primis excludantur iudices dati, qui non habent iurisdictionem, sed tantùm notionem, seu causæ cognitionem, deinde ad differentiam eorum, quibus nudum tantùm ministerium sine iurisdictione committitur, qui propriùs appellantur Auditores, vel executores, *cap. super quæstionum, in princ.& §. verum, & §. porrò, hoc tit.* Bellon. *d. lib.1.cap.11. numero 2.* Denique dicitur simpliciter, *mandata est*, tum vt significetur nihil referre in proposito an ab homine, an verò à lege iurisdictio mandetur, tum quia soli Ordinario dicitur data iurisdictio, delegatio verò non data, sed mandata, text. opt. *in l.& quia 6.* ibi, *nec ei iurisdictio data est*, iuncto ibi, *sed confirmat mandatum*, &c. *ff de iurisd.omn.iudic.* Bellon. *d.n.2.* nam cùm dare iurisdictionē nihil aliud sit quam facere magistratum, hoc autem solius sit Principis, *l.1. in princ.ff.ad leg. Iul.de ambitu, c.1. vers. potestas, quæ sint Regalia, in vsibus feudor.* cæteri verò magistratus, seu Ordinarij inferiores non possint alios creare magistratus, seu Ordinarios, communis *in d.l.2. d.l. more maiorum gloss.1. in c.2.ne Prælati vices suas*, Socin. *in l.1.§. fin.n.4. ff.quis, & à quo appell.* rectè fit quod siue Princeps deleget non constituendo aliquem magistratum, siue inferior, non dicitur ab illis data iurisdictio, sed tantum mandata, optimè Quintanaduen. *lib.1. de iurisd. tit.11.n.2.*

SVMMARIVM.

1 *Delegatus Papæ potest procedere non solùm contra partes, sed etiam contra eos, qui manifestè impedirent suam iurisdictionem*, & n.2.

3 *Iurisdictionem turbantes possunt à iudice, cuius iurisdictio turbatur, etiam quod is delegatus esset, puniri.*

4 *Metus iustus inducitur ex minis, & verbis minatoriis quando sunt prolata à persona potente, & solito minas exequi.*

5 *Delegatus potest coërcere tam priuatos quàm magistratus iurisdictionem & imperium obtinentes, qui suam impedirent iurisdictionem.*

6 *Delegatus etiam Episcopi, & alterius cuiuscunque inferioris potest punire eos, qui suam impediunt iurisdictionem.*

7 *Collega delegati illius iurisdictionem impediens non potest ab eo coërceri.*

8 *Impedimentum publicum, seu notorium non est necessarium ad hoc vt delegatus possit coërcere iurisdictionem suam impedientes.*

9 *Agentes, & consentientes pari pœna puniuntur quando consentientes cum agentibus operantur positiuè præbendo causam efficacem & propinquam principali actori delinquenti.*

10 *Ancilla non peccat, si meliorem non reperiens conditionem inseruiat publicis meretricibus.*

11 *Iurisdictionis turbatores possunt à iudice Ecclesiastico excommunicari, & pœna pecuniaria mulctari.*

12 *Iudices delegati possunt per Ecclesiasticas censuras impedientes coërcere, quoties secundùm personarum & negotij qualitatem viderint expedire*, & num.17.

13 *Delegati coërcere possunt impedientes suam iurisdictionem non solùm per alias censuras, sed etiam per excommunicationem maiorem.*

14 *Excommunicatio an sit meri imperij, ostenditur*, & num.15.

16 *Declaratur text. in c quisquis, 2.q.6.*

18 *Auxilium in delictis præstans punitur eadem pœna, qua punitur ipse delinquens.*

CAP. Quia quæsitum. I.

Alex. III.

DElegatus Papæ potestatem habet non solùm in partes, sed etiam in alios, qui suam iurisdictionem 1

nem impediunt, terrendo nimis partes vt taceant. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Host. Ioan. Andr. Anchar. Barbat. Bald. Felin. Dec. Bero. Guid. Papæ, Butr. Imola, Afania, Innoc. Panorm. Henric. Viuian. *in rationali pr mi libri iuris Pontificij, pag.* 357. Alagona *in compend. iuris Ca on. pag.* 230. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. *& tom.* 2. *repet. in iure Canon. ad primum Decret. librum*, Franc. Coscius, Quintilian. Mandos. *in appendice*, Hipp. Riminald. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1. *tit.* 21. *cap.* 2. & est post Concil. Lateranen. *part.* 7. *cap.* 2.

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Zanch. *de haret. c.* 31. *ex num.* 2. Reper. Inquisit. *verbo, impedien.* Lucerna Inq. *eod. verbo*, §. 4. latè & eleganter Illustr. D. meus Rod. à Cunha post primam huius libri impressionem à me visus *in comment. ad c* 2. *d st.* 94. Ant. Fuertes *canon. lect. c.* 7. Flamin. *de resign. lib.* 8. *quæst.* 7. *n.* 161. D. Barbosa *in l. si quis ex aliena, num* 102 *ff. de iudic.* Bellet. *disquisit clerical. part.* 1. *tit. de fauore cleric. reali* § 5. *n.* 23. latè Menoch. *de arbit. casu* 418. *num.* 3. *cum seqq.* vbi hoc ampliat ad delegatum inferioris à Principe, & limitat in certis casibus, & à *n.* 17. agit qua pœna puniri possit impediens, & per hunc text.

3 dicit Farin. *in praxi. crimin. part.* 5. *q.* 114. *n.* 61. quòd turbantes iurisdictionem possunt à iudice, cuius iurisdictio turbatur, etiam quòd is delegatus esset, puniri, & *n.* 63. quòd pœna turbatæ iurisdictionis tenetur non solùm is, qui actu turbauit, sed etiam mandans turbari, & *n.* 66. quòd pari pœna puniuntur potentes, & potestates, qui ad instantiam rei conueniri minis & terroribus compellunt actorem ad desistendum à lite.

4 *Minis aut terroribus conquerentes.*] Collige ex text. minis & verbis minatoriis metum iustum induci, intelligendo sunt prolata à persona potente, & solitò minas exequi, vt per Sebast. Medic. *de casib.* Forr. *p.* 1. *q.* 7. *n.* 6. & 67. Mascard. *de prob. concl.* 1051. *n.* 10. *cum seqq.* Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *casu* 126. *n.* 11. *& de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 126. *n.* 14. *&* 25. Sanch. *de matrim lib.* 4. *disp.* 1. *n.* 21. *cum seqq.* Farin. *fragm. crim. p.* 2. *lit. M. n.* 93. *&* 94.

5 *Potestatibus.*] Ergò delegatus potest coërcere tam priuatos, quàm magistratus iurisdictionem, & imperium obtinentes, vt post Abb. Dec. *in princip.* Beroi. *n.* 7. resoluit Illustr. D. meus *citato loco.*

6 *Cum præcipimus*, &c.] Procedere quoque in delegato Episcopi & alterius cuiuscunque inferioris, tenent *in præsenti* Dec. *n.* 14. & Beroi. *n.* 7. *&* 9. Menoch. *de arbitr. casu* 439. *n.* 4. Illustr. D. meus *vbi suprà n.* 7. vbi contra Menoch. *d. num.* 4. obseruat in eo tamen esse differentiam inter delegatum summi Pont. & inferiores quoad hanc materiam quòd delegatus summi Pont. potest coërcere quoscunque absque vlla restrictione territorij, eo quòd Papa delegans absque eiusmodi restrictione vbicunque iurisdictionem exercet. *cap cuncta per mundum* 9. *quæst.* 3. non ita delegatus inferioris, cuius iurisdictio restringitur ad subditos intra territorium, & diœcesim *cap.* 1. *de offic. Ordin.*

7 *Quam principales eorum fautores.*] Intellige, dummodo non sint condelegati in causa, quia collega delegati illius iurisdictionem impediens non potest ab eo coërceri, vt per Dec. *in præsenti in* 14 *vers. retenta.* Felin. *n.* 14. *in fine*, & Bero *ex n.* 109. Menoch. *de arbitrar. casu* 298. *n.* 15. *& casu* 438. *n.* 13. Illustriss. D. meum *vbi supra n.* 8. vbi subdit quòd si delegatus esset datus cum clausul. quòd si non omnes, vel quòd si ambo, tunc poterit vnus alterum impedientem tanquam inferiorem & priuatum coërcere.

Si eos manifestè, &c.] Ergo necessarium est publicum 8
impedimentum ad hoc vt delegatus possit in proposito coërcere impedientes, vt per Specul. ac alios citatos à Felin. *in præsenti.* Sed contrarium, imò non esse necessarium publicum, seu notorium impedimentum resoluunt *in præsenti*, Innoc Anch. Imol. *ex n.* 1. Felin. *n.* 17. *vers. septima*, Iason *in l.* 2. *n.* 6 *ff si quis in ius vocatus*, Illustr. D. meus *dicto loco n.* 9. respondentes particulam illam, *manifestè*, non respicere nec qualificare verbum, *impedire*, quasi requiratur manifestum impedimentum, sed respicere verbum *cognoueris*, cui adiicitur, qualificare cognitionem iudicis, quia non dicit Pontifex, si cognoueris, eos iustitiam manif. stè impedire, sed *si manifestè cognoueris, est iustitiam impedire.*

Sicut agentes & consentientes pari pœna, &c.] Con- 9
cordant, *cap. qui cum fure, inf. de furtis, cap. quanta, de sentent. excom. l.* 13. *tit.* 8. *lib.* 2. *fori legum, l.* 1. *tit* 13. *l.* 4. *eiusdem fori, l.* 34. *post. med. tit.* 9. *lib.* 6. *Ordin.* Azeued. *l.* 4. *tit.* 20. *lib.* 6. *nouæ recop. & l.* 2. *numero* 218 *tit.* 13. *lib.* 8. Thom. de Thom. *reg.* 21. procedit quando consentientes cum agentibus cooperantur positiuè præbendo causam efficacem, & propinquam principali actori delinquenti, Cou. *in reg. peccatum, p.* 2. §. 12. *à num.* 1. Menoch. *de arbitrar. casu* 148. *cum seqq.* Farin. *in praxi crimin. part.* 4. *conf* 66. *num.* 18. Flamin. *de confident q.* 22. *num.* 5. Molina *de iustitia, tract.* 2. *disp.* 342. *sub num.* 1. Vnde non peccat ancilla quæ 10
meliorem non reperiens conditionem inseruit publicis meretricibus, etiam aperiat ostia, epistolas deferat, vocet amasios, ornet, vel, comitetur quando amatores pergunt, lectum construat in quo scit eas peccaturas, vt per Ludou. Beia. *resp. casuum conscient p.* 1. *casu* 27. *vers. tum quia, & casu.* 35. vbi reddit rationem, quia quandocunque opus ex se malum non est, sed ex sola alicuius prana intentione: fas est ad aliud concurrere ne lucrum amittatur, Nauar. *cons.* 5. *de pœnit. & remiss. in nouis*, Fr. Emman. *in sum. verbo luxuria cap.* 203. *num.* 2. Iacob. de Graff. *in aureis, decis p.* 1. *lib.* 1. *c.* 17. *num.* 21. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 12. *c.* 18. *q.* 8. Quod tamen limitatur, quando seruientes ex tali seruitio ad peccandum excitarentur, quia tunc non potuerunt famuli absque peccato mort. dominis suis & concubinis inseruire, Nau. *cons.* 4. *de pœnit. n.* 1. *&* 3 Fr. Emman. *in addit. ad Bullam Cruciatæ* §. 9. *n.* 135.

Districtione Ecclesiastica potestis coërcere.] Notatur 11
ad hoc quòd pro turbatione iurisdictionis potest non solùm à iudice Ecclesiastico imponi pœna excommunicationis, sed & pœna pecuniaria & mulcta, & per Bonacos. *commun. crimin part.* 1. *verbo, mulcta, fol.* 117. Farin. *d. part.* 5. *quæst.* 114. *num.* 6. Ac ita ex gene- 12
ralitate huius text. in dictis verbis, ibi, *districtione Ecclesiastica*, &c. Colligitur posse iudices delegatos per Ecclesiasticas census impedientes coërcere, quoties secundùm personarum & negotij qualitatem viderint expedire, probatur cui conceditur iurisdictio, conceditur potestas etiam coërcendi impedientes, vt habetur *in hoc text. & in cap. ex literis, inf. hoc tit. & in l.* 1 *ff. si quis ius dicenti non obtemper.* iuncta generali regula *l.* 2. *ff de iurisd. omnium iud. & cap. præterea, inf. hoc tit.* cum similibus, atqui magis accommodatus modus coërcendi excommunicatos est per censuras Ecclesiasticas; ergo omnes iudices Ecclesiastici illis vti posse contra impedientes suam iurisdictionem dicendum est, quod in delegatis pro regula ponit Pontifex *in hoc text. & in c. sanè, 2. & in cap. significasti, in fine, hoc tit. & cap. tam literis*, 33. ibi, *excommunicantes solemniter, de testit.* notant gloss. *in verbo puniat, in cap. pastoralis*, §. *vlt. hoc tit.* confirmat Conc. Trid.

sess.

sess 25. de Reg. c. 5. in fine, & est recepta sententia, de qua minimè oportet disputare, secundùm Cou. *in c. alma* 1. §. 11. *n.* 1. *& p.* 2. §. 2. *n.* 7. Menoch. *de arbitr. casu* 438. Cabed. *diuers. iuris arg. lib.* 1. *c.* 5. *n.* 9. ampliantes hanc doctrinam procedere, quamvis in rescripto delegationis nulla fiat mentio censurarum, vt satis deducitur ex hoc text. vbi obseruant Felin. & Dec. *n.* 5. Abb. *in c. quærenti, n.* 4. *de verbor. significat.* Beroi. *in d. cap. significasti, n.* 25. Nau. *in c. cùm contingat, remed.* 2. *post princip.* Neque obstat si dicas retenta hac doctrina otiosam esse clausulam illam, quæ in rescriptis frequenter apponitur, vt *in cap. illorum, de præbend. & sæpè alibi, contradictores scilicet Ecclesiastica censura compescendo*, contra reg. text. *in c. in his, de priuileg. & in l. si quando ff. de legatis* 1. cum vulgaribus. Respondebitur enim varios effectus considerari posse, propter quos clausula illa maximè vtilis est. Primò, quia cum illa solet apponi alia clausula appellatione remota, vt *in cap. vt officium, verf. compescendi, de hæret. in* 6. Conc. Trid. *sess.* 25. *cap.* 5. *in princ.* qui effectus maximus est ad tollendam appellationem, quæ illis clausulis cessantibus esset admittenda, iuxta ea quæ notantur *in cap. pastoralis, in princ. de appell.* Secundò, quia reperitur eadem clausula in rescriptis, in quibus meri facti executio demandatur, in quibus terminis si clausula illa non apponatur, non potest executor impedientes coercere censuris, quæ iurisdictionem requirunt, ex *infrà* dicendis, & bene notauit Host. *in c. ex literis, infrà hoc tit.* contra glossam *verbo, commissum, in c. vlt. §. vlt. de officio delegati*, quam *ibi* sequitur Sicul. *num.* 14. Tandem maximè vtilis est clausula illa ad coërcendos illos, qui post factam executionem prouisum de beneficio, vel aliquem ex litigantibus molestant, quòd non possunt ex vi suæ cognitionis ex clausula non adiecta, vt notant Abb. *in d. c. pro illorum n.* 9. & Steph. *de vi & effectu clausularum*, §. *sequitur modo, n.* 2. *&* 4. Rebuff. *in praxi tit. declaratio nouæ prouisionis, verbo, & defendant, verf. & olim, & verbo & contradictores, verf. & sic.*

13 Ex quibus iam colligitur posse delegatos coercere impedientes suam iurisdictionem non solùm per alias censuras, sed etiam per excommunicationem maiorem, vt clarè deprehenditur ex generalitate huius text. ibi, *distributione Ecclesiastica*, & expresè ex *d. c. tam literis*, ibi, *Excommunicantes*, notant omnes præcitati, præcipuè Cou. & Menoch. *dictis locis.* Neque obstat, quòd excommunicatio sit meri imperij, vt docet Innoc. *in cap. transmissam, in fine, de elect.* receptus ex Nau. *in c. cùm contingit secunda causa nullitatis, n.* 25. & Vgolin. *de censurit tab.* 1. *c.* 4. §. 4. *n.* 2. quia scilicet mortem inducit, *c. per venerabilem, ad finem*, ibi, *Mori præcipitur, qui filij sint legitimi*, & relegationi æquiparatur, glos. glos. *vlt. post princ. in c. pastoralis*, §. *verum, de appellat.* seu magis deportationi, *glos.* 1. *in* §. *minor. Instit. de capitis diminut.* communis secundùm Menoch. *de arbitr. casu* 438. *n.* 32. Duen. *reg.* 272. Cald. Pereira *de renou. emphyteusis, q.* 5. *n.* 49. Vgolin. *tab.* 2. *c.* 2 5. *n.* 2. Constat autem mandata simpliciter iurisdictione non transire ea, quæ sunt meri imperij, sed solùm concedi modicam coërctionem, *l. vlt. ff. de officio eius.* Cæual. *com. contra communes q.* 632. *n.* 6. subindèque eum, cui mandatur iurisdictio, non posse deportare, relegare, aqua & igne interdicere, notant Felin. *in d. c.* 1. *n.* 16. *verf.* 5. Menoch. *vbi proximè n.* 48.

14 Respondent Doctores communiter doctrinam Innocentij, qui habet excommunicationem maiorem, esse meri imperij, procedere quando excommunicatio fertur ex causa publica, non ita si feratur ad patris instantiam, ita Abb. *in c. quod sedem, in fin. de officio Ordin. & in c. cùm contingat, n.* 17. *de foro comp.* Ias. *in l. imperium, n.* 74. *verf. quarum, ff. de iurisd. omnium iud.* Sed hæc distinctio nullo bono nititur fundamento, nec enim congrua datur inter vtrumque casum differentiæ ratio, imò constat æquè grauem esse, & æquè graues effectus procedere excommunicationem quæ ad partis instantiam, atque eam, quæ ex causa publica profertur.

Quare longè verius est excommunicationem nunquam ad merum imperium, sed ad mixtum pertinere, vt post Gasp. Valasc. *n d. l. Imperium*, resoluunt Nau. & Menoch. *n* 16. *dictis locis*, Æquiparatio verò deportationis, vel relegationis, licèt in aliquibus procedat propter aliquas similitudines, quæ inter illas & excommunicationem reperiuntur, in multis tamen aliis maximè differunt, tam & maximè in hoc quòd excommunicatio non durat nisi durante contumacià excommunicati, atque ita quatenus ipse vult, si verùm resipiscat, statim absoluitur, quod longè aliter contingit in deportatione, & relegatione, non enim cessant per pœnitentiam, notant Menoch. *d. casu* 438. *n.* 33. & melius Vgolin. *dicto* §. 2. inde concludens de iis ad illam tanquam à diuersis non rectè procedere argumentum iuxta regulam *l. Papinian. exuls, ff. de minoribus.* 15

Non obstat etiam text. *in c. quisquis* 2. *q.* 6. omissis enim variis intellectibus, de quibus gloss. & Præpos. *ibi*, dum alij intelligunt textum agere de arbitris, alij de delegatis, qui verebantur potentiam & inobedientiam, alij de delegatis inferiorum: verior videtur intellectus, quem sentit Præpos. *ibi*, quòd agit text. de speciali quadam prohibitione per quam Patriarcha, vel Summus Pontifex omnibus Episcopis sibi subiectis præcipit vt excommunicationem latam à delegato obseruent, & excommunicatis ab illo non communicent, donec obtemperauerint, quem intellectum satis ostendunt verba ipsius text. ibi, det literas, vt nullus ei communicet. 16

Illud tamen aduertendum est non semper iudices prædictos debere coercere impedientes per excommunicationem, sed vel per alias censuras, vel per mulctas pecuniarias, vel aliàs, provt secundùm negotij, & personarum qualitatem magis viderit expedire, quod satis significat text. *in præsenti*, ibi, *poteris*, probat text. optimus *in c. sanè, verf. ita quod, infrà hoc tit.* & explicat melius Pontif. *in c.* 2. *hoc tit. lib.* 6. vbi propter reuerentiam Episcopali dignitati debitam decidit Episcopos excommunicari non debere, nisi priùs præmittatur interdictum ab ingressu Ecclesiæ, & deinde suspensio ab officio, explicat post Staph. Lancell. *de attent p.* 2. *c.* 10. *in præfat. à n.* 189. commendat Tiraq. *de nobilit. c.* 2. *à p.* 131. non seruato tamen eo ordine valebit excommunicatio, *glos. vlt. in dicto c.* 2. quam sequuntur Domin. Franch. & alij communiter *ibi*, quia est ordo accidentalis, cuius defectus sententiam non annullat, ex doctrina *glos.* 2. *in c. sacro, de sententia excom.* 17

In gloss. *Pari pœna*, ibi, *In tertio casu*, &c. Notatur ad hoc quòd præstans auxilium in delicto punitur eadem pœna, qua punitur ipse delinquens, vt per Clar. *in pract.* § *fin. q.* 90. *n.* 1. Menoch. *de arbitr. casu* 249. *n.* 7. Mascard. *de probat. concl* 159. *n.* 18. Nau. *in man. c.* 11. *n.* 12. *& c.* 17. *à n.* 17. Bonac. *com. crim p.* 1. *verbo, agentes, fol.* 9. latè Farin. *in praxi crim p.* 5. *q.* 131. *n.* 1. *cum seqq.* 18

In ead. gloss. ibi, *Vnde versus* refert etiam Nau. *in c. ita quorundam, not.* 9. *in princ. de Iudæis.*

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Litera diuersæ sub eadem data & forma contrariæ quando impetrantur, & præsentantur à diuersis ad eosdem iudices non facta mentione de primis literis, supersederi debet vtrisque donec consulatur Papa.*
2 *Rescriptum recipit interpretationem à persona concedentis.*
3 *Declarantur text. in præsenti, cap. cæterùm, de rescriptis.*
4 *Renocationis scientia est necessaria.*

CAP. Sanè. j II.

1 LIteræ diuersæ sub eadem data & forma contrariæ quando impetrantur, & præsentantur à diuersis ad eosdem iudices, non facta mentione de primis literis, debet supersederi vtrisque donec consulatur Papa. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zaban. Collect. Anch. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Innoc. Barbat. Imol. Bald. Felin. Dec. Mantua, Guid. Papæ, Sahagun. Henric. Butr. Panorm. Hostiens. Viu. *in ration primi lib. iur. Pont. pag.* 358. Alagon. *in compend. iur Canon. pag.* 131. remissiuè Ximen. *in concord p.* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1. *tit.* 21. *c.* 3. & est post Concil. Lateran. *p.* 7. *cap.* 3.

2 *Donec Romanum Pont. consulant.*] Notatur ad hoc quod rescriptum recipit interpretationem à persona concedentis, vt per Menoch. *cons.* 180. *n.* 5.

3 *Executioni supersedeant.*] Ergo impetrato posteriori rescripto ad lites, non facta mentione prioris, in vtroque est supersedendum quousque concedens consulatur, & suam explicet voluntatem, contra text. *in c. cæterùm, de rescript.* dum habet non valere posterius rescriptum ad lites, in quo non fuit facta mentio prioris super eadem causa impetratum, annuens primum, & non posterius, aliàs nullum esse executioni mandandum: sed facili negotio componuntur, si dicas reg. *cap. cæterùm*, procedere vbi posterius rescriptum impetratur ad iudices diuersos ab illis, quibus in priori datum fuerat, vt constat ex litera eiusdem text. ibi, *committi aliis*: at verò in hoc text. posterius rescriptum impetratum fuit ad eosdem iudices, quibus causa per priores literas commissa fuerat, sub forma tamen diuersa, & ratione formæ opponebantur rescripta, in quo casu, quia negotium manet apud eosdem iudices, nec per rescriptum posterius irrogatur illis iniuria, nec prior impetrans frustratur suo rescripto priori ad eosdem impetrato, neque apud alios litigare cogitur, cessat maxima ex parte ratio *d. cap. cæterùm* provt *ibi* dixi, & licèt forma procedendi iuxta prius rescriptum diuersa sit à posteriori, hoc tamen non sufficit ad subreptionem, & nullitatem eiusdem posterioris rescripti, quia non est verosimile Superiorem facta mentione prioris difficilius fuisse concessurum, provt requiritur in specie *dict. c.* 1. *sup. de rescript.* & fortasse certior effectus æquè facilè, vel etiam faciliùs posteriorem formam concederet, ac subinde quandiu sumus in dubio vtrique supersedetur, & ad concedentem recurritur. Accedit decisio Rotæ 4. *sub hoc tit. in antiq.* probata per Dom. & alios, vt per Fel. *hic n.* 2. *vers. limita sexto*, Menoch. *de arbitr. casu* 202. *n.* 25. secundùm quos vbi rescriptum impetratur ad eosdem iudices non requiritur in eo exacta illa mentio aut expressio, quæ aliàs requiritur vbi ad diuersos fit impetratio, ac subinde non est subreptitium rescriptum in quo non fit mentio litis & status causæ pendentis apud eundem iudicem, & ita declaratur *c. inter Monasterium, de re iud.* vt tantùm procedat casu, quo lis pendeat apud iudicem diuersum, vt satis probat litera eiusdem text. ibi, *de processu negotij coram primis iudicibus*, &c.

Innotuerit.] Notatur ad hoc quòd scientia reuocationis est necessaria, vt per Cou. *pract. c.* 9. *n.* 7. *vers. secunda conclusio.* 4

SVMMARIVM.

1 *Delegatus Papæ impeditus subdelegare potest causam, quæ sine ipso commodè terminari potest.*
2 *Delegati ob debilitatem vices suas subdelegare potest, nisi causa sit grauis.*
3 *Delegati inferioris assertioni creditur, dum asserit se ob causam absentiæ subdelegasse*
4 *Personæ honestæ, ac discretæ illæ dicuntur, quæ in dignitate aliqua constitutæ sunt.*
5 *Negotia grauia debet quis per se tractare, & non per procuratorem, quamvis timeret sibi vim inferri.*

CAP. Si pro debilitate. III.

DElegatus legitimè impeditus in causis, quæ sine sua præsentia terminari possunt, id est, quando non sunt causæ graues, alium subdelegare potest. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anchar. Imola, Anan. Barbat. Bal. Felin. Dec. Butr. Mantua, Henric. Guid. Papæ, Sahagun. Hostiens. Panormitan. Innocent. Viu. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 358. Alagon. *in compend. iuris Canon pag.* 131. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. *& tom.* 2. *reper. in iure Canonico ad primum Decretal. lib.* Hippol. Reginald. & Quintil. Mandos. *in appendice*, refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib. tit.* 21. *c.* 4. & est post Concil. Lateran. *p.* 7. *cap.* 5. 1

Collige ex text. quod delegatus ob debilitatem, vices suas subdelegare potest, vt per Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *casu* 60. *n.* 20. nisi causa, quæ delegatur, sit grauis, quia tunc sine iusta causa non poterit subdelegare, idem Menoch. *cons.* 17. *n.* 8. *&* 11. Flamin. *de resign. lib.* 5. *q.* 3. *n.* 26. D. Barbosa *in l. cùm prætor.* §. 1. *n.* 396. *ff. de iudic.* quos refero ego ipse *de offic. & potest. Episc. p.* 3. *alleg.* 84. *n.* 11. 2

Interesse non poteris.] Aduerte quod assertioni delegati inferioris creditur, cum asserit se ob causam absentiæ subdelegasse, admittitur tamen probatio contra illius assertionem, vt per Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 76. *n.* 15. *&* 16. 3

Discretis.] Notatur ad hoc quod discretæ, ac honestæ personæ illæ dicuntur quæ in dignitate aliqua collocatæ sunt, vt per Menoch. *de arbitr. casu* 69. *n.* 1. 4

In gloss. vlt. ibi, *sic etiam grauia negotia debet quis per se tractare, & non per procuratorem.* Quamvis timeret sibi vim inferri, Hippol. *sing.* 311. Cassan. *in consuet. Burgundiæ, rub.* 1. §. 6. *n.* 95. Christoph. de Pace *ad leges styli, l.* 30. *n.* 1. *& seq.* 5

SVMMARIVM.

1 *Causa vbi committitur infra certum diem decidenda, nisi partes prorogent, per lapsum dieì, expirat iurisdictio.*
2 *Delegatio clauditur intra tempus rescripti delegatorij, nisi partes tempus prorogauerint.*

5 *Proroga*

3 *Prorogationis materiam qui DD. tractent, referuntur.*
4 *Iurisdictionis prorogatio etiam in criminalibus fieri debet.*
5 *Cedi non potest quicquid extinctum est.*
6 *Prorogatio fit de tempore ad tempus, quando designatur terminus, intra quem finiri debeat.*
7 *Prorogatio facienda est ante lapsum terminum.*
8 *Solemnitates iuris possunt remitti de consensu partium,* & n. 9.
10 *Contumaciæ pœnas tam ante quàm post litem contestatam commissas, qui DD. adducant, referuntur.*
11 *Pœna certa à lege, vel consuetudine vbi est statuta non eam potest iudex remittere, minuere, aut augere.*
12 *In arbitrariis iudex mortis pœnam eligere non potest.*
13 *Citatus venire tenetur si citatio tenet.*
14 *Iudex qui alternatiuè duas pœnas imponere potest, mitiorem eligere tenetur.*

CAP. De causis. IV.

1 CAusa quando committitur intra certum tempus terminanda, si de consensu partium terminus non prorogatur, transacto termino expirat iurisdictio. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Host. Ioan. Andr. Anchar. Barbat. Bald. Felin. Dec. Bero. Guid. Papæ, Butr. Imol. Anan. Innoc. Panorm. Henric. Mantua, Sahagun, Cened. *collect.* 46. Viuian. *in ration. primi libri iur. Pont. pag.* 359 Alagona *in compendio iur. Canon. pag.* 131. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1. *tit.* 21. *c.* 5. & est post Conc. Lateran. *p.* 7. *c.* 6.

2 Collige ex text. quod delegatio clauditur intra tempus rescripti delegatorij, nisi partes tempus prorogauerint, vt per Pereg. *var. l.* 1. *ad rub. huius tit. n.* 37.

3 Garcia Gironda *de priuil. & exempt. explic. n.* 769. De materia prorogationum vide Mench. *vsufreq. c.* 14. Benedict. Capram, Fichard. Bonacos. & Vezin. *tom.* 1. *communium opin. lib.* 3. *tit.* 11. *n.* 89. *cum seqq.* D. Barbosa *in l.* 1. *art* 2. *ff. de iudic.*

4 *De causis*, etiam criminalibus, quia iurisdictionis prorogatio in illis fieri potest, vt per Clar. *lib.* 5. § *fin. q.* 42. Greg. *l.* 15. *verbo, respondiese, tit.* 1. *p.* 7. Bonacos. *d. tit.* 11. *n.* 103. *pag.* 395. Perez *l.* 1. *vers. sed contrariam tit.* 4 *lib.* 3. *Ordin. pag.* 518.

5 *Nisi dies præfixus*, &c.] Notatur ad hoc quod quicquid extinctum est cedi non potest, vt per Tiraq. *de*
6 *retractu lig.* § 26. *gloss.* 1. *n.* 56. Et prorogatio fit de tempore ad tempus quando designatur terminus intra quem causa finiri debeat, D. Barbosa *in l.* 1. *ff. de iudic. art.* 2. *n.* 12. *cum seqq.*

7 *Eo transacto*, &c.] Notatur ad hoc quod prorogatio facienda est ante lapsum termini, quia illa, quæ fit post tempus, non est propriè prorogatio, Felin. *in c causam, quæ, n. fin. inf. de iudic.* Tiraq. *de retractu, tit.* 2. § 1. *gloss.* 7. *n* 24.

8 In glos. *Consensu*, ibi, *Arg. quod de consensu partium solemnitates iuris possunt remitti.* Vide Marantam *de ordine iudic. p* 2. *n.* 39. *&* seq. Xuar. *in l post rem super leges Regni, in princ. num.* 13. Vant. *de nullit. ex defectu processus, n.* 72. Perez *in l.* 2. *gloss.* 4 *in princ. tit.* 4. *lib.* 3. *Ord.* Cenal. *communium contra com. q.* 586. Rom. *sing.* 763.

9 In gloss. *Eo transacto*, ibi, *Posset tertiò quari.* Vide Azened. *l.* 19. *n.* 82. *tit.* 33. *lib* 8. *nouæ recop.*

§. Illis etiam.

Delegatus potest punire pœna iuris non obtemperantes, & si certa pœna per ius statuta non est, imponere valet arbitrariam. Colligunt Doctores *in princ.* text. citati.

Ad citationem tuam venire, &c.] De pœnis contu- 10
maciæ tam ante, quàm post litem contestatam commissis, vnde Clar. § *fin. q.* 44. vbi Bajard. Fulu. Pacian. *de probat. lib.* 1. *c.* 72. Franc. Viu. Neapol. *decis.* 111. *&* *dec.* 252. *&* 273. Cened. *ad Decret. collect.* 46. *n* 1.

Eandem insti gas. Notatur ad hoc quod vbi est cer- 11
ta pœna à lege, vel consuetudine statuta, non eam potest iudex remittere, aut minuere, siue augere, aut aliter mutare & arbitrari, de quo vide Felin. *in c. qualiter il.* 2. § *licèt, de accus. ex n.* 31. Rom. *sing.* 78. *Veni, & sing.* 666. *Vt habuisti*, Ioan. Rojas *sing.* 156. Ioan. Segura Dabolos *in direct. iud. Eccles p.* 2. *c.* 11. Bacç. *de inope deb. c.* 3. *n.* 15. *&* *c.* 18. *n.* 5 Ioan. Rendin. *de maiest. Princip.* § *sed etiam per legiuimos tramites, ex n.* 26. *&* *ex n.* 48. Ioan. Garc. *reg.* 344. Paul. Fusc. *lit. I sing.* 62. Iacob. Simanch. *de cathol. inst. c* 46. *ex n* 78 Menoch. *de arbitr. lib.* 1 *q.* 96. *à n.* 11 Hyppol. *sing.* 244. Tiraq. *de pœn. temper. in præfat. n.* 1. *cum seqq.* Auiles *ad c.* 1. *Prætor. in gloss. derechamente, à n.* 5. *&* 10. Perez *l.* 9. *tit.* 16. *l.* 8. *Ord.* Balb. *tom.* 1 *comm. opin. lib.* 2. *tit.* 1. *n.* 4. *pag.* 278 Aldrete *de religiosa disciplina tuenda, lib.* 2 *c.* 10. *n.* 5. plures Doctores refert Cened. *d. collect.* 46. *n.* 3 & alios cito ego ipse *ad c. fin. super verbo, cum his vero, & c. inf. de transact.*

Secundùm tuum arbitrium.] Notatur ad hoc quod in 12
arbitrariis pœnis iudex mortis pœnam eligere non potest. Vide Marantam *de ordine iud. p* 4. *in princ. à n.* 59. Petr. Salazar. *de vsu & consuet. c.* 5 *à n.* 7. Clar. § *fin. q.* 38. *n.* 11. Tiraq. *de pœnis temper. causa* 39. *n.* 2. Perez *l.* 4. *gloss. el que lo hiziere, tit.* 2. *lib.* 1. *&* *tit.* 9. *in rub. vers. præterea dubitatur vtrum l* 8. *&* *l.* 84. *vers. verùm autem in arbitr. tit.* 19. *cod. lib* 8. *Ord.* Menoch. *de arbitr q* 86. *à n.* 1. *&* *n.* 20. plures per Cened. *d. collect.* 46. *n.* 3. Peguer. *dec.* 84. Aloys. Ricc. *p.* 3. *collect.* 559. *in fine.*

In gloss. *Venire*, ibi, *Dum tamen citatio teneat, alias* 13
non tenet. Notatur ad hoc quod citatus venire tenetur si citatio teneat, Azened. *cons.* 23. *n.* 13.

In gloss. *Certa*, ibi, *Quid si diuersæ sunt pœnæ*, &c. 14
Notatur ad hoc quod iudex qui alternatiuè duas pœnas imponere potest, mitiorem eligere tenetur, vt per Abb. *hic*, & Farin. *à n.* 15. Dec. 9. Rip. *à n.* 59. Menoch. *de arbitr. lib.* 1 *q.* 85. *&* 94. Perez *l* 11. *gloss.* 2. *post med. tit.* 1 *lib.* 3. *&* *in l.* 1. *gloss.* 3. *col.* 2. *in princ. tit.* 3. *lib.* 3. *Ordin.* vide *infrà ad c. quoniam frequenter*, § *vlt. vt lite non contest.*

SVMMARIVM.

1 *Delegatus per simplicem commissionem causæ potest citare, contumacem punire, & reliqua facere, quæ spectant ad causam.*
2 *Principali concesso, censetur concessum accessorium veniens in necessariam consequentiam principalis.*
3 *Verbum*, simpliciter, *positum generaliter intelligitur.*
4 *Principali concesso conceditur accessorium, quando accessorium est à suo principali inseparabile, licèt sit magis dignum, quàm ipsum principale, cui annectitur.*
5 *Prohibito aliquo prohibetur omne id, per quod peruenitur ad illud.*
6 *Annexorum idem est iudicium.*

CAP. Præterea. V.

DElegatus, cui simpliciter aliqua causa commit- 1
titur, consequenter recipit potestatem plenam omnium

omnium, quæ ad causam spectant, & sic potest partes compellere, contumaces excommunicare, licèt hæc non sint expressa in mandatis. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anch. Anan. Host. Innoc. Butr. Panorm. Imol. Felin. dec. Barbat. Henric. Guid. Papæ, Sahagun. Viu. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 360. Alagon. *in compend. iuris Canon pag.* 131. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1. *tit.* 21. *c.* 6. & est post Conc. Later. *p.* 7. *c.* 7.

2 *Quia ex eo quod causa*, &c.] Concesso enim principali, censetur concessum accessorium veniens in necessariam consequentiam principalis, & alia sine quibus stare non potest, *l.* 2. *ff. de iurisd. omnium iudic.* Card. Tusch. *tom.* 1. *lit. A. concl.* 77. ego ipse *in tract. de Axiom. iuris vsufreq. Axiom* 4. *n.* 9.

3 In gloss. *Simpliciter, in fine*, ibi, *Verbum simpliciter positum generaliter intelligitur.* Referri etiam potest ad id quod erat faciendum de reliquo, Seraph. Rotæ *dec.* 643. quem refero ego ipse *de diction. & clausul. dictione* 237.

4 In gloss. *Ex eo*, ibi, *Concesso principali conceditur accessorium.* Intellige cùm accessorium est à suo principali inseparabile, Menoch. *de interdictis, remed.* 6. *recup. n.* 45. etiamsi accessorium sit magis dignum & pretiosum, quàm ipsum principale, cui annectitur, D. Barbosa *in l. cùm prætor, § fin. n.* 211. *ff. de iud.* Card. Tusch. *tom.* 1. *lit. A. concl.* 76. *n.* 26.

5 In ead. gloss. ibi, *Aliquo prohibito prohibetur omne id per quod peruenitur ad illud.* Mascard. *de probat. concl.* 102. Surd. *cons.* 301. *n.* 74. Galet. *in margarita casuum conscientiæ, verb. prohibere*, Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. p.* 1. *c.* 15. *n.* 20. ego ipse *Axiom* 193. *n.* 3. intellige de his per quæ necessariò peruenitur ad rem prohibitam, non verò de illis per quæ ad illam peruenire potest contingenter, aut possibiliter, iuxta tradita per Bart. *in l. ambitiosè, n.* 22. *ff. de decretis ab ordine fac. & in l.* 2. *ad fin. ff. de iurisd. omnium iud.* receptum communiter per citatos à D. Barb. *in l.* 1. *p.* 3. *n.* 57. *ff. solut. matr.*

6 In ead. gloss. ibi, *Idem est in vtroque annexorum.* Notatur ad hoc quod annexorum idem est iudicium, vt per Cott. *in memor. verb. connexorum, pag.* 166. Hyppol. *sing.* 251. *n.* 1. Surd. *de aliment. tit.* 9. *q.* 31. *n.* 16. *cum seqq. & cons.* 196. *n.* 9 *& cons.* 338. *n.* 3. Escob. *de ratiocin. c.* 13. *n.* 11. & alios citatos per me *in t. de Axiom. iur. vsufreq. Axiom.* 51. *n.* 1. *& de clausul.* 38. *n.* 4.

Cap. Quamvis. VI.

1 Causa quando committitur duobus simpliciter, alter potest vices suas delegare coniudici, vel alteri. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabarell. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Butr. Imola, Anan. Hostiens. Innocent. Anchar. Panormitan. Bald. Felin. Dec. Guid. Papæ, Barbat. Sahagun. Viu. *in ration. primi libri iur. Pontif. pag.* 360. Alagon. *in compend. iur. Canon. pag.* 132. remissiuè Ximen. *in concord p.* 1. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1. *tit.* 21. *c.* 3. & est post Concil. Lateran. *p.* 7. *cap* 7.

2 *Alij vices suas potest committere.*] Quia cùm sit delegatus Principis, potest subdelegare, vt dixi *ad c. pastoralis* 28. *in princ. infr. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Delegatus Papæ exequitur suam sententiam, quam exequi non potest, aut non vult is, qui eam exequendam commisit.*
2 *Delegatus Principis exequitur suam sententiam.*
3 *Delegatus censuris aduersus Ordinarium agere potest*

Cap. Significasti. VII.

1 Iudex ordinarius si non vult, vel non potest exequi sententiam iudicis delegati, ipse delegatus potest exequi, & impedientes excommunicare. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Anch. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Innoc. Barbat. Imola, Bald. Felin. Dec. Butr. Panorm. Host. Guid. Papæ, Sahagun, Henric. Bero. Viuian. *in ration. primi libri iur. Pontif. pag.* 360. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 132. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1. *tit.* 21. *c.* 9. & est post Concil. Lateran. *part.* 7. *cap* 11.

Collige ex text. posse delegatum committere executionem sententiæ à se latæ iudici ordinario, & eum cogere vt illam exequatur pœnis secundùm ordinem iuris inferendis si tenuerit executioni demandare, vt per Bart. *in l. à diuo Pio, n.* 1. & ibi Ias. *n.* 6. *ff. de re iudic.* Alciat. *ad rub. ff. de officio eius, n.* 32. vbi Martin. Monter. *n.* 54. & Camil. Plaut. *lib.* 1. *c.* 15. *n.* 20 Bellon. *de mandata iurisd. c.* 9 *q.* 3 *n.* 8. Ant. de Fuertes *in rep. c. pastoralis §. porrò, n.* 27. *hoc tit.*

Potest executioni mandare.] Notatur ad hoc quod delegatus Princeps exequitur suam sententiam, vt per Menoch. *de arbitr. l.* 1. *q* 74. *n.* 48 *cum seq.* Steph. Gratian. *discept. forens. c.* 66. *n.* 6 & 7 Galganet. *de iure publico, lib.* 2. *tit.* 51. *n.* 7. Franc. Mar. *decis.* 72. Guid. Papæ *dec.* 60. Bellam. *decis.* 13. Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 4. *collect* 1076.

Vtrùm autem id efficere possit delegatus ab inferiore, quæstio est dubia. In qua Bart. *in l. Diuo Pio n.* 14. & Ias. *n.* 13 *ff de iud.* & Alciat. *l.* 2 *Paradox. c.* 2. *n.* 3. tenent huiusmodi delegatum suam sententiam executioni mandare non posse, sed recurrendum esse ad superiorem, hoc est, ad illum, qui eum delegauit. Rationem adducunt, quia executio sententiæ est meri imperij *l. imperium, ff. de iurisd. omn. iud.* & ea quæ sunt meri imperij non transeunt in delegatos *l.* 1. *ff. de offic. eius*, ac proinde pro eius executione deuoluendum esse ad delegatum, videtur probare *l à Diuo Pio*, ibi, *Iudicum à se datorum sententias exequentur ij, qui eos dederunt.* Sed contrarium neruosè defendit Torreblanc. *lib.* 3. *de crimin. punit. c.* 5. *ex n.* 19. vbi *n.* 24. respondet text. *in d. l. à Diuo Pio*, non loqui in iudicibus delegatis, sed in datis, qui à prætoribus, & aliis huiusmodi Magistratibus ad causæ tantùm cognitionem dabantur, *l.* 1. *l. imperium, ff. de iurisd. omn. iudic.*

Et si qui sibi restituerint; &c.] Notatur ad hoc quod delegatum censuris aduersùs Ordinarium agit, vt per Franc. Molin. *de brachio sæculari c.* 6. *n.* 12.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius quando scit eum non canonicè institutum, quem delegatus Papæ mandat in possessionem inducì, non debet resistere violenter, sed precibus instabit vt differat donec Papa consulatur.*
2 *Transactio facta coram iudice delegato habet executionem paratam.*
3 *Institutus canonicè non dicitur, qui beneficium habet ex translatione.*
4 *Resistere, & se defendere aduersùs officialem exequentem non licet.*

5 *Ordina*

5 *Ordinarius non potest resistere violenter delegato Principis volenti exequi sententiam.*
6 *Transactio in spiritualibus interuenire non potest.*

CAP. Si quando. VIII.

1 CLericus si trahat Episcopum ad iudicem delegatum super causa alicuius Ecclesiæ, in qua non est canonicè institutus, vel non est in possessione, si delegatus per transactionem, vel alio modo confert Ecclesiam, Episcopus non debet violenter resistere delegato, sed precibus instare, vt differat possessionem donec Papa informetur. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Collect. Zabar. Innoc. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Butr. Anch. Host. Panor. Barbat. Felin. Imol. Bald. Dec. Guid. Papæ, Viu. *in ration primi libri iur. Pontif. pag.* 361. Alagon. *in compend. iur. Can. pag.* 132. remissiuè Ximen. *concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1. *tit.* 22. *cap.* 10. & est post Conc. Later. *part.* 7. *cap* 12.

2 *Transactione.*] Notatur ad hoc quod transactio facta coram iudice delegato habet executionem paratam, vt per Xuar. *ad l. post rem iudicatam, not* 9 *n.* 3.

In quibus certum sit, &c.] Notatur ad hoc quod non dicitur canonicè institutus, qui beneficium habet ex transactione, quæ non comprehenditur in canonica institutione, vt per Rebuff. *in praxi benef. p.* 1. *tit. quot modis beneficium acquir. n.* 17.

4 *Resistere violenter.*] Notatur ad hoc quòd non licet aduersùs officialem exequentem resistere, & se defendere, vt per Duen. *reg.* 192. *in fin.* Hyppol. *in l.* 1. *n.* 25. *ff. de quæst.*

5 *Sed apud eum instare, vt differat,* &c.] Notatur ad hoc quod Ordinarius non potest resistere violenter delegato Principis volenti exequi sententiam, sed debet precibus apud eum instare, vt rescribatur Principi, si sententia apparet iniusta, vt per Marantam *disp.* 1. *incip. plerumque, n.* 13.

6 In gloss. *Transactione*, ibi, *Transactio in spiritualibus interuenire non potest.* Vide Azened. *l.* 4. *n.* 199. *tit.* 21. *lib.* 4. *nouæ recop.* nam & omnis pactio, & promissio in spiritualibus prohibita est. Spin. *in speculo testam. gl.* 7. *n.* 33. idem Azened. per text. *ibi in l.* 8. *n.* 8. *tit.* 2. *lib.* 7. *nouæ recop.*

SVMMARIVM.

1 *Delegati iurisdictio expirat post diffinitiuam executioni mandatam.*
2 *Delegatus exequutioni sententiam mandare potest.*
3 *Delegati iurisdictio extinguitur lata sententia.*
4 *Delegatus ad vniuersitatem causarum potest cognoscere de nullitate suæ sententiæ, secus in delegato ad vnum causam.*

CAP. In literis, IX.

1 IVrisdictio delegati cessat post diffinitiuam executioni datam per se, vel per alium. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Imol. Anan. Bald. Felin. Dec. Barbat. Henric. Guid. Papæ, Sahag. Panorm. Host. Butr. Anch. Viu. *in ration. primi libri iur. Pont. pag.* 362. Alagon. *in compend. iur. Can. pag.* 132. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. *& tom.* 2. *repet. in iure Canon. ad* 1. *Decret. lib.* Mandos. *in appendice*, refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. l.* 1. *tit.* 21. *c.* 14. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. *p.* 7. *c.* 16.

Vel per alium sententiam executioni mandauit.] Ergo 2 delegatus exequutioni sententiam mandare potest, vt per Galganet. *de iure publico, lib.* 2. *tit.* 51. *n.* 7. Vide latius *infr ad c. si quis contra clericum* 4. *de foro comp.* Non obstat opinio existimantium iure Canonico saltem delegatum non posse exequi sententiam suam, quos referunt Alex. *in l. à Diuo Pio, n.* 6. *ff. de re iud.* Menoch. *de arbitr. lib.* 1 *q.* 74. *n.* 36. nam verius est etiam iure Canonico delegatum posse exequi sententiam suam, vt defendit gloss. *in c. quisquis* 3. *q.* 6. Dec. *in c. significasti, not.* 2. *hoc tit.* Longoual. *in rep. l. imperium, n.* 70. *&* 71. *ff. de iurisd. omnium iudic.* & vide *supra ad c. significasti, post n.* 2. *hoc tit.*

Eius auctoritas, & iurisdictio cessat]Notatur ad hoc 3 quod delegati iurisdictio extinguitur lata sententia, vt per Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 67. *n.* 21. Hieron. Fernandez de Ottero *Rom. lucubr. q.* 5. *n.* 2. Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. decis.* 620 *in* 1. *edit. & resol.* 418. *in* 2. *edit.* vbi *n.* 2. ponit conclusionem quod delegatus ad 4 vniuersitatem causarum potest cognoscere de nullitate suæ sententiæ, secus in delegato ad vnam causam, de quo vide Dec. *hic n.* 3. Tiraq. *in l. bones, § hoc sermone, limit* 1. *n.* 4. *ff. de verb signif.* Hieron. Fernandez de Ottero *loco proxè citato.*

SVMMARIVM.

1 *Delegatus datus etiam ad diem reo absente non per contumaciam non restituet actorem, licet possessionem & deiectionem probare volentem.*
2 *Spolij remedium non datur nisi probata possessione, etiam per constitutum.*
3 *Spoliatus agens interdicto vnde vi, in primis spoliationem ipsam probare tenetur.*
4 *Citandi sunt amici absentis debitoris antequam proueniatur ad secundum decretum.*
5 *Possessionem, & deiectionem tenetur probare, qui petit restitui.*
6 *Contestatio litis requiritur in iudiciis possessoriis.*

CAP. Consultationibus X.

1 LIteras vbi quis obtinuerit pro possessione Ecclesiæ, quam alter habet, qui non habita notitia literarum bona causa se absentauit, itavt non possit intra tempus coram iudice comparere, ipse iudex non debet procedere, secus si per contumaciam se absentasset. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anch. Imol. Anan. Barbat. Bald. Felin. Dec. Butr. Panorm. Host. Guid. Papæ, Sahagun. Peregr. *lib.* 1. *variarum*, Innoc. Viu. *in ration. primi libri iur. Pont. pag.* 362. Alagona *in compend. iuris Can. pag* 133. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1. *tit.* 21. *c.* 15. & est post Conc. Later. *p.* 7. *c.* 17.

Testibus idoneis possessionem, &c.] Notatur ad hoc 2 quòd remedium spolij non datur nisi probata possessione, vt per Menoch. *recup. remed.* 15. *q.* 31. *n.* 383. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 173. *n.* 3. etiam per constitutum, Tiraq. *de constituto, p.* 2. *ampl.* 11.

Et deiectionem suam probare.] Notatur ad hoc quod 3 spoliatus agens interdicto *vnde vi*, in primis spoliationem ipsam probare debet, vt per Mascard. *de probat. concl.* 1321. *n.* 18.

In gloss. *Restitutionem*, ibi, *Interrogandi sunt amici*,] Notatur ad hoc quod citandi sunt amici 4

absentis debitoris antequam perueniatur ad secundum decretum, vt per Tiraq. *de pœnis temper. c. 22. n. 70.*

5 In gloss. *Possessionem, & deiectionem*, ibi, *Nota quod hæc duo tenetur probare qui petit restitui.* Vide Menoch. *de recup. possess. in præfat. n. 1.* Gam. *dec. 4. n. 1.* Cabed. *p. 1. decis. 172. n. 1.* Azened. *l. 1. n. 64 tit. 1. lib. 4. nouæ recop.*

6 In gloss. *Nisi is*, *fin.* ibi, *Nisi post litem contestatam.* Notatur ad hoc quod in iudiciis possessoriis litis contestatio requiritur, vt per Bernard. *reg. 447.*

SVMMARIVM.

1 *Delegatus Papæ est maior, & dignior Ordinario quoad causam sibi delegatam, &* n. 2.
3 *Ordinarius absoluere non potest excommunicatum à delegato Summi Pontificis, etiamsi is delegatus iam esset defunctus, aut alia ratione iurisdictio in illo expirasset.*
4 *Inferior vnus esse potest vno respectu, & superior altero.*
5 *Delegatus excommunicare potest.*
6 *Prælati ob delictum locus ipsius spirituali iurisdictioni subiectus potest interdici.*
7 *Interdictum Ecclesiasticum ferri potest contra innocentes ob alterius culpam.*
8 *Papa tenetur ad Confessionem sacramentalem omnibus illis casibus, quibus de iure Diuino est instituta, & præcepta.*
9 *Superiorem non habens in materia dispensabili potest alteri committere absolutionem pro se.*

CAP. Sanè. *ij.* XI.

1 DElegatus Papæ in causa delegata est superior Episcopo, vel Ordinario, & potest in ipsos vti suspensione, vel interdicto. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Butr. Imol. Anan. Host. Innoc. Anch. Panor. Bald. Felin. Dec. Guid. Papæ, Barbat. Sahagun. Viuan. *in ration. primi libri iur. Pont. pag. 362.* Alagon. *in compend iur Can. pag. 133.* remissiuè Ximen. *in concord p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 21. c. 16.* & est post Concil. Later. *p. 7. c 20.*

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Sbroz. *de officio Vicarij, lib. 2. q. 62. n. 10.* Bellencin. *de charitatiuo subsid. q. 91. n. .* Franc. Molin. *de brachio sæculari, c. 6. n. 11.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c 111. n. 65. cum seqq.* Bobad. *in sua politica lib. 2. c. 21. n. 9.* Guttier. *de matrim. c. 3. n. 29.* Bellon. *de mand. iurisdict. c. 3. n. 5. & q 9. n 4. & 16.* Anton. de Fuertes *in repet cap. super 27. §. porrò, hoc tit. n. 26.* Ioseph. Aldrete *de religiosa disciplina tuenda, lib 1. c. 3. n. 3.* Molina *de iustitia, tom. 6. tract. 5. d. sp. 26. n 1.* vbi etiam resoluit quod loci Ordinarius absoluere non potest excommunicatum à delegato Summi Pont. etiamsi is delegatus iam esset defunctus, aut alia ratione iurisdictio in illo expirasset.

3

Notatur etiam ad hoc quod potest quis esse inferior vno respectu, & superior altero, vt per Tiraq. *de nobilit. c 28. n. 15.* vna eadem persona potest diuersa ex causa, & vice superior existere, & inferior altero, vt filius Senator in dignitate præcedit patrem, in filiatione verò est minor, Aul. Gel. *noctium Atticarum, lib. 1. c. .* Valdes. *de dignitate Regum, Regnorúmque Hispaniæ, c. 18. n. 44.*

4

Poterit vel interdicti, &c.] Notatur ad hoc quod delegatus excommunicare potest, vt per Cou. *in c. alma mater, part. 1. §. 2. vmero 7. de sentent. excommunic. lib. 6.*

5

Aut etiam terramillius, Notatur ad hoc, quod ob delictum Prælati locus ipsius spirituali iurisdictioni subiectus potest interdici, vt per Soar. *tom. 5. de censuris, disp. 36. sect. 1. n. 7.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit lib. 32. tract 3. n. 20.*

6

Notatur etiam ad hoc quod interdictum Ecclesiasticum ferri potest contra innocentes ob alterius culpam, vt per Cou. *in c. alma, p. 2. §. 1. n. 4. & var. lib 2. c. 8 n 10.*

7

In gloss. *Terminandam*, ibi, *Item arg.* &c. Notatur quod Summus Pont. tenetur ad Confessionem sacramentalem omnibus illis casibus, quibus de iure Diuino est instituta, & præcepta, vide Cou. *in cap. alma mater, p. 1. §. 1. n. 5.* Nau. *in princ. dist. 5. n 32. & in c. Sacerdos, n. 50. de pœnit. lib. 6.* Viuald. *in candelabro aureo, p. 4. c. 8. n. 57.* Henriq. *in sum lib. 1. de Sacram. pœn. c. 3 §. 2.* Flamin. *de resign l 3. q. 18. n. 131.* Sayr. *in clavi Regia lib. 3. c. 4. n 14.* Azor. *instit. mor. p 1. l. 7. c. 39 q. 11.* Paul. Comit. *resp. mor. lib. 1. q. 101.* Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib. 6. n. 49.*

8

Notatur etiam ad hoc quod ille, qui iurauit, vel quid aliud fecit in materia dispensabili, si non habet Superiorem, potest alteri committere absolutionem, vt per Flamin. *de resign lib 3. q. 18. n. 113.* Sayr *in clavi Regia, lib. 2. c. 4. n. 14.*

9

VMMARIVM.

1 *Dignitatem primam in Ecclesia vacaturam quando vnus impetrat, & alter impetrat literas pro certa dignitate in eadem Ecclesia vacatura, non facta mentione de prima impetratione, si vacat hæc certa dignitas, est danda primo, & non secundo.*
2 *Papa multitudine negotiorum impeditus præterita retinere memoria non præsumitur.*
3 *Declaratur c. generi, de reg. iuris, lib. 6.*
4 *Dispositio generalis, quæ nomisi in vna specie verificari potest censetur specialis.*
5 *Beneficium conferendum est purè, & sine extrinseca conditione.*
6 *Resignatio est simoniaca, quæ fit cum pactione, & modo.*
7 *Dictio, omnino, est vniuersalis, & comprehendit omnes casus indistinctè.*
8 *Resignatio beneficij coram Ordinariis alterius gratia, & fauore non valet.*

CAP. Ex parte. *j.* XII.

1 DIgnitatem primam in Ecclesia vacaturam si vnus impetrauit, & deinde alius impetrauit nominatim in eadem Ecclesia certam dignitatem, puta Archidiaconatum cùm vacaret, non facta mentione de priori concessione, & postmodum vacauerit illa certa dignitas, primo, & non secundo est conferenda. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Anch. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Innoc. Barbat. Imol. Bald. Felin. Dec. Butr. Panor. Host. Casal. *in annot.* Guid. Pap. Sahag. Viu. *in ration. primi libri iur. Pont pag 369.* Alagon. *in compend. iur. Can. pag. 132.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 21. c. 17.* & est post Conc. Later. *p. 7. c 21.*

2

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumit Peregr. *de iure fisci, lib. 1. tit. habentes iura fisci, n 21. pag. 38.* quia Papa multitudine negotiorum impeditus præterita retinere memoria non præsumitur, Flamin. *de resign. lib. 3. q. 9, n. 58.*

Non

3 Non obstat quod generi per speciem derogatur, *c. generi, de regulis iuris, lib. 6.* cum ibi citatis, quia respondetur ideo in præsenti priorem concessionem conceptam generaliter ad primam dignitatem vacaturam in vna Ecclesia non derogari per secundam conceptam nominatim ibi ad certam dignitatem dum vacaret, quia licèt prior in genere sit concepta ad primam dignitatem vacaturam in illa Ecclesia, tamen quia sortita est effectum in vna dignitate tantùm primò vacatura, habetur pro speciali, ita in terminis Valasc. *consult. 71. n. 14.* Dispositio enim generalis quæ non nisi in vna specie verificari potest, censetur specialis, Tiraq. *de iure mariti, glos. 7. n 128.* Surd. *de aliment. tit. 9. q. 15. n. 15.* Maxime quia verum est in hoc text. non dari gratiam generalem, & specialem, quinimo vtramque specialem, etenim prior ad Archidiaconatum, quem primò vacare contingeret, specialis erat, quippè quæ habitu & actu ad vnum tantùm dirigebatur, nec poterat verificari in pluribus in simul, vt aduertit Præceptor D. Correa *ad c. 1. sup. de rescript.*

4 *Mandamus*, &c.] Collige ex text. mandato generali ad primum Archidiaconatum non derogari per secundum mandatum speciale ad certum Archidiaconatum in eadem Ecclesia. Obstat tamen quod literæ speciales posteriores prioribus generalibus derogare solent, iuxta text. *in c. quamvis, il. 2. de prabend. lib. 6. & in c. 1. in fin. de rescript.* Sed omisso intellectu Bald. & Bero. *n. 67* ac Mant. *15. in præsenti*, & aliorum quos reprobat Valasc. *cons. 72. n. 14.* satis sit ex doctrina *glos. magnæ hic ad fin. vers. item illa, & glos. in reg. generi, de regul. iur. lib. 6. & glos. 1. in cap. quamvis 38. de prabend. lib. 6.* & Valasc. *vbi prox.* Si dicas in hoc text. non dari gratiam generalem & specialem, quinimo vtramque specialem, etenim prior ad Archidiaconatum, quem primò vacare contingeret, specialis erat, quippè quæ habitu & actu ad vnum tantùm dirigebatur, nec poterat verificari in pluribus insimul, quos nullatenus comprehendebat, & consequenter cessat reg. *cap 1. de rescript.* cum similibus, & gratiæ huiusmodi sic speciali per aliam specialem posteriorem, quæ illius mentionem non faciebat, derogari non potuit, & posterior non valet, iuxta reg. *c. cæterum, de rescript.* cum vulgaribus, qui intellectus confirmatur apertè ex verbis huius text. & maximè ex *l. si domino 102. ff. de leg. 1. & l. si heres 11. ff. de optione legata*, in quibus similiter non proponitur legatum generale & speciale, sed vtrumque speciale, ad vnum tantummodo seruum, & non ad plures, provt intelligunt Doctores communiter secundùm Bart. *in d. l. si domino*, iuuat. *l. 3. in fin. ff. qui & à quibus*, & text. opt. *in l. cùm incertus 13. de legat. 1.* ibi, *Perinde enim liberatum ac si Stichus legatus esset.*

Adhuc obstat quod prior gratia in hoc text. non referebatur ad certum aliquem Archidiaconatum, & potuit verificari in quovis ex multis, vel etiã ex omnibus Archidiaconatibus illius Ecclesiæ, sicut & legatum optandi vnum ex seruis testatoris *in d. l. si domino, & d. l. si heres*, non dirigebatur ad certum aliquem, & poterat verificari in quocumque ex omnibus seruis testatoris, ac subinde generale videtur, vt satis probat text. *in c. Abbatem 40.* ibi, *Per literas generales*, vbi *glos. 1. & 2. de rescript. legato generaliter 37. ff. de legat. 1. l. stipulationum 74. cum l. seq.* ibi, *Generaliter, ff. de verb. oblig.* At verò gratia posterior ad Archidiaconatum certum, quem aunculus obtinebat, sicut & legatum certi serui in dictis legibus, erat speciale, vtpotè ad certum quoddam indiuiduum, in quo tantummodo verificabatur, vnde locum debuit habere reg. *d. c. 1. de rescript.* Accedit, quia saltem negandum non videtur priorem gratiam in hoc text. sicut & legatum optandi vnum ex seruis in dictis legibus, esse minus specialia, quàm sit posterior gratia ad certum Archidiaconatum, vel legatum certi serui, quippè quę priora non referantur ad certum indiuiduum; constat autem regulam *d. cap. 1.* & similium non tantùm procedere vbi opponuntur genus, & species, dispositio generalis & specialis propria, verùm etiã vbi species latior, & alia strictior dispositio minus, & alia magis specialis, & denique vbi species plura indiuidua comprehendens, & certum aliquod indiuiduum opponuntur, ex Bald. *in l. hac consultissima col. 1. C. de test.* obseruant Nau. *in considerat, in princ. n. 76. de pœnit. dist. 5.* Ias. *cons 12. lib. 3.* Vnde à prædicto intellectu, & sententia communi recedunt Dec. *in d. c. 1. n. 4.* & Bero. *n. 67.* idem Dec. *in c. pastoralis 24. §. quoniam, n. 2. de rescript* Staphil. *de literis gratiæ, tit. de variis modis vocationum, in princ. à n. 22.*

Sed retento intellectu suprà præstito non obstant hæ difficultates, quoniam ex mente Abb. *in d. § quoniam num. 1.* post Bart. & ex mente aliorum dicendum est, quod licèt prius mandatum in hoc text. & legatum optandi vnum ex seruis in dictis legibus à principio indeterminatum sit, & minus certùm, quàm posterius, quod ad indiuiduum dirigitur, & terminatur: nihilominus tamen in substantia, & effectu neutrum est magis, vel minus speciale, quia vtrumque tantũmodo verificari potest in vna specie, seu indiuiduo, & licèt in priori quilibet ex Archidiaconatibus illius Ecclesiæ debeatur sub conditione si primò vacauerit, & quilibet ex seruis testatoris relinquatur sub conditione, si legatarius eundem elegerit, vt *in d. l.* nihilominus tamen ille, qui primò vacauerit, vel seruus, qui à legatario electus est, necessario, & in indiuiduo debetur proinde, ac si is à principio promissus, vel legatus fuisset, *d. l. cùm incertus*; nec refragantur verba *d. c. Abbatem*, quia respondetur in propositio *d. cap. 1. de rescript.* per mandatum generale intelligit tantummodo illud, quod insimul comprehẽdit plura, in quibus simul, vel saltem successiuè potest verificari, & per speciale intelligitur id, quod minus includit, vel pauciora, quæ possunt excipi à mandato generali eodem reliquis manente. At *in d. cap. Abbatem*, non dicuntur generales in hoc sensu, quasi plura sic comprehendant, sed in alio longè diuerso, scilicet quia à principio sunt incertæ, nec constat certum aliquod indiuiduum ad quod determinatè dirigantur iuxta *d. l. stipulationum, cum seq.* Vnde plura non insimul, aut successiuè, sed indeterminatè, & quasi alternatiuè, & sub disiunctione, scilicet hoc, vel illud aut illud, ac subinde vnum postea significandum comprehendunt, & ita procedit *d. l. legato*, cum aliis. Sic planè cessat & alia difficultas, negamus enim in hoc text. posterius mandatum ad certum aunculi Archidiaconatum, sicut & legatum certi serui in dictis legibus esse magis speciale, quamvis fateamur esse magis certum, & determinatum, sed maior, vel minor certitudo non prodest ad effectum *d. c. 1. & d. reg. generi*, in qua solum attenditur an dispositio generalis & specialis sit magis, vel minus, plura, vel pauciora comprehendat.

In gloss. *Omnino*, ibi, *Id est sine aliqua pactione, conditione, vel modo.* Notatur ad hoc quòd beneficium conferendum est pure, & sine extrinseca conditione, vt per Gonzal. *ad reg. 8. Cancel glos. 5. n 15.* quia in beneficiis omnis pactio, promissio, vel conuentio prohibetur, Spin. *in speculo testam. glos. 7. princ. n. 23.* Vnde 6
resignatio est simoniaca, quæ fit cum pactione, & modo, Flamin. *de resign. lib. 1. q. 3. n. 1. cum seqq* debet enim esse libera, & pura, Flamin. *lib. 1. q. 2. n. 5. & lib. 6.* 5

q.2.n 68.& 74. Zerol. *in praxi Episc. p.1. verbo, renuntiatio,* Guttier. *cons.42.n.7.* nam dictio, *omnino*, de qua in text. est vniuersalis, & comprehendit omnes casus indistinctè, Flamin. *d.tract.lib 11 in præfat n.12.& q.12.n.5.& 52.* Seraph. *priuilegiis iuram.priuil.49.n 44.* Gonzal. *ad reg.8.Cancel.glos.6.n.20.* Ego ipse *de dictionibus, & clausulis, dict.206.n.2.*

8 In glos. *Dimittere.* Notatur ad hoc quòd resignatio beneficij alterius gratia, & fauore non valet, vt per R. buff. *in praxi benef. p.3. tit.de resign. condit quam in fauorem vocant*, Azor. *instit.moral p.2.lib.7.c.21. q.2.& c.27.q.4 & p.3 lib.12.c.8.q.1.* Soar. *de relig. lib.4.de simonia, c.31.n 1.& c.7.n.2. & c.35. n.3* Aloys. Ricc. *in collect decis.p.4.collect 1402.* vbi intelligit de resignationibus, quæ fiunt in manibus Ordinarij, secus in illis, quæ fiunt coram Sanctissimo. Nam conditionalis renuntiatio à iure reprobata erat, iuxta hanc glos. sed praxis & stylus Romanæ Curiæ à multis sæculis obseruatus obtinuit, vt hæc conditionalis renuntiatio à Romano Pont. admittatur, cuius meminit Cosm. *in pragm.sanct.tit.de annatis, in glos. verbo simplic is.* Rebuff. *in d. praxi tit. de renuntiat. expressa,* Mandos. *de signatur. gratiæ, tit.de regressu, vers. notandum*, Nau. *in man.cap.13. num.107. versic. ad decimum*: non sic dicendum in Episcopo, Legato, Nuntio, vel quocunque alio inferiori Prælato, qui conditionales renuntiationes tanquam simoniacas admittere non potest, vt post Abb. & alios *in præsenti*, tradunt Redoan. *de simon.p.2.c.10. ex numero 1.* Couar. *var.lib.1.c.5.num.3.* Bonac. *de simon.q.4.§.13. ex num 2.*

Quæstio autem est dubia, an Episcopus, in cuius manibus renuntiatio conditionals facta fuit, possit reiecta conditione renuntiationem tanquam puram acceptare, & beneficium tanquam vacans ex vi suæ potestatis ordinariæ conferre? In quo Boër. *in tract. de potest. Legati, quæst. 2.* quem sequitur Redoan. *de simon part.2. cap.13. num.9.* existimarunt posse Legatum, Episcopum, vel quemlibet alium Ordinarium collatorem conditionalem renuntiationem factam cum clausula *Non aliàs, aliter, nec alio modo*, reiecta conditione quasi simplicem admittere, & beneficium alteri conferre. Mouentur in primis, quia per resignationem beneficium absolutè vacat, vt colligitur ex *cap. ecce 7. quæst.1.* & ex *c. ex transmissa, de renunt.* & ex *cap. susceptum, de rescript. in 6.* notauit glos. *verbo vacabunt, in cap.si propter, eod.tit.& lib.* & ideo ad resignatum beneficium absque noua prouisione redire non licet, sed poterit Ordinarius ex noua collatione prædictum beneficium conferre, vt colligitur ex *d.c. ex transmissa, in fin.* deinde turpes conditiones à matrimonio carnali repelluntur, *c. fin. de condit. appos.* igitur à fortiori à spirituali coniugio remoueri debent, iuxta text. *in c inter corporalia, de translat. Præl.* quare reiecta conditione tanquam turpi & Canonicæ institutioni contraria, pura remanet renuntiatio. Confirmatur quoque huiusmodi sententia efficaci fundamento, nam renuntiatio ex causa permutationis conditionalis est, vt omnes fatentur, & tamen si quis ex causa permutationis beneficium renuntiauerit, quamvis permutatio ex altera parte non impleatur, ex sola sua renuntiatione titulum perdit, nec ad illud beneficium sine noua collatione redire poterit, vt colligitur ex text. *in cap. cum vniuersorum, de rerum permut.* quem sic interpretatur Abb. *in cap. cum venerabilis, num. 23. de except.* dicit communem Dec. *ibid.num.18.* Socin. *cons.167. lib.2.* Ludou. Gom. *in re de triennali quæst. 24.* Igitur per conditionalem renuntiationem beneficium vacat, ac per consequens poterit Episcopus neglecta conditione beneficium tanquam vacans conferre.

Contraria tamen sententia verior est, quam sequitur Paris. *consil. 10. num. 18. lib. 4.* Dec. *in d. cap. cum venerabilis, num.18.* Flamin. *d.lib.1.q.3. num.15.* Et probatur ex eo, quia actus sub conditione celebratus conditione non impleta nullum effectum operatur, argum. text. *in §. ex conditionali, Iustit. de verbor obl.gat.l item quia, § 1.ff de pactis*, neque actus cum qualitate gestus reiecta qualitate acceptari potest, iuxta doctrinam Bart. *in l. Aurelius, ff.de liber.leg.* recepta ex Ias. *in l non solùm, §. sciendum, num.2. ff. de noui oper. nunt.* Felin. *in cap. cùm inter, n.7. de re iudic.* Sed in forma specifica est adimplendus, iuxta reg. *l. Mœuius, l qui hæredi, ff. de condit. & demonstrat.* latè exornatam per Flamin. *d q.3. num.15.* Cùm verò renuntiatio beneficij sub conditione facta proponatur, non poterit Episcopus conditione reiecta beneficium tanquam vacans alteri conferre, neque per talem renuntiationem ius à resignante abdicatur, immo resignatio habetur pro infecta, si cum prædicta conditione & qualitate acceptata non fuerit. Pro qua opinione ponderari potest text. *in c. si beneficia, de præbend.lib.6. & in Clem. vnic. de rerum permut.* quæ ius nouum non statuit, vt contrariæ opinionis auctores malè opinantur.

Qua retenta sententia non obstant fundamenta quæ pro prima adduxi, quam vltra citatos sequutus fuit Cou. *lib.1.variar.cap.5. num.1.* Ad primum enim respondetur solùm procedere in pura renuntiatione, non autem in conditionali, de qua nostra est disputatio. Ad secundum verò dici potest æquiparationem, quam de matrimonio carnali ad spirituale facit Pontifex. *in d.cap. inter corporalia*, non semper esse admittendam, præcipuè in nostro casu, in quo iure speciali conditiones turpes à matrimonio repelluntur, iuxta *cap. vlt. ad fin de condit. appos.* contra reg. *l.1.ff. de condit. ob turpem causam*, cum similibus, & ideo argumentum de matrimonio carnali ad spirituale in proposito non procedit, imo prædicta conditio in matrimonio spirituali apposita actu potiùs vitiaret, cùm naturæ canonicæ institutionis contraria videatur, iuxta reg. *d. cap. vlt. in princ.* Ad vltimum verò deductum ex *d. c. cum vniuersorum*, respondetur resignantem ex causa permutationis si permutatio effectum non sequatur, posse sine noua prouisione ad suum beneficium redire, vt colligitur ex *Clem. vnic. in fine*, & ex verbis eiusdem text. ibi, *Eum restitui faciatis eidem*; quibus verbis Pontifex ostendit beneficium à recipiente quasi alienum detineri, & vti talo restituendum, & insuper solam restitutionem absq; alia Præla i prouisione sufficere, vt renuntians prædictum beneficium recuperare possit, quam sententiam contra communem tenet Ioan. Andr. *in cap. vnic.de rerum permut. in 6.* Imol. Felin. & Dec. *in d. cap cùm venerabilis*, Boër. *decis.79* & ita seruari affirmat Rebuff. *in praxi tit. de permut. num.12.* pro qua sententia ponderari potest text. *in d. cap. si beneficia*, cui Abb. & sequaces minimè satisfaciunt. Neque contrarium probant alia verba eiusdem cap. *cùm vniuersorum*, ibi, *Vt tamen simplicitati venia tribuatur*, quibus significare videtur Pontifex prædictam beneficij restitutionem ex æquitate potius quàm ex iuris rigore fuisse concessam; respondetur enim compermutantes ibi inter se de permutandis beneficiis tractasse, quod de iure facere non possent, vt text. habet, ac proinde rectè per Pontificem beneficio suspendi, aut alia pœna condemnari potuisse, nisi simplicitati venia daretur, vnde prædicta verba ad culpam quam in renuntiatione commiserant, non ad restitutionem referenda sunt.

Minus

Minus obstat text.*in d.cap.vnic.de rerum permut.lib.6.* ibi, *æquitatem præferentes in hac parte rigori*; quibus verbis satis ostendit Pontifex beneficium vacare per renuntiationem, quæ in manibus Prælati ex causa permutationis fit, & in ipso expectatiua pro primo beneficio vacaturo locum habere posse, nisi specialis illius text.decisio contra iuris communis regulas contrarium statuisset; non posset autem tale beneficium tanquam vacans alteri conferri, neque expectatiua in eo locum haberet, nisi liberè vacasset; ergo potest Prælatus conditionem de dando beneficium commutanti reiicere, & beneficium tanquam liberè vacans liberè conferre: respondetur namque iure communi attento non fuisse permissam beneficiorum permutationem, quæ ex voluntaria partium conuentione, & vtilitate initium acciperet,ita vt teneretur Episcopus renuntiationem conditionalem,qualis est illa, quæ ex causa permutationis fit, necessariò dimittere, & resignata beneficia cum permutantibus necessariò conferre, vt colligitur ex text. *in cap. quæsitum, cap. cùm olim, de rerum permut. cap.maioribus, cap.inter cætera,* per locum ab speciali, *de prabend.* Sed si Episcopus suo Episcopatui vtile, aut necessarium iudicasset beneficiarium de vno loco ad alium transferre, vel si beneficiarius propter inimicitias, aut aliam iustam causam suum beneficium liberè,& absque vlla conditione dimitteret,poterit Episcopus tale beneficium alteri conferre, & alterius præbendam, si ita expedire iudicauerit, huic aut alteri dare, & ita intelligendus est text.*in d.c.quæsitum*, cum aliis, quibus beneficiorum permutatio attento antiquo iure permissa videbatur. Postea verò à nonnoribus Pontificibus concessum fuit vt partes inter se de beneficiis permutandis tractare possent, & Episcopi, in quorum manibus ex causa permutationis renuntiata fuissent solis compermutantibus, & non aliis prædicta beneficia conferrent, ita colligitur ex text. *in d. cap. vnic. de rerum permut. lib.6.Clem.vnic.eod. tit.* Hanc verò nouam iuris prouisionem licèt aliqui tribuant Clementi *in cap. ad quæstiones, de rerum permut.* communis tamen & ferè omnes scribentes eandem tribuunt Innocentio *in d. cap. cùm vniuersorum*, vt notauit *gloss. 1. in d. Clem. vnic.* Mouentur ex verbis *eiusdem Clem.vnic.& d.cap.vnic.de rerum permut lib.6.* ibi, *secundùm formam iuris*, quibus significare videtur Pontifex iam ante illum text. renuntiationem ex causa permutationis ad partis petitionem fieri posse.

In ead.gloss. ibi, *Videtur quòd talis renuntiatio simoniaca fuerit.* Notatur ad hoc quòd renuntiatio conditionalis in fauorem certæ personæ apud inferiores Prælatos absque labe simoniæ fieri non potest, vt per Rebuff. *in praxi tit. resign. condit. n.1.*Gomez. *in reg.de infirm.quæst.11.* Redoan. *de simon. p.2. cap.22.num.14.* Nauar.*in c. si quando, de præscript. excepti.4. & in man. cap.23.num.107.* Flamin. *lib.14.quæst.3.num.12.* & ita de stylo Curiæ obseruari testatur Cassad. *decis. 3. de renunt.& decis. 3. de simon.* Contra Boër. *in tract. de potest.Legati q.vnic.n.111.* Sot.*lib.9.iustit.q.7.art.2.* Cou. *lib.1.var. cap.5. n.5.* existimantes validam, & licitam esse huiusmodi renuntiationem conditionalem coram Episcopo factam in fauorem certæ personæ, dummodo inter resignantem, & resignatarium nulla conuentio, aut temporalitatis repromissio interueniat.

9 In ead.gloss. ibi, *Item pone quòd simpliciter renuntiet, sed in animo habet vt ei detur, aliàs non renuntiaturus,* &c. De hac quæstione vide Sylvest. *verbo, renuntiatio, c.6.vers.2.*Angel.*verbo.simonia 7.n.39.*Azor.*d.p.3.lib.12. c.8.q.5.*

In ead.gloss.ibi,*Simoniaca quia prohibita,*&c.Solemnis est hæc gloss.secundùm Guttier.*canon.lib.2.c.23.ex n.21.*Petr.Nau.*de restit.lib.2.c.1.n.386.*

SVMMARIVM.

1 *Delegatus iuris formam seruare debet & rationabiliter exceptiones admittere, vbi contraria voluntas Papæ non apparet.*

2 *Exceptiones friuolæ, & minus legitimæ repelluntur, si statutum,vel rescriptum Principis dicat,sine aliqua exceptione, vel nulla obstante exceptione, quod an verum sit, vide ibi.*

3 *Princeps defensionem an aliquando restringere, vel tollere possit, ostenditur.*

4 *Rescriptum est interpretandum secundùm ius, etiamsi rescripti verba aliud sentire videantur, & nihil operentur.*

CAP. Ex parte. *ij.* XIII.

DElegatus debet seruare formam iuris,& rationabiles exceptiones admittere, vbi contraria voluntas Papæ non apparet. Colligunt ex Ordin.Abb. antiq.Zabarel. Collect.Bellam.Host.Ioan.Andr.Anch. Barbat.Bald.Felin.Dec. Alciat.Guid. Papæ, Butr.Imol. Anan.Innocent.Panormit.Henric.Sahagun.Viu. *in ration. primi libri iur. Pont f. pag.363.* Alagon. *in compend. iur. Canon. pag.133.* remissiuè Ximen. *in concord p.1.* refertur ab Ant. August. *collect.1.Decret. lib.1. tit.21. c.18.* & est post Concil. Lateran. *p.42.cap 1.* 1 1

Text.hic ad hoc communiter allegatur quòd si statutum, vel rescriptum Principis dicat sine aliqua exceptione, vel nulla obstãte exceptione esse procedendum, aut nullam exceptionem in aliquo facto debere admitti,friuolæ exceptiones,& minus legitimæ ac irrationabiles videntur repulsæ,non autem legitimæ,& rationabiles,Alex.*cons.113.n.8.vol.5* Ant.Corset.*lit.E. sing.exceptio 1.incip. si statutum,* Prob.*in rubr. de except. lib.6.n.5.*Perez de Lara *de anniu.& capel.lib.1.c.10.n.61.* Vital.de Cambanis *in tr.clausularum, pag. 16. col.1. n.2.* Hugon.*eod.tr.pag.490.col.1.* Rebuff. *in compend.alienat. n.46.*Mynsing. *cent.2 obseru.10.* Menoch. *de arbitr.casu 197.n.3.*Bertaz.*de clausulis claus.22. glos.1.* Ego ipse *in Remissionibus de dictionibus & clausulis claus.90.*aliàs 156. secundùm Lugd. impress.Cal.Pereira *de empt. cap.33. n.13.*Et confirmatur ex doctrina Bart.*in l omnes populi, n.65 ff.de iustitia & iure*, quòd reiecta omni legum interpretatione,censetur reiecta solùm friuola,non verò iusta, & est communiter recepta, secundùm Valasc. *cons.42.n 7.* adducentem in confirmationem auctoritatẽ huius text. Verùm quamvis hæc ex nostro text. communiter deduci soleant,contrarium tamen,immo etiã rationabiles exceptiones reiectas censeri videtur probare in illis verbis ibi,*nisi exprimatur in literis,* &c. dictio illa,*nisi*, importat exceptionem à præcedentibus, & ponitur aduersatiuè ad præcedentia, significãtque oppositum eius,cui immediatè aduersatur,*reg.peccatum, de reg.iur.in 6.& l.actione*, vbi Bart.Ias.& cæteri scribentes,*C.de transact* & plures citati per me *dictionibus*, & *claus.dict.*184.aliàs 217.secundùm Lugd.impress.Quare si exprimatur in literis quòd nullæ debeant exceptiones admitti, rationabiles reiectas censeri tenent *hic*,Felin.*n.6.*Soc.*reg.13.*Garc.Falcon.*reg.438.*Azin.*in praxi,§.31.c.20.cum seqq.*me citato *in hoc loco* nouissimè Hier.Roder.*in compend.q Reg.resc.10.n.19.*

Quòd nullæ debeant exceptiones admitti,&c.] Notatur ad hoc quòd Princeps defensionem aliquando restringere,aliquandò etiã tollere potest,exceptiones omnes 3 3

reiiciendo, vt per Sebast. Næui *ad l. vnic. ff. à quibus appellare non licet, n.*125. Sed hoc ita indistinctè sumptum verum non est, sed oportet separando sic distinguere: vel enim exceptiones considerantur quoad modum & formalitatem suam secundùm solitum iudiciorum ordinem; vel quatenus legitimam continent defensionem; primo modo certum est iuris humani esse, & per consequens per Principem, & legem tolli posse, vt in illo casu, quando constat nullam parti, contra quam clausula illa, *nulla obstante exceptione*, apponitur, legitimam competere exceptionem. Secundo verò modo, id est, quatenus legitimam continent defensionem, distinguunt multi inter ciuilia & criminalia, quos latè refert, & improbat Pinel. *in rub C. de rescind. vend. part.* 1. *c.* 2. *n.* 21. Quare tam in his, quàm in illis regula negatiua est statuenda, quòd sine iusta causa à Principe tolli non possunt, ex resolutis per Cou. *lib.* 3. *var. c.* 6 *n* 6. *&* 7. *c.* 14. *n.* 8. Pinel. *d. c.* 2. *num* 14. Salzed. ad Bernard. *reg.* 209. *ampl.* 3. Garc. Falcon. *reg.* 403. *n.* 4. *&* 9. Ceuall. *commun. contra commun. q.* 577. *cum seqq.*

4 In glos. *Rationabiles*, ibi, *quòd magis est procedendum secundùm iuris ordinem, quàm secundùm formam rescripti.* Notatur ad hoc quòd rescriptum est interpretandum secundùm ius, etiamsi rescripti verba aliud sentire videantur, Aym. Cranet. *cons.* 390. *n.* 14 *&* *cons.* 412. *n.* 4. & etiamsi nihil operaretur, Anch. *cons.* 353. Rub. *cons.* 167. *n.* 3. *vers. stante igitur.* Aym. *d. cons.* 412. *n.* 1. quos refert, & sequitur Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resol.* 92. Intelligi quoque debet iuxta formam petitionis, Nat. *cons.* 98. *n.* 22. Cephal. *consil.* 77. *n.* 36. & declaratur à precibus, Menoch. *cons.* 33. *num.* 14. Caualer. *decis.* 117. *&* *n.* 4 *&* 5.

SVMMARIVM.

1 *Delegatio facta dignitati, non expresso nomine proprio, transit ad successorem,* & n. 2.
3 *Commendatario perpetuo facta delegatio, non expresso nomine proprio, non transit ad successorem.*
4 *Delegatio facta personæ, eius nomine proprio expresso est personalis, & cum persona extinguitur.*
5 *Successori non veniunt ea, quæ sunt & dependent ex hominis intellectu.*
6 *Commissio realis facta sub nomine dignitatis, an transeat ad successorem, ostenditur.*
7 *Episcopus cognoscere non potest causam demandatam Vicario, tanquam Vicario.*
8 *Vicario Episcopi causa delegata, an transeat in successorem, remissiuè.*
9 *Vicario Episcopi causa delegata intelligitur delegata Vicario principali ex pluribus in solidum constituto.*
10 *Vicarij duo vbi æquè sunt principales, nec constat de quo Papa senserit, neuter illorum erit delegatus.*

CAP. Quoniam Abbas. XIV.

1 DElegatio facta dignitati, non expresso nomine proprio, transit ad successorem. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabarell. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Innocent. Imola, Anan. Bald. Felin. Dec. Barbat. Henric. Guid. Papæ, Bero. Mantua, Sahagun, Panorm. Hostiens. Butr. Anchar. Viuian. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 364. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 133. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1. *tit.* 21. *c.* 19. & est post Concil. Lateran. *p.* 46. *cap.* 4.

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt apud 2
Hispanos *l.* 4. *tit.* 18. *part.* 3. vbi Greg. Lop. *verbo, nombre*, & ex eo deducunt Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 68. Azened. *l.* 1. *n.* 137. *& seq. tit.* 4. *lib.* 8. *nouæ recop.* Corras. *de benef. p.* 1. *c.* 6. *n.* 8. Nicol. Garc. *eod. tract. p.* 6. *c.* 2. *n.* 29. *cum seqq.* Anast. Germon. *de indultis Card. verbo, Hieronymo, n.* 41. Rebuff. *de pacificis num.* 53. Lud. Miranda *de ordine iudic. q.* 2. *art.* 12. *concl.* 2. D. Barbosa *in l. quia tale, n.* 41. 78. *&* 80. *ff. soluto matrim.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 12. *in princip. n.* 73. Rota *decis.* 743. *p.* 2. *recent.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 92. *n.* 2. *cum seqq.* Sanch. *de matrim. lib* 8. *disp.* 27. *n.* 6. *cum seqq* Bellet. *disquisit. cleric. part.* 1. *tit. de clerico debitore*, § 4. *num.* 8. vbi *num.* 9. cum Dec. *hic num.* 15. resoluit posse successorem exequi commissionem factam dignitati, etiamsi rescriptum prædecessori non fuerit præsentatum.

Amplia in delegatione facta Commendatario per- 3
petuo, vt per Prob. *ad Monach. in c. nemo deinceps, n* 27. *cum seqq. de elect. lib.* 6. Rebuff. *de pacificis possess. n.* 42. Flam. *de resign. lib.* 2. *q.* 17. *n.* 13. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 5. § 8. *n.* 10.

Secus verò quando delegatio facta est personæ, 4
eius nomine proprio expresso, quia tunc est personalis, & cum persona extinguitur, D. Barbosa *in d. l. quia tale, num.* 2. persona & non officium contemplata censetur quando disponens primò personam expressit, nam postea aliæ expressiones censentur additæ demonstrationis gratia, Rota *d. n.* 7. ea enim quæ sunt & 5
dependent ex hominis intellectu, non transeunt in successorem, Tiraq. *de iure primog. q.* 88. *n. vlt.* Vnde si prohibitio facta fuerit à testatore in personam hæredis, prius nomen appellatiuum, quàm proprium apponendo, vt si dicat, prohibeo hæredem Titium alienare, comprehendit hæredem hæredis, vt per Duen. *reg.* 39. *limit.* 1. *vers. quam limitationem.* Limitatur etiam principalis huius text. decisio quando delegatio facta sit sub nomine dignitatis, cum qualitate tamen, ex qua videtur respectus habitus ad personam, & non ad dignitatem, Rota Rom. apud Nicol. Garc. *d. c.* 2. *n.* 31. Item & limitatur ex Concil. Trid. *sess.* 25. *de reform. c.* 10. in casu, quo habens dignitatem deputetur à Synodo etiam expresso solo nomine dignitatis, quia post illius mortem non succedit in iurisdictione, nec in deputatione successor in eadem dignitate, sed debet succedere is, qui ab Episcopo cum consilio Capituli fuerit nominatus, Nicol. Garc. *d. tr. p.* 9. *c.* 2. *à n.* 349.

Qui susceptо mandato nostro, &c.] Ex his verbis col- 6
ligit Bero. *hic n.* 12. *&* 13. commissionem realem factam sub nomine dignitatis transire ad successorem, quando prior obiit re non integra, sed negotio iam cœpto, secus si re integra obierit. Verùm hæc distinctio non potest stare, nihil enim refert in hoc euentu an à priore habente illam dignitatem res cœpta sit; an potiùs re non incepta, sed integra obierit, quia rem esse integram, aut cœptam, ne commissio expiret, solùm attenditur quando delegans obiit, non autem quando delegatus mortuus fuit; quare dum est commissio personalis semper extinguitur cum persona delegati, quando autem est realis, transit ad successorem, siue commissio cœpta sit à defuncto, siue res integra manserit, vt tenent Menoch. *d. q.* 68. *num.* 22. Sanch. *d. disp.* 27. *n.* 7.

Et non personarum commissio emanauit.] Notatur ad 7
hoc quòd non potest per Episcopum cognosci causa demandata Vicario tanquam Vicario, vt per Nau. *sub hoc tit. consil.* 6. *num.* 1. *in nouis*, Sayr. *in floribus decisionum, decis.* 7. *sub hoc tit.* quem refert Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 3. *collect.* 498. *vers. tertio*, Stephan. Gratian. *discept.*

discept. forens. c. 92. n 6. vbi *n. 7.* ampliat, etiamsi causa commissa esset Episcopo vel Vicario, nam cùm literæ fuerint vni eorum præsentatæ, alter non potest se intromittere, de quo etiam Marc. Ant. Genuen. *in praxi Archiep. c. 69. in fine.* Vtrùm autem causæ delegatæ Vicario Episcopi transeant in successorem, vide Balb. *decis. 33.* Archil. de Graff. *dec. 2. de officio Vicarij*, quos refert Aloys. Ricc. *in collectaneis decisionum, p. 4. collect. 1232.*

9 In gloss. *Substitutum*, ibi, *Sed pone quod plures Archidiaconi*, &c. Aduerte quod causa delegata Vicario Episcopi, intelligitur delegata Vicario principali ex pluribus in solidum constitutis, Pauin. *de potest. Capituli Sede vacante, p. 2. princ. q. 10. n. 9. in fi.* quem refert & sequitur Sbroz. *de officio Vicarij, l. 2. q. 62. n. 3.* Squil-
10 lante *de priuil. Cleric. c. 2. n. 201. in princ.* Si tamen sint duo Vicarij æquè principales, nec constet de quo Papa senserit, neuter illorum erit delegatus, vt contra hanc glossam tenet Tiraq. *de iure primog. q. 17. opinione 6. n. 13.* Sanch. *de matr. lib. 8 disp. 27. n. 37.* & saltem dissentientibus partibus admittit Bonac. *de legib. disp. 1. q. 3 puncto 8. §. 1. n. 8.*

SVMMARIVM.

1 *Papa si deleget quæstionem de iure præsentandi, sub ea forma vt delegatus ad præsentationem eius, ad quem viderit pertinere, ordinet & Ecclesiam, appellatione remota, per hoc non habet instituere, sed pronuntiare, & is ad quem pertinet, instituet, & si iuri suo detrahitur, licitè appellat.*

2 *Delegatus iudex non potest instituere, licet possit pronuntiare aliquem esse instituendum.*

3 *Papa nunquam intendit tertio præiudicium etiam minimum inferre.*

4 *Dispositio quælibet quatenus alterum lædit restringi atque strictè interpretari debet.*

5 *Appellatio per tertium interposita habet vtrumque effectum, suspensiuum, & deuolutiuum.*

6 *Clausula* appellatione remota, *intelligitur quoad litigantes, non quoad tertium.*

7 Ordinare *verbum est latius verbo*, conferre.

8 *Ordinare, & pronuntiare ordinandum differunt.*

9 *Dispensatione, quoties constat de concedentis intentione, extenditur ad id, quod concedens intendit.*

10 *Contradictio illius non est admittenda qui se opponit contradictioni ad eam calumniosè impediendam.*

CAP. Super eo. XV.

1 QVæstio de iure præsentandi quando agitatur inter partes, & causa per Papam delegatur alicui, vbi constiterit cuius partis sit ius præsentandi, delegatus quæstionem appellatione postposita debet terminare, & ordinare Ecclesiam, id est, proferre sententiam Ecclesiam esse ordinandam secundum præsentationem illius, qui probauit ad se ius pertinere, sed non instituere, seu mittere in possessionem, hoc enim, est Episcopi, vel Archidiaconi, vel Archipresbyteri, qui licitè possunt appellare si præiudicium sibi generetur. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Anch. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Innoc. Barbat. Imola, Bald. Felin. Dec. Butr. Panorm. Host. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pont. pag. 365.* Alagona *in compend. iur. Canon. pag. 134.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 21. c. 10.* & est post Concil. Lateran. *part. 47. cap. 3.*

Ad quem institutio pertinet.] Notatur ad hoc quod 2
index causæ delegatus non potest instituere, vt per Aloys. Ricc. *in collectaneis decisionum, collect. 1598. d. 5.* potest tamen pronuntiare aliquem esse instituendum, Seraph. *decis. 159. p. 1.* Vide quæ dixi ad *c. pastoralis 19. vers. intellige, de priuil.*

Præiudicium generale.] Notatur ad hoc quod Sum- 3
mus Pont. nunquam intendit tertio præiudicium inferre, Perez *l. 1 gloss. 1 col. 1. vers. præterea tit. 5 lib. 3. Ordin.* Etiam minimum, Tiraq. *de iudicio in rebus exiguis, vers. 61. pag. 42* Rimin. iun. *cons. 6. n. 68 vol 1.* Hinc est, quod rescripta Principis interpretantur, vt nemini iniuriam faciant, etiam cum impropriatione verborum. Dec. *cons 11. n. 4.* quia præsumitur, quod eius intentio sit, vt semper ius alterius sit saluum, idem Dec. *cons. 271. & cons. 544. & cons. 606. n. 17.* Curt. iun. *cons. 88. n. 8 & cons. 172. n. 3.* Hyppol. *sing. 440.* Alciat. *de præs. reg. 3. præs. 11.* Vnde potius præsumitur circumuentus Princeps, quàm quòd velit alteri præiudicare, à Ponte *cons. 59. n. 55.* In tantum quod etiam rescripta motu proprio concessa nihil operantur in præiudicium tertij, quia non sunt de mente Principis rescribentis Ias. *cons. 10. n. 30. vol. 2.* Paris. *cons. 1. n. 84. & cons. 11. n. 12. vol. 1.* Gozadin. *cons. 9. n. 24.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. q. 9. n. 11. & cons. 194 n. 10.* Bursat. *cons. 32. n. 51. vol. 1.* quamvis inserta sit clausula, *de plenitudine potestatis*, quæ non operatur in alterius præiudicium, Seraph. *decis. 1082. n. 8.* Burg. de Pace, Rodulph. & Ioseph. Sesse, quos refero ego ipse *in remiss. de diction. & claus. claus. 19. n. 10.* Et illa, *ex certa scientia*, Card. Tusch. *lit. C. concl. 340 à n. 38.* & alij citati per me *de diction. claus. 25. n. 21.*

Notatur etiam ad hoc quod quælibet dispositio, 4
etiam quæ latissimè interpretari solet, quatenus alterum lædit, restringi, ac strictè interpretari debet, vt per Gonzal. *ad reg. 8. cancel. §. 6. proœm. n. 9.* nam rescriptum Principis semper interpretatur ne ius tertij lædatur. Alex. *cons. 108. Viso processu, n. 4. l. b. 6.* Roman. *cons. 334. n. 3. probatur*, Card. Tusch. *tom. 6. lit. P. concl. 211. n. 3. & 4.*

Et tenebit eorum appellatio.] Notatur ad hoc quod 5
appellatio per tertium interposita, habet vtrumque effectum, suspensiuum, & deuolutiuum, vt per Rebuff. *tom. 1. ad leges Galliæ, articul. 1 gloss. 10. numero 11.* Guttier. *in l. nemo potest, n. 390 ff. de legatis 1.* Azeued. *ad l. 3. num. 2. & l. fin. num. 140. titul. 21. lib. 4. nouæ recopil.*

Quia non illis, sed partibus, &c.] Notatur ad hoc 6
quod clausula *appellatione remota*, intelligitur quoad litigantes, non quoad tertium, qui illa stante minimè prohibetur appellare pro eo quod sua interesse putauerit, vt per Marant. *de ordine iud. p. 6. tit. & quandoque appellatur, n. 399.* Xuar. *in l. post rem, super leges Regni, p. 2. limit. 2. n. 2. pag. 295.* vbi Valdes. *lit. B. pag. 124.* Guttier. *pract. lib. 3. q. 94. n 4. & q. 118. n. 2. & in repet. l. nemo potest, n. 388. ff. de legatis 1.* Lancellot. *de attent. p. 2. c. 12. ampl. 14. n. 8. & 9.* Mich. Graff. *tom. 2. com opin. lib. 7. tit. 24. n. 29. pag. 323.* Menoch. *remed. 4. adipisc. n. 845. & de arbitr. lib. 2. q. 9. à n. 12.* Rebuff. *tom. 1. ad leges Galliæ, tit. de liter. oblig. art. 1. gloss 10. n. 11.* Brun. à Sole *in locis comm. verbo, clausula, n. 5.* Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper l. 1 concl 122. n. 4.* Scacc. *de appellat. q. 16. limit. 1. n 78. & q 17. limit. 6. memb. 4. n. 42.* Rendina *in promptuar. recept. sent tom. 1. tit. 16. n. 4.* Card. Tusch. *lit. C. concl. 400. n. 16.* quos refero *de clausulis, claus. 7. num. 9.* aliàs *claus. 9.* secundùm Lugdun. impress.

In gloss. *Ordinar.* Aduerte quod verbum, *ordinare*, 7

est latius verbo, *conferre*, & importat totalem prouisionem, nisi agatur de præiudicio tertij, vt per Gonz. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 20. *n.* 5.

8 In ead. gloss. ibi, *Pronuntiet ordinandam Ecclesiam.* Notatur ad hoc quod differunt ordinare, & pronuntiare ordinandum, vt per Tiraq. *de retractu, tit.* 2. *ad fin. n.* 52.

9 In gloss. *Intentionis.* Notatur ad hoc quod quoties constat de concedentis intentione, dispensatio extenditur ad id, quod concedens intendit, vt per Tiraq. *in l. si vnquam, verbo, libertis, n.* 55. & 56. Fr. Emman. *q. Regul. tom.* 2. *q.* 46. *art.* 11. Henriq. *in sum. lib. de indulg. c.* 30. *n.* 1. Sanch. *de matr. lib* 8. *disp.* 1. *n.* 11. In dubio enim dispensatio est strictè interpretanda, vt per plura iura meritò resoluunt Hojed. *de incõpat. benef. p.* 2. *c. vlt. n.* 67. & 68. Sayr. *de censur. lib.* 6. *c.* 11. *n.* 16. Carol. Tap. *ad rub. ff. de constit. Princ. c.* 5. *à n.* 1. Suar. *de legib. l.* 6. *c.* 11. *n.* 10. Mat. Ant. *var. resol. lib.* 1. *resol.* 19. *n.* 14. & *l.* 3. *resol.* 2. *n.* 18. & 21. Sanch. *de matr. lib* 8. *disp.* 1. *n.* 3. Monet. *de distribut. quotid. p.* 2. *q.* 14. *n.* 5. Campan. *in diuersorio iur. Canon. rub.* 11. *c.* 13. *n.* 90. Lud. Miranda *in man. Præl. tom.* 2. *q.* 30. *art.* 11. *concl.* 2. Nic. Garc. *de benef p.* 1. *c.* 6. *n.* 58. Ego ipse *de offic. & potest. Episc p.* 2. *alleg.* 33. *c.* 7. & *alleg.* 45. *n.* 1. & me citato nouissimè Sanctar. *var resol. q* 39. *n.* 9.

10 In gloss. *Tenebis* Notatur ad hoc quod non est admittenda contradictio illius, qui se opponit contradictioni ad eam impediendam, quoties calumnia præsumitur ipsius imponentis, vt per Cou. *pract. c.* 16. *n.* 2. Parlad. *lib.* 2. *rerum quotid. c. vlt. p.* 5. §. 11. *n.* 60. D. Barbosa *in l. si alienam, n.* 20 *ff. soluto matr.*

SVMMARIVM.

1 *Causa vbi simpliciter est delegata duobus, sententia vnius non tenet.*
2 *Matrimoniales causæ semper per Papam Episcopis delegantur.*
3 *Sententia vnius non tenet, quando causa duabus committitur.*
4 *Procuratores plures quando simpliciter dati sunt, vnus non potest sine alio.*

CAP. Causam matrimonij XVI.

1 CAusa, v.g. an matrimonium teneat, quando delegatur duobus, & vnus tantùm eam definit, illa sententia non valet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anch. Imol. Anan. Barbat. Bald. Felin. Dec. Butr. Panor. Host. Innoc. Viu. *in ration. primi libri iur. Pontif. pag.* 365. Alagon. *in compend. iur. Can. pag.* 134. remissiuè Casal. *in annot* Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1. *tit.* 21. *c.* 21. & post Concil. Lateranen. *p.* 50. *cap* 26.

2 *Episcopis nos meminimus commississe.*] Notatur ad hoc quod causæ matrimoniales semper per Papam Episcopis delegantur, vt per Perez *l.* 6. *gloss.* 1. *col.* 2. *vers. causas, tit.* 12. *l.* 3. *Ordinam.* Cou. *de sponsal. p.* 2. *c.* 8. §. 12. *n.* 15. Menoch. *cons.* 17. *n.* 6. & *cons.* 69. *n.* 60. Fusch. *de visit. l.* 2. *c.* 21. *n.* 9. Rendina *in promptuar. receptarum sent tit* 72. *n.* 6. & alios, quos plena manu refero ego ipse *de officio, & potest. Episc. p.* 3. *alleg.* 84. *n.* 2. vbi numeris sequentibus plures quæstiones super hac materia discutiuntur.

3 *Quia cùm causa duobus committitur, sententia vnius non tenet.*] Notatur ad hoc quod quando sunt duo delegati, si vnus sine alio procedat, processus est nullus, vt per Marant. *de ordine iudiciorum, p.* 4. *dist.* 5. *n.* 31. Pereg. *var. lib.* 1. *ad rub. l. nius tit. n.* 30. Sic à simili si plures procuratores sint dati simpliciter, vnus nihil potest sine alio, secus si darentur in solidum, quia hoc importat illa clausula, in solidum, id est, quod quisque habeat solidam potestatem, per *c. si duo, de procurat. lib.* 6. Flamin. *de resign. lib.* 9. *q.* 3. *n.* 12. & 23. Mascard. *de probat. conc.* 1308. *n.* 4. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 201. *n.* 2. Aduerte quod quando causa committitur cum clausula *quod si non omnes*, &c. illa locum habet durante impedimento alterius delegatorum, eo autem cessante, debet cognoscere cum collega, Tiraq. *in tr. de iudicio, in rebus exiguis, vers.* 76. *pag. mihi* 73.

VMMARIVM.

1 *Delegatus qui est dominus impetrantis recusari potest*, & n 2.
3 *Matrimonialis causa à Sum. Pont. non solùm Episcopis, sed etiam inferioribus delegatur.*

CAP. Causam, quæ. ij. XVII.

1 DElegatus quando est dominus impetrantis delegationem, tanquam suspectus amouetur, & alius subrogatur. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anch. Anan. Host. Innoc. Butr. Panorm. Imol. Felin. Dec. Barbat. Viuian. *in ration. primi libri iur. Pont. pag.* 366. Alagona *in compendio iur. Canon. pag.* 134. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 4. *sub tit. qui filij sint legit. c.* 4. vbi integrum factum narratur adde *c.* 3. *infr. de dolo & contumacia.*

2 *Pro eo quod dominus est*, &c.] Notatur ad hoc quòd delegatus, qui est dominus impetrantis, recusari potest, quod limita nisi sit etiam dominus alterius collitigantis, vt per Hyppol. *in l. de minore, §. tormenta, n.* 22. *ff. de quæst.* Et per hunc text. recedit Dec. à communi, quæ habet eum, qui legalis est in causa suorum, iudicem esse posse, vt refert Tiraq. *de pœnis temperandis, c.* 51 *n* 60.

3 *Et te filij Abbas loco ipsius duximus subrogandum.*] Notatur ad hoc quod causa matrimonialis à Romano Pont. non solùm Episcopis, sed etiam inferioribus delegatur, vt per Cou. *de sponsal. p.* 2. *c.* 8. §. *p.* 12. *n.* 1. *vers. est tamen*, Rendina *in prompt. receptarum sent. tit.* 72. *n.* 6. quos refero ego ipse *de offic. & potest. Episc. p.* 3. *alleg.* 84. *n* 6.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus Papæ quando committit alicui causam non in totam, tunc à subdelegato non ad Papam, sed ad ipsum delegatum appellari debet.*
2 *Papa non delegat causas nisi personis existentibus in dignitate.*
3 *Canonici Ecclesiæ Cathedralis dicuntur in dignitate constituti.*
4 *Vicarius Episcopi dicitur in dignitate constitutus.*
5 *Cancellarius Academiæ auctoritate Pontificis approbatæ dicitur in dignitate constitutus.*

CAP. Cùm te. XVIII.

1 DElegatus Papæ quando committit alicui causam non in totum, sed sibi aliquid reseruauit, v.g. sententiam, si appelletur, ad Papam, delegatus non obstan

obstante tali appellatione in causa procedere poterit. Colligunt ex Ordin.Abb.antiq.Zabar.Collect.Anch. Bellam.Ioan. Andr. Host. Innoc.Bald. Panorm.Anan. Butr.Imol.Dec.Felin.Viu.*in ration. primi libri iur. Pont. pag.*366.Alagona *in compend.iur.Can pag.*134.remissiuè Ximen. *in concord p.*2. refertur ab Ant. Aug. *collect.*2. *Decret.l.*1.*tit* 12.*c.*1.

Hanc eandem conclusionem desumũt ex hoc text. Feder.Schenck.*in tr.de appell.sub n.*8. Marant.*d.ord.iudic.p.*6.*act.*2.*n.*386.Petr.Greg.*lib* 5.*p.tit.*15 *c.*3.Anton. Bellon.*de mandata iurisd.c.*9 *q* 7.*n.*9. Cæsar. Barz.*Bonon.decis.*155 *sub n.*2.Scac *de appell l.*3.*c.*2.*q* 8.*n.*31 Ioseph.Gonzales *lib.vnico var.c.*26.*per tot.*Farin.*lib.*1.*controu c.*78.

2 *A personis Ecclesiasticis.*] In dignitate scilicet constitutis, nam illis personis debet committere delegatus Papæ, quibus committit ipse Papa, iuxta text.*in* 3 *c statutum*, 8.*in nullo, de rese in* 6. ipse verò non committit nisi personis existentibus in dignitate, Duen. *reg* 83 Menoch.*de arbitr.c.*69. Aloys. Ricc.*in praxi fori Eccles.dec.*104.*in* 1.*edit. & res.*89 *in* 2.*edit.* Provt sunt Canonici Ecclesiæ Cathedralis, Gonz.*ad reg.*8. *Cancel. gloss.*2. *n.*39. Flamin. *de resign.l.*2 *q.*1.*n.*102. Massobr.*de Synodo diœcesana c.*4.*dub.*13. *ex n.*23. Vicarius 4 generalis Episcopi, Azor. *instit. moral.p* 2. *lib* 5 *c.*43. *q.*8. Fr. Emman.*quæst. Regul.tom.*1 *q.*65 *art.*3. Priores, Guardiani, Rectores, & alij Ordinum Mendicantium Præfecti, Fr. Ludouic. Miranda *in man. Prælat. tom.*2.*q.*47.*art* 2.*concl.*3 & 4. Sanch. *in præcepta decalogi tom* 2.*lib.*6.*c.*13.*n.*79 Azor.*d lib* 3.*c* 13 *q.*7. Aloys. Ricc. *in collect. decis p.*1. *collect.* 362 Flores de Mena 5 *var. q.* 4. *n.*18. Cancellarius Academiæ auctoritate Pontif.approbatæ, Azor.*d.c.*13.*quæst.*6 & Commendatarius perpetuus, Gonzal.*gloss.*5.§.8.*n.*10. Massobr. *d. dub.*13. *n.*38. *&* 39. vide *ad c. statutum, de rescript. lib.*6.

SVMMARIVM.

1 *Delegantis morte non expirat iurisdictio delegati coram quo lis erat contestata.*
2 *Delegata iurisdictio re integra morte delegantis finitur.*
3 *Rescriptum iustitiæ re integra morte Papæ illud concedentis extinguitur.*
4 *Mandatum re integra morte mandatis expirat.*
5 *Gratia morte concedentis etiam re integra non expirat.*
6 *Mandatum de prouidendo in forma Digni non expirat morte Papæ concedentis in integra.*

CAP. Relatum. XIX. *Luc. III.*

1 MOrte delegantis si lis est contestata, delegati iurisdictio non expirat, secus vero si non erat contestata.Colligunt ex Ord.Abb.antiq. Collect. Zabar.Innoc.Bellam.Ioan.Andr.Anan. Butr.Anch. Host. Panorm.Henric.Barbat.Felin.Imola, Bald. Dec. Hier. Fernandez de Ottero, Sahagun.Viuian.*in ration primi libri iur. Pontif pag.*366.Alagona *in compend.iur. Canon. pag.*135.remissiuè Ximen. *in concord. p.*1.*&* 2. refertur ab Ant. Aug.*collect.*1. *Decret lib.*1. *tit.*21. *c.*22. & est post Concil. Lateran. *p.*7. *c.*22. vbi habes decretum integrum.

2 *Mandatum morte mandantis nullatenus expirat.*] Ergo à contrario sensu delegata iurisdictio re integra morte delegantis finitur, *l eum qui* 15.*l. solet* 16. *Prætor* 17.*ff.de iurisd. omnium iud. l.*21. *tit.*4. *p.*3. Narbon.*de appellat à Vicario ad Episcopum, p.*1.*n.*72 procedit in iurisdictione fori contentiosi, quæ non datur in fauorem ipsius iudicis, nec habet rationem gratiæ, sed tantùm iustitiæ, vt post Soar.& Sanch.tenet Nicol. Garc.*de benef. p.*6.*c* 2.*n.*324. Vnde rescriptum iustitiæ re integra morte Papæ illud concedentis expirat, Gonzal.*ad reg.*8. *Cancel. gloss* 12. *in princ.n.*1. Et 4 mandatum re integra morte mandãtis expirat, Nau. *in c.fin.n* 161.*de pœnit.distinct.*6.Castil.*quotid. l.*2.*c.*29. Soar.*de leg.b l.*8.*c.*31.*n.*13. *&* 14. Cardoso *in praxi iudicum, verbo, mandatum, n.*10.Ioan.Martinus Acosta *in addit.ad formam libellorum, annot.*13.*à n.*1. Cenal. *practic. & canon. quæst. lib.* 1. *q.*38. *n.* 1. *&* 2. Card. Mantica *de tacitis,& ambig.conuent.lib.*7.*tit.*21.*n.*5.Rebello *de oblig.institiæ, p.*2.*lib.* 7.*q.vnic.de mandato, n.*4. *vers quarta*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœn. lib.*25. 17.8.*c.*1.*n.*609.

Gratia sine morte concedentis etiam re integra non expirat.] Vide *c si cui, de præbend. in* 6. Nau. *cons.*3. *n.*1. *sub tit.de priuil. in nouis*, Guttier. *pract. l.*2 *q* 74. *& canon. lib.*1. *q.*11.*n.*6. Gironda *de priuilegiorum explicat. num.*1079. Marc. Anton. *var. lib* 1. *c.*74.*n.*9. Vide 6 gratiam seu mandatum de prouidendo in forma Digni nullo modo expirare morte Papæ cenced ntis re integra, sed adhuc posse executorem ad illius executionem procedere, tenuerunt Sanch. *de matrim. lib.*8. *disp* 28 *num.*3. Nicol Garc.*de benefic.p.*6 *cap* 2.*n.*309. & *n.*301. dicit, *d. cap. si cui, in vers secus* (quatenus habet quod si super prouisione certæ personæ facienda sit data potestas alicui non ob suam, sed eius cui prouideri mandatur, gratiam vel fauorem, illa quidem expirat omnino si concedens re integra moriatur) procedere vbi mandatur prouideri certæ personæ de incerto beneficio vacaturo,& sic in gratia facienda,cum gratia non respiciat, nec videatur afficere aliquod beneficium certum, & *num.*305. resoluit quòd gratia ad beneficium vacaturum incertum non expirat morte Papæ ante vacationem, etiam re integra, quando non committit executori prouisionem, sed ipse confert ex nunc, provt ex tunc. Vnde Rota *in vna Calaguritana Canonicatus de anno* 1592. coram D. Penia tenuit quod gratia expectatiua concessa per Gregor. XIV. 26. Septembris 1591. cuidam Dionysio Frances ad primum Canonicatum in Ecclesia Calaguritana non fuerat extincta nec reuocata per mortem eiusdem Gregorij XIV.in quo ipsemet fecerat dictam gratiam & collationem cum clausula *ex nunc, provt ex tunc*, & sic intrabat dispositio text.*in dict.c.si super gratia, hoc tit.lib.*7. vbi gloss.*verbo, facta*, licet secus esset si non ipse Papa collationem faceret, sed alteri committeret faciendam, & locum haberet text.*in c.si cui nulla*, § *secus si super, de præbend. in* 6. Pro pleniori materiæ resolutione sciendum quanquam dici gratiam factam, aliam verò faciendam. Facta dicitur quando in literis gratiæ in alicuius fauorem concessis executor est necessarius, vtpotè qui exequi iubetur si preces veritate nitantur, & tunc cùm iam ius ad rem acquisitum sit illi in cuius fauorẽ gratia concessa est,& non relinquatur voluntati executoris illam concedere, vel denegare, sed ei præcipiatur vt inuenta precum veritate conferat, concedentis morte non extinguitur. Facienda verò gratia dicitur quando non conceditur absolutè ei in cuius fauorem datur, sed dependenter ab alio, cui facienda committitur, & sic quando in literis gratiæ in alicuius fauorem concessis minister executurus est voluntarius, vtpotè cui non præcipitur, vt exequatur, sed sola exequendi facultas conceditur non fauore ipsius, sed eius, cui gratia est concedenda, vnde cùm nemini ius sit quæsitum

per

per illas litteras, sed soli delegati voluntari relinquitur velit ne gratiam concedere, expirat morte concedentis re integra.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus si citauit ante mortem delegantis, perpetuata est eius iurisdictio, & appellationi renuntiat, qui coram iudice, à quo appellauit, litem prosequitur.*
2 *Doctores referuntur agentes de conciliatione huius text. & cap. relatum, suprà hoc tit.*
3 *Citatio sufficit ad perpetuandam iurisdictionem iudicis delegati.*
4 *Declaratur text. in c. relatum, suprà hoc tit.*
5 *Iurisdictio delegati non solùm per citationem, sed per solam commissionem de citando censetur perpetuata.*
6 *Iurisdictio iudicis non videtur præuenta per præsentationem literarum illi factam.*
7 *Iurisdictionis perpetuatio non inducitur ex citatione nulla.*
8 *Comparens coram iudice suspecto videtur in illum consentire.*
9 *Protestatio contraria facta suffragatur.*

CAP. Gratum. XX. *Vrban. III.*

1 DElegantis ante obitum si fuit citata pars, etiamsi post obitum contestetur lis, delegatio non expirat. Item qui appellat, & deinde petit inducias ad producendum testes, dicitur renuntiasse appellationi. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Host. Ioan. Andr. Anchar. Barbat. Bald. Fel. Dec. Alciat. Hieron. Fernandez de Ottero, Butr. Imola, Anania, Innoc. Panorm. Henric. Viu. *in ration. primi libri. iur. Pontif. pag.* 367. Alagona *in compendio iur. Can. pag.* 135. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 1. *tit.* 21. *cap.* 23. & est post Concil. Lateran. *p.* 48. *c.* 3.

2 Celebris est in iuris vtriusque schola quæstio illa, an per solam citationem, vt hic text. vult, vel potiùs per litis contestationem, vt probare videtur *cap. relatum, sup. hoc tit.* perpetuetur iurisdictio delegati? de qua, & pro conciliatione illorum iurium scripsit Anastas. Germon. *animaduersionum iuris lib.* 1. *c.* 5. *per totum*, & multa adduxerunt Pichard. *in §. rectè, n.* 19. *Instit. de mandato*, Ceuall. *communium contra commun. quæst.* 424. Ludou. Miranda *de ordine iudiciario, q.* 2. *art.* 12. *concl.* 2. Soar. *de legibus, l. b.* 8. *cap.* 31. *à princ.* & præcipuè *n.* 13. *cum seqq.* Castillo *de vsufruct. lib.* 2. *c.* 29. *per totum*, Sanch. *de matr. lib.* 8. *disp.* 28. *n.* 1. *cum multis seqq.*

3 Illa verior est conclusio quam probat text. *hic*, videlicet sufficere citationem ad perpetuandam iurisdictionem iudicis delegati, *l.* 21. *vbi gl.* 4. & 5. *tit.* 4. *part.* 2. *l.* 18 *tit.* 10. *lib.* 1. *legum fori.* Marant. *de ordine iudicior part.* 4. *dist.* 5. *an iudicium sit ordinarium, vel delegatum, n.* 61. Abb. *hic n.* 5. & 6. Dec. *n.* 29. *cum seqq. in nona edit.* Felin. *n.* 12. Bart. *in l. more, n.* 13. *ff. de iurisdict. omnium iudic.* & *ibi* Fulgos. *n.* 20. Roman. *n.* 14. Iacobin. *in* 1. *lect. n.* 28. & 29 Zas. 35. Dec. *à n.* 36. Alex. *n.* 36. Ias. *num.* 58. Socin. *num.* 78. Caccialup. *n.* 41. Perez *ad rub. tit.* 1. *gloss.* 1. *vers. hinc infertur, lib.* 3. *Ordin. pag.* 442. Sanch. *d. lib.* 8. *disp.* 28. *n.* 10. Kirchou. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 1. *tit.* 22. *n.* 10. *pag.* 272.

4 Restat nunc respondere ad text. *in d. c relatum* contrarium decidentem in illis verbis ibi, *si vero ante litis contestationem decessit, non est à iudicibus, quos delegauerat, ex delegatione huiusmodi procedendum*, propter quæ verba Dec. *hic n* 1. *cum seqq.* quem sequitur Zas. *d. l more, n.* 35. asserunt *d. c. relatum* per text. *in præsenti* corrigi, quòd nullo modo dici potest, nam si hæc Vrbani constitutio Lucij rescripto *in d. c. relatum* aduersaretur, Raymundus non inseruisset hic Lucij rescriptum, sed deleuisset potiùs, itaut ne vestigia quidem remanerent. Vt igitur textuum correctionem vitemus, eos sic conciliat Sanch. *loco proximè citato*, vt scilicet dum *in d. c. relatum* dicitur rem desinere esse integram per litis contestationem, supplendum sit maximè, cùm etiam per citationem desinat iuxta hunc text. Verùm Anast. Germon. *loco proximè citato*, veriorem existimat sententiam existimantium iurisdictionem delegati morte mandanti lite nondum contestata expirare, ita tamen si delegatus certum de mandantis obitu acceperit nuntium, & procedat text. *in d. c. relatum*, non item si certus non est, quo casu sola in ius vocatio delegati conseruat atque tuetur iurisdictionem, & procedere text. in præsenti, ibi, *& maximè si delegatus non sit certus de obitu delegantis*, Aliter intelligit Pichard. *loc. cit.* asserens verissimum esse mandantem hic decessisse cœpto iam negotio, & re non integra, proposito quippe citationis edicto, quo iurisdictio continuatur, cuius contrarium dicit non probare *d. c. relatum*, quatenus decidere videtur id non sufficere, sed necessariam esse litis contestationem, ideo enim litis contestationis ibi meminit Summus Pontif. quia de facto fuerat lis contestata, non tamen negat citationem quoque idem etiam operari. Ex quibus ad hosce textus conciliationibus meliùs placet illa Sanchez priori loco relata.

Amplia huius text. conclusionem vt iurisdictio 5
delegati non solùm per citationem, sed etiam per solam commissionem de citando censeatur perpetuata, quamvis citatio non sit intimata citato, gloss. *verbo, ad partem, Clem.* 2. *vt lite pendente*, Abb. *hic n.* 3. Felin. *n.* 5. Dec. *in noua edit à n.* 6. Curt. iun. *in d. l. more, n.* 78. *cum seqq ff. de iurisd. omn. iudic.* vbi Dec. *n.* 48. Barthol. Socin. *n.* 79. Roman. *num* 14. Sylvest. *verbo, delegatus, quæst.* 6 *num* 8. Verall. *decis.* 115. *part.* 1. Aloys. Ricc. *in collect. dec. p* 4 *collect.* 975 *vers. amplia primo*, Sanch. *d. disp.* 28. *num.* 1. D. Barbosa *in l. si quis posteaquam n.* 34. *ff. de iudic.* Kirchou. *d. tit.* 22. *num.* 19. & quamvis citatio tantùm reproducta sit, non tamen exequuta, Gratian. *Marchiæ decis.* 209. Per præsentationem ta- 6
men literarum factam induci non videtur præuenta iurisdictio, nec desinit res esse integra, Mascard. *de probation. concl* 1226. *num.* 11. Gonzal. *ad reg.* 8 *Cancel. §.* 5. *proœm. num.* 101. Cald. Pereira *de potestate eligendi, c.* 10. *num.* 15. D. Barbosa *in d. l. si quis posteaquam, num.* 45. Sanch. *d. disp.* 28. *num.* 10 vbi *num.* 20. differit quando res designat esse integra in rescriptis gratiæ, vt in commissionibus dispensandi, & *num.* 18. resolvit quod si delegatus vices suas alteri commiserit, per eam subdelegationem desinere rem esse integram.

Limita quando citatio esset nulla, quia ex citatione 7
nulla non inducitur iurisdictionis perpetuatio, quemadmodum nec præuentio, gloss. *in c. cum plures, in fine, hoc tit. lib.* 6. vbi Ioan. Andr. *in fine*, Anch. *n* 6. *q* 3. Dom. *n.* 15. Franch. *in fine*, & plures alij, quos refert, & sequitur Sanch. *d. disp.* 28. *n.* 16. Bald. *decis.* 60. Aloys. Ricc. *d. collect.* 975. *vers. limita*, nisi post citationem illam defectu alicuius requisiti irritam sequuta sit spontanea citati comparitio, Felin. *hic num.* 4. Rota *in vna Mileuitana Iurisdictionis* 12 *Decembr.* 1552. coram Accorambono, quam refert Aloys. Ricc. *loco proximè citato.*

In

8 *In secundo vero casu*, &c.] Notatur ad hoc quòd comparendo quis coram iudice suspecto videtur in illum consentire. Marant. *de ordine iud.p.6.act 2.n.75. vers.recusatio*, Amat.Roder.*in pract.c.10.n.69.vers.contrariam*, Steph.Gratian.*discept.forens.c.100.n.27.*& aduerte quòd comparens coram iudice à quo appellauit, & faciens aliquem actum coram eo, non per hoc videtur appellationi renuntiare, ex quo ille actus non fuit per aduersarium acceptatus, vt per Palat.*in rep.c. per vestras, de donat.inter virum, & vxor.not.4.n.43.*

9 Notatur etiam ad hoc quòd protestatio contraria facto non suffragatur, vt per Surd. *cons.371.n.67.& dec.70.n.8.& dec.246.n.4.* Campan.*in diuersorio iuris Canon.rub.11.c.13.n.185.* Marc. Anton. *var resol.lib.1. resol.55.n.9.* Mantic. *decis.200.n.2.* Farin. *p.4.cons.30. num.111.*

SVMMARIVM.

1 *Causa si committatur tribus delegatis cum clauſ.* Quòd si non omnes, *&c priusquam appareat de impotentia tertij, duo procedere non possunt, & si procedunt, nihil agunt.*

2 *Iudices quando sunt duo, vel plures in aliqua causa deputati, vnus non potest sine alio procedere, nec aliquid facere, quod de iure sit validum.*

3 *Iudices delegati, si plures sint, vnus sine alio iudicare non potest.*

4 *Sententia est nulla, cùm ab vno tantùm est lata, si à tribus ferri debuerat.*

5 *Iudex qui vult excusare, debet istam excusationem exponere.*

6 *Iudices vbi plures dati sunt cum clausula, quod si non omnes, &c.valebit sententia lata per duos iudices de consensu partium.*

7 *Iudicium illud dicitur iniquum, non solum quod est contra iustitiam, & æquitatem, sed etiam quod est inordinatum, siue contra iuris regulas.*

8 *Opinio illa præsumitur verior, quæ à minori parte Doctorum crebrius recepta existit.*

9 *Nuntij vt plurimum viles assumuntur.*

10 *Citatus per nuntium publicum, tenetur illi credere solo verbo.*

11 *Rescriptum Papæ, quod sibi est mandatum, non exequens grauiter punitur.*

12 *Delegatus delinquens in non exequendo mandatum Papæ, vel Regis, non potest per alium inferiorem puniri.*

13 *Excommunicationis exceptio si non apponatur ab aduersario, potest iudex ex vi sui officij excommunicatum vitandum in iudicio agentem repellere.*

14 *Rescriptum impetratum ab excommunicato super prosequutione appellationis valet, licèt de excommunicatione non fecerit mentionem.*

15 *Iurari debet de calumnia super exceptione in ciuilibus.*

16 *Contestatio litis non est necessaria in exceptionis quæstione.*

Cap. Prudentiam.XXI *Cœlest.III.*

1 CAusa quando delegatur tribus cũ clauſ. *Quod si vnus non venerit, vel noluerit adesse, duo expediant causam*, si non constat de impotentia tertij per nuntium, vel per literas, alij duo non possunt procedere in causa & si quid faciunt est irritum. Colligunt ex Ord.Abb.antiq.Zabar. Collect. Anch. Bellam. Ioan. Andr. Hostiens. Innocent. Bald.Panormitan. Anania, Butr. Imola, Dec. Felin. Henric. Mantua, Casal. *in annot.* Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag.358.* Alagona *in compendio iur. Canon. pag.135.* remissiuè Ximen.*in concord.p.1.& 2.* refertur ab Anton. Augustt. *collect.2. Decret.lib.1.tit.12. cap.3.*

Collige ex text.quòd quando duo, vel plures sunt 2
iudices in aliqua causa deputati, vnus non potest sine alio procedere, nec aliquid facere, quod de iure sit validum, vnde nec pars potest facere actum coram vno ipsorum sine altero validum, nec si tres sunt, confessio coram duobus facta valet, nec hi duo possunt citare absente tertio, & nihil prodest ratificatio iudicis absentis: ita Hyppol.*cons.81.numero 34. cum seqq.*

Hinc etiam si plures sunt iudices delegati, vnus si- 3
ne alio non potest iudicare, & si discordent, prævalet maior pars, & si fuerint iudices pares, & sententiæ contrariæ, neutra prævalet, sed sunt in pendenti vt illa valeat, quam postea confirmauerit Superior, qui causam commisit & delegauit, quod intellige quando omnes viuunt tempore sententiæ, secus si aliquis moriatur, quia expirat iurisdictio, ita Ant. Gomez.*l.38 Tauri, n.3.*

Hinc denique sententia est nulla cùm ab vno tan- 4
tum iudice est lata, si à tribus ferri debuerat, vt per Menoch. *de arbitrar. casu 187.n.11.& cons. .n.207.* Gregor. *l.17. per text. in fine, tit.22. p.3.* Peregrin. *var lib.1.ad rub.huius tit. n.30.* D. Barbosa *in l.1. art.1. n.36. ff de iudic.* Limita in iudicibus ordinariis, plures enim constituti tam in temporalibus, quàm spiritualibus habent iurisdictionem & exercitium in solidum, adeò quòd quilibet eorum iurisdictionem exercere possit, vt per Conarr. *lib.1. variar. c.2. n.6. vers.tertiò, ad finem.* Benedict. Capra *tom.1. commun. opin.lib.3 tit.1.n.101.pag.366.* Anton. Gom.*l.38. Tauri, n.2.*

In hoc casu taliter respondemus, &c.] Notatur ad 5
hoc quòd iudex, qui se vult excusare, debet illam excusationem exponere, & per nuntium certum, vel excusatorem literatorie destinatum, vel aliàs de eadem excusatione vel impedimento debet canonicè constare, aliàs non poterunt reliqui iudices procedere, vt per Palat.*in repet. c. per vestras, de donat.inter vir.& vxor.notab.1.§ 1.n.8.*

Residui procedere ad causæ cognitionem non debent. 6
Limita nisi interueniat prorogatio partium, vt duo tantùm cognoscant: ita D. Barbosa *in l.1. ff de iudic. art.1. n.40.* vbi *à n.35.* resoluit quòd si in causa dati sint plures iudices delegati, cum clausula, quòd si non omnes, &c. valebit sententia lata per duos iudices de consensu partium, quamvis alij non sint impediti.

Nihil reputabuntur egisse.] Notatur ad hoc quòd non 7
solùm illud iudicium dicitur iniustum, quod est iniquum, siue contra iustitiam, & æquitatem, sed etiam quòd est inordinatum, siue contra iuris ordinem datum, quia vtrumque contra leges fertur, vt per Nau. *in rub de iud.§.29.n.77.*

Quod plurimorum sententiis, &c.] Notatur ad hoc 8
quòd opinio illa præsumitur verior, adeoque in iudicando sequenda, quæ à maiori parte Doctorum crebriùs recepta existit, in id textus sunt *in l.athletas 4 in princ* ibi, *Et generaliter ita omnes opinantur ff.de his, qui notantur infamiæ, & in l.ita vulneratus 61. in princ.* ibi, *Dicitur vulgò ff ad legem Aquiliam, & in l.vnic.* ibi, *Sanè crebrior apud veteres opinio est, ff. de officio quæst. & in princ. institut. de hæredum instit.* ibi, *Secundum plurium sententias.* Tiraquell. *de pœnis temper. causa 51.n.63.*

cum

cum seqq. Bernard. Græu. *ad practic. Cam. Imper. lib. 1. concl. 153. consid. 1. num. 5.* Firmius enim est iudicium, quod plurimorum sententia confirmatur, Honded. *cons. 23. num. 47. lib. 1.* Mantic. *decis. 345. n. 2.* Hincque magis defertur sententiæ vnius Collegij, quàm singulorum Doctorum, Neuiz. *in sylua nupt. lib. 5. n. 35.* Aym. *cons. 131. num. 16.* & de Rota Bononiæ tradit Menoch. *cons. 320. n. 45.* etiamsi esset communis opinio, Ceuall. *in præfat. ad communes opinion. num. 26.* Quamvis enim contingere possit, vt à plurimorum sententia quis diuersus abeat probabilioribus, & melioribus rationibus motus, tùncque æquissimum erit cum illius iudicio transire, *c. 1. de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli, c. Nicæna 31. d. ff. l. 1. §. sed neque. C. de veteri iure enucl.* nam aliquando paruulis reuelat Deus, quæ abscondit sapientibus, *c. esto subiectus. 95. dist.* provt tradit Iacobat. *de concil. lib. 6. art. 2. num. 97. vers. restat respondere ad contraria*; id tamen intelligi debet, si appareat euidenter aliquid de nouo consideratum, quod multitudo non viderit, & quod si vidisset, & considerasset, probabiliter contrarium censuisset; vt ex sententia S. Hieron. videtur declarare Barbat. *in c. 1. sub n. 112. & n. 113. de const.* quod vti rarum, ita in iudiciis periculosum.

9 In gloss. *Per certum*, ibi, *qui sit certæ & approbatæ fidei*, quia vt plurimum nuntij viles assumuntur, Tiraq. *de retractu lig. §. 8 gl. 9. n. 2.*

10 In ead. gloss. ibi, *non credo quantuncunque*, &c. Notatur ad hoc quòd quando quis citatur per nuntium publicum, tenetur illi credere solo verbo sine literis iudicis; sed nuntio priuato, vel famulo, vel parti non creditur sine literis iudicis committentis, vt per Marantam *de ord. iud. p. 6. memb. 1. n. 45.*

§. Adiicimus.

Quando in commissione fuerit appositum vt si omnes interesse nequierint, duo eam nihilominus exequantur, si vnus qui potest, non vult interesse, alij duo, vel vnus possunt prosequi causam, & ille tertius est arguendus, quia subterfugit exequi mandatum Ecclesiæ. Colligunt Doctores *in princ. text.* citati.

11 *Licet ille tertius*, &c.] Notatur ad hoc quòd si aliquis non exequatur Papæ rescriptum, quod sibi mandatum est, grauiter venit puniendus vt per Tiraq. *de priuilegiis schol. priuil. 8.*

12 In gloss. *Arguendus*, ibi, *sed quis arguet eum, aut puniet*, &c. Notatur ad hoc quòd delegatus delinquens in non exequendo mandatum Papæ, vel Regis, non potest per alium inferiorem puniri, vt per similes *ad capita Prælatorum, verbo mandando, n. 34.* vbi dicit ita esse intelligendam hanc glossam.

§. Sexta.

Reus si obiicit actorem esse excommunicatum, & intra competentem terminum non legitimè probat, actor admittatur contra reum, si constet per confessionem actoris, vel alio modo, esse excommunicatum propter causam de qua agitur, delegatus absoluat, si propter aliam causam, mittatur ad excommunicatorem, qui si ex malitia nolit absoluere, delegatus absoluat, dummodo excommunicatio non sit reseruata Papæ. Colligunt Doctores *in princ. text.* citati.

13 *Quod reus actori obiicit*, &c.] Et etiamsi exceptio excommunicationis non apponatur ab aduersario, potest iudex ex vi sui officij excommunicatum vitandum in iudicio agentem repellere, Soar. *de censuris disp. 16. sect. 3. num. 2.* Sayr. *eod. tract. lib. 2. cap. 7. num. 3.* Auila *c. 6. disp. 7. dub. 2. concl. 2.* quos refert, & sequitur Bonacina *de censuris, q. 2. punct. 7. n. 9.* vbi etiam ostendit aduersarium, qui opponit excommunicationem alteri, debere illam probare intra octo dies, alioquin actorem audiri in iudicio.

In gloss. *Vinculo*, ibi, *sed ad suam defensionem obtentæ*, 14
&c. Notatur ad hoc quòd valet rescriptum impetratum ab excommunicato super prosequutione appellationis, licèt de excommunicatione non fecerit mentionem, vt per bellet. *disquisit. cleric. p. 1. tit. de disciplina cler. §. 10. n. 8.*

In gloss. *Ex confessione*. ibi, *iurati etiam de calumnia*. 15
Notatur ad hoc quòd super exceptione in ciuilibus iurari debet de calumnia, vt per Perez *lib. 1. gl. 5. vers. dubitatur sexto, in fine, tit. 4. lib. 3. Ordin.*

In ead. gloss. propè fin. ibi, *Licèt lis non fuerit in his* 16
contestata. Notatur ad hoc quod in exceptionis quæstione litis contestatio non est necessaria, vt per Cou. *in c. Raynaldus, de testam. §. 2. n. 1.* tenent ordinarij in præsenti, vt per Bald. *col 2. n 3.* Anchar. *col 3. n. 4. vers. venio*, Card. Florent. *col. 4. n. 5. vers. duodecimo quæro*, Panorm. *col. 3. n. 7. vers. in glossa*, Imol. *col. 2. in fine, n. 18.* Dec. *col. 3. n. 6. vers. in gloss.* Felin. *col 2. n. 15.* quos refert & sequitur Rendina *in promptuario receptarum sentent. tom. 1. tit. 70. n. 8.*

SVMMARIVM.

1 *Causa si simpliciter delegatur tribus, duo sine subdelegatione tertij procedere non possunt, quod si fecerint, ab eo poterit appellari. Idem si sunt dati cum clausa. Quòd si non omnes, &c. non enim valet processus duorum tertio inconsulto.*
2 *Delegatus debet seruare iuris ordinem.*
3 *Præceptum iudicis iniquè procedentis dicitur spolium.*
4 *Priuilegium suum debet quis allegare.*
5 *Citatio denotat superioritatem.*
6 *Monitio non arguit superioritatem monentis.*
7 *Fructus tam percepti, quàm qui percipi potuerunt, in iudicio recuperandæ possessionis sunt per spoliatorem restituendi.*

CAP. Cùm causa. XXII.

CAusa quando delegatur tribus, & tertio non committente suas vices, nec se excusante, duo citant, vel sententiant, citatus non tenetur obedire, & quicquid fit est irritum, & potest appellari. Item si ante citationem Romam mittit pro iure suo, & delegati volunt procedere, potest appellare. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabarel. Innoc. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Butr. Anchar. Host. Panorm. Barbat. Felin. Imol. Bald. Dec. Viuian. *in ration. primi libri iuris Pont. pag. 372.* Alagon. *in compend. iur. Canon. pag. 136.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 1. tit. 21. c. 1. & collect. 3. lib. 1. tit. 18. cap. 1.* & est post Concil. Lateran. *p. 7. cap. 1.* 1

Exceptiones prædictas nullatenus admisisse.] Notatur 2
ad hoc quod delegatus debet seruare iuris ordinem, & defensionem atque exceptiones legitimas admittere, vt per Peregrin. *var. lib. 1. sub hac rub n 19.*

Siue per laicalem potentiam, &c.] Notatur ad hoc 3
quod præceptum à iudice inique procedente dicitur spolium, vt per Perez *l. 1. gl. 1. ad finem, tit 14 l. 3. Ord.* Vide quæ dixi *ad c conquerente 7. infr. de rest. spol.*

In gl. *Ab aliis 1.* ibi, *Nisi velit quis venire suum priui-* 4
legium allegaturus. Dixi *ad c. cùm ordinem 6. de rescript. super gloss. verbo, non facta mentione.*

5 In eadem gloſſ.ibi, *Ad hoc dicas quòd citare non poſſunt eum vt veniat.* Notatur ad hoc quòd citatio denotat ſuperioritatem, vt per Boër.*deciſ.*8.*n.*5.

6 In eadem gloſſ. ibi, *Sed monere.* Notatur ad hoc quòd monitio non arguit ſuperioritatem monentis, vt per Afflict. *deciſ.*24. *n.*8.

7 In gloſſ.vlt.Notatur ad hoc quòd in iudicio recuperandæ poſſeſſionis fructus ſunt per ſpoliatorem reſtituendi tam percepti, quàm qui percipi potuerunt, vt per Tiraq.*de retract.lign.*§.15.*gloſſ.*1.*n.*28.Menoch. *remed.*17.*recup.n.*35. Perez *in rub.tit* 2.*gloſſ.*1.*verſ.circa præmiſſa, lib.*8.*Ord.*

SVMMARIVM.

1 *Duo ſi ſunt delegati cum clauſ.* Quòd ſi ambo, *&c. vno recuſato alter ſolus procedere poteſt, nec tenet proceſſus ſi cum recuſato procedat.*

2 *Actus omnis conſiſtit in voluntate, & potentia agentis,* & n.3.

4 *Actus omnes humani tria requirunt, vt conficiantur, & conſiſtant.*

CAP. Cùm ſuper Abbatia. XXIII.

1 CAuſa quando delegatur duobus cum clauſ. *Quòd vnus altero impedito poſſit*, ſi vnus per exceptionem recuſatur, alter licèt ſolus poſſit, tamen ſi cum recuſato procedat, proceſſus eſt nullus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar.Collect.Bellam.Ioan.Andr. Anchar. Imol. Anan.Barbat.Bald.Felin.Butr.Panorm. Hoſt.Dec.Henric. Innoc. Viu. *in ration. primi libri iur. Pont.pag.*373. Alagona *in compend. iur.Canon. pag.*137. remiſſiuè Caſal.*in annot.* Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.*3. *Decret.lib.*1.*tit.*18.*c.*2. Probat hic text. quod quando dati ſunt iudices plures cum clauſula, *quòd ſi ambo*, vel *quod ſi non omnes*, &c. vno tantùm ſuſpecto, ille ſolus recuſari poteſt, & non alij,& ſi alij vnà cum recuſato procederent in cauſa,proceſſus non valeret propter admixtionem inhabilis,vt per Card.Tuſch. *lit.I.verbo,iudex,concl.*422. *n.*8. Farin.*fragment.crimin.p.*2.*lit.I.n.*771.

2 *Voluntate, ac poteſtate ſibi mutuo aduerſantibus.*] Notatur ad hoc quòd omnis actus conſiſtit in voluntate, & potentia agentis,vt per Socin.*reg.*30.*verſic.*3.Cou. *in c.cùm eſſes,n.*7.*de teſtam.& lib.*3.*var.c.*6.*n.*9. Menoc. *conſ.*1.*n.*259.*& de præſumpt.lib.*1.*præſ.*80.*n.*11.

3 *Cùm noluerit quod potuerit, & quod voluerit adimplere nequiuerit.*] De hoc Axiomate vide Hyppol. *ſing.*262. Menoch. *remed.*4 *adipiſc.n.*432.*& ſeq.* Surd. *conſ.*251. *n.*36.Card.Tuſch. *tom.*1. *lit.B. concl.*133.*n.*1. & alios per me citatos *in tr.de Axiom. iur. vſufreq. Axiom.*196. *num.*13.

4 In gloſſ.*Confeſſus.* Notatur ad hoc quòd actus omnes humani tria requirunt vt conficiantur,& conſiſtant, nempe conficientis voluntatem, eiuſdem poteſtatem, ac tertiò cauſam honeſtam, & iuſtam, vt per Menoch.*conſ.*75.*n.*34.*& conſ.*158.*n.*30.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio delegati ſi expirat in termino peremptorio quem partibus aſſignauit,poſt congruam horam peremptorij, iudex non expectauit contumacem, ſi non expirat, poteſt expectare in diem alteram, & iterum citare ſi vult.*

2 *Citatio ad ſententiam ita eſt neceſſaria,vt omiſſio illius inducat nullitatem ipſo iure.*

3 *Iudex termini quando diem certum præfiniuit, non tamen horam, citatus tenetur comparere ea hora, in qua pro tribunali ſedere,& ius reddere ſolet.*

4 *Occultè faciens, doloſè facere creditur.*

5 *Occultè,& clandeſtinè qua fiunt ſuſpicione non carent.*

6 *Dies more Romano à medietate noctis incipit.*

7 *Iudex matutino,veſpere, & meridie iudicare poteſt.*

8 *Noctis tempus dicitur tempus ſuſpectum.*

9 *Actus aliquis quando ſit in loco occulto, vel tempore nocturno,tunc præſumitur dolus.*

10 *Electio in qua ſeruari debet forma, c.quia propter, de electione, nocte fieri non poteſt.*

11 *Reſignatio, ſeu collatio beneficij facta de nocte eſt valida.*

12 *Sententia regulariter non poteſt ferri de nocte, de ſtylo tamen Curiæ hoc non ſeruatur.*

CAP. Conſuluit. XXIV.

CItata pars die ſtatuto quando non comparet, & in termino, poteſtas iudicis non expirat,& poteſt iudex de æquitate expectare ſequentem diem, & pars contumax elapſo peremptorio, non eſt de nouo citanda, niſi benignitas iudicis hanc gratiam fecerit, ſi poteſtas expirat in eadem hora termini peremptorij,iudex procedere poterit. Item licèt dies Romanus ſit à media nocte in mediam noctem, tamen iudex Eccleſiaſticus iudicet ante tenebras, nec arctet ſuam iuriſdictionem tempore. Collig.ex Ord. Abb. antiq. Zabar.Collect.Anch.Bellam,Ioan. Andr.Anan. Innoc. Barbat.Imol.Bald.Felin.Butr.Panorm.Hoſt.Dec. Henric.Boich,Mantua,Guid.Papæ, Viu.*in ration primi libri iur Pont pag.*374. Alagon.*in comp. iur. Canon.pag.*137. remiſſiuè Caſal.*in annot.*& Ximen.*in concord. p.*1.*&* 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.*3. *Decret. lib.*1. *tit.*18. *cap.*3. 1 1

Vel ſententiam proferendam.] Notatur ad hoc quod adeò citatio ad ſententiam eſt neceſſaria, vt omiſſio illius inducat nullitatem ipſo iure, vt per Vant. *de nullit.tit.ex defectu citationis, n.*56. Azeued.*l.fin à n.*39. *tit.*17.*lib.*4.*nouæ recop.* Gonzal. *ad reg.*8.*Cancel. gloſſ.*9. §.1.*in annot.n.*117. 2

Ea hora, qua congruè poſſis procedere.] Notatur ad hoc quòd quando iudex termini diem certum præfiniuit,non tamen horam, citatus tenetur comparere ea hora, in qua pro tribunali ſedere, & ius reddere iudex ſolet,vt per Schrader.*de feudis, part.*9.*cap.*7.*ſub num.*39. *verſ. & confirmatur ex eo*, Breder. *in tract. de appellat. p.*2.*tit* 72. *col.*740. *verſ. item quæritur*, Marc. Anton. de Amatis *Marchiæ deciſ.* 98. *ſub n.*19. *verſic. provt quoque*, Azeued. *l.*1. *num.* 4. *tit.* 3. *lib.* 4. *nouæ recopil.* 3

Qui malè agit odit lucem.] Ex auctoritate Chriſti Domini *Ioan.* 3. quam refert Surd. *conſ.* 132. *n.*24. Quia occultè faciens doloſè facere creditur, Tiraq. *de retractu tit.*2.*in præfat.n.*13.*&* 14.*& de pœnis temper. c.*11.*n.*11.*cum ſeqq.* Nauar.*in cap.cùm contingat cauſa* 9. *nullitatis, num.* 1. *ſupr. de reſcript.* Flamin. *de reſignat. lib.*13. *quæſt.* 4. *n* 24. Et quæ occultè, & clandeſtinè fiunt ſuſpicione non carent, Menòch. *de præſumpt. lib.*4. *præſ.*12. *num.*7. Maſcard. *de probat. concluſ.* 815. *num.*33. 4 5

More Romano dies à medietate noctis incipiat.] Vide Tiraquel. *de retractu lign.*§.1.*gl.*11. *n.* 7. Francolin.*in tract. de tempore horarum Canonicarum, c.*87. *cum ſeq.* Polyd. Rip. *de nocturno tempore, c.*3. *à num.* 17. *& c.*158. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel. gloſſ.*11.*num.*10.*&* 11. quos refero ego ipſe *de offic.& poteſt.Epiſc.p.*3.*alleg.*57. *n.*183. 6

n. 183. Per noctem intelligendum est tempus quod incipit post datum insignum ad salutationem Angelicam quouisque videri potest lumine artificiali vsque ad idem, id est, vsque ad illud tempus, quo iam albescit, quia tunc propriè appellatur dies, ita Tiraq. *d. gloss.* 11. *n.* 52. Natt. *cons.* 469. *n.* 6. *versic. tem casus*, Nauarr. *consil.* 8. *de elect. in nouis*, quos refert, & sequitur Lauor. *var. lucubrat. tom.* 1. *tit.* 4. *cap.* 18. *num.* 11.

7 In gloss. *Gratian.* ibi, *Et hoc ideo, quia iudex matutino, vespere, & mane, & meridie iudicare potest.* Sequitur Azened. *l.* 10. *numero* 84. *tit.* 17. *lib.* 4. *nouæ recopil.*

8 In gloss. *Odit lucem*, ibi, *Et tenebræ aptæ sunt ad fabricandum falsum.* Noctis tempus dicitur tempus suspectum, & delicta commissa de nocte acriùs puniun-

9 tur, vt per Hyppol. *cons.* 83. *à n.* 16. Et quando aliquis actus fit in loco occulto, vel tempore nocturno, tunc præsumitur dolus, vt per Mascard. *de probat. conclus.* 531. *n.* 43. nam illa, quæ clam fiunt, videntur habere delicti præsumptionem Damhoud. *in praxi crimin. cap.* 61. *numero* 120. Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 10. *num.* 59. Cened. *ad Decretal. collect.* 58. *num* 1.

10 In ead. gloss. ibi, *Præsumitur contra illum, qui confert beneficia.* Vnde etiam electio in qua seruari debet forma *c. quia propter, sup. de elect.* nocte fieri non potest, Nauar. *consil.* 2. *num.* 2. *sub illo tit. de elect. in antiq. aliàs cons.* 8. *in nouis*, Fr. Emman. *quæst. Regul.*

11 *tom.* 2. *quæst.* 51. *artic. fin.* Resignatio verò seu collatio beneficij facta de nocte est valida, Menoch. *de arbitr. casu* 48. *num.* 22. D. Barbos. *in l.* 1. *ff. soluto matrimon. part.* 2. *num.* 11. Flamin. *de resignat. lib.* 12. *q.* 8. *num.* 38. & 39. Fr. Emman. *d. q.* 51. *artic.* 15. Nau. *d. cons.* 8. *n.* 1.

12 In gloss. *Tenebras*, ibi, *Vel sententiam protulit*, &c. Notatur ad hoc quòd sententia regulariter non potest ferri de nocte, ex stylo tamen Curiæ Romanæ hoc non seruatur, vide Vant. *de nullitat. tit. de nullit. sentent. ex defectu iurisdictionis ordinariæ, n.* 132. Ias. *in l. more Romano, num.* 12. *ff. de feriis*, Cott. *in memorabilib. verbo, sententia pag.* 753. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 62. Azened. *l.* 10. *num.* 84. *tit.* 17. *lib.* 4. *nouæ recop.*

SVMMARIVM.

1 *Delegatus etiam post litem contestatam, remouetur ex noua causa, & alius subrogatur.*

2 *Episcopo certa ratione suspecto recusari potest eius Vicarius, quamvis contra Vicarium nulla adsit suspicio.*

3 *Recusatio etiam post conclusum in causa admittitur, si orta sit post litis conclusionem.*

4 *Exceptio quæcunque dilatoria superueniens post litem contestatam, post illam opponi potest.*

5 *Eligens aliquem in iudicem ex noua, & iusta causa superueniente, potest illum recusare.*

6 *Exceptio delegatoria, quæ lite iam contestata incipit competere, potest tunc apponi in vim dilatoriæ exceptionis.*

CAP. Insinuante. XXV.

1 IVdex quando deputatur in lite contestata, & nondum data definitiua sententia insurgat de nouo causa refutandi iudicem tanquam suspectum, potest refutari, & mutari, vt si pars litigans fiat familiaris iudicis, sed si post nouam causam ortam pars contraria est contenta prosequi litem coram illo iudice, & prosequitur, non potest ampliùs illum allegare suspectum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarell. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Imola, Anania, Bald. Felin. Barbat. Punormit. Host. Butr. Anchar. Viu. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 175. Alagona *in compend. iur. Can. pag.* 137. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib.* 1. *tit.* 8. *cap.* 4.

Officialis est Episcopi supradicti.] Notatur ad hoc 2 quòd Episcopo certa ratione suspecto recusari potest eius Vicarius, quamvis contra Vicarium nulla adsit suspicio, Abb. *hic n.* 2. Ripa *in c.* 1. *sup. de iudic. n.* 44. Bertachin. *de Episcopo, lib.* 1. *p.* 5. *n.* 79. & *p.* 6. *tit. de Vicario Episcopi, n.* 12. Rebuff. *tit. de forma Vicar. n.* 190. Sbroz. *de officio Vicarij, l.* 3. *q.* 14. *per totam*, Perez *l.* 1. *tit.* 8. *lib.* 3. *Ordinam. pag.* 569. Guttier. *can. lib.* 1. *c.* 1 *n.* 86. Bobadil. *in sua politica, lib.* 1. *c.* 22. *n.* 49. Stephan. Quaranta *in sum. Bullarij, verbo, Archiepiscopi auctoritas, n* 19. *vers. vlter. ius quæro.* Ego ipse *de offic. & potest. Episc. p.* 1. *alleg.* 54. *n.* 150.

Ante diffinitiuæ, &c.] Ergo & post conclusum in 3 causa recusatio admittitur, etiam vbi causa probanda est, modò ea causa sit orta & habuerit originem post ipsius litis conclusionem, vt per Felin. *hic n.* 15. Cou. *pract. c* 26. *n.* 2. *vers. sic & post conclusum*, Mascard. *de probat. conclus.* 951. *n.* 36. Exceptio enim vtcunque 4 dilatoria superueniens post litem contestatam, post illam opponi potest, Couar. *d. n.* 2. *vers. huius*, Rebuff. *in tract. exceptionum, n.* 378. Seraph. *de priuileg. iuram. priuil.* 7. *num.* 12. Camil. Borrel. *in summa omnium decis. tit.* 48. *de excep. n.* 148. Peregr. *var. lib.* 1. *ad rubr. huius tit. num.* 34. *vers. ad aduertendum* Erasm. à Cochier. *de iurisd. Ordin. in exemptos, p.* 2. *quæst.* 16. *num.* 1.

Et ipse familiaris eorum postmodum est effectus.] 5 Notatur ad hoc quod ille, qui aliquem in iudicem elegit ex noua & iusta causa superueniente, quæ reddit iudicem sibi suspectum, poterit illum recusare, vtpotè si postquam fuit electus, familiaritatem, vel magnam amicitiam cum parte aduersa contraxit; vt per Escob. *de ratiocin. c.* 9. *n.* 15.

Notatur etiam ad hoc, quòd iudex suspectus recusari non potest ab eo, qui licèt illum non impetrauerit, nec de eius consensu fuerit electus, habita tamen notitia de causa suspicionis, consentit in illius iurisdictionem, vt docent *in præsenti* Innocent. *num.* 2. *in verbo, consenserit, & in verbo, alioquin.* Hostiens. *n.* 6. *in fine.* Anchar. *numero* 2. *in* 7. *notab.* Butr. *numero* 6. *in* 4. *not.* Abb. *num.* 9. Felin. *numero* 12. Imol. *numero* 2. Bursat. *consil.* 21. *n.* 27. *cum seqq.* Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 45. *num.* 13. Cardin. Tusch. *litera S. concluf.* 909. *n.* 3 Sigism. Scacc. *de appellat. q.* 11. *num.* 52.

In gloss. *Postmodum.* Notatur ad hoc quòd excep- 6 tio dilatoria, quæ lite iam contestata incipit competere, potest tunc opponi in vim dilatoriæ exceptionis, vt per Cou. *lib.* 1. *variar. cap.* 16. *n.* 13. *col.* 2. *ad fin.*

In gloss. *Consenserat.* Notatur ad hoc quòd iudicem impetrans non potest illum suspectum allegare, vt docent *in præsenti* Hostiens. *sub num.* 6. Butr. *n.* 19. Bellam. *num.* 1. *versic. secundò opponit.* Zabar. *col. fin. & in l. apertissimè, C. de iudic* vltra gloss. *ibi verb. litigantibus*, Paul. de Castro *numero* 9. Iason. *n.* 1. *in* 1. *limit.* Sich. *n.* 2. Marant. *de ordine iudic. p.* 6. *numero* 53. & 56. Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 45. *n.* 54. Seraphin. *de priuileg. iuram. priuil.* 7. *numero* 9. Cardin. Tusch.

7 Tusch. *d. lit. S. conclus.*807. *num.*17. *& lit. I. conclus.* 422. *num.*13.Iacob.de Laurent.*de iudice suspecto*, *c.*5. *num* 22. Declara, nisi causa suspicionis post impetrationem superueniret, vt docent Butr. post *n.*19. & Abb. *n.*10. Thesaur. *Pedem. decis.* 295. *num.*3. Se-
8 raphin.*de priuileg.*7.*n.*10. Cardin. Tusch. *d.concl.*907. *num.*17.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus Papæ sententiam suam vsque ad annum exequi potest.*
2 *Delegatus expleta delegatione potest intra annum absoluere excommunicatum à se volentem obedire, non tamen eo elapso.*
3 *Dies decem apud Lusitanos, & Castellanos dantur debitori ad soluendum.*
4 *Delegatus lata sententia non habet tempus ad exequendum eam, nisi vnius anni.*
5 *Executor gratiæ quam potestatem habeat, ostenditur.*
6 *Media via est eligenda.*
7 *Delegatus iudex licèt post exequutam sententiam functus sit officio, suo, tamen si statim executione facta victus rem occupet, poterit iterum cognoscere, &c.*

CAP. Quærentium. XXVI.

1 DElegatus Papæ qui post sententiam definitiuam excommunicat nolentem obedire, non intelligitur functus officio suo, sed potest non solùm ad quadrimestre tempus, quod solet à lege reo concedi ad soluendum, sed & per integrum annum exequi sententiam, & absoluere excommunicatum, sicut fit cum contumace, & ante litis contestationem. Colligunt ex Ordin.Abb.antiq.Zabar.Collect. Ioan.Andr.Bellam.Anan.Anch. Host.Innoc.Butr. Panorm.Imol.Felin.Bald. Barbat. Henric. Viuian. *in ration. primi libri iuris Pont. pag.*375. Alagon.*in compend. iur. Canon. pag.* 137. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect. 3. Decret. lib.* 1. *tit.*18. *c.*5.

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Nauar. *in man. cap.*27.*num.*40.*&* 44. Henriq. *in sum. lib.*13. *cap.*16. § 4. Tolet.*in summa lib.*1. *cap.*10. *n.*11. Peregrin. *de citat. reali, lib.*1. *cap.*1. *num.*98. quos refert, & sequitur Mar. Antonin. *var. resolut. lib.* 1.*resolut.*112. *casu* 37. Soar. *de censur.disput.*22 *sect.*2.*n.*1. Filliuc.*tract.*15 *cap.*2.*quæst.*2.Sayr.*de censur.lib.*3.*c.*29. *numero* 1. Bonacin. *de censur. extra Bullam disputat.* 2. *quæst.* 3. *puncto* 22. Vnde delegatum expleta delegatione posse intra annum absoluere excommunicatum à se volentem obedire, non tamen eo elapso, tenent Soar. *tom.*5.*de censur. disput.*7. *sect.*2. *numero*7. Bonacina *eod tract.disput* 1.*quæst.*3.*puncto* 1. *numero* 2. *vers. addo.* Iul. Lauor. *de Iubilæo, & indulgent. part.* 2. *c.*21.*n.*7.

3 *Vsque ad quadrimestre tempus, quod absoluendum debitum*, &c.] Secundùm legem Castellæ 5.*tit.*17. *part.* 3. vbi *glos.* 1. solùm dantur decem dies, idem apud nostros Lusitanos per *Ordinat.Regiam, lib.*5. *tit.* 24. *in princip.* vbi parens meus multipliciter declarat.

4 *Sed vsque ad integrum annum.*] Notatur ad hoc quòd delegatus lata sententia non habet tempus ad exequendum eam, nisi vnius anni. Praxis Episcop. *part.* 1. *verbo delegatus*, §.7. vbi etiam resoluit quòd eo lapso Ordinarius, & non ipse eam exequitur, quam textus conclusionem intellige de delegato ad causam principaliter, non autem de executore gratiæ, cuius potestas tanquam accessoria debet durare sicut ipsa gratia, Nicol. Garc. *de benefic. p.*6. *c.*2. *num.*148.

Hinc etiam executor gratiæ cum Clausula, *inducentes & defendentes inductum*, &c. non solùm habet iurisdictionem ad ponendum in possessione beneficij impetrantem, & faciendum ei responderi de fructibus, sed ad defendendum illum post immissionem si ab aliquo tertio molestetur, & hæc potestas anno durat, vt per Menod.*remed.*1.*retinendæ*, *n.*85 *cum seq.* Florez de Mena *var.lib.*1.*q.*4.§.3.*n.*60 quicquid cum Abb.*hic*, Staphil. & aliis dicit Nicol. Garc. *d. cap.*2. *num.*154. 5

In gloss. *Per æquitatem*, ibi, *Placet ergo media via.* 6 Notatur ad hoc quòd media via est eligenda, vt per Thom.de Thomas. *in flor.lib.legum*, *reg.*178. metipsum *in tract.de axiom iur.vsufreq. Axiom.*145. *n.*5. in rebus scilicet ambiguis, quando illa extat, vt declarani *Axiom.*23.*n.*2.

In gloss. *Quadrimestre*, ibi, *In personali actione dantur quatuor menses reo ad soluendum*, &c. De quadrimestri dilatione quæ datur iudicatis, an detur confessis, & in quibus causis concedatur, & quando incipiat currere, & an prorogari siue arctari valeat, vide Innoc. & Felin. *in præsenti*, ac alios relatos per Buccar.*de differ.inter iudicia ciuilia & crimin. differ.*37. *n.*10. Anton. Galles *ad formam Cameræ oblig. fol.*157. *n.*32.vbi quærit cur vsus obtinuerit vt reo per quem, seu per eius procuratorem facta est confessio debito, iudex ad soluendum statuat terminum trium duntaxat dierum, cùm tamen de iure detur quadrimestre tempus.

In gloss. *An integrum*, ibi, *nunquid prior delegatus*, 7 &c. Notatur ad hoc quod quamvis delegatus postquam tulit sententiam, functus sit officio suo, præsertim si eam semel fuerit exequutus, tamen si statim exequutione facta victus rem iterum occupet, poterit ipse iudex delegatus iterum cognoscere, & debitæ executioni suam sententiam mandare, & mandatam conseruare, vt per Tiraq. *in l. si vnquam, verbo, susceperit liberos*, *n.*184.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus Papæ potest principium, medium, & finem causæ coniunctim, & diuisim subdelegare.*
2 *Lis non incipit nisi à litis contestatione.*
3 *Delegatus à Principe non solùm coniunctim, sed etiã diuisim causam sibi commissam subdelegare potest.*
4 *Princeps solus potest committere causam appellatione remota.*
5 *Recusari non potest iudex si de consensu partium datus sit.*
6 *Delegatio finitur recusatione ipsius delegati.*
7 *Appellatio interponitur à subdelegato ad delegantem, quoties non tota, nec omnis iurisdictio delegata est, sed eius pars, vel species.*
8 *Delegatus nullus etiam Principis potest subdelegare cum facultate subdelegandi.*
9 *Delegato etiamsi non fuisset commissa causa appellatione remota, adhuc ad illum esset appellandum, si non subdelegasset in totum.*
10 *Delegatus cum clausula* appellatione remota, *non potest subdelegare.*
11 *Declaratur text.in præsenti.*
12 *Appellatio conceditur, cùm iudex reiectis exceptionibus procedit ad vlteriora.*

Appellatione pendente ab interlocutoria innouata nulla, & irrita.

Cap. Super quæstionum XXVII.

1 DElegatus Papæ potest subdelegare aliis cognitionem causæ, & testium examinationem, reseruata sibi sententia ad quam potest procedere etiamsi fuerit interposita appellatio. Imò si executor, vel cognitor ad aliquem certum articulum fuerit de consensu partium deputatus (nisi modum excedat) non licet ab eo appellare, dummodo vel litis exordium, vel causæ finis, vel totum negotium non fuerit illi subdelegatum, tunc enim potest ab illo tanquam à iudice appellari. Item delegatus bene potest non solùm principium medium, & finem causæ coniunctim, sed etiam diuisim alij delegare, dummodo antequam ferat sententiam diligenter inquirat de vniuersis, quæ acta sunt in iudicio. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Innoc. Barbat. Imol. Bald. Felin. Butr. Panorm. Host. Henric. Boich. Viu. *in ration. primi libri inr. Pontific. pag.* 376. Alagona *in compend. iuris Can. pag.* 133. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 1. *tit.* 18. *cap.* 6.

2 *Cùm & lis ante iudicem.*] Notatur ad hoc quod lis non incipit nisi à litis contestatione, vt per Marant. *de ordine iudicior. part.* 5. *n.* 64. *verbo, & omnia fiant durante instantia, &c.* Surd. *de alimentis, tit.* 5. *q.* 8. *n.* 4.

3 *Delegatus à nobis*, &c.] Notatur ad hoc quòd delegatus à principe non solùm coniunctim, sed etiam diuisim causam sibi commissam subdelegare potest, vt dicam *ad c. pastoralis* 28. *infr. hoc tit.*

4 In gloss. *Prouocationis*, ibi, *Nullus potest committere causam appellatione remota nisi Princeps.* Vide Marant. *de ordine iud. p.* 6. *tit. & quandoque appellatur, n.* 337. Mench. *de successione tit. de testatoris potentia, lib.* 1. *§.* 6. *n.* 7. Sigism. Scacc. *de appel. q.* 16. *limit.* 1. *n.* 106. *&* 109. quos refero ego ipse *de diction. & clausulis clauſ.* 7. *num.* 2.

5 In gloss. *Quicunque, in addit.* ibi, *Si de consensu partium datus sit.*] Notatur ad hoc quod iudex si de consensu partium datus sit, recusari non potest, vt per Marant. *de ordine iudic. p.* 6. *actu* 2. *n.* 76. Mascard. *de probat. concl.* 952. *n.* 42. Azued. *ad l.* 7. *tit.* 18. *lib.* 4. *nouæ recopil. n.* 62. Valasc. *de probation. cap.* 9. *n.* 23. *&* 24.

§. Verùm.

Delegatus si delegat principium, vel finem causæ, à suo delegato potest licitè appellari tanquam à iudice, sed si medium tantùm, ab ipso tanquam ab Auditore non potest appellari, si detur, vel recipiatur de consensu partium, nisi excedat fines mandati, vel meritò vt suspectus recusetur. Colligunt Doctores *in princ. text.* citati.

6 *Vel meritò sit suspectus.*] Notatur ad hoc quod delegatio finitur recusatio ne ipsius delegati, vbi non est subditus delegantis, vt per Peregr. *var. lib.* 1. *ad rub. huius tit. n.* 33.

§. Porrò.

A subdelegato appellandum est ad delegantem, quoties non tota, nec omnis iurisdictio delegata est, sed eius pars, vel species. Colligunt Doctores *in princ. text* citati.

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Conc. 7 *practic.* 4. *n.* 9. Franc. Marc. *q.* 73. *n.* 2 *&* *q.* 345. *n.* 4 *tom.* 1. *&* *q.* 535 *n.* 9 *tom.* 1. Card. Tusch. *tom.* 1. *lit. A concl.* 352. *n.* 40. Sigism. Scacc. *de appell. q.* 7. *n.* 63. *&* *q.* 8. *n.* 32. *&* 34. Molina *de iustit. tract.* 5. *disp.* 21. *n.* 6. *&* *disp.* 22. *n.* 1. Narbona *de appel. à Vicario ad Episcopum, p.* 1. *n.* 34. D. Barbosa *in l. cum Prætor, §.* 1. *n.* 28. *ff. de iud.* Petr. Gregor. *lib.* 5. *p. tit.* 15. *c.* 3. Anton. Bellon. *de mandata iurisdict. c.* 9. *q.* 7. *n.* 19. *cum seqq.* Cæs. Barz. *Bonon. decis.* 155. *sub n.* 2. Ioseph. Gonzales *lib. unico c.* 26. Fachin *lib.* 1 *controuers. c.* 78. & super hunc §. repetitionem edidit nouissimè Antonius de Fuertes Aragonens.

In gloss. *Transfert*, ibi, *Quia si hoc posset subdelega-* 8 *tus, posset alium delegare. quod esse non potest.* Notatur ad hoc quod nullus delegatus etiam Principis potest subdelegare cum facultate subdelegandi, vt per Marant. *de ordine iudic. part.* 4. *distinct.* 5. *princip. an iudicium sit Ordinarium, n.* 63. Mandos. *reg.* 4. *Cancel. q.* 3. *n.* 7. Bertachin. *in repert. verbo, delegatus subdelegat. numero* 10. Couarr. *lib.* 3. *var. cap.* 20. *num.* 11. Azeued. *ad tit.* 9. *num.* 11. *lib.* 3. *nouæ recopil.* Sanch. *de matrimon. lib.* 3. *disput.* 31. *num.* 5. *&* 9. Peregrin. *d. l.* 1. *ad rubr. huius tit num.* 12. *&* 13. D. Barbos. *vbi proximè num.* 154.

In glos. *Si causa.* Notatur ad hoc quòd etiamsi dele- 9 gato non fuisset causa commissa appellatione remota, adhuc ad eum esset appellandum si non subdelegasset in totum, vt per Scacc. *d. q.* 7. *n.* 75.

§. Quem verò.

Auditor datus sine partium consensu recusari potest vt suspectus, non tamen sine iusta causa. Colligunt Doctores *in princ. text.* citati.

Nisi coram eo iustam recusationis causam ostendat.] 10 Notatur ad hoc quòd delegatus cum clausula *appellatione remota*, non potest subdelegare, vt per Hyppol. *sing* 295 *n.* 4. Molin. *de iustit. tom.* 6. *disp.* 24. *n.* 3. *vers. hinc si Princeps.*

§. Eius ergo.

Princeps quando delegat duos in vna causa cum expressa clauſ. vt impedito vno possit alter procedere appellatione remota, si vnus horum delegat suas vices alteri, ille non potest procedere appellatione remota, nec alteri delegare, & si ab eo fuerit appellatum appellandum est ad Principem, & non ad condelegatum. Item quando delegatus committit audientiam causæ alicui reseruata sibi definitiua sententia sine consensu partium pars non potest appellare, nisi paratus sit ostendere coram iudice delegato iustam causam recusationis. Si adest iusta causa, delegatus sine appellatione expedire debet, si non vult admittere iustam causam. Colligunt Doctores *in princ. text* citati.

Ex hoc §. colligit Molina *de iustit. tom.* 6. *tract.* 5. 11 *disp* 23 *n.* 6. quod si causa in libello oblata apertè sit nulla, poterit iudex, cui offertur, illa spreta, minimèque curata, progredi vlteriùs in lite, & si pars, quæ illum ex ea causa recusabat: contendat causam sufficientem esse, appellare poterit ab eo iudicis grauamine ad Superiorem ipsius iudicis. Quando autem pronuntiaretur causam Superioris fuisse sufficientem, aut dubiam, dignámque attentis circunstantiis tunc concurrentibus, vt examinaretur, tunc inualidus esset processus, actaque ab eo à puncto causæ

suspicionis

suspicionis sibi oblatæ essent inualida, eo quod appellatio tunc ritè fuisset interposita.

12 *A tali grauamine*, &c.]Notatur ad hoc quòd conceditur appellatio cùm iudex reiectis exceptionibus procedit ad vlteriora, vt per Menoch. *consil.* 2. *num.*359.

13 *Iudicari debet irritum, & inane.* Notatur ad hoc quòd innouata pendente appellatione ab interlocutoria, etiam ante inhibitionem & probationem grauaminis, sunt nulla & irrita, vt per Cou. *pract. c.*24. *n.*2. *in princ.*

SVMMARIVM.

1 *Delegatus Papæ nisi malitiosè se exoneret, subdelegatum compellit ad suscipiendam subdelegationem, in correctione tamen suæ dignitati, & personæ deferre debet.*
2 *Delegatus Principis potest subdelegare.*
3 *Iudicare est onus.*
4 *Pœnæ mutatio fit ob qualitatem personarum.*
5 *Iudici asserenti subesse causam necessariam absentiæ fides adhibetur ad delegationis validitatem.*
6 *Argumentum de toto ad partem validum est, vbi datur eadem ratio.*
7 *Declaratur text. hic in §. præterea.*
8 *Appellatio nonnunquam admittitur quoad deuolutionem, non quoad suspensionem.*
9 *Princeps quando delegat causam alicui speciali delegato, censetur tollere omnem iurisdictionem inferioribus Ordinariis.*
10 *Confirmatio ex certa scientia quando dicatur, ostenditur.*
11 *Sententia si per iudicem appellationis fuerit confirmata, per ipsum est exequenda.*
12 *Executor merus potest iniquam exequi sententiam.*
13 *Executor merus non potest exceptiones admittere, nec de eis iudicare.*
14 *Executor merus non tenetur, nec iustè potest sententiam notoriè iniustam, continentémque nullitatem, vel intolerabilem errorem exequi.*
15 *Executor mixtus verus iudex est.*
16 *Executor non semper tenetur exequi sententiam.*
17 *Iudex debet iudicare secundum allegata, & probata etiam contra propriam conscientiam, nisi sit supremus iudex Superiorem non recognoscens.*
18 *Delegato vbi fuit commissa causa sub certo termino finienda, si malitia alterius partis non finiuit, quid faciendum, ostenditur.*

CAP. Pastoralis. XXVIII.

1 DElegatus Papæ potest cogere aliquos, vt suscipiant subdelegationem habita ratione personarum, & ipse non se exoneret malitiosè. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anch. Imol. Anan. Barbat. Bald. Felin. Butr. Panormit. Host. Innoc. Henric. Viuian. *in ration. primi libri iuris Pont. pag.*382. Alagon. *in compend. iur. Canon. pag.*139. remissiue Casal. *in annot.* Ximen. *in concord. p.*1. *&* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 1. *tit.*18. *c.*7.

2 *Quod cum delegato à Principe*, &c.] Notatur ad hoc quod delegatus Principis potest subdelegare, vt per Marant. *de ordine iudic. part.*4. *disp.*5. *n.*26. Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.*4. *collect.*1047. Cardoso *in praxi iudicum, verbo, index, n.*75. Morla *in emporio iuris, part.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 15. *n.*10. Fr. Ludou. Miranda *de ordine iudiciario, q.*2. *art.* 11. Sanch. *de matr. lib.* 3. *disp.*31. *n.* 1. *in fine*, D. Barbosa *in l. quia tale, n.*47. *ff. solut. matrimon. & in l. cum Prætor* §.1. *n.*385. *cum seqq. ff. de iudic.* Garc. *reg.*443. Bobadil. *in sua politica, lib.* 2. *cap.* 20. *n.*34. Cardin. Tusch. *litera D. concl.*148.

Exonerare.] Ergo iudicare est onus, vt per Boër. *decis.*232. *n.*1. *&* 2. 3

Dignitatis deferat, & personæ.]Notatur ad hoc quod ob qualitatem personarum fit mutatio pœnæ, cùm enim de corporali pœna tractatur, non ita puniendus est nobilis, ac plebeius, vt per Couar. *lib.*2. *var. c.*9. *n.*9. *vers. tertio.* Tiraq. *de nobil. c.*2. *n.*108. *cum seqq. & de pœnis temperandis, c.* 31. *à princ.* Azeued. *cons.* 29. *num.*21. 4

In gloss. *Exonerare*, ibi, *Sed nunquid statim credendum est iudici*, &c. Notatur ad hoc quod iudici asserenti subesse causam necessariam absentiæ fides adhibetur ad delegationis validitatem, vt per Mascard. *de probat. concl.* 949. *n.*4. Corras. *in explic. ad aliquas leges recopil. c.*9. *n.*335. 5

§. Item cùm totum.

Delegatus Papæ sicut potest committere totam causam, sic & solam citationem, & punire contemptorem. Colligunt Doctores *in princip. text.* citati.

Ex hoc §. colligunt Doctores valere argumentum de toto ad partem, vbi datur eadem ratio, Euerad. *in topicis legalib. loco* 80. Cantiunc. *loco* 5. Petr. Andr. Gambar. *in dialectica regali, lib.* 1. *loco* 4. Thom. de Thomas. *in floribus legum reg.*46. Tiraquel. *de retract. lig.* §. 1. *gloss.* 7. *n.* 46. Menoch. *de præs. lib.* 3. *q.* 35. *n.* 27. *& consil.* 72. *n.* 5. Surd. *cons.* 193. *n.*6. *& cons.* 435. *n.*21. *&* 22. Flamin. *de confident. q.* 28. *n.*106 Bertazol. *de claus. instrum. claus.*21. *glos.*19. *n.*1. Card. Tusch. *pract. concl. tom.*1. *lit. A. concl.*498. *n.*1. *cum seqq.* 6

§. Præterea.

Papa si scienter admittit appellationem contra iudicem habentem potestatem remota appellatione, appellatio valet, & sententia iudicis suspenditur. Colligunt Doctores *in princ text.* citati.

Probat hic §. quod si delegatus procedat ex Principis commissione, & nihilominus pars à sententia aduersùs ipsam latam appellet, à Principéque obtineat vt iudices alij de appellatione cognoscant, tunc si secunda commissio sit ex certa scientia, is Princeps eo ipso censetur admittere eam appellationem, neque potest primus iudex delegatus procedere ad executionem sententiæ; secus autem si secunda commissio à Principe facta non esset ex certa scientia, vt per Molin. *de iustitia, tom.* 6. *tract.* 5. *disp.*22. *n vlt.* 7

Debeat retardari.] Notatur ad hoc quod appellatio nonnunquam admittitur quoad deuolutionem, non verò quoad suspensionem, vt per Cou. *pract. c.*23. *n.*7. *col.* 2. *in princ.* & in casibus relatis à parente meo *in com. ad Ordin. Reg. Lusit. lib.* 3. *tit.*60 *in princ. n.*3. *cum seqq.* 8

Ac iurisdictionem priorum iudicum reuocare.] Notatur ad hoc quod quando Princeps delegat causam alicui speciali delegato, censetur tollere omnem iurisdictionem, & omnem potestatem inferioribus Ordinariis, qui aliàs poterant de illa causa cognoscere, vt per Marant. *de ordine iudic. part.* 4. *dist.*16. *numero* 58. *pag.*204. *& disp.*1. *incip. plerumque, num.*3. 9

Rebuff. *tom. 1. ad leges Galliæ, tit. de euocat. art. 1 n. 101. pag. 270.*

10 In gloss. *Ex certa scientia*, ibi, *Intelligo*, &c. Vnde tenent Doctores illam dici confirmationem ex certa scientia, in qua est insertus tenor rei confirmatæ, vel saltem narratur eius substantia, & est expedita præcedente solita discussione, Rot. *decis.* 455. *numero 3. part. 2. diuers.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 3. cap. 2. numero 226.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. part. 5. collect. 1592.*

11 In gloss. *Discussa*, ibi, *Et ideo iudex appellationis eam debet exequi, & non primus.* Notatur ad hoc quod sententia si per iudicem appellationis fuerit confirmata, per ipsum est exequenda, vt per addit. ad Capell. Tholos. *q. 244.* Bernard. *reg. 676.* Perez *l. 1 gloss. 1. col. 2. post princ. tit. 16. lib. 3. Ordinam.*

§. Quia verò.

Ordinarius, cui à delegato mandatur executio sententiæ quam scit esse iniustam, si non potest se ob onere liberare, illam exequatur. Colligunt Doctores *in princ. text* citati.

12 Probat hic §. merum executorem posse iniquam exequi sententiam, ille enim etsi videat sententiam iniustam, & exequendo eam faciat contra propriam conscientiam, non tamen per hoc dictam exequutionem retardare debet, cum nullam habeat cognitionem, vt per Archid. Ioan. Andr. Domin. Franch. & Monach. *in cap. si eo tempore, de rescript. in 6.* Alciat. *in cap. 1. num. 108. infr. de officio Ordin.* Afflict. *decis. 220.* Roland. *consil. 36. numero 7. lib. 1.* Marant. *disp. 1. à num. 4.* Gig. *de crimine læsæ maiest. tit. qualiter in crimine læsæ maiest. procedatur, q. 16. n. 13.* Bellug. *in speculo Principum, rub. 11. §. tractandum, n. 4. ad finem*, Iacob. de Graffis *in aureis decis. part. 1. lib 2. cap. 10 num 23.* Nauar. *in cap. cùm contingat, remed. 1. num. 7. de rescript.* vbi etiam refert textum in præsenti loqui de executore, & habere locum in iudice, à quo petitur auxilium ab Ecclesiastico, qui non est ipsius exequutor, sed par eius; Soar. de Pace *in pract. tom. 2. in prælud. num. 7. versic. quando iudex Ecclesiasticus*, Gail. *lib. 1. obseru. 115. n. 4. & 6.* Azeued. *l. 1 c. n. 6. tit. 1. lib. 4. nouæ recopilat.* Franc. Molin. *de brachio seculari, cap. 11. n. 15.* latè Farinac. *in praxi crimin. quæst. 97. à numero 67.* vbi *num. 73.* asserit non procedere in criminalibus, Salzed. ad Bernard. *in pract. c. 154. n. 12. vers. decimo*, vbi id intelligit non solum quando sententiæ iniquitas ex scientia particulari executori priuatim nota sit, sed etiam quando notoriam iniquitatem, aut intolerabilem errorem sententia habuerit, sed tu dic prout in glossa *infrà n. 4.*

Quod non cognitio, sed executio, &c.] Ex his verbis rectè colligitur merum executorem nullam habere cognitionem, vt per Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæst. 38. num. 20.* Gratian. *reg. 178. num 2.* Bobadil. *in sua politica lib. 2. cap. 20. sub num. 47.* Amat. Roder. *in tract. de execut. cap. 2. num. 39.* Salgado *de protect. Regia tom. 1. part. 4. cap. 3. numero 11.* Sed obstat *cap. cum contingat 24. versic. sed si, & versic. si verò, de rescript.* vbi ordinarius, cui non cognitio, sed meri facti executio fuerat commissa, vt patet ex *princip. text.* ibi, *Denunties excommunicationis*, &c. & ibi, *Denunties absolutam*, potest de rescriptorum validitate, & vtriusque delegati potestate cognoscere, itavt ex iis, quæ cognouerit, exequi, vel supersedere debeat. Sed respondetur ex mente Zabarellæ *hic oppos. 1.* & Butr. *num 13.* Imol. & aliorum *in d. cap. cùm contingat*, vbi Nauar. *causa 9. nullitatis*, text. illum, vt ex fine constat, non agere de cognitione iurisdictionali, nec de illa, per quam discutitur iustitia, vel iniustitia mandati, in qua specie procedit text. in præsenti, sed tantùm de informatione, & instructione quadam extraiudiciali per solam literarum inspectionem, quæ ex noua prouisione & auctoritate illius text. necessariò exhibenda sunt Ordinario, vt constat & litera ibi, *Ex ipsarum tenore deprehenderis euidenter*, & ibi, *Ex literarum inspectione*, iunctis illis verbis, *Quas tibi auctoritate præsentium præcipimus exhiberi.*

In gloss. *Etsi sciat*, ibi, *Talis executor non debet audire exceptiones.* Notatur ad hoc quod merus executor non potest exceptiones admittere, nec de eis iudicare, vt per Abb. *à n. 3.* Card. *q. 8.* Felin. *à n. 16. hic*, Cou. *pract. c. 16. n. vlt.* 13

In ead. gloss. ibi, *Secus si sciat illam nullam*, &c. Notatur ad hoc quod merus exequutor non tenetur, nec iustè potest sententiam notoriè iniustam, continentémque nullitatem, vel intolerabilem errorem exequi, & hanc gloss. sequitur *hic* Abb. *num 2.* Imola *num. 4.* vbi dicit ab omnibus approbatam, Felin. *in cap. de cætero, col. 1. infr. de re iudic.* Gratian. *reg. 422. n. 8.* Azeued. Bellug. & Nauar. *locis proximè citatis*, Roland. *consil. 37. num. 13. versic. quinto*, Franc. Molin. *d. c. 11. num. 36.* Salzed. *d. cap. 154. num. 12. versic. verum*, Menoch. *de arbitr. quæst. 38. n. 21.* S. Thom. *2. 2. quæst 64. artic. 6. ad 3.* vbi dicit quod eo nomine peccabunt Martyrum carnifices quod sententias intolerabilem errorem, & notoriam iniustitiam continentes exequebantur, probant Abb. *n. 5.* & Felin. *4. in cap. de cætero, sup. de rescript.* hic & illic Præceptor Correa, ibi intelligit quando iniustitia notoria est notorietate facti inexcusabili, quæ nullam requirit probationem, aut excusationem admittit. Et vsque adeò verum est non posse executorem huiusmodi sententiam exequi, vtsi fecerit, possit eidem licitè & impunè resisti, perinde ac priuato vim inferenti, probat *l. prohibitum, & ibi* gloss. *verbo, resisti, C. de iure fisci, lib. 10.* Afflict. *lib. 1. constitut. rubr. 8. n. 56.* Duen. *reg. 190. ampl. 8.* Menoch. *remed. 8. recup. n. 9.* addit ad Bernard. *reg. 382. limit. 1.* 14

In ead. gloss. ibi, *Si executor talis esset. Ordinarius*, &c. Notatur ad hoc quod exequutor mixtus verus iudex est, vt per Nau. *in c. cùm contingat, sup. de rescriptis, causa 2. nullit. n. 12.* 15

In ead. gloss. ibi, *Item nota quod non semper*, &c. Notatur ad hoc quod executor non semper tenetur exequi sententiam, vt per Nau. *in d. c. cùm contingat, remed. 4. n. 1.* 16

In gloss. *Tenetur.* Notatur ad hoc quod iudex debet iudicare secundùm allegata & probata, etiam contra propriam conscientiam, vt per Couar. *lib. 1. var. c. 1. n. 3.* S. Thom. *2. 2. q. 67. art. 2.* Bernard. *reg. 377.* Cujac. *lib. 12. obser 19.* Pinel. *l. 2. C. de rescind. vend. p. 3. c. 3. n. 3.* Cach. *dec. Pedem. 1. n. 39.* Coriolan. *de cas. reserv. p. 1. casu 5. de reo. n. 36.* Nau. *in c. si quis autem, n. 121. de pœnit. dist. 7.* Mascard. *de probat. conc. 848 incip. peruentus*, Seraph. *de priuil. iur. priuil. 2. à princ.* Fr. Lud. Miranda *de ordin. iudic. q 28. art. 3.* Leon. Less. *de iustitia, lib. 2. c. 29. dub. 10.* Limitatur in supremo iudice nullum Superiorem cognoscente, quippe qui potest ex sua priuata scientia, dummodo absit scandalum, contra acta & probata iudicare, vt post Bart. & alios *in l. 1. C. vt quæ desunt*, Dec. *consil. 463. n. 26.* Roland. *consil. 70. n. 23. lib. 1.* Auend. *resp. 1. n. 11.* Cou. *& decis. Pedem. n. 44. citatis locis.* 17

§. Cùm

§. Cùm autem.

Delegatus punire debet partem quæ curat impedire ne ſtatuto die procedatur, & quantum ad diem illam cauſam committet appellatione remota in odium procurantis, niſi partes negotium prorogent. Colligunt DD. *in princ. text.* citati.

18 Probat hic §. quòd quando cauſa delegato fuit commiſſa, vt illam intra certum terminum finiret, malitiáque alterius partis litigantium impeditus fuit tunc delegatus punire eum poteſt, qui eo modo malitioſè deliquit, committereque cauſam alteri debet, qui illam inter terminum ſibi præſcriptum finiat, idque appellatione poſtpoſita, vt per Molinam *de iuſt. tom.6.tract.5.diſp.27.n.4.*

19 In gloſſ. *Puniat*, ibi, *Vel poteſt ei imponere mulctam.* De mulcta agit Perez *ad rub.tit.19.gloſſ. 1.col. 1. verſ. virtum omnis, lib 8.Ordin.*

SVMMARIVM.

1 *Subdelegatus à delegato Papæ iuriſdictionem habente poteſt coërcere impedientem, &* n.2.
3 *Reſcriptum ſecundum prioris reuocatorium quo ad proceſſum factum contra tertios trahitur retro.*
4 *Iudici malè exequenti violenter reſiſti poteſt.*
5 *Sententia lata per Ordinarium, qui per errorem iudicat vt delegatus, cùm non ſit, eſt nulla.*
6 *Qualitas electa per partem, & iudicem admittenda eſt.*

Cap. Ex literis. XXIX.

1 SVbdelegatus à delegato Papæ poteſt coërcere impedientes, nam alioquin demandata iuriſdictio deluſoria redderetur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Innoc. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Butr. Anch. Hoſt. Panorm. Barbat. Felin. Imol. Bald. Viuan. *in ration primi libri iur. Pont. pag.385.* Alagon. *in compend. iur Can pag.140.* remiſſiuè Caſal. *in annot.* & refertur *in concord p.1.& 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect.3. Decret.lib.1.tit.18.c.8.*

2 *Expreſſam.*]Et etiam expreſſiſſimam, vt per Palat. *in repet.c.per veſtras, de don.inter vir. & vxor.notab. 4. num.10.*

Ex qua coërtionem, &c.] Probat hic text. iuncta *gloſſ.in præſenti, verbo ſi ſubdelegatus*, coërctionem impedientium iuriſdictionem fieri poſſe à delegatis inferiorum reſoluunt Butr. Bald. Dec. *n* 14. & Doctores communiter *in cap.1. ſup.hoc tit.* vt teſtatur Menoch. *de arbitr.caſu 438.n* 4. hanc inter delegatum Papæ, & inferiorum notantes differentiam, quòd delegatus Papæ omnes impedientes per vniuerſum Chriſtianum Orbem abſque vlla territorij reſtrictione coërcere poteſt, quemadmodum ipſe Pontifex *cap.cuncta per mundum 9. q.1.* quem delegatus repræſentat *c. ſanè hoc tit.* at verò delegatus inferioris ſolùm poteſt coërcere ſubditos ipſius delegantis, & intra ipſius territorium, iuxta reg. *I. vlt. ff. de iuriſd omnium iud.c.2. in fine, de conſtit.lib 6.* docet Abb. *in cap. ſignificaſti, n.5. hoc tit.* & eſt communis ex DD. citatis, pro qua efficaciter vrget text. *in c. paſtoralis, in princ. de officio Ordin.* iuncto *c. paſtoralis, etiam in princ hoc tit. & reg. nemo potus 79. lib.6.* Neque obſtat fundamentum, quo moti contrarium tenuerunt Dec. *in d.c.1.n.14* quem poſt Riminald. ſequitur Menoch. *d.n.4.* Cabed. *d. uerſ. iuris arg. lib.1.c.5.n.18.* quòd ſcilicet delegati inferiorum non ab illis, ſed à lege ſuam accipiunt poteſtatem erga obedientes, & per conſequens vbique eam poſſunt exercere, & in omnes ipſius legis ſubditos, quia verius eſt hanc poteſtatem coërcendi impedientes dari delegato ab ipſo delegante, quia committendo cauſam videtur concedere omnia, ſine quibus expediri non poteſt, quod reperitur in poteſtate coërcendi impedientes iuxta regulas prædictas. Deinde licèt vera eſſet prædicta ratio, nihil concluderet, quia etiam certum eſt Ordinarios à lege ſuam recipere poteſtatem, *l more, l.& quia, ff. de iuriſd. omn. iud.* & tamen non in omnes ſubditos legis eam poſſunt exercere, ſed ſolùm intra limites ſuæ iuriſdictionis, & in ſuos ſubditos *d. l. fin. c. cùm Epiſcopus, de officio Ordin.lib.6.*

Si verò conſtiterit, &c.]Notatur ad hoc quòd reſcriptum ſecundum prioris reuocatorium quoad proceſſum factum contra tertios trahitur retro, & reddit illud nullum, vt per Innoc. *hic in verbo, reuocatas, verſ. vel dic.* Hoſt. *col.vlt.n.6.in verbo per ſecundas,& n* 7. Io. Andr. *col.pe .n.9.* Petr. de Anch. *col.3 n* 2. *verſ. præterea*, & alios, quos refert & ſequitur Rendina *in prompt. recept ſent.tit.103.n.1.* 3

In gloſſ. *Denunt etis*, ibi, *Violenter reſiſti poteſt.* Notatur ad hoc quòd iudici malè exequenti violenter reſiſti poteſt, vt per Duen. *reg.190 ampl.8.* Marantatu *diſp. 1. n.25.* Caſſand. *in conſuetud. Burgundiæ, fol 76. numero 24.* Perez *l. 41. gloſſ. 1. poſt princ. tit.19. lib.8. Ordin.* 4

In gloſſ. *Et inane, fin.* Notatur ad hoc quòd ſententia lata per Ordinarium, qui per errorem iudicat vt delegatus, cùm non ſit, eſt nulla, vt per Bernard. *reg. 668.* Coſm. *in pragm ſanct tit. de collat.§. reſeruationes, verbo, nullæ, fol.192.* Cald. Pereira *de empt.& vend.c.3 n.13.* 5

Notatur etiam ad hoc quòd qualitas electa per partem, & iudicem admittenda eſt, nec actus ſuſtinetur propter illam qualitatem, quæ aderat, & tamen electa non eſt, vt per D. Barboſ. *in l.1. ff. de iud. art.1.n.210.* 6

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio delegati re integra morte mandantis expirat.*
2 *Integra vel non integra quando res dicatur, ac per conſequens perpetuata iuriſdictio oſtenditur.*
3 *Delegatio morte delegantis integra finitur.*
4 *Donatio inter virum, & vxorem morte ciuili confirmatur.*

Cap. Licèt vndique. XXX.

CAuſa quando delegatur tribus, cum clauſ. *Quod duo poſſint ſi vnus impeditur*, quorum vnus delegat ſuas vices alteri, & moritur, & tertius legitimè reiicitur vt ſuſpectus, qui ſupereſt ſi cauſa eſt integra, non poteſt iudicare, quia morte ſubdelegantis expirat poteſtas. Si verò cauſa fuit incepta illo viuente, poteſt quia repræſentat duos. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Anch. Bellam. Ioan. Andr. Barbat. Hoſt. Innoc. Bald. Panorm. Anan. Butr. Imol. Felin. Hentic. Viu. *in ration primi libri iuris Pont. pag.386.* Alagona *in compend. iur Can pag.140.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p.1.& 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect.3. Decret. lib.1.tit.18.c.9.* 1

Si iuriſdictione à ſuo ſibi collega delegata vi non cœperit.] Aduerte quòd res dicitur non integra, ſed cœpta 2

qualitercunque cœperit iudex iurisdictione vti, exercens quemcunque actum iurisdictionalem, etiam sine partis citatione, vt tenent citati à Sanch. *de matrim. lib.8. disp 28.n.8.* vbi *n 10.* probabilius asserit vtroque iure desiderari ac sufficere partis citationem vt res desinat esse integra, ac perpetuetur iurisdictio delegata, & *n.13.* resoluit sat esse à iudice prolatum citandi decretum, vt res desinat esse integra, quod etiã tenent Ant.Gabr. *com.lib 2.de cit.concl.2.* D.Barbos. *in l. si quis posteaquam, n.40.& seqq ff de iud* & idem Sanch. *vbi supra n.18.& 19.* tener rem integram esse non desinere, nec perpetuatam esse iurisdictionem si delegatus vices suas asseri committat, aut per solam rescripti præsentationem factam iudici.

3 *Morte mandatoris expirat.*] Notatur ad hoc quod morte delegantis re integra finitur delegatio, vt per Marant. *de ordine iud.p.4. dist.5.n.61.* Peregr. *var.lib.1. ad rub.huius tit.n.41.*

4 In ead.gloss.ibi, *Quia morte naturali confirmatur donatio, & non ciuili.* Contra hanc glossam tenent communiter Doctores donationem inter virum & vxorem morte ciuili confirmari, ex quorum numero sunt Greg. *l.4.verbo, en su vida, tit.11 p.4.* Sanch. *de matr. lib.6. d sp 17.n 3.* Molina *de iustit.tr.2.disp 288. vers. donatio causa mortis*, Card.Mantic. *de tacitis, & ambig. conuent.lib.21 tit.7.n.9.* Bened. Pinel. *select iuris interpr. lib.2.c.3.*

SVMMARIVM.

1 *Delegatus quis non creditur nisi delegationem probet.*
2 *Delegato iudici; etiamsi sit vir excelsus atque illustris, asserenti se habere mandatum delegationis non creditur, nisi eo præsentato.*
3 *Executor Apost. vel delegatus non potest exercere iurisdictionem literis non præsentatis.*
4 *Citatus à delegato non tenetur comparere nisi incerto tenore, & copia commissionis, vel delegationis in citatione.*
5 *Excommunicatio lata à delegato, qui copiam suæ delegationis petenti non dedit, est nulla.*
6 *Fidem facere non oportet de ordinaria iurisdictione.*

CAP. Cùm in iure. XXXI.

1 NEmo cogitur exequi quæ mandantur à delegato, nisi constet, seu probetur de delegatione Sedis Apost. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Host. Ioan. Andr. Anch. Panorm. Barb. Bald. Fel. Butr. Imol. Anan. Innoc. Henric. Viu. *in ration. primi libri iur. Pont. pag.* 386. Alagona *in compend. iur. Can. pag.* 131. remissiuè Ximen. *in concord. p.1.& 2.& tom 2. rep in iure Canonico ad primum Decret. librum.* Quintilian. Mandos. *in appendice*, refertur ab Ant. Aug. *collect.3. Decret. l.b.1. tit.18.c.23.* & est pars Decretalis *cùm in iure, sup. de elect.*

2 Probat hic text. quod iudici delegato asserenti se habere mandatum delegationis non creditur, nisi eo præsentato, vt per Mascard. *de probat. concl.* 949. *n.18. & concl.* 1045. *n.7. cum seqq.* Aloys. Ricc. *in collect. decisionum, p.3. collect.* 532. Petez *l.2. gloss.1. tit.1. lib.8. Ordin* Sanch. *de matr. lib.8. disp.17. n.17.* etiamsi sit vir excelsus atque illustris, Tiraq. *de nobil. c.9. n.36* Menoch. *de arbitr. lib.1. q.76. n.8. & lib.2. casu 112. n.8. & de præs. lib.2. præs.15. n.4.* Dec. *cons.18. n.157. vol.1.* Alexand. Raud. *resp.21. n.135. vol.1.* Bernard. Græuæ. *ad pract. Cam. Imper. lib.1. concl.148. consid.3. n.9.* Hinc etiam dicenti esse se Legatum, licèt Cardinalis sit, non debetur integra fides nisi literas ostendat Menoch. *cons.* 100. *n.77. cum seqq. & de præs. lib.6 præs.59. n.4. & 5.* Henric. *in sum lib.10. c.28 n.2.* Sanch. *d. disp 17. n.18.* Quamvis Cardinali asserenti se Romani Pontif. Legatum esse, extra Curiam habendam fidem asserat Azor. *inst. moral. p.2. lib.4. c.3. q.10. vers. quintum, & lib.5. c.27. q.8*

Vnde sequitur exequutorem Apost. vel Legatum 3
non posse exercere iurisdictionem literis non præsentatis. Flam. *de resign. lib.1. q.21. n.16.& 17.* in tantum 4
vt citatus ab eo non teneatur comparere nisi in certo tenore, & copia commissionis, vel delegationis in citatione, vt per Marant. *de ordine iudiciorum, p.4. dist.5. n.61. vers. trigesimo octauo differunt.* Mynsing. *cent.3. obseru.1.* Aloys. Ricc. *d. collect.* 532. *vers. infertur tertiò*, Azin. *in praxi Florent. §.5. c.2. n.3.* Dec. *tr. crim. lib 4. c.25. n.12.* Menoch. *cons.* 798. *n.6. & de præs. lib.2. præs.15. n.1.* Lancel. *de attent. c.4. in præfat. n.166 cũ seqq. p.1.* Raud. *cons 13. n.13. vol.1.* Camil. Borel. *cons 68. n.5.* D. Barbos. *in l. si quis ex aliena, n.9 ff de iud.* Mol *de iust. tom.6. tr.5. disp.25. n.1.* Aloys. Ric. *in praxi aurea, resol.* 414 vbi *n.2* tenet sufficere quòd in citatione delegati inseratur tenor delegationis, & non esse necessariã transmissionem originalis, & *n.11.* id intelligit quoad comparendum, non autem quod respondendum, quia tunc reus comparens coram delegato potest exigere rescriptum originale, & tunc ante exhibitionem literarum citatus nisi venerit non efficitur contumax, vt per Ann. *alleg* 147. quem refert Aloys. Ricc. *d. collect.* 532. *vers. refertur secundo.* Et excommunica- 5
tio lata à delegato, qui copiam suæ delegationis petenti non dedit, est nulla, Nau. *cons.9. in antiq. alias 5. in nouis, de sent. excom.* Sayr. *in floribus decis. sub eod. tit. dec.10.* Et citatio delegati in qua non fuit incertum originale rescriptum, non est potens ad declarandum illum, qui in canonem excommunicationis inciderit, Ann. *alleg.24.* quem refert Aloys. Ricc. *d. collect.* 532. *in fine.* Quid perditæ fuerint literæ commissionis, vide Azeued. *l.1.n.126. cum seq. tit.5. lib.3. nouæ recop.*

Vltimò in hac materia aduertendum duxi quòd 6
quamvis iudici delegato non credatur nisi de commissione eius constet, de ordinaria tamen iurisdictione non oportet fidem facere, Azeued. *l.10. n.9. tit.5. lib.3. nouæ recop.*

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio prorogari non potest per procuratorem non habentem mandatum de re ad rem.*
2 *Rescripta sunt stricti iuris.*
3 *Rescriptum delegatorum ad certas res, non extenditur ad alias, nisi de partium consensu expresso, vel tacito.*
4 *Prorogatio de re ad rem non admittitur in iurisdictione ordinaria.*
5 *Procuratoris dolus non obest domino.*
6 *Procuratoris factum domino in causa in qua habet mandatum nocet.*
7 *Mandatum est stricti iuris.*
8 *Procurator si formam mandati excessit, excusatur dominus ab expensis.*
9 *Procurator excedens fines mandati principalis sciente, & non contradicente, gesta per ipsum censentur à principali ratificata.*

CAP.

Cap. Cùm olim Abbas. XXXII.

1 DElegatus intelligitur constitutus ad illa tantùm, quæ in literis inueniuntur expressa, & eius iurisdictio non extenditur ad alia, & si alia quærit, reus non tenetur comparere, nec respondere, nec potest excommunicari propter illa alia. Colligunt ex Ord. Abb.antiq.Zabar.Collect. Bellam. Ioan.Andr. Anch. Imol. Anan.Barbat.Bald.Felin.Butr.Panor.Host.Innoc. Viu.*in ration.primi libri iur. Pontif. pag.*387. Alagon.*in compend.iur.Can.pag.*141. remissiuè Ximen. *in concord. p* 1.*&* 2.refertur ab Ant. Aug. *collect.*3. *Decret. lib.*1. *tit.*18.*c* 11.

2 *Cùm in rescriptis nulla de illis mentio haberetur.*] Notatur ad hoc quod rescripta sunt stricti iuris, vt dixi *suprà ad c.Rodulphus* 35.*de rescript.n* 3.

3 Notatur etiam ad hoc quod rescriptum delegatorium ad certas res, non extenditur ad alias res, nisi de partium consensu tacito vel expresso, vt per Peregr. *var.lib.*1.*ad rub.huius tit.n* 39.

4 *Nec ad ipsos potuerit iurisdictio prorogari.*] Notatur ad hoc quòd in iurisdictione delegata non admittitur prorogatio de re ad rem, vt per D.Barbosa *in l.*1 *ff.de iudic.art.*1. *n.* 222. *cum seqq.* vbi de intellectu huius textus.

5 *Cùm procurator ad illa solummodò*, &c.] Notatur etiam ad hoc quod dolus procuratoris non obest domino, vt per Cosm. *in pragm. sanct. tit.de elect.c. sicut, si verò, versea vice, fol.*125.

6 Notatur etiam ad hoc quòd factum procuratoris domino in causa in qua habet mandatum nocet, vt per Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.*5. *collect.*1605. siue consistat in committendo, siue in omittendo, Rota *decision.* 79. *part.* 1. *diuersorum*, etiam quoad connexa, & consequntiua mandati, Rota Lucens. *decis.*6. *&* 41.

7 Notatur etiam ad hoc quòd mandatum est stricti iuris, vt per Escobar. *de ratiocin. cap.* 23. *n.* 36. *vers. tertio.*

8 Notatur etiam ad hoc quòd excusatur dominus ab expensis, si excedat procurator formam mandati, vt per Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum & vxorem.* §.66.*n.*26.

9 In gloss. *Protinus*, *in princ.* ibi, *Quod præiudicet domino nisi statim contradicat.* Notatur ad hoc quòd dominus quando scit & patitur procuratorem excedere fines mandati, & non contradicit, illa patientia extendit mandatum, & ratificasse dicitur gesta per ipsum, vt per Tiraq. *de retractu lig.* §.9. *gloss.*3. *n.*13. Stracc.*de mercat.tit.mandati, n.*18. Pinel.*in l.*2.*C.de rescind.vend.p* 2.*c.*1.*n.*18. Mascard. *de probat.concl.*1004. *n.*22. Perez *l.*7. *gloss.*1. *tit.*1. *lib.*3. *& etiam l.*1. *gloss.*7. *tit.*3.*lib.*3. *& l.*1.*gloss.*1.*vers.quæro quot modis*, *tit.*4.*eod. lib.*3. *Ordin.* Mench.*q freq.c.*13.*n.*5. Menoch.*cons.*120. *n.*26.& faciunt quæ tradit Palat.*in d.rep.rub.*§.68.*n.*24. *& seq.*

SVMMARIVM.

1 *Sigilla iudicum delegatorum violando, acta causa relationis, aperiens non auditur postmodum contra illa.*

2 *Literas alienas aperientes quas pœnas incurrant, ostenditur.*

3 *Aperire literas alienas, & legere, quando sit peccatum mort. ostenditur.*

4 *Puniendus est quis in quo deliquit.*

5 *Literas relationis vnius iudicis aperiens etiamsi dirigantur Sum. Pont. non tenetur pœna falsi, sed extraordinaria.*

Cap. Cùm olim magister. XXXIII.

SIgilla iudicum delegatorum violando aperiens 1
peracta causa relationis, non auditur postmodum contra illa. Colligunt Doctores *in princ. text.* citati Abb.antiq.Zabar.Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Butr.Henric. Imol. Anch. Panorm. Innoc.Host.Bald. Felin. Vivian.*in ration primi libri iuris Pontif. pag.* 388. Alagona *in compend.iur.Can.pag.*14[illegible].remissiuè Ximen. *in concord.p.*1.*&* 2.

Et scripta, quæ nobis fuerant præsentanda, non erubuit 2
aperire.] De pœnis aperientium literas alienas agit apud nostros Ordin.Regia *lib.*5.*tit.*8. & apud Castellanos *l.*16 *tit.*3. *lib.*2. *Ordinamenti*, & latè tractarunt Clar.*§. falsum*, *n.*26. Menoch.*de arbitr. casu* 538. Viu. *decis.*9[illegible].Bernard.& Salzed.*in pract.c.*106.*in nouiss edit.* Dec.*tract.crim.lib.*7.*c.*17 *n.*45.*cum seqq.* Aloys.Ricc.*in collect. decis. p* 4. *collect.*1208. *& p* 5. *collect.*1929. Fr. Emman.*q.Reg.tom.*1.*q.*35 *art.*2 Aldrete *de religiosa disciplina Ecclesiæ*, *lib* 2. *c.*17.§.3.*n.*23. latè Farin.*in praxi crim. p* 6. *de falsitate*, *& simulat. q.* 150. *n.* 114. *cum seqq* & nouissimè Coriolan. Capucin. *de casibus reseruatis*, *p.* 2.*casu* 11.*de iudic.reg.*§ 10. *à n.*1 *pag* 809. *cum seqq.* Quarant. *in summa Bullarij*, *verbo*, *Casus reseruati.*

Aperire literas alienas, & legere in re magni momenti censetur grauis iniuria, tam in eum, qui illas misit, quàm in illum ad quem mittuntur, & ideo in huiusmodi apertione committitur peccatum mortale, nisi sit in sequentibus casibus. Primò si sit superior regularis. Secundò ex ratihabitione mittentis, vel eius ad quem mittitur. Tertiò, causa sibi cauendi ab iniuriis, vel insidiis. Quartò, si ex inaduertentia fiat, putans, eas ad se scriptas. Quintò, si contineant res parui momenti. Sextò, si ex curiositate, & nullum sit periculum alterius incommodi. Vide Nauar. *in c. Sacerdos*, *à num* 10. *de pœnit. dist.* 6. Fr. Emman. *d. q.*35.*art.*3. L. ff.*de iustit. lib.*2.*c.*12. *dub.*18.*n.*131. *cum seqq.* Valer. Reginald.*in praxi fori pœnit lib.*24. *n.*119. *cum seqq.*

Vt in eo saltem puniretur in quo peccauerat.] Notatur 4
ad hoc quod puniendus est quis in eo in quo deliquit, vide Perez *l.*2.*gloss.*1.*tit.*6.*lib* 8. *Ordin.* Azeued. *l* 4.*n.*56.*tit.*17.*lib.*8.*nouæ recop.* Bart.Perez *ad extrauag. ambitiosæ*, *de rebus Ecclesiæ non alien. verbo*, *illis exceptis*, *n.*8.

Nolumus exaudire.] Notatur ad hoc quòd aperiens 5
literas relationis vnius iudicis, etiamsi dirigantur Summo Pontif. non tenetur pœna falsi, sed pœna extraordinaria, vt per Bertaz. *cons.*112.Farin.*d.q.*150. *num.*118.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus subdelegatum collegæ impediti non tenetur admittere si in rescripto est claus.* Quòd si ambo, *&c.*

2 *Instrumenti probata traditione censetur translatum verum mandatum.*

3 *Clausula, quod si ambo interesse non possunt, vnius illam definiat, stante non potest interesse non valens subdelegare.*

4 *Parum & nihil æquiparantur.*

5 *Procurator admittitur cum cautione de rato si dubitetur*

tur illum non habere mandatum.

6 *Procurator in dubio præsumitur, penes quem reperiuntur acta ipsius causæ.*

7 *Coniuncta persona pro coniuncta in causis spiritualibus sine mandato non admittitur.*

8 *Rescriptum iustitiæ impetrans vt collega detur Ordinario, litis pendentiam coram Ordinario narrare debet.*

CAP. Coram dilecto. XXXIV.

1 CAusa quando delegatur duobus cum clauſ. *Quòd ſi ambo intereſſe non poſſint, vnus procedat,* & vnus non poteſt intereſſe, ſed ſubdelegat alterum; alter delegatus poteſt ferre ſententiam ſine ſubdelegato, quia clauſ. *Si ambo*, non intelligitur per ſe, vel per alium, ſed per ſe, præſertim, quando ſecundus delegatus obtinuit literas ſubrepritias. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Ioan. Andr. Bellam. Innoc. Anch. Hoſt. Panorm. Imol. Anan. Butr. Bald. Felin. Barbat. Henric. Viu. *in ration. primi libri iur. Pont. pag.* 588. Alagon. *in compend. iur. Can. pag.* 141. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 3. *tit.* 12. *de Parochiis, & aliis Parochianis, c.* 1.

2 *Qui cum inſtrumentis*, &c.] Notatur ad hoc quòd probata traditione inſtrumenti cenſetur tranſlatum verum mandatum, de quo vide Matthi. Coler. *de proceſſib. exequut. c.* 2. *p.* 2. *n.* 55. *cum ſeq.* Surd. *conſ.* 500. *n.* 22. *verſ. tertio loco non obſtat, & conſ.* 540. *n.* 22 Steph. Grat. *diſcept. forenſ. c.* 90. *n.* 13. *cum ſeqq.*

3 *Quod ſi ambo.*] Notatur ad hoc quòd quando cauſa committitur cum clauſula, *quod ſi ambo intereſſe non poſſint, vnus illam definiat*, tunc ſi vnus intereſſe non poſſit, ſed velit ſubdelegare, non tenetur alter ſubdelegatum admittere, ſed ſolùm procedere poteſt ad cognitionem & definitionem cauſæ, vt per Molinam *de iuſtit. tom.* 6 *tr.* 5. *diſp.* 24. *n.* 3. *verſ. quando duobus*, vbi idem reſoluit ſi tres delegarentur cum prædicta clauſula.

4 *Ratò, vel nunquam.*] Notatur ad hoc quod parum, & nihil æquiparantur, vt per Tiraq. *de iudic. in rebus exig. verſ.* 8. Surd. *conſ.* 197. *n.* 2. & 21. Sebaſt. Næui. *ad l. minus* 32. *n.* 2. *ff. de verb. ſignif.* cum aliis per me citatis *Axiom.* 175. *n.* 1.

5 In gloſ. *Abſque literis* 1. ibi, *Vel poteſt dici quòd ideo cauit de rato, quia mandato dubitatur.*] Notatur ad hoc quod procurator admittitur cum cautione de rato, ſi dubitetur illum non habere mandatum, vt per Mench. *vſufreq. c.* 16 *n.* 3.

6 In ead. gloſſ. ibi, *Sed videtur quod iſte*, &c. Notatur ad hoc quod in dubio procurator præſumitur penes quem reperiuntur acta ipſius cauſæ, vt per Hyppol. *in pract. §. diligenter, n.* 94.

7 In ead. gloſſ. ibi, *Sed credo*, &c. Notatur ad hoc quod coniuncta perſona pro coniuncto in cauſis ſpiritualibus ſine mandato admittenda non eſt, vt per Panorm. *hic n.* 7. Lap. *alleg.* 70. *n.* 6. Vant. *de nullit tit. de nullit. ex defectu mandati, n.* 130. & alios de quibus Duen. *reg.* 123. *limit.* 4.

8 In gloſ. 2. Notatur ad hoc quòd reſcriptum iuſtitiæ impetrans vt collega detur ordinario, litis pendentiam coram eo narrare debet, vt per Menoch. *de arbitr. caſu* 102. *n.* 6.

SVMMARIVM.

1 *Locus quando eſt ſuſpectus parti, delegatus poteſt delegare alium in loco non ſuſpecto Et Canonicus in cauſa concanonici delegatus recuſare poterit.*

2 *Comparere nullus tenetur in loco vbi potentes inimicos habet, vel ad quem non habet tutum acceſſum.*

3 *Comparere nullus tenetur in loco vbi terribiles inimicos habet, etiamſi habeat ſaluum conductum.*

4 *Canonicus an probet in fauorem ſui Capituli.*

5 *Teſtis repellitur, qui habet conſimilem cauſam.*

CAP. Cùm R. XXXV.

1 LOcus quando eſt ſuſpectus parti, delegatus poteſt delegare alium in loco non ſuſpecto præcipiendo, &c. Et Canonicus meritò poteſt recuſare iudicem in cauſa alterius Canonici. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Anch. Bellam. Ioan. Andr. Barb. Hoſt. Innoc. Bald. Panorm. Anan. Butr. Imol. Fel. Henric. Guid. Papæ, Viu. *in ration. primi libri iur. Pont. pag.* 389. Alagona *in compend iur. Can pag.* 141. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 4. *Decret. lib.* 1. *tit.* 12. *c.* 2.

2 *Propter multas, & graues inimicitias*, &c.] Notatur ad hoc quòd nullus tenetur comparere in loco, vbi potentes inimicos habet, vel ad quem non habet tutum acceſſum, vt per Menoch. *remed* 8. *recup. n.* 124. *de arbitr. caſu* 151. *n.* 13. & *conſ.* 100. *n.* 183. *cum ſeq.* Bonac. *com crim p.* 1. *verbo, citatus, fol.* 24. Ceual. *commun. contra comm. q.* 809. *n.* 20. Matthi. Coler. *de proceſſib. execut. p.* 4. *c.* 1. *n.* 190. Maſcard. *de probat. concl.* 9. *à n.* 1 Fel. *in praxi crim. q.* 11. *n.* 56. *verſ. & inter alios.* Melch. Phœbos *Luſitaniæ deciſ. tom.* 1. *Areſto* 111. Bernard. Græuæ. *ad pract. Cam. Imper. lib.* 1. *concl.* 52. *n.* 11. Camil. Borrel. *in ſumma omnium deciſ. tit.* 4. *de citat. n.* 47. & *tit.* 46. *de concumacia, n.* 183. Galganet. *de iure publico, lib.* 2. *it t.* 17. *n* 46.

3 Amplia etiamſi iudex ipſe ſaluum conductum citato ad locum non tutum illibatè obſeruaturus eſſet, adhuc tamen citatus ſub fide hac à iudice data comparere non tenetur, vbi in iudicij loco priuatim terribiles inimicos haberet, vt per Farin. *d. q.* 11. *n.* 56. Bernar d. Græuæ. *d. concl.* 52. *n.* 5. & 6.

4 *Exceptis Canonicis.*] Vtrùm Canonicus probet in fauorem ſui Capituli, vide Hector. Æmil. *verbo, teſtis Abbas, n.* 13. Maſcard. *concl.* 261. *n.* 6. & 9. Rebuff. *de reprobat. teſtium, n.* 59. Farin. *in praxi crim. q.* 60. *n.* 460. & illud verum eſt quòd Canonicus in cauſa ſui concanonici non repellitur à teſtificando in poſſeſſorio ſi habet intereſſe in petitorio tantùm, Farin. *d. q.* 60. *n.* 461. Buratt. *deciſ.* 552. *n.* 8.

5 In gloſſ. *Cùm ſint eius ſocij*, ibi, *Et teſtis repellitur qui habet conſimilem cauſam.* Vide Maſcard. *de probat. concl.* 395. *numero* 17. & *concluſ.* 1357. *num.* 54 Bobadil. *in ſua politica, lib.* 5. *c.* 2. *n.* 53. quos refert parens meus *in comm. ad Ordinat. Regias Luſitan. lib.* 3. *tit.* 21. *n.* 19. *pag.* 210.

In ead. gloſſ. ibi, *Vnde facilius repellitur iudex quàm teſtis.* Notatur ad hoc quod iudex ſuſpectus recuſatur quando recuſatur teſtis, gloſſ. *verbo, familiarem verſ. hic tamen aduertas, in c. inſinuante, ſup. hoc tit.* Card. Tuſch. *lit. S. concl.* 908. *n.* 11. Farin. *fragm. crim. p.* 2. *lit. I. num.* 778.

SVMMARIVM.

1 *Delegato iudici ſi mandatur vt illam abſoluat qui dicit ſe iniuſtè excommunicatum, ante probationem illum abſoluere tenetur. Si autem dicat excommunica-*

municationem nullam, probationem nullitatis ante pronuntiationem admittere debet.

2 *Excommuntiatio post appellationem iustè latam ipso iure est nulla.*

3 *Probatum in iudicio non admittitur quod nihil releuat.*

CAP. Cùm contingat. XXXVI.

1 COnquerens se post appellationem ad Papam fuisse excommunicatum, antequam absoluatur, sunt admittendæ probationes excommunicati, & excommunicantis, vt cognoscatur an absolui debeat, vel declarare, quòd non sit excommunicatus. Item si conqueratur se iniustè excommunicatum, est priùs soluendus, & deinde admitti debent probationes. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Host. Ioan. Andr. Anch. Panorm. Barbat. Bald. Fel. Butr. Imol, Anan. Innoc. Henric. Guid. Papæ, Viu. *in ration. primi libri iur. Pontif. pag.* 389. Alagon. *in compend. iur. Can. pag.* 142. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 4. *Decret. lib.* 1. *tit.* 12 *c.* 3.

Probat hic text. excommunicatione obstricto, quæ post legitimam appellationem lata dicebatur, absolutionem præstandam non esse priusquã constiterit per legitimas probationes an absolutione indigeat. Obstat tamen, quia quando dubitatur an excommunicatio, aut etiam valida sit, præstatur absolutio ad cautelam de qua agit text. *in c.* 2. *& in c. venerabilibus, § sed sit, de sent. excom. lib* 6. Cou. *in c. alma, p.* 1. § 12. *n.* 7. Nau. *in man. c.* 27. *n.* 277. Vgol. *de censur. tab.* 1. *c.* 22. §. 1. *à n.* 4. Tolet. *lib.* 1. *c* 14 *à n.* 7. Soar. *tom.* 5. *disp.* 7. *sect.* 8 *à n.* 12. Sed occurrit Vgolin. *cit. loco* dicens textum in præsenti agere de eo, qui absolutionem ad cautelam non postulabat, vt necessarium esse deducitur ex *d. c.* 2. ibi, *Petenti absolutio non negatur.* Vel secundò quòd licèt hodie post dictum *c.* 2. hæc absolutio ad cautelam ordinario iure sit concedenda, vel ab Ordinariis, vel delegatis quoties de excommunicatione, vel ipsius validitate dubitatur, olim non ita, sed erat remedium quoddam extraordinarium, quod specialibus casibus concedi solebat, vt *in c. per tuas de sent. excom.* ibi, *Quanquam Apost. Sedes talem etiam consueuerit*, &c. & in suspensione probat *c. venerabili, eod. tit.* notat Con. *d. loco*, quamvis addit. glossæ *verbo superiorem in d. c.* 2. contrarium probet.

2 *Absolutione indigeat.*] Notatur ad hoc quòd excommunicatio post appellationem iustè latam ipso iure est nulla, vt per Nau. *in c. si quando, de rescript. sexta causa nullit. à n.* 1. *& causa* 14. *nullit. n.* 1.

3 In gloss. *Nihilominus*, ibi, *Non debet quis admitti ad probandum illud, quod probatum non prodest.* Notatur ad hoc quòd non admittitur in iudicio probatum quod nihil releuat, *l.* 8. *tit.* 11. *lib.* 3. *Ordinam. vbi gloss.* 1. *& l.* 4. *tit.* 6. *lib.* 4. *nouæ recop.* vbi Azeued. cum aliis citatis *in libello de principiis vtriusque iuris, lit. P. n.* 49.

SVMMARIVM.

1 *Subdelegatus delegati Papæ si iurisdictione vti cœperit, à delegato remoueri non potest, & si fecerit contra mandatum, siue excesserit formam rescripti, processus est nullus.*

2 *Monasterij bona superior dissipans ab administratione remouetur.*

3 *Alienari res largè si dicitur sola possessio transferatur.*

4 *Consilium, quando ratione subiectæ materiæ sumitur pro consensu, est requirendum.*

5 *Delegatio finitur si delegatus in totum subdelegauerit causam ipsam.*

CAP. Venerabili. XXXVII.

Honor. III.

REscripti formam non seruans v. g. qui non restituit Episcopum loco suo antequam inquirat de dilapidatione contra Episcopum, eius processus est nullus. Item qui subdelegauit vices suas, & subdelegatus incipit processum, non potest ampliùs alteri subdelegare. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Bellam. Zabar. Ioan. Andr. Anan. Anch. Guid. Papæ, Host. Innoc. Butr. Panorm. Imol. Felin. Bald. Barb. Henric. Viu. *in ration primi libri iuris Pontif. pag.* 390. Alagona *in compend. iur. Can. pag.* 142. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. 1

Esset de dilapidatione suspectus, &c.] Notatur ad hoc quòd Superior bona Monasterij dissipans ab administratione remouetur, vt per Aldret. *de religiosa disciplina tuenda, lib.* 1. *c.* 16 §. 4. *n.* 30. 2

Omne alienationis genus, &c.] Notatur ad hoc quòd quando omne genus alienationis prohibetur, alienari res largè dicitur si sola possessio transfe tur, vt per Cald. Pereira *de extinct emphyt. c.* 5. *n.* 49. r 3

Sine cuius consilio, &c.] Notatur ad hoc quòd quando consilium ratione subiectæ materiæ sumitur pro consensu, est requirendum, & sequendum, vt per Tiraq. *de retractu lig.* §. 1. *glos.* 9. *n.* 159. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 46. *n.* 80. 4

Commisit in huiusmodi negotio vices suas, &c.] Notatur ad hoc quòd delegatio finitur si delegatus in totum subdelegauerit causam ipsam nulla parte sibi retenta, vt per Peregrin. *in var. lib.* 1. *super rub. huius tit n.* 35. *vers. quarto.* 5

SVMMARIVM.

1 *Delegatus si pronuntiauerit se iurisdictionem non habere, ipsam etiam de consensu partium non reassumit.*

2 *Paupertas callidè affectata non prodest.*

3 *Vidua dies non est annumeranda inter miserabiles personas, nec habet priuilegium trahendi ad Curiam.*

4 *Nobilitatis mentio fieri debet in literis ad lites.*

5 *Nobilitas differt à diuitiis.*

6 *Delegatio finitur, si delegatus ex altera causa obiectæ pronuntiauerit se iudicem incompetentem.*

7 *Delegatus non potest reuocare sententiam interlocutoriam.*

8 *Sententiam interlocutoriam quilibet iudex ordinarius reuocare potest.*

9 *Transacto tempore, intra quod causa debuit terminari per arbitrum, non erit locus prorogationi compromissi iam extincti.*

10 *Pœna apposita in contractu nullo est nulla, & inutilis*

11 *Pœna in quacunque dispositione apposita sequitur naturam principalis dispositionis.*

12 *Contractu annullato annullantur etiam omnes clausulæ contentæ in eo.*

13 *Decretum irritans non ampliat dispositionem principalem, sed tanquam accessorium illius naturam sequitur.*

CAP.

Cap. Significantibus, XXXVIII.

Greg. IX.

1 IVdices, qui pronuntiant se non habere iurisdictionem ex rescriptis in tali causa, non possunt deinde iurisdictionem reassumere, etiam partibus assentientibus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anch. Butr. Barbat. Innoc. Host. Bald. Felin. Panorm. Henric. Viuian. *in rat. primi libri iur. Pontif. pag.* 190. Alagon. *in compend. iuris Can. pag.* 143. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2.

2 *Iuliana vidua mentiens se pauperem.*] Notatur ad hoc quod paupertas callidè affectata non prodest, nec aliquod priuilegium dat, vt per Azeued. *ad l.* 1. *n.* 44. *tit* 1. *lib.* 4. *nouæ recop.* quem refert parens meus *in remiss. ad Ordin. Reg. Lusit. lib.* 1. *tit.* 5. *§. n.* 20.

3 Notatur etiam ad hoc quòd vidua diues non est annumeranda inter miserabiles personas, nec habet priuilegium trahendi ad Curiam, vt per Marantam *disp. 9. n.* 195. Kirchou. *tom.* 1. *com opin. lib.* 3. *tit.* 12. *n.* 1. *pag.* 399. Cornel. Benincas. *de priuil. paupert. q* 4. *n.* 12. Tiraq. *in l. si vnquam, verbo, facultatum, n.* 1. *prope fin. C. de reuocandis donat.* Mascard. *de probat. concl.* 1064. *n.* 3. Card. Tusch. *lit. V. concl.* 203. *in princ.* attestantes text. *in c. ex parte, infr. de foro compet.* probantem Reginam Angliæ gaudere priuilegio miserabilium personarum, procedere ex eo, quia Rex & Regina possunt esse pauperes respectu suæ conditionis. Quicquid contrarium, imò viduam etiam diuitem inter miserabiles personas annumerandam esse, ac gaudere priuilegio, *l. vnic. C. quando Imper. inter pupillos, & vid.* teneant Con. *pract. c* 6. *n.* 2. Thesaur. *Pedem. decis.* 117. *n.* 3. Vivian. *decis.* 459. *n.* 12. *& decis.* 521. *à n.* 7. Vincent. de Franch. *decis.* 100. *n.* 19. Menoch. *de arbitr. casu* 66. *n.* 4. Alex. Trētacinq. *var. resol. lib.* 2. *tit. de cit. resol.* 2 *n.* 16. D. Barbos. *in l.* 1. *p.* 1. *n.* 50 *ff. soluto matr.* Camil. Borrel. *in sum. omn. decis. tit.* 57. *à n.* 9. Bernard. Muscat. *in sua praxi aurea Ciuil. gloss. competens, n.* 53. Castil. *quotid. lib.* 3. *c.* 25. *n.* 25. Steph. Gratian. *discept. forens. c.* 182. *n.* 3. Modern. *de iurisd. p.* 2. *c.* 21. *n.* 6. *& in votis nouissimarum decis. voto* 209. *n.* 5.

4 *Quæ nobilis est.* Notatur ad hoc quòd in literis ad lites debet fieri mentio nobilitatis, vt per Tiraq. *de nobilit. c.* 37. *n.* 61.

5 *Et diues.*] Ergo differt nobilitas à diuitiis, vt per Tiraq. *de nobilit. c.* 3. *n.* 13. *cum seqq.*

6 *Interloquendo pronuntiatum*, &c.] Notatur ad hoc quòd delegatio finitur si delegatus ex altera causa obiecta pronuntiauerit se iudicem incompetentem, itave ampliùs non possit reassumere causam, Peregr. *var. lib.* 1 *super rub. huius tit. n.* 35.

7 Notatur etiam ad hoc quòd delegatus non potest reuocare sententiam interlocutoriam, vt per Marant. *de ordine iudiciorum, p.* 4. *dist.* 5. *n.* 49. Roman. *sing.* 129. Franch. *in c. cum cessante, col.* 4. *in fine, cum duab. seqq. vers. secundò limita, de appell.* refert plures Salgado *de protect. Regia tom.* 1. *p.* 3. *c.* 18. *n.* 40. vbi rationem reddit quòd cùm talis delegatus interlocutoria emissa super aliquo articulo per quem finitur eius officium desinat esse iudex, & finiatur eius iurisdictio, veluti si se incompetentem declarauit, aut non esse procedendum ad vlteriora, vel quia absoluit partem ab obseruatione iudicij, tunc non poterit reassumere, nec amplius poterit sententiam reuocare, vbi *n.* 48. hoc intelligit suo motu proprio, at verò quando pars per appellationem à tali interlocutoria interiectam contradicant, tunc potest reassumendi iurisdictionem reuocare sententiam, regulariter tamen quemlibet iudicem Ordinarium suam sententiam interlocutoriam reuocare posse tenent Cardos. *in praxi ind. verbo, Iudex, n.* 66. *&* 67. Aloys. Ricc. *in collect. dec. p.* 5. *collect.* 1474. *limit.* 4. Cald. Pereira *q. forens. lib.* 1. *q.* 9. *per totam* Salgado *d. c.* 18. *n.* 42. non solùm semel, sed millies, Steph. Grat. *discept forens. c.* 14. *n.* 11. *& c.* 165. *à n.* 16. 1 8 2

Demum fuit à partibus, &c.] Notatur ad hoc quòd 9 transacto tempore intra quod causa debuit terminari per arbitrium, non erit locus prorogationi compromissi iam extincti, vt per D. Barbos. *in l.* 1. *art.* 1. *n.* 73. *ff. de iudic.*

In gloss. *Per formam* ibi, *Et ideo cùm principale non* 10 *teneat, nec pœna super hoc adiecta.* Notatur ad hoc quòd pœna apposita in contractu nullo est etiam nulla, & inutilis, in idem est gloss. *Verbo pœna, in c.* 2. *de precar.* vt per Tiraq. *de constituto, p.* 3. *limit* 7. *n.* 28. Perez *l.* 1. *gloss.* 3. *pag.* 112. *in fine, tit.* 2. *lib.* 5. *Ordin.* Valasc. *cons.* 85. *n.* 3. 4. *&* 5. Et pœna in quacunque dispositione ap- 11 posita sequitur naturam principalis dispositionis, vt si ea non valeat, nec pœnæ quoque promissio, vt Tiraq. *ad l. si vnquam, C. de reuocand. donat. in fin n.* 3. Cou. *in c. quamvis pactam, de pactis, lib.* 6. *p.* 2. *§.* 4. *n.* 4. Burg. de Pace *cons.* 10. *n.* 22. Et annullato contractu 12 annullantur etiam omnes clausulæ contentæ in eo, vt per Flam. *de resign. lib.* 12. *q. fin. n.* 28. Valasc. *cons.* 85. *n.* 3. Nec decretum irritans ampliat dispositionem princi- 13 palem, sed tanquam accessorium illius naturam sequitur, Tiraq. *d. limit.* 7. *n.* 15. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss fin. n.* 55.

SVMMARIVM.

1 *Arbitri electi ad causam recusationis assignant partibus terminum ad probandum causam suspicionis, & index recusatus compellit arbitros ad causam finiendam.*

2 *Arbitri sunt assumendi qui iudicent recusationem iudicis.*

3 *Delegatus iudex recusatus potest compellere litigantes ad eligendos arbitros coram quibus causa recusationis probetur, & decidatur.*

4 *Arbitrorum iurisdictio est extraordinaria à lege.*

5 *Arbitri electi procedunt in causa recusationis, & assignant terminum partibus ad eam probandam.*

Cap. Suspicionis. XXXI. X

SVspicionis iustam causam quando reus assignat, 1 eliguntur arbitri, qui, & non iudex, assignant tempus ad cognoscendum de hac suspicione, sed iudex potest arbitros cogere, vt sollicitent. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Imol. Anan. Bald. Barbat. Henric. Panormit. Hostiens. Butr. Anchar. Felin. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag.* 391. Alagon. *in compend. iur. Canon. pag.* 143. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2.

Sed arbitrari potius, coram quibus, &c.] Notatur ad 2 hoc quòd arbitri sunt assumendi, qui iudicent recusationem iudicis, vt per Tiraq. *in l. si vnquam, C. de reuocandis donat. verbo, susceperit liberos, n.* 247. Et huiusmodi arbitri præscribere possunt partibus terminum, intra quem probare coram ipsis debeant causam, aut causas recusationis iudici propositas veras esse, aut falsas: si aduersarius falsas esse probare velit,

velit, possunt, item citare, & compellere testes, vt ad testimonium accedant, eosque punire si delinquant, ita Molina *de iustit. tract. 5 disp. 23. n.* 10. Soar. de Pace *in practica, tom. 2. p. 2. c. 6. n.* 10.

3 *Ab ipso quoque iudice*, &c.] Notatur ad hoc quòd delegatus iudex recusatus potest compellere litigantes ad eligendos arbitros, coram quibus causa recusationis probetur, & decidatur, & si fuerint discordes, quòd tertium sibi aduocent, vt per Soar. de Pace *d. c. 6. n.* 11. Molina *d. disp. 23. n* 12. *& n.* 14. tenet quòd *cap. legitima, de appell. lib.* 6 non derogat textui in præsenti.

4 In glos. *Ad quos omnia*. ibi, *Iurisdictio istorum quasi ordinaria est*. Notatur ad hoc quòd iurisdictio horum arbitrorum est extraordinaria à lege introducta ad particularia aliqua cognoscenda, ac definienda circa causas aliquas tam in quibus proceditur iurisdictione delegata, quàm iurisdictione ordinaria, vt per Molin. *d. disp. 2. n.* 11.

5 In gloss. *Terminum*. Notatur ad hoc quòd arbitri electi procedunt in causa recusationis, & assignant terminum partibus ad eam probandam, quem terminum iudex recusatus assignare non potest, vt per Soar. de Pace *d. c.* 6. *n.* 21. vbi *n.* 22. asserit text. in præsenti non esse correctum per *d. c. legitima*, vbi probari videtur terminum ad probandam causam recusationis assignandum esse partibus ab ipso iudice recusato, & non ab arbitris electis; quia text. ille loquitur solummodo de termino assignando ipsis arbitris ad decidendam causam recusationis, hic verò text. loquitur de termino assignando partibus ad probandam causam recusationis.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio delegata ad personas non expressas in rescripto etiam de ipsarum consensu prorogari non potest.*
2 *Delegati excommunicare possunt eos, in quos delegatam habent iurisdictionem.*
3 *Delegatus extendere non potest suam iurisdictionem ad personas in rescripto suæ delegationis, saltem per generalem clausulam, minimè contentas.*
4 *Iurisdictio delegata prorogationem non admittit.*
5 *Rescriptum est restringendum.*
6 *Rescripta delegatoria sunt stricti iuris.*
7 *Prorogatio quot modis fieri debeat, remissiuè.*
8 *Prorogatio iurisdictionis non censetur diuersa iurisdictio, sed potius eadem cum extensione.*
9 *Prorogantes partes videntur respexisse ad qualitatem iudicis, cuius prorogauerunt iurisdictionem.*

CAP. P. & G. XL.

1 IVrisdictio delegata non extenditur ad illas personas, de quibus in rescripto non fit mentio. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Barbat. Bald. Panor. Felin. Host. Anch. Innoc. Mantua, Henric. Alex. de Neuo, Viu. *in ration. primi libri iur. Pont. pag.* 392. Alagona *in compend. iur. Canon pag.* 143. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. Multa circa intellectum huius text. tradit Ant. Fuertes *lect. Canon. lib.* 2. *c.* 6.

Excommunicationis, &c.] Notatur ad hoc quòd de-
2 legari excommunicare possunt eos, in quos delegatam habent iurisdictione m, vt per Lud. Mirandam *in manuali Prælatorum, tom.* 2 *q.* 35. *art.* 8. *concl.* 1. *in fine*, Nau. *in man. c.* 27. *n.* 5. *propè finem*.

Cum huiusmodi delegata iurisdictio, &c.] Notatur ad 3
hoc quòd delegatus extendere non potest suam iurisdictionem ad personas in rescripto suæ delegationis saltem per generalem clausulam minimè contentas, etiamsi illæ consentiant, vt per Nauar. *in c. cum contingat. 7. causa nullit. in princ. de rescript.* Menoch. *cons.* 340. *n.* 54. Mench. *freq c.* 14. *n.* 16. Morla *in emporio iuris, p.* 1. *tit.* 2. *q.* 21. *n.* 2. Molina *de iustit. tom.* 6. *tr.* 5. *disp.* 25. *n.* 2. Peregr. *var. lib.* 1. *ad rubr. huius tit. n.* 38. *& ad rubr. tit. de officio iudicis ordinarij, n.* 32. Erasm. à Cochier. *de iurisd. Ordin. in exemptos, p.* 2. *q.* 11. *n.* 2.

Notatur etiam ad hoc quòd iurisdictio delegata 4
prorogationem non admittit, vt per D. Barbos. *in l.* 1. *art.* 1. *n.* 204. *ff. de iudic.*

Notatur etiam ad hoc quòd rescriptum est restrin- 5
gendum, vt per Perez *l.* 6 *gloss.* 1. *vers. quæro* 20 *tit.* 12. *lib.* 3. *Ordinam.* rescripta enim delegatoria sunt stri- 6
cti iuris, Franc. Bec. *cons.* 21. *n.* 14. *&* 33. Marc. Anton. *var. resol. lib.* 1. *resol.* 8. *n.* 4. *& resol.* 39. *n.* 11.

In gloss. *Prorogatio*, *fin. in princ.* Quot modis fieri 7
possit prorogatio, vide Perez *in l.* 1 *pag.* 529. *col.* 1. *post med. & col.* 2. *vers. quæro quot modis*, *tit.* 4 *lib.* 3. *Ordinam.*

In ead. gloss. ibi, *Imò videtur quòd eadem sit.* Nota- 8
tur ad hoc quòd prorogatio iurisdictionis non censetur diuersa iurisdictio, sed potiùs eadem cum extensione, Perez *d. l.* 1. *gloss.* 1. *pag.* 529. *col.* 2. *in med.* D. Barbosa *d. l.* 1. *art.* 5. *n.* 13.

In ead. gloss. ibi, *Item prorogatur iurisdictio*, &c. No- 9
tatur ad hoc quòd partes prorogantes videntur respexisse ad qualitates iudicis, cuius prorogauerunt iurisdictionem, vt per D. Barbos. *d. l.* 1. *art.* 5. *n.* 12.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus iudex vt quis possit esse debet habere vigesimum suæ ætatis annum completum, de consensu verò partium excedere decimum octauum*, & n. 2.
4 *Inquisitor contra hæreticam prauitatem quam ætatem habere debeat, remissiuè.*
5 *Lex, vel statutum vbi requirit quòd actus fiat ab aliquo scienter, debet libellari de scientia, & probari.*
6 *Iudex dari non potest ab alio, quàm à Principe minor 18. annorum, etiamsi partes consentiant.*
7 *Arbiter non potest esse minor annis viginti, alias sententia ab eo est nulla.*

CAP. Cùm vigesimum. XLI.

DElegatus debet dari maior 20. annis, sed de con- 1
sensu partium potest dari maior decem & octo annis, minor non potest dari nisi à Principe. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Innoc. Barbat. Imol. Bald. Butr. Panorm. Guid. Pap. Host. Fel. Viu. *in ration. primi libri iur. Pontif. pag.* 291. Alagon. *in compend. iur. Can. pag.* 44. remissiuè Casal. *in annot* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2.

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Ani- 2
les *ad capita Prætorum*, *in proœm. verbo*, *qualquier*, *n.* 7. *fol. mihi* 14. Menoch. *de arbitr. casu* 427. *n.* 11. Cald. Pereira *in l. si curatorem*, *C. de integrum restit. min. verbo*, *hunc contractum*, *n.* 44. Molin. *de iustitia, tom* 6. *tract.* 5. *disp.* 25. *n.* 3. D. Barbosa *in l. cùm Prætor*, *§. fin. de iud. n* 71. vbi *n.* 73. agit de intellectu *l. quidam consulebant* 57. *ff. de re iud.*

Peregeris.] Ergo non sufficit vigesimus annus in- 3
ceptus, vide Girond. *de priuilegiorum*, *& exemptionum explicat u.* 1241. *& seqq.*

4 *Dari potuisti in huiusmodi ætate delegatus.*] Limita in Inquisitore contra hæreticam prauitatem, vt *in Clem. 2. de hæret* Simanch. *de institit. cathol. tit. 34. n. 12. & 13.* quem refert Azeued. *l. 2. in fin. tit. 9. lib. 3. nouæ recopil. pag. 329.*

5 *Scienter.*] Notatur ad hoc quòd vbi lex vel statutum requirit quòd actus fiat ab aliquo scienter, debet libellari de scientia, & probari, vt per Corset. *in sing. sententia 1. incip vbi lex, in lit. S. 327.*

6 In gloss. *Ætatem, fin.* ibi, *minor verò*, &c. Notatur ad hoc quòd minor 18. maior autem 14. annorum ab alio quàm à Principe iudex dari non potest, etiamsi partes consentiant, & in hoc contra glos. *in d. l. cum Prætor, §. non autem, & in d. l. quidam consulebant*, hanc communiter esse approbatam dicunt Capra *reg. 31. n. 13.* Bellam. *tom 1. commun. opin. lib. 3. tit. 1. n. 36. pag. 362.* Azeued. *ad l. 7. tit. 9. lib. 3. nouæ recopil.*

7 In ead. gloss. ibi, *Arbitrium vero*, &c. Notatur ad hoc quòd arbiter non potest esse minor annis viginti, aliàs sententia per eum lata est nulla, Blanc. *de compromiss. p. 35. q. 2 n. 22.* Baptist. *de arbitr. tract q. 9.* Viu. *d. tom. 1. com. opin. lib. 3. tit. 26. n. 120.*

SVMMARIVM.

1 *Delegatorum, vel arbitrorum plurium simpliciter datorum potestas expirat per mortem vnius.*
2 *Delegatorum vno decedente delegatio extinguitur quoad alios.*
3 *Si vnus ex pluribus arbitris, vel iudicibus impediatur, alij non possunt procedere.*
4 *Vita & fama æquiparantur.*

CAP. Vno delegatorum. XLII.

1 DElegati plures quando dantur, vel arbitri simpliciter sine claus. *Quòd si vnus*, &c. mortuo vno expirat in aliis auctoritas. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Barbat. Bald. Butr. Panorm. Host. Felin. Guid. Papæ, Innoc. Viu. *in ration primi libri iuris Pont. pag. 393.* Alagona *in compend. iur. Canon. pag. 144.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1.*

2 Collige ex text. delegatorum vno decedente delegationem extingui quoad alios, Menoch. *consil 340. n. 1. cum seqq* Perez *l. 1. gloss. 1. pag. 491. vol. 1. ante med. tit. 2 lib. 3. Ordin.* Molina *de iustit. tom. 6. tract. 5. disp. 24. n. 1. vers. quia ergo*, vbi resoluit quòd si multi ad aliquid delegentur absque alia declaratione, & vnus eorum è vita discedat antequam sententia feratur, tota delegatio eo ipso expirat, neque iurisdictio ad causam prosequendam & ad sententiam ferendam in cæteris iudicibus residet, sed tunc ad delegantem est recurrendum. Intellige hunc text. cùm facta est delegatio nominatis personis, secus si dignitati, iuxta text. *in c. quoniam Abbas, sup. hoc tit.* Quid si fiat delegatio alicuius causæ duabus dignitatibus, vt simul causam cognoscant, & fortè vtraque dignitas ab vna eademque persona sustinetur, an possit nihilominus is, qui ambas dignitates sustinet, causam huiusmodi cognoscere, quæstio ad præsentem materiam multum curiosa, quam negatiuè resoluunt Alex. *in l. de die § si fideiussor, in fin. ff. qui satisd. cogantur*, Bertachin. *in suo repert. verbo delegato n. 11.* Massob. *in praxi habendi concursum ad Parochiales Ecclesias vacantes requis. 5. dub 10. n. 1.* secundùm Roman. impress.

Notatur etiam hic text. ad hoc quòd si iudices plures dati sint simpliciter, tunc vno suspecto omnes suspecti fiant, & sic non solùm recusatus impeditur procedere, sed etiam alij coniu lices, quia vno deficiente omnium cessat iurisdictio, cuius exercitium non censetur in solidum datum, vt per Farin. *fragm. crimin. p. 2. lit. I. n. 772.*

Vel arbitrium.] Notatur ad hoc quòd si vnus ex pluribus arbitris vel iudicibus impediatur, alij non possunt procedere, vt per Cosm. *in pragm. sanct. tit. de collat. § statuit. verbo, spectat, fol. 251.* 3

In gloss. *Delegatorum*, ibi, *Idem esset si alter efficiatur infamis.* Ergo vita, & fama æquiparantur, vt per Perez *l. 1. gloss. 1. pag. 223. col. 1. ad med. tit. 9. lib 8. Ordin. & ibi l. 2. glos. 3. pag. 296. col. 1. ante med. & l. 1. glos 2. pag. 323. col. 2. in fine, tit. 16. eod. lib. 8.* 4

SVMMARIVM.

1 *Delegatus Papæ subdelegare potest, licèt datus sit ex officio, vel de partium consensu, vel cum claus. prælectionis, videlicet,* Quòd si non omnes, tu cum alio exequaris.
2 *Papa in delegando videtur voluisse prouidere negotiis litigiosis, & personis.*
3 *Subdelegatio cessat per industriam personæ electam.*
4 *Industria personæ electa ad impediendam subdelegationem in dubio non censetur.*
5 *Industria personæ electa præsumitur, quando commissa esset grauis, & explicatu ardua causa.*
6 *Factum vbi committitur, quod per vnum, & non per alterum explicari potest, censetur electa industria personæ.*
7 *Industria personæ electa censetur, quando eligitur persona, aut datur à Papa per Signaturam tuam, vel de eius mandato super exequendis aliquibus.*
8 *Commissio facta, quando esset his verbis,* per te, vel per vos expediri mandamus, *censetur electa industria personæ.*
9 *Industria personæ electa censetur, quando in rescripto commissionis dictum esset,* freti, *vel* confusi tua prudentia, & dexteritate mandamus.
10 *Vel si dicatur,* personaliter exequaris.
11 *Vel si dicatur,* discretioni tuæ mandamus.
12 *Vel si dicatur,* super quibus negotiis expediendis conscientiam tuam oneramus.
13 *Vel si dicatur,* tu tu cognoscas.
14 *Delegare non potest alteri is, cui committitur executio mdi ministerij.*
15 *Declarantur, & conciliantur text. in præsenti, & in c finali, de officio Ordinarij.*

CAP. Quoniam. XLIII. & fin.

DElegatus Papæ subdelegare potest, licèt datus sit ex officio, vel de partium consensu, vel cum claus. prælectionis, videlicet, Quòd si non omnes, tu cum alio exequaris, &c. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Collect. Zabar. Innoc. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Butr. Anch. Host. Panorm. Barbat. Felin. Guid. Papæ, Imol. Bald. Henric. Viu. *in ration. primi libri iur. Pontif. pag. 394.* Alagon. *in compend. iur. Canon. pag. 144.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* 1

Intendit prouidere negotiis, & non personis. 1.] Notatur ad hoc quòd Papa in delegando videtur voluisse prouidere negotiis litigiosis, & non personis, vt per Peregrin. *var. lib. ad rubr. huius tit. n. 8.* 2

§. Is autem.

3 Probat hic §.quòd per industriam personæ electam subdelegatio cessat, vt per Capic.*decis.*151.*n.*5.*&* 6. Soar. *in thesauro receptarum sent lit. D. n.* 39. Magon. *Lucensi decis.*9.*n.*4.Franc. Monald.*cons.*143.*n.*12. Menoch. *de præsumpt.lib.*2. *præs.*21.*n.*2.*&* *præs.*54.*num* 8. Sbroz.*de officio Vicarij*, *lib.*2.*q.*34.*n.*1. Vincent.Honded.*cons.*55.*n.*79.*volum.*1. Perez *l.*2. *gloss.*1. *ante finem*, per text.*ibi tit.*12.*lib.*2. *Ordin. & l.*10. *gloss.*1. *tit.*16. *eod.lib.*2. Peregrin.*var lib.*1.*ad rubr.huius tit.n.*7. Mar. Anton.*var.resol.lib* 1.*resol* 89. *n.*1. *vers. quando*, Surd. *consil.*435.*n.*16. Bellon. *de mandata iurisdict. c.*8. *q.*24. *num.*46.*&* 47. Gonzales *lib. vnic.var. cap.*20. *num.*28. Anton. de Fuentes *in repet.cap. super* 27.§ *porrò n.*60. *hoc tit.* Mastrill.*de magistrat.lib* 1.*cap.*29.*ex n.*19. latè & eleganter Rot. *in Regien. pensionis* 5. *Martij* 1631. coram R. P. D. Dunozetto ium.vbi quòd potest subdelegari nudum factum, seu ministerium, per doctrinam Baldi *in l nulli n.*4 *C. de Episcop. & cler.* & Butrij *in præsenti n.*29 *in fine.*Et quòd non habeat locum reg. *qui per alium*, &c. vbi electa est industria personæ, tradit Innoc.*in præsenti*, *in verbo commissum n.*2.*in fine*, vbi distinguit quòd aut aliquis potest auctoritate propria aliquid facere, & tunc non est vis si faciat per se, vel per alium, sed vbi auctoritate sua non potest facere, sed alterius, & tunc procedit hic text.videlicet quòd quando commissum est nudum ministerium, non potest alteri subdelegari, Butr.*hic n* 24. Abb.*n.*3 Rot.*decis.*14.*de offic.deleg.in nouis*, *&* *in d.Regien.pensionis* Intellige etiamsi sit delegatus à Principe summæ potestatis, quia ab eius persona recedi non potest, Rota *in vna Perustnæ concordiæ* 10. *Iun.* 1603. coram Illustrissimo Pamphil. apud Farin. *decis* 462. *n.*3. *p.*2. *recent.* & relatam per Cochier. *in comment.ad reg.*47.*Cancel.n.*7.

4 In dubio non censetur electa industria personæ ad impediendam subdelegationem, vt per Peregrin. *vbi proximè n.*8. Et quando est electa industria personæ, non debet alius dari, nec ille interesse, aut se intromittere potest, Surd.*dict.cons.*433.*n.*16.

Casus in quibus præsumitur electa industria personæ.

5 Primò electa præsumitur industria personæ quando commissa esset gravis, & explicatu ardua causa, vt per Abb.*hic n.*6.Felin.*n.*4.Bald.*cons.*123.*n.*5.*&* 6.*vers. tertium est magnitudo negotij*, *lib.*5. Aym. *cons.*303.*n.*3. Capic.*decis.*151.*n*°6. Menoch. *de arbitr.casu* 68. *n.*15. *&* *lib.*2.*de præsumpt. præs.*21.*n.*4.*&* *cons.*69.*n.*58. Mar. Anton.*d.casu* 57.*vers.tertio*, Aloys. Ricc. *in decisionibus Curiæ Archiep. Neapol.p.*1.*decis.* 88.*n.*6. Rota *in d. Regien.pensionis.* Quamvis ex sola gravitate causæ non videri electam industriam personæ, nisi aliunde de hoc constet, teneat D. meus Barbosa *in l.cùm Prætor*, §.1.*n.*462.*cum seqq.ff de iudic.* prior enim opinio vera est, eámque sequuta est Rota apud Farin. *decis.*234 *d. n.*1.*part.*1. *recent.* vbi censuit industriam personæ electam censeri quando committitur negotium graue, per illa verba, *fidei*, *& diligentiæ tuæ tanti momenti committimus negotium*, &c.

6 Secundò, vbi factum committitur, quod per vnum, & non per alterum explicari potest, vt per Menoch.*cons.*17.*n.*7.

7 Tertiò, quando eligitur, aut datur persona à Papa per Signaturam suam, vel de eius mandato factam super exequendis aliquibus, & ideo statuitur *in reg.*47. *al.*48. *Cancellariæ*, quòd literæ expediantur cum expressione, quòd idem iudex exequntionem faciat per ipsum, ita Alphons.Hisp.*n.*2.& Ioan.à Cochier. *n.*7.*super d reg* 48 *Cancellariæ.*

Quartò, quando commissio facta esset his verbis, 8
per te, *vel per eos expediri mandamus.* Petr. Foleri. *ad* Marant. *de ordine iudic. p.*4. *dist.* 5.*n.*27.*vers. & idem foret si dicatur*, Anton. Marc. de Camb.*inter decisiones Caualcani*, *ad finem decis* 46. *num* 384. *&* *seqq. part* 1. Aloys. Ricc. *d. decis*88. *num.*5. Quod minus dubitationis habet si adiecta dictione, *ipsum*, dicatur *per te ipsum expediri*, &c. Abb. *hic num.*1. *&* 6. Felin. *n.*3. Marant. *de ordine iudic. p.* 4. *tit. an sit iudicium ordinarium*, *n.*27. Menoch.*d lib.*2.*præs.*21.*n.*9. Aloys. Ricc. *d.decis*88.*n.*1. Marc. Anton.*var.resol.*1. *resolut. vlt. casu* 57. *vers. primo*; nam verba illa, *per te ipsum*, dicuntur personalissima, Surd. *cons.*53.*n.*7.*&* *decis.*210. *um.*18.

Quintò, quando in rescripto commissionis dictum 9
esset, *freti*, vel, *confisi tua prudentia,& dexteritate mandamus*, &c. Honded. *cons.*55. *n* 77. *vol.*1. Mascard. *de probat concl.*594.*n.*3.*&* 4. Alex. Raud. *resp.* 26.*n.*181. *p.*1. Aloys.Ricc.*d.decis*88.*n.*1.

Sexto, quando dictum esset, *personaliter exequaris*, 10
Menoch. *d.q* 21.*n.*13.*&* 14. Mascard. *d. conclus.*594. *n.*4 Gonzal.*ad reg.*8.*Cancel gloss* 43.*n.*23.

Septimò, quando dictum esset, *discretioni tuæ man-* 11
damus, &c.Mascard.*d.conclus.*594.*n.*3. Mar.Antonin. *var.resolut.lib.*1.*resol.*89.*n.*2 *vers.tum demum*, D. Marta.*de claus.p.*1.*clausl.*199.*n.*3.

Octauò, si in rescripto haberetur, *super quibus ne-* 12
gotiis expediendis conscientiam tuam oneramus. Abb. *hic num.*7. Felin.*n.*2. Iason. *in l à iudice*, *n* 11. *vers. quintò limita*, *C. de iudic.* Vant. *de nullit. in tit.ex defectu iurisdictionis deleg.n.*21. Marant.*de ordine iudic.p.*4.*dist.*2. *sub n.*27. *vers. & idem est si in commissione fuisset dictum*, Menoch.*d q.*21. *num.*12.*&* *de arbitr.lib.*1.*q* 68. *num.*12. Aloys.Ricc.*d.decis.*88.*n.*4. Mar. Anton. *d.casu* 57.*vers.secundo ponderando*, *&* *d. resol.*89.*n.*2. Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast.p.*2. *cap.*17.*n.*16. Sanch. *de matr.lib* 8.*disp* 27.*n.*43. D. Marta *d.p.*1. *claus.*253. *num.*1. Ego ipse *in meis remiss. de diction. claus.*13.*n.*4. quicquid aliud velint, Nau.*cons.*2 *sub hoc tit.* Fr. Emman.*quæst.Regular. tom.*2.*c.*119. *art. fin.vers. vltimo dico*, Aloys. Ricc.*in collect.decis.p.*4.*collect.* 1284. Marc. Anton.Genuens.*in praxi Archiep. Neapol.c.*69.*n.*5.*in nouiss.edit.*

Nonò, si geminatio verborum adesset, véluti, *tu tu* 13
cognoscas, Cott. *in memorab.verbo geminatio il secundo*; Menoch.*d.lib.*2.*præs.*21.*n.*11.*&* 12.

§. Cæterùm.

Probat hic §. quòd is, cui committitur executio 14
nudi ministerij, alteri delegare non potest, vt per Aloys. Ricc. *in collect. decis.p.* 4. *collect.* 1284. Marc. Anton. Genuens.*in praxi Archiep. Neapol. c.*69.*n.*6.*in nouiss.edit.*

Liceat hac de catero aliis demandare.] Procedit in 15
eo, qui ex delegatione, & commissione habet potestatem absoluendi, at verò text.*in c.fin.in fr. de offic. Ordin.* loquitur de eo, qui habet illam ex officio & priuilegio suæ dignitatis; ita hos textus conciliant Nau. *cons.*15.*in fin. de sentent. excom. in antiq. aliàs* 11.*de priuileg.in nouis*, Sanch.*de matrim.lib.*2. *disp.*40.*n.*13.*cum seqq. præcipuè n.*17. D. Barbos. *in l. cùm Prætor*, §.1 *n.*530.*ff. de iudic.*

Dispensare.] Intellige quando nudum ministerium 16
dispensandi, vel nudum factum est commissum sine causæ cognitione, Rota *decis.*8.*incip. Episcopus constituit*, *ad fin.in vlt.tit.de offic.Vicarij*, Sbroz.*de offic.Vicarij*,

carij, lib. 2. q. 34 n 4. At verò quando Episcopo committitur dispensatio requirens causæ cognitionem, vel habens eam illi annexam, poterit alij dispensationes demandare, quia propter causæ cognitionem annexam Episcopus censetur non nudus minister, nec aliàs constat quòd sit electa industria personæ, & ideo non prohibetur per alium deseruire, Rot. *d. decis.* 8. Sbroz. *d. q. 34. n. 3. & 5.*

17 *Quia non sibi iurisdictio,* &c.] In terminis huius text. dubitari non abs re poterit, an sub executores gratiarum, & literarum Apost. qui ab executore Romano ad executionem in partibus faciendam frequenter subdelegantur per clausulam illam, seu §. *ceterùm*, qui ad finem executorialium adiici solet, nudi tantùm & meri facti sint executores, vel iurisdictionem obtineant aliquam? In qua quæst. Nau. *in cap. cùm contingat, de rescript. secunda causa nulla.* distinguit inter subexecutores quoad ea, quæ sunt iurisdictionis, & in quibus illi partes iudicis assumere debent, de quibus in priori parte illius claus. *ceterùm*, vbi de Abbatibus, & aliis in dignitate constitutis fit mentio, & inter subexecutores quoad ea, quæ sunt meri facti, in quibus partes iudicis non licèt assumere, de quibus in posteriori parte illius clausulæ, vbi de simplicibus Clericis in minoribus constitutis, & etiam de notariis agitur. Sed hæc distinctio non satisfacit in proposito, siquidem id est quod quæritur, an huiusmodi subexecutores ad eos, qui iurisdictionis sunt, subdelegentur, & iudicis partes assumere possint; deinde quia cùm in his terminis vna & eadem sit commissio, ab vno & eodem Romano executore ad vnum & eundem effectum emanata, non occurrit ratio aut coniectura aliqua suadens illam debere diuidi, & diuerso iure censeri, itavt prior pars ad iurisdictionem, posterior ad merum factum referatur, iuxtà *l eum qui ff. de vsucap. cap. cùm in tua 30. vers. & non debeat, de decim.* id quod secus est in speciebus relatis à Nauarro, in quibus materia subiecta, ratio, aut mens disponentis diuersitatem arguit: insuper iuxta sententiam Nau. & distinctionem supradictam esset in potestate & voluntate illius pro quo gratia exequenda emanauit, vel iudicem, vel merum facti executorem assumere, quo magis alium grauaret, quod videtur absurdum. Vnde probabilius est, nisi aliud ex ipsa clausula, vel aliunde expressè, aut tacitè colligatur, huiusmodi subexecutores ad meri tantùm facti, & ministerij nudi executores deputari, tum quia illis in totum conueniunt ea, quæ de mero facti executore notantur; tum etiam quia iuxta verba & mentem illius clausulæ subexecutores tantummodo deputantur ad ea, quæ Romanus executor in remotis agens per se ipsum exequi non potest, cuiusmodi sunt ea, quæ in mero facto, & nudo ministerio consistunt. Deinde subexecutores exequuntur per censuras fulminatas ab executore Romano, quas illi in partibus denuntiant, id, quod meri facti est, iuxta hunc text. secundùm verò intellectum *c. nouit. 43. ibi*, non edidit, sed publicauit, &c. *de appellat.* Accedit, quia si executor aliquando iudicis partes assumere posset, nusquam (præsertim ab inferiore) delegaretur generaliter & incertus ad arbitrium & electionem impetrantis, pro quo gratia emanauit, contra reg. *c. ad hæc, de rescript.* id quod secus est in mero facti executore, qui cùm non iudicet, nec aliquid ex suo arbitrio faciat, ad certum qui ab alio præfinitum exequatur tanquam illius instrumentum, neminem grauat, *d. c. nouit*, & præterea quicunque generaliter deputari potest, quicquid aliter opinentur Staphil. *de literis gratiæ, tit. de formis mandatorum, vers. vlt. n. 6.* Gom. *de mandatis de prouidendo, v. 36.*

In gloss. *Commissum*, ibi, *Coërtionem tamen videntur habere*, &c. Quicquid velit gloss. & distinguat Vincent. *hic*, cuius distinctionem sequitur Sicul. *num. 14.* & satis æquum dicunt Zabarell. Abb. & alij in præsenti, verius videtur merum facti executorem, cui nudum ministerium exequendum committitur, non posse coërcere eos, qui resistunt, aut sunt impedimento executioni, sed recurrendum esse ad legitimum superiorem, iuxta iuris regulas, obseruant Ioan. Andr. Cardin. Abb. & DD. communiter *in præsenti, & in cap. ex literis, suprà hoc tit.* vbi Abb. *numero 4.* idem Abb. *in cap. de cætero n. 3. de re iudic.* Et suadetur, quia iuxta hunc text. huiusmodi merus executor nullam omnino habet iurisdictionem, cui isthæc coërcendi potestas adhærere debeat, iuxta *l. vltim. in fine, ff. de officio eius, & d. cap. ex literis*, ibi, *Cùm huiusmodi*; qui text. *in vers. ex qua*, quem hæc glossa expendere videtur, non obstat, quia secundùm prædictos non agit de mero facti executore, sed de executore iuris, cui iurisdictio in causa executionis demandatur, vt patet ex litera ibi, *iurisdictionem*, & ibi *quam*, (scilicet iurisdictionem) *potuerunt*, &c. iunctis verbis sequentibus, ibi, *ex qua* (scilicet iurisdictione) *coërtionem*, &c. *& in vers. cùm huiusmodi*; & de hoc executore intelligenda est *gloss. 1.* ibi, *quam* Abb. *& alij tanquam huic similem de mero facti executore intelligunt.* Sic similiter non de facti, sed de iure executore mero intelligitur text. *in c. significasti 7. in fine, vbi gloss. pon. sup. hoc tit.* secundùm omnes, *ibi*, & Bellam. *n. 29.* Alexand. *in c. sicut 2. q. 1.* vbi contra gloss. *hic*, cum supra citatis defendit communem, nisi ex ipsa commissionis forma aliud colligatur.

De Officio Legati.

TIT. XXX.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super rubr. scribentes.*
2 *Legatorum de officio & potestate agentes citantur.*
3 *Legatus non habet successorem.*
4 *Legationis officium antiquissimo vsu Ecclesiæ est comprobatus.*
5 *Legati triplici sunt differentia, alius est natus, alius missus dicitur, alius Legatus de Latere appellatur.*
6 *Legati omnes in suis prouinciis non delegatam, sed ordinariam iurisdictionem exercent.*
7 *Legationis officium in legatis de Latere non quidem maius quàm in aliis, sed tantummodo plenum existit, sicut fuit in sua natura in qua permanet.*
8 *Declaratur text. in cap. literas, de suppl. neglig. Prælat.*

SVPER hanc rubr. scripserunt Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Panorm. Butr. Zabarel. Barbat. Bald. Dec. Guid. Papæ, Alex. de Neuo, Didac. Sahag. Guillelm. Durand. *in breuiario iuris Canon. fol. 33.* Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canonum, fol. 165.* Petr. de Rauenna *in compendio iuris Canon.* Martin. Mesnart. *in epitome Decret. fol. 34.* Dan. Venator. *in analysi method. iuris Pontif. pag. 98.* Goffred. & Host. *in summa huius tit.* Alex. Cassan. & Anast. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretalium*

talium, Barthol. Carth. *in expoſit. titulorum iur. Canon.* Zypæ. *in analytica poſtremi iuris Eccleſiaſt. enarrat. pag.* 86. nouiſſimè Ioan. Honor. *lib.* 1. *ſumm. in Decret.* omnes *ſub hoc tit.*

2 De officio, & poteſtate Legati Apoſtol. tractant ex profeſſo Nicol. Boër. & Andr. Barbat. *in part. tractatibus*, & Zech. *de Republ. Eccleſ. tit. de ſtatu Illuſtr. Legati*, Caniſ. *in ſum iuris Canon. tit.* 17. *de officio Legati*, Eraſm. à Cochier. *de iuriſd. Ordin. in exemptos, p.* 2. *q.* 2. Gregor. *l.* 2 3 *tit.* 9. *p.* 1. Zerol. *in praxi Epiſcop. p.* 2. *verbo, Legati Apoſt.* Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 2. *c.* 27. Fr. Emman. *quæſt Regul. tom.* 2 *q. vlt. art. vlt.* Henriq. *in ſum. p.* 2. *lib.* 14. *c.* 24. §. 2. vbi etiam refert quòd Princeps Monarchiæ Siciliæ dicitur Legatus natus, Sebaſt. Cæſ. *de Eccleſiaſt. hierarch. part.* 1. *diſput* 3. *de Legatis*, & ex profeſſo de officio, & poteſtate Legati de Latere agunt Gondiſalu. Villadieg. & Ioan. Brun. *tom.* 13. *tract. Doctorum, p.* 2. *fol.* 23 c. & Andreas Gambarus.

3 Illud in præſentiarum ſingulare eſt quòd Legatus non habet ſucceſſorem, & Papa non poteſt cogi alium Legatum facere; quando verò locus legationis eſt certus, & conſuetum eſt in eo eſſe Legatos, cauſa vni Legato commiſſa poterit cognoſci per ſucceſſorem, vt per Steph. Grat. *diſcept. forenſ. c.* 92. *n.* 13. *cum ſeqq.*

4 Legationis officium antiquiſſimo vſu Eccleſiæ eſſe comprobatum probat text. *in c.* 1. *&* 2 84. *diſt. & in c decreto* 1. *c.* 6. Probatur ratione, etenim cùm proprium Romani Pont. munus ſit omnibus Eccleſiis paſtorali officio conſulere, iuxta text. *in c. cùm inſtantia, de cenſib.* & propter Eccleſiarum negotia peragenda multoties illius præſentia deſideretur, rectè conſtitutum fuit vt ipſe Pont. qui aliàs omnibus Eccleſiis perſonaliter intereſſe non poterat, ſelectiſſimos viros opere, & ſermone potentes ad eaſdem Eccleſias Legatos mitteret, qui tanquam Pontificis Vicarij Legationis officium exercentes facerent, illáque ad ſpiritualem vtilitatem expedirent.

5 Hi autem Legati in triplici ſunt differentia, alius namque eſt Legatus natus, alius miſſus dicitur, alius denique Legatus de Latere appellatur, meminit huius diuiſionis text. *in cap per.* vbi Abb. *n.* 1. *hoc tit.* text. melior *in cap.* 1. *eod. tit. lib.* 6. explicant Flamin. *de reſignat. benefic. lib.* 7. *quæſt.* 13. *ex n.* 2. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.* 3. *numero* 237. *cum ſeqq.* Zech. *d. tit. dè ſtatu Illuſtriſſ. Leg. num.* 2. Sebaſt. Cæſ. *de Eccleſiaſtica hierarchia part.* 1. *diſput.* 3. *de Legat.* § 1. Primus dicitur ille, cui annexus eſt honor Legationis, eo quòd perpetuò cohæret dignitati ipſius, tradit in ſpecie Abb. *d. num.* 1. provt eſt Archiepiſcopus Cantuarienſis, & alij, qua facti Epiſcopi ſtatim Legati appellantur, probat text. *in d. cap.* 1. *hoc tit.* Secundus eſt qui à Sede Apoſt. ſpecialiter mittitur, vt in aliqua prouincia Legationis officium exerceat, & licèt olim qui mittebantur ſemper eſſent de latere, vt colligitur ex text. *in d. cap decreto, & d. cap.* 1. 84. *diſt.* ex poſtfacto tamen ille, qui mittebatur, & mittitur ad huiuſmodi officium exercendum Cardinalatus honore non fulget ex neceſſitate miſſionis exemplum eſt in Nuntiis Hiſpaniarum, & aliarum prouinciarum. Tertius eſt Cardinalis qui ab Apoſtol. Sede Legatus conſtituitur, & appellatur de latere, eo quòd primus eſt corporis Pontificis, *cap. Eccleſia Senatum habet* 16. *q.* 1. tradunt Abb. *in d. cap.* 1. *n.* 8. *hoc tit. & in c. ad eminentiam, n.* 1. *de ſent. excom.* Mantua *dialog.* 124.

6 Omnes iſti Legati in ſuis prouinciis non delegatam, ſed ordinariam exercent iuriſdictionem, & poteſtatem, ex text. *in c.* 2. *hoc tit. lib.* 6. & vti tales ex vi ſuæ Legationis non Apoſtolica auctoritate, ſed potiùs ſuæ Legationis auctoritate ordinaria procedere, vt probat text. *in c. hi qui, & in c. ſi Apoſtolica*, ibi, *Suæ Legationis auctoritate*, vbi Domin. *n.* 1. *& in c. ſi eum, de præbend. lib.* 6. Abb. *in d. c.* 1. *n.* 3. Nec contrarium dixit text. *in d. c. decreto*, ſiquidem agit de cauſa criminali contra Epiſcopum, quæ attento iure ad Legatum non pertinet, iuxta text. *in cap. felix* 15. *q.* 7. & ideo eidem Legato in eo text. ſpeciali commiſſione cognitio demandata eſt. Sic ſanè prædictorum Legatorum officium non differt, aduertit Abb. *in c. volentes, n.* 1. *hoc tit.* eo quòd omnes in prouinciis ſibi decretis Pontificis Vicarij ſunt, ſeu vices gerentes, probat text. *in d. c.* 1. *hoc tit.* tradit Mendoſ. *in reg. de infirmis q.* 19. *n.* 3. qua de cauſa non tanquam perſonam Pont. repræſentantes, ſed tanquam eius locum tenentes, *c. venerabili* 3. ibi, *Vices noſtras, de conſuetud.* quatenus Legationē ipſam exercent æqualiter honorandi ſunt *c. vlt.* ibi, *Tanquam*, &c. 93. *diſt* addit Abb. *in d. c.* 1. *n.* 2.

Nec oppoſitum dicunt iura, quæ Legatum de latere ab aliis diſtinguere ſolent, veluti multo maiori tam honoris, quàm poteſtatis prærogatiua præſtantes, ſiquidem prædicta iura attentis nouioribus conſtitutionibus loquuntur, quibus Legationis officium in Legatis de latere, nō quidem maius quàm in aliis, ſed tantummodo plenum exiſtit, ſicut fuit in ſua natura in qua permanet. In aliis verò non in ſua natura permanens per eaſdem conſtitutiones nouas, deſinit eſſe plenum, & reſtrictum exiſtit, & ex vſu in Eccleſia obſeruatio probat text. *in c. ſi Abbatem* §. *fin. de elect. lib.* 6. Vnde & Legati omnes quatenus tales ex vi ſuæ Legationis attento iure quo ſua natura permanebant, concurrunt cum reliquis Ordinariis in conferendis beneficiis, ſicut in aliis aduertit Præpoſ. *in c. vlt. n.* 1. *de coniug. ſeru.* Imol. *in c. dilectus, n.* 1. *hoc tit.* & licèt text. *in d. c literas, de ſupl. negl. Prælat.* dicat auctoritate Pontificis fuiſſe factam prouiſionem, patet *auctoritate noſtra*, hìc tamen contigit, quia licèt per reſciptum de quo ibi ſuſcitaretur poteſtas Legati, cùm tamen in eodem reſcripto adiectum fuiſſet, vt auctoritate Pontific. Legatus faceret prouiſionem, non ordinaria ipſius Legationis, ſed delegata à Pontifice cenſetur talis prouiſio. 7 8

SVMMARIVM.

1 *Legatus Papæ etiam per ſimplicem querelam adiri poteſt.*
2 *Legatus tantum poteſt in ſua Prouincia, quantum Ordinarius in ſua diœceſi.*
3 *Metropolitanus non poteſt per querelam adiri, cùm tantùm ſit iudex ex appellationis cauſa.*
4 *Legatus etiam de Latere abſque ſpeciali mandato Papæ Epiſcopum deponere non poteſt.*
5 *Legatus de Latere eſt Cardinalis.*

CAP. Cùm non ignoretis, I.

Alex. III.

LEgatus Papæ non ſolùm per appellationem, ſed etiam per ſimplicem querelam adiri poteſt, quia in ſua prouincia gerit vices Papæ. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabarell. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Innocent. Imol. Anania, Bald. Barbat. Henric. Panorm. Hoſtienſ. Butr. Anchar. Guid. Papæ, Alex. de Neuo, Viuian. *in rationali primi libri iur. Pontificij, pag.* 412. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 150. remiſſi

remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.1.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 22. cap. 1.* & est post Concil. Lateran. *part. 44. cap. 3. & part. 50. cap. 66.*

2 Collige ex text. quòd tantum potest Legatus in sua Prouincia, quantum Ordinarius in sua diœcesi, Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 25. n. 15.* & circa dispensationes Couar. *de sponsalib. part. 2. cap. 6. §. 10. n. 11.* Henriq. *in summ. lib. 12. cap. 3. in princ.* Sanch. *de matrim. lib. 8. disp. 9. n. 25.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. p. 5. collect. 1974.*

3 *Vel querimoniam perueniunt.*] Notatur ad hoc quòd Metropolitanus non potest per querelam adiri, cùm tantùm sit iudex appellationis causa, vt per Couarr. *pract. c. 9. n. 2.* & vide quæ *infrà* habentur *ad cap. 8. in verbo, suspendatur, in fine, de officio Ordin.*

4 In glos. *Legationis*, ibi, *Cùm hoc Papa sibi specialiter reseruauerit.* Notatur ad hoc quod Legatus etiam de Latere absque speciali mandato Papæ Episcopum deponere non potest, Gemin. *in c. Primates 2. q. 1. & in c. reuouantur 22. dist.* Ego ipse *de offic. & potest. Episcop. p. 3. alleg. 112. n. 3.*

5 In ead. glos. ibi, *Imò Legatus missus de Latere Papæ, puta Cardinalis.* Notatur ad hoc quòd Legatus de Latere est Cardinalis, vt per Menoch. *cons. 190. n. 14.* Flamin. *de resign. lib. 8. q. 13. n. 5.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 5. c. 27. q. 2.* Villadieg. *tract. de legato, p. 1. q. 3.* Erasm. à Cochier. *de iurisd. Ordin. in exemptos, p. 2. q. 1. n. 1.* Nau. *de datis, not. 6. n. 11.*

SVMMARIVM.

1 *Legatus non potest se ingerere causæ alteri à Papa specialiter delegatæ,* & n. 2. *nisi vt sententiam iustam confirmet, vel exequatur, secus ex magna causa, vt* n. 4.
3 *Papa vbi apposuit manum, Legatus de Latere non potest se intromittere.*
5 *Delegatus non potest se intromittere de causa delegata, quia censetur priuatiuè commissa.*
6 *Par in parem non habet imperium.*
7 *Legatus si non vult, non potest compelli suam sententiam exequi.*

CAP. Studuisti. II. *Cœlest. III.*

1 LEgatus non potest se ingerere causæ alteri à Papa specialiter delegatæ, nec potest impedire processum, vel sententiam irritare, sed potest illam, si rationabiliter est lata, confirmare, & exequutioni mandare, quia mandatum speciale derogat generali. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Butr. Henric. Imol. Anch. Panorm. Innoc. Host. Bald. Barbat. Guid. Papæ, Alex. de Neuo, Viu. *in ration. primi libri iur. Pontif. pag. 413.* Alagona *in compend iuris Canon. pag* 150. remissiuè Ximen. *in concord. p. 1.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 2. Decret. lib. 1. tit. 13. cap. 1.*

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Læli. Zech. *de Republ. Ecclesiast. tit. de statu Illustriss. Legati, n. 4. propè finem, vers. vndecimo,* Daniel Venator. *in analysi methodica iuris Pontificij, lib. 1. tit. 1 axiomate 1.*

3 Nam vbi Summus Pontif. apposuit manum, Legatus de Latere non potest se intromittere, Gig. *consil. 86. numero 2.* Honded. *cons. 27. n. 15. vol 2.* quos refert, & sequitur Anton. Monach. *Bonon. decis. 119. num. 40.*

4 Ex magna tamen causa potest Legatus generalis se intromittere de causa commissa delegato, illique inhibere ne de ea cognoscat, vt per Tiraq. *de pœnis temper. in præfat. n. 34.*

5 *Alius, qui generalis in Prouincia Legatus,* &c.] Notatur ad hoc quòd ideo Legatus non potest se intromittere de causa delegata, quia censetur priuatiuè commissa, vt per Cabed. *Lusit. decis. 13. n. 6. p. 2.* vbi etiam secus dicit quando vtraque esset ordinaria, quia tunc intelligitur cumulatiuè concessa. Ratio verò principalis decisionis ea est, quia cùm delegato illa causa specialiter fuerit commissa, ob id Legatus ex generali commissione in ea se intromittere non potest, quia mandatum speciale generali detrahit, quo fit vt cùm cognitio illius causæ Legato subtracta fuerit, & in ea delegatus eo maior sit effectus, non possit in eam quomodolibet se intromittere, ita Narbona *de appell. à Vicario ad Episcopum, p. 1. n. 152.*

6 In glos. *Mandatum*, ibi, *Quia par in parem non habet potestatem.* Rebuff. *tom. 1. ad leges Galliæ, tr. de euocat. n. 46.* Cotta *in memorab. verbo, Par,* Surd. *cons. 147. n. 10. & cons. 106. n. 12. & cons. 167. n. 16.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. p. 5. collect. 1094.* Sigism. Scacc. *de appel. q. 2. n. 10.* Ioseph. Aldrete *in alleg. iuris pro omnimoda Regul. exempt. c. 4. n. 18.*

7 In glos. *Confirmare, fin.* ibi, *Sed nunquid Legatus tenetur ei obedire vt ipsam sententiam mandet executioni? non videtur.* Notatur ad hoc quòd Legatus si non vult non potest compelli à delegato suam sententiam exequi, quamvis ipse delegatus Legato mandare possit, vt eam exequatur, Marant. *disp. 1. n. 5.* nam delegatum Pontificis in causa sibi specialiter commissa Legato maiorem effici, per hanc text. resoluit Narbona *de appellatione à Vicario ad Episcopum, p. 1. n. 152.* Vnde Erasm. à Cochier. *de iurisdict. Ordinarij, in exemptos, p. 2. q. 2. n. 22.* resoluit Legatum beneficia conferre non posse, quæ ad Episcopi collationem spectant iure speciali, siue delegato, cùm in isto casu maior & excellentior sit ipso delegato.

CAP. Nisi specialis. III. *Innoc. III.*

1 LEgatus etiam Cardinalis non potest transferre Episcopum ab vna Ecclesia ad aliam. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Io. Andr. Anan. Innoc. Barbat. Imol. Bald. Butr. Panorm. Guid. Papæ, Viu. *in ration. primi libri iur. Pontif. pag. 413.* Alagon. *in compend. iur. Can. pag.* 150. remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 3. Decret. lib. 1. tit. 19. c. 1.*

2 *Quam ad personam tuam habuimus.*] Notatur ad hoc quod potest iudex pœnam minuere ob amicitiam, quam cum persona delinquentis habuit, vt per Tiraq. *de pœnis temper. causa 16. à princ. & causa 51. n. 20.* Clar. *in praxi §. fin q. 60. n. 35.*

3 *Ad Panormitanam de facto transferre.*] Aduerte quòd solus Sum. Pont. Ecclesiam Cathedralem diuellit, coniungit, aut alia ratione mutat. Ego ipse *de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 50. n. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Legatus etiam de Latere ex generali legatione non potest transferre Episcopos, vel vnam Ecclesiam Cathedrali alteri subiicere, vel duos Episcopatus venire, vel vnum diuidere.*
2 *Casus Papæ reseruati non transeunt in generali Legati de Latere commissione.*

3 *Reser-*

3 *Reseruata principi non veniunt in generali commissione.*
4 *Ambigua dispositio est intelligenda iuxta id quod consuenit fieri.*
5 *Legatus de Latere non venit appellatione Romani Pontificis.*
6 *Verba Can.* Si quis suadente *sunt promulgatæ sententiæ.*
7 *Legatus de Latere potest omnia, quæ non sunt reseruata Sedi Apost. in signum specialis priuilegij.*
8 *Apostolica Sedes, quæ specialiter reseruauit, non transferuntur in generali demandatione.*
9 *Appellatio omisso medio ad solum Papam interponitur.*
10 *Legatus de Latere potest cognoscere de causis contra exemptos.*

CAP. Quod translationem. IV.

1 LEgatus etiam Cardinalis non potest subiicere vnum Episcopum alteri, nec vnire duos Episcopatus, nec vnum diuidere, quia commissio generalis non extenditur ad ea, quæ in signum priuilegij singularis tantùm sunt reseruata Papæ: potest tamen absoluere excommunicatos etiam ob violentas manus iniectiones in clericos. Colligunt. ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Barbat. Bald. Butr. Panorm. Host. Henric. Guid. Innoc. Viu. *in ration. 1. lib iuris Pontif. pag.* 413. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 150. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. &* 2. refertur ab Anton. Aug. *Collect. 3. Decret. lib. 1. tit. 19. c. 2.*

2 *Sunt tantùm Summo Pontifici reseruata.*] Notatur ad hoc quòd in generali Legati à Latere commissione non transeunt casus Papæ reseruati, Nicol. Boër. *in tract. de potestate Legati à Latere, n.* 24. Erasm. à Coch. *de iurisdict. Ordinarij in exemptos, part. 1. q. 3. n* 13. *& part. 4. q. 3. n. 1.* in generali enim commissione non veniunt reseruata Principi, vt per Peregrin. *de iure fisci, lib. 1. tit. de iis, qui iura fiscalia habent, n.* 75. Quæ autem
3 soli Summo Pont. reseruata reperiantur in vnum collegi ego ipse *de officio, & potestate Episcopi, part. 3. alleg. 50. n. 3. cum multis seqq.*

4 *Sæpè fuere Legatis indulta.*] Notatur ad hoc quòd ambigua dispositio est intelligenda iuxta id quod consuenit fieri, vt per Cou. *lib. 1. var. c. 15. n. 9.*

5 *Generalis sit tibi commissa legatio*, &c.] Notatur ad hoc quòd Romani Pontificis appellatione non venit Legatus de Latere, vt per Guttier. *de iuram. confirmat. part. 1. c. 52. n. 6.*

6 *In Canonem promulgatæ sententiæ.*] Notatur ad hoc quòd verba *Canon. si quis suadente*, sunt promulgatæ sententiæ, vt per Tiraq. *in l. si vnquam, C. de reuocandis donat. verbo, reuertatur, n.* 150. Coriolan. Capucin. *de casibus reseruatis, part. 2. casu 3. n. 48. prope finem, pag. mihi* 500.

7 In gloss. *Reseruata.* Notatur ad hoc quòd Legatus à Latere potest omnia, quæ non sunt reseruata Sedi Apost. in signum specialis priuilegij, vt per Anton. Monach. *Bonon. decis. 28. n. 11.*

8 In ead. gloss. ibi, *Ista omnia, quæ sibi specialiter Sedes Apostol. reseruauit. in generali damnatione non transferuntur.* Vide Perez *l. 1. gl. 2. pag. 459. col. 2. ante med. tit. 1. lib 3. Ordin.*

9 In ead. gloss. ibi, *Ad ipsum solum omissis mediis appellatur.* Vide Narbonam *de appellat. à Vicario ad Episcopum, p. 2. fundam. 1. n. 25.* & citatos *ad cap. si duobus, infr. de appellat.*

In ead. gloss. ibi, *Ego credo quòd potest cognoscere*, &c. 10
Notatur ad hoc quòd Legatus de Latere potest cognoscere de causis contra exemptos, vt per Fr. Emman. *q. Regul. tom. 2. q. 62. art. 1.* Paris. *cons. 28. n. 31. cum seqq. p.* 4. Villard. *in tr. de legato, p. 1. q. 8. n.* 20. Erasm. à Cochier. *de iurisd. Ordinarij in exemptos, p. 2. q. 2. n. 7.* Ratio est, quia licèt sit de reseruatis Papæ cognoscere de causis exemptorum, tamen singulare est & speciale quòd Legatus à Latere habeat iurisdictionem in exemptos, *cap. veniens, de verb. signif. in 6. c. si Abbatem, de elect. eod. lib.* tum quia (vt inquit Io. Monach.) Papa eximendo à iurisdictione cuiuslibet Ordinarij non videtur eximere à potestate Legati de Latere, Nau. *de datis & promissis pro iustitia, notab. 4. n. 10. vers. 2. per ea, quæ.* Aduertendum tamen quòd licèt Legatus à Latere possit veluti Summus Pont. cognoscere de causis exemptorum, vt *supra* ostendi, eximere verò non potest, quia nihil facere potest quòd tendat in violationem iuris communis, Abb. *in cap. fin. num. 2. cum addit. inf. de confirm vtili.* Boër. *in tr. de potestate Legati de Latere, n. 44.* Villadieg. *d. tract. p. 1 q. 9. n. 64.* eximere autem & aduersatur iuri, *c. omnes Basilicæ 16. q. 7.* & plurimum præiudicat Ecclesiæ, Baron. *annal. tom 8. ann. 676. Pont. Adeodato*, quare ita resoluit Erasm. à Cochier. *p. 1. q. 3. n. 13.*

SVMMARIVM.

1 *Legatus ex quo causam ad Superiorem remisit desinit esse iudex illius,* & n. 2.

CAP. Licet. V.

1 LEgatus postquam transmisit causam Papæ examinandam cessat eius iurisdictio, nec est ampliùs iudex, & si quid faciat, est irritum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarell. Collect. Ioan. Andr. Bellam. Innoc. Host. Panorm. Imol. Anan. Butr. Bald. Barbat. Guid. Pap. Viu. *in rational. prim. libr. aur. Pontif. pag.* 413. Alagona *in compend. iur. Can pag* 151. remissiuè Ximen. *in concord. p. 2.* refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 1. tit. 19. cap. 3.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Dan. 2
Venator *in analysi methodica iuris Pontificij, lib. 1 tit. 30. axiomate 2.* Sanch. *de matrim. lib. 8. disp* 14. *n.* 8. D. Barbos. *in l. eum, qui temerè, § fin. num. fin. ff. de iudic.*

SVMMARIVM.

1 *Legatus à Latere potest conferre beneficia iurispatronatus clericorum, & n. 2.*
3 *Legatus Sedis Apost. potest conferre beneficium absque Episcopi consensu.*
4 *Ius ad rem acquiritur per præsentationem; per institutionem verò ius in re.*
5 *Iuspatronatus pertinens clerico ratione proprij patrimonij dicitur seculare.*
6 *Iuspatronatus illud dicitur Ecclesiasticum, quod fundatur ex bonis iuuuitu Ecclesiæ quæsitis.*

CAP. Dilectus. VI.

1 LEgatus Papæ confert beneficium vacans, licèt illud spectet ad præsentationem alicuius clerici. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarell. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Barbat. Hostiens. Innocent. Bald. Panorm. Anan. Butr. Imola, Henric. Guid. Papæ, Viu.

in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 414. Alagon. *in compend. iur. Canon. pag.* 151. remissiuè Casal. *in am.* & Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. August. *collect.* 5. *Decretal. lib.* 1. *tit.* 19. *c.* 4.

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Cou. *pract. c.* 36. *n.* 1. *col.* 3. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 5. *cap* 19. *quæst* 2. Roch. *de iurepatron. verbo, honorificum, quæst.* 3. *num.* 10.

3 *Ne præiudicetur Prælato*] Collige ex text. Legatum Sedis Apostol. posse conferre beneficium absque Episcopi consensu, vt per Gig. *de pension q.* 6. *num.* 18. Mandos. *in reg.* 1. *Cancel. q.* 1. *à num.* 2. Gom. *in reg. de non indicando, numero* 3. Rebuff. *in praxi tit. de collat. num.* 3.

Collige primò text. procedere etiam in beneficiis iurisp. Ecclesiastici, adhuc enim sine consensu patroni prædicta beneficia Legatus conferre potest, vt probant text. *in præsenti, & in cap. cùm dilectus, de iurepatron.* Resoluit Rochus *de iurepatronat. verbo, honorificum q.* 3. *num.* 10

Intellige secundò posse Legatum prædicta beneficia suæ collationi reseruare iuxta formam, de qua *in cap. præsenti, versic. prohibemus, de offic. Legati lib.* 6. Rota antiqua *decis.* 206. Calder. *in cap. mandatum de rescriptis.*

Intellige tertiò text. non procedere in beneficiis quæ ad Episcopum tanquam delegatum spectant, in his enim Legatus se intromittere non potest, patet si expendas talem Legatum non posse concurrere cum Episcopo, in illis rebus in quibus Sedis Apost. delegatus existit, aduertit in specie Selua *de benef. p.* 3 *q.* 66. *n.* 4. Corras. *de sacerd part.* 2. *cap.* 1. *num.* 15. iunat reg. text. *in cap. dudum, versic. nos igitur, de præbend. lib.* 6. sic similiter in reseruatis beneficiis Sedi Apost. non potest se intromittere, vt aduertit Gigas *de pensionibus, q.* 6 *n.* 19.

4 In glos. *Plus iuris.* Notatur hæc glossa cum sua addit. ad hoc quòd per præsentationem acquiritur ius ad rem, Abb. *in c. cùm Bertholdus, oppositi.* 2. *infr. de re iudic.* vbi Felin. *col.* 1. & 2. Rebuff. *in tract. nomination. q.* 4 *n.* 6. Flamin. *de resignat. lib.* 3 *q.* 23. *num.* 12. & *lib.* 7. *q.* 1. *num.* 95. Mar. Antonin. *var. resolut lib.* 1 *res.* 104. *n.* 23. Campan. *in diuersorio iuris Canonici, rubr.* 11 *c.* 16. *n.* 13. Seraphin. *decis.* 1238. *n.* 4. Zerol. *in prax. Episc. part.* 1. *verbo, ius ad rem*, Viu. *in praxi iurispatron. part.* 2. *lib.* 8. *c.* 9. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gl.* 15. §. 2. *n.* 1. Per institutionem tamen præsentatus acquirit ius in re, & maius ius consequitur ab instituente, quàm à patrono, & pinguius habet Episcopus in beneficio, quàm patronus, Abb. *in cap. in Lateranensi, infr. de præbend.* Rot. *de resi.* 11. *num.* 2. *de iurepatron. in nouis*, Flamin. *dict. tract. lib.* 10. *q.* 6. *num.* 2. Viu. *d. cap.* 9 *num.* 5. cum aliis citatis per me *de offic. & potestate Episcopi p.* 3. *alleg.* 60. *num.* 17.

5 In glos. *In concessione.* ibi, *vtrùm iuspatronatus pertineat alicui iure patrimonij sui*, &c. Notatur ad hoc quòd iuspatronatus pertinens clerico ratione proprij patrimonij dicitur sæculare, vt per citatos à me ipso *de offic. & potestate Episcopi p.* 3. *alleg.* 72 *n.* 126.

6 In ead. glos. ibi, *si verò pertinet*, &c.] Notatur ad hoc quòd illud dicitur iuspatronatus Ecclesiasticum, quod fundatur ex bonis intuitu Ecclesiæ quæsitis, vt per Rebuff. *in tract. nominat q.* 8. *num.* 22. Cou. *d. cap.* 36. *n.* 5 *vers. secundo*, Flamin. *de resign. lib.* 2. *q.* 4. *à num.* 39. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glo.* 18. *num.* 5. Inspatronatus confraternitatis laicorum, cuius confratres non induuntur, aut distinguuntur aliquo signo Religionis, & beneficium fuit à laico fundatum, & de bonis profanis, est laicale, vt per Felin. *in tract. quando litera, column.* 7. *circa med. limit.* 4. *vers. induxit etiam dictam decisionem*, Roch. *de iurepatron. verb ius, num.* 18. *q.* 3. Cou. *pract. c.* 36. *num* 8. Gambar. *de potest. legati in conser. n.* 414. Fusc. *de visitat. lib.* 2 *cap.* 14. *n.* 12. *ad fin.* Zerol. *in praxi Episc p.* 1. *verbo, iuspatronatus vers.* 33. Azeued. *l.* 1. *num.* 6. *tit.* 4. *lib.* 2. *noua recop.* Garc. *de benefic. p.* 5. *c.* 1. *num.* 604. *circa fin.* Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 4. *cap.* 28. *colum.* 2. *vers. item iuspatronatus est profanum*, Cened. *pract. & canon. lib.* 1. *q.* 22. *num.* 11. quos refert & sequitur Rot. *in Romana beneficiatus sancti Laurentij in Damaso* 7. *Februarij* 1628. coram R. P. D. Duran.

Vtrùm autem iuspatronatus Ecclesiasticum in laicos titulo oneroso permutationis cum auctoritate Apost. translatum, desinat esse Ecclesiasticum, & efficiatur laicale? Affirmatiua pars quæ verior est, ex eo suadetur, quia quemadmodum quando à principio iuspatronatus est laicale, & deinde transit in Ecclesiasticas personas, efficitur Ecclesiasticum, & illius naturam assumit, ex Abb. *in cap. de Monachis n.* 14. *de probat. & in cap.* 1. *iurepatron. in* 6. vbi Ioan. Monach. *num.* 4. Prob. *in addit. num.* 17. Rebuff. *de nomin. quæst.* 8. *num.* 22. Crot. *cons.* 191. *num.* 15. *lib.* 3. Cardin. Seraph. *decis.* 1420. iunctis aliis citatis *in collect. ad cap. porrò* 7. *num.* 3. *de priuileg.* ita etiam è conuerso videtur vt iuspatronatus exuat primordialem suam naturam, & dum transit in laicum, identidem efficitur laicale, vt in puncto arguit Borgnin. *decis.* 12. *num* 6 *part.* 1. Attenditur enim persona, quæ præsentat, & quæ possidet ius præsentandi, & provt illa est, ita etiam determinatur natura ipsius iurispatronatus, Mohed. *decis.* 9. *in fine, de iurepatron.* Crescent. *decis.* 9. *eod. tit.* Achil. *dec.* 1. *eod. etiam tit.* Pute. *decis.* 90. *lib.* 3. & vulgatum est quòd si laicus ex iusto titulo, & cum solemnitate efficiatur dominus, & acquirat bona Ecclesiæ, hæc bona non dicuntur ampliùs Ecclesiastica, sed assumunt naturam & qualitatem personarum, quibus ipsa bona cohærent, & ideo efficiuntur in totum laicalia, & patrimonialia, latè Vasc. *de succes. creat. lib.* 1. *§.* 20. *num.* 684. Surd. *cons.* 358. *n* 6. *cum seqq.* ita vt ex illis etiam legitima detrahi debeat, vt per Peregrin. *de fideicom. art.* 36. *n.* 8. & dixit Rot. *in Romana legitimæ* 16. *Decembr.* 1616. & 10. *Martij* 1617. coram Card. Sacrato.

Non obstat quòd semper erit verum dicere hoc iuspatronatus fuisse fundatum ex bonis Ecclesiasticis & quòd hæc qualitas videatur inseparabilis etiamsi transeat ad laicos, & propterea adhuc tanquam Ecclesiasticum sit reputandum, quia hoc verum est quando fuisset acquisitum titulo lucratiuo, tunc enim iuspatronatus suam originalem teneret naturam; at verò si laicus fuisset adeptus hoc iuspatronatus titulo oneroso mediante scilicet permutatione, & cum auctoritate Apostol. videtur effici penitus laicale, & illud quòd à laico in permutatione datum fuit Ecclesiæ, videtur succedere loco illius iurispatronatus Ecclesiastici, alioquin in valde exorbitanti lucro versaretur Ecclesia, si vtrumque, nempe & quod illa dat, & quod recipit, Ecclesiasticum remaneret, quod alienum omnino videtur ab honestate Ecclesiæ, quæ Religiosa, cultrix, & auctrix est iustitiæ.

SVMMARIVM.

1 *Legatus in pluribus locis potest in quolibet illorum iurisdictionem suam exercere.*

2 *Legatus seu præses in duabus Prouinciis propter connexitatem territoriorum potest expedire negotia vnius Prouinciæ in alia.*

3 *Legatus causam inchoatam finire non potest per regressum Prouinciæ.*

4 *Episco-*

4 *Epiſcopus extra diœceſim commorans poteſt beneficia ſua diœceſis vacantia conferre.*
5 *Beneficia conferre eſt actus voluntariæ iuriſdictionis.*
6 *Epiſcopus extra propriam diœceſim an poſſit excommunicare, vel abſoluere, oſtenditur.*
7 *Iuriſdictio extra territorium exerceri non poteſt quando requiritur cognitio cauſæ iudicialis.*
8 *Epiſcopus non poteſt erigere tribunal extra diœceſim ſuam.*

CAP. Nouit. VII.

1 LEgatus pro multis locis poteſt in vno loco exercere ſuum ius circa cauſas pertinentes ad alia loca ſuæ legationis. Colligunt ex Ord. Abb.antiq. Zabar.Collect.Bellam.Henric.Hoſt.Ioan.Andr. Panorm. Barbat.Bald.Butr.Imol.Anan.Innoc.Guid.Papæ, Viu. *in ration. primi libri iur. Pont. pag.*415. Alagon. *in compend. iur. Canon. pag.*151. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.*1. & 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.*3. *Decret.lib.*1. *tit.*19. *c.*5.

2 Collige ex text. Legatum ſeu Præſidem in duabus prouinciis propter connexitatem territoriorum poſſe expedire negotia vnius Prouinciæ in alia, vt per Capic. *deciſ.*151. *n.*8. & 9. Dan. Venator. *in analyſi method. iuris Pont. lib.*1. *tit.*50. *axiomate* 5. Gambar. *de officio Legati extra Prouinciam, n.*2. & 3. Azor. *inſt. moral. p.*2. *lib.*5. *c.*27. *q* 4. *verſ. quæres.* Ratio eſt, quia illæ duæ Prouinciæ, in quibus conſtituitur vnus Legatus, quoad ipſum cenſentur vna Prouincia, licèt aliàs ſint diſtinctæ quoad limites & prærogatiuas, Innoc. *hic*, quem ſequuntur Hoſt. *n.*13. & Ioan. Andr. *n.*5 *verſ.* & *nota*, Bart. *in l. vnic C de Metropol. Beryt. n.*11. vbi Rebuff. Iaſ. *in l. vlt. n.*9. *ff. de iuriſd. omn. iudic.* Ego ipſe *de offic.* & *poteſt. Epiſcop. p.*3. *alleg.*54. *n.*131. Hinc iudex competens in duobus territoriis, & in vno exiſtens, in quo non fuit factum delictum, poteſt cognoſcere de eo commiſſo in alio territorio, dummodo ſit ex illis duobus ſibi ſubiectis, vt tenent Azeued. *l.*1. *n.*110. *tit.* 16. *lib.*8. *nouæ recop.* vbi hoc intelligit procedere dummodo executio ſententiæ fiat in loco territorij illius, vbi fuit commiſſum delictum.

3 *Nondum tamen fuerat terminos ſuæ legationis egreſſus.*] Ergo per regreſſum Prouinciæ non poteſt Legatus cauſam inchoatam finire, vt per Flamin. *de reſign. lib.*1. *q.*11. *n.*4.

4 In gloſſ. *Terminos, vnic.* ibi, *Item extra diœceſim poteſt conferre beneficia.* Notatur ad hoc quòd Epiſcopus extra diœceſim commorans poteſt beneficia ſuæ diœceſis vacantia conferre, vt per Couar. *lib.*3. *var. c.*20. *n.*8. Coſm. *in pragm. ſanct. tit. de collat. verbo*, *iuriſdictio*, *fol.*181. Menoch. *de arbitr. lib.*1. *q.*43. *n.*19. *cum ſeqq.* Rebuff. *in tract. nominat. q.*14. *n.*27. Flamin. *de reſignat. lib.*7. *q.*14. *n.*23. *cum ſeqq* Zerola *in praxi Epiſcop. part.*1. *verbo*, *beneficia*, §.9. Gonzal. *ad reg.*9. *Cancel. gloſſ.*62. *n.*2. *cum ſeqq* nam conferre beneficia eſt actus
5 iuriſdictionis, ſed voluntariæ, Gonzal. §. 4. *proœm. num.*27.

6 In ead. gloſſ. ibi, *Ad hoc dicas quòd nullus iudex poteſt excommunicare, vel abſoluere extra ſuam Prouinciam*, &c. Notatur ad hoc quòd Epiſcopus extra propriam diœceſim non poteſt excommunicare, vel abſoluere, quod intelligitur quando iudicialiter, ſedendo ſcilicet pro tribunali, & cum cauſæ cognitione, cenſuras fert, vel ab eis abſoluit; ſine cauſæ verò cognitione, & non ſedendo pro tribunali poteſt ligare, & abſoluere, cùm tunc exerceat iuriſdictionem voluntariam, & gratioſam, quæ poteſt in alieno territorio exerceri, Sayr. *de cenſuris*, *lib.*1. *c.*14. *n.*4. Nau. *in man. c.*27. *n.*5. Auil. *d. tract. de cenſur. p.*2. *c.*3. *diſp.*1. *dub.*1. Bonacina *eod. tract. diſp.*1. *q.*1. *puncto* 11. *n.*4. Zerola *in praxi Epiſcop. p.*1. *verbo*, *abſolutio*, §.7. Fr. Lud. Mirand. *in manuali Prælat. tom.*2. *q.*35. *art.*8. *concl.*2. Fr. Emman. *q. Regul. tom.*2. *q.*59. *art.*1.

In ead. gloſſ. ibi, *Sed ea, quæ cauſæ cognitionem deſi-* 7
derant, debent fieri iudice ſedente pro tribunali. Notatur ad hoc quòd quando requiritur cognitio cauſæ iudicialis, nequit iuriſdictio extra territorium exerceri, vt per Sanch. *de matr. lib.*3. *diſp* 19. *n.*9.

In ead. gloſſ. ibi, *Sed in aliena diœceſi non poteſt ſedere* 8
pro tribunali. Notatur ad hoc quòd Epiſcopus non poteſt erigere tribunal extra ſuam diœceſim. Ego ipſe *de offic.* & *poteſt. Epiſc. p.*3. *alleg.*80. *n.*8.

SVMMARIVM.

1 *Legato de Latere præſente minor legatus executionem ſui officij dimittere debet.*
2 *Legatus primus non videtur reuocatus per creationem ſecundi.*
3 *Legatus de Latere dicitur maior omnium in Prouincia poſt Romanum Pont.*

CAP. Volentes. VIII. *Greg.IX.*

1 LEgato de Latere præſente minor legatus, v. g. Prouinciæ officium ſuum exercere non poteſt. Colligunt ex Ord. Abb.antiq. Collect. Bellam. Zabar. Ioan. Andr. Anan. Guid. Papæ, Hoſt. Innoc. Butr. Panorm. Imol. Bald. Barbat. Henric. Viu. *in ration. primi libri iuris Pont. pag.*415. Alagon. *in compend. iur. Canon. pag.*151. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.*1.

2 Notatur hic text. ad hoc quòd per creationem ſecundi Legati non videtur primus reuocatus, vt per Boër. *deciſ.*347. *n.*5.

3 *De Latere noſtro*, &c.] Quia Legatus de Latere dicitur eſſe maior omnium in Prouincia poſt Romanum Pontific. Franc. *in cap. ſi Abbatem, de elect. lib.*6. Iacob. de Graffis *in aureis deciſion. lib.*2. *cap.*49. *num.*58.

SVMMARIVM.

1 *Legatus non de Latere non poteſt abſoluere excommunicatos ob iniectionem manuum in clericos.*
2 *Legatus de Latere an poſſit abſoluere ab excommunicatione, quam quis contraxit, eo quod violentas manus in clericum iniecerit.*
3 *Condemnare qui poteſt non poteſt abſoluere ſi diuerſa ſubſit ratio inter poteſtatem condemnandi, & abſoluendi.*
4 *Legati à Latere ſolummodo ſunt Cardinales.*
5 *Cardinales ſunt pars corporis Papæ.*
6 *Cardinalium officium eſt aſſiſtere Papæ, & ideo tenentur reſidere in Curia.*

CAP. Excommunicatis. IX.

1 LEgatus non de Latere non poteſt abſoluere excommunicatos ob iniectionem manuum in clericos etiam in ſua prouincia, & circa ſibi ſubditos, niſi eis ſpecialis poteſtas concedatur à Papa. Colligũt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan.

Andr.

Andr. Anania, Butr. Henric. Imola, Bald. Panorm. Innoc. Host. Barbat. Guid. Papæ, Ximen. Toletanus *in concordantiis vtriusque iuris cum legibus Castellæ, p.1.* Viu. *in ration. primi libri iur. Pontif. pag.*416. Alagona *in compend. iur Canon. pag.*151.

2 *Qui de ipsius Latere non mittuntur.*] Ergo Legatus de Latere potest absoluere ab excommunicatione, quam quis contraxit eo quod violentas manus in clericum iniecerit, vt per Iacob. de Graffis *in aureis decisionibus, lib.*2.*c.*49 *n.*58. Azor. *instit. moral. p.*2. *lib.*5. *c.*32. *q.*6. vbi ampliat, etiamsi atrox sit iniuria, vel læsio enormis.

3 *Et qui Ecclesiarum suarum*, &c.] Notatur ad hoc quòd condemnare qui potest, non potest absoluere si diuersa subsit ratio inter potestatem condemnandi, & potestatem absoluendi, vt per Menoch. *de arbitr. lib.*1.*q.*43.*n.*16.

4 In glos. *Commissam*, ibi, *Sed quos dicemus de Latere Domini Papæ missos*, &c.] Notatur ad hoc quòd solùm Cardinales Legati sunt à Latere, vt per Specul. *de Legat. §. sequitur, n.*1. *&* 2. Boër. *de potest. Legati à Latere, n.*12. Gom. *ad reg. Cancel. de infirmis resign. q.*1. *post princ.* Azor. *d. lib.*5. *c.*27. *q.*2. Erasm. à Cochier. *de iurisd. Ordin. in exemptos, p.*2 *q.*2. *n.*5. vbi *n.*6. cum Roch. *tr. de consuetud. n.*323. resoluit concessionem factam Cardinalibus Legatis à Latere non extendi ad alios Legatos de Latere non Cardinales, quippè quòd aliquoties Sum. Pont. mittit inferiorem, adiecta in eius facultatibus hac clausula, cum potestate Legati à Latere, quæ de stylo Curiæ Rom. consueuit adiici mandatis Legatorum, qui fimbriam vestimenti Papæ tetigerunt, seu qui ab eo mandatum viuæ vocis oraculo receperunt, Specul. *d. §. sequitur, in princ.* Host. *in sum. de Legato, post princ.* Gom. *d. q.*3. id quod ita inoleuit propter reuerentiam sanctæ Sedis, cui meritus honos exhiberi non potest.

5 In ead. glos. ibi, *Quia ipsi pars corporis Domini Papæ dicuntur.* Notatur ad hoc quòd Cardinales sunt pars corporis Papæ, vt per Monet. *de decim. c.*9. *q.*3. *num.*114. quia eorum officium est assistere Papæ,

6 Flamin. *de resign. lib.*2. *q.*1. *n.*34. *& lib.*7. *q.*12. *n.*14. & ideo tenetur residere in Curia apud Summum Pont. Flamin. *lib.*1. *q.*10. *num.*9. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 24. *n* 113. Camill. Borrel. *in summa omnium decis. tit.*10. *n* 8. & non possunt ab ea recedere sine eius licentia, Flamin. *d. q.*10. *n.*27. Gonzal. *d. glos.*24. *n.*124.

SVMMARIVM.

1 *Statuta Legati durant etiam legatione finita, finitur tamen sui delegati iurisdictio si citatio non præcessit.*
2 *Legati Papæ statuta perpetua facere possunt.*
3 *Ordinationes factæ ab Episcopo in Synodo diœcesana sunt perpetuæ.*
4 *Citatio partis sufficit vt res desinat esse integra.*
5 *Legatorum Indulgentiæ sunt perpetuæ.*
6 *Legati an & quando possint concedere indulgentias remissiuè.*

Cap. Nemini. X, & fin.

1 STatuta Legati Papæ sunt perpetua, & durant in Prouincia etiam post suum discessum, & finita legatione. Item si delegaui causas, & ante discessum non præcessit citatio, expirat iurisdictio delegati, si præcessit non expirat. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Ioan. Andr. Bellam. Innoc. Henric. Host. Panorm. Imol. Anan. Butr. Bald. Barbar. Guid. Papæ, Viuian. *in ration. primi libri iur. Pontif. pag* 417. Alagon. *in compend. iuris Can. pag.*152. remissiuè Ximen. *in concord. p.*1. *& 2.*

Probat hic text. Legatos Papæ statuta perpetua fa- 2
cere posse, vt per Fr. Emman. *q. Reg. tom.*2. *q.*97. *art.*1. *vers. circa primam.* Sic etiam edicta seu ordinationes 3
factæ ab Episcopo in Synodo diœcesana sunt perpetuæ, & non expirant morte conditoris, *glos. verbo, statuto, in c. vt animarum, de constit. lib.*6. Zerol. *in praxi Episc. p.*1. *verbo, edicta, §.*3. Ego ipse *de offic. & potest. Episcop. p.*3. *alleg* 93. *n.*25.

Citatio non præcessit.] Notatur ad hoc quòd partis 4
citatio sufficit vt res desinat esse integra, ac perpetuari dicatur iurisdictio, vt per Marant. *de ordin. ind. p.*4. *dist.*5. *an iudicium sit ordinarium, vel delegatum, n.*61. Gregor. 21. *in fine, tit.*4. *p.*3. Dan. Venator *in analysi methodica iuris Pontif. lib.*1. *tit.*30. *Axiom.*3. post Archidiacon. Domin. Prob. Cardin. Abb. Imol. Dec. Calder. Butr. Roman. Bald. Angel. & alios hanc opinionem dicit probabiliorem Sanch. *de matrim. l.*8. *disp.*18. *n.*10. vide quæ dixi *ad c. gratum*, 20. *supra de officio deleg.*

In glos. *Statuta.* Notatur ad hoc quòd Legatorum 5
indulgentiæ sunt perpetuæ, vt per Angel. *verbo, indulgentia, §.*6. Silu. *eod. verbo, n.*16. Coriol. *de casibus reseruatis, p.*1. *sect.*2. *art.*8. *n.*6. Paul. Comit. *resp. moral. lib.*1. *q.*107. *n.*2. vbi etiam resoluit quòd Indulgentiæ durant post mortem concedentium, & citat Nau. *in tract. de Iubilæo & indulgent. notab.*31. *n.*25. Et Lega- 6
ti an, & quando possint concedere Indulgentias in Prouincia sibi commissa, dubium est in quo ad hanc glos. & text. se remittit Greg. Lop. *glos.*2. *in fin. l.*45. *tit* 4. *p.*1. sed vide Nau. *in c. placuit, n.*164. *de pœnit. dist.*6. Gambar. *de officio Legati, lib* 8. *tit. quid possint Legati circa Indulgentias*, nouissimè D. Iul. Lauor. *in suo tract. de Indulg. & Iubilæo, p.*2. *c.*11. *n.*16.

De Officio Iudicis Ordinarij.

Tit. XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hanc rub. scribentes.*
2 *Ordinarij in hac rubr. dicuntur illi omnes, qui licè extra ordinem, id est, contra ius ordinarium deputentur, constituti tamen sunt cum propria, non aliena iurisdictione cui præsunt.*
3 *Iudex ordinarius definitur vt sit ille, qui iure sui officij dignitatis, vel magistratus iurisdictioni, seu iuri dicundo præst.*
4 *Ordinarij iudicis de essentia est quòd iurisdictionem suo iure, non alieno beneficio habeat.*
5 *Ordinarij iudices dicuntur iurisdictionem habere suo, & sic propriam appellant.*
6 *Ordinarius vt dicatur iudex non satis est iurisdictionem habere, sed oportet ita constitutam habere vt eidem iurisdictioni præsit.*

SVPER hanc rubr. scripserunt Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Panorm. Butr. Zabarel. Barbat. Bald. Dec. Papæ, Alciat. Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canonum, fol.*165. Guillelm. Durand. *in speculo iuris lib.*4. *sub hoc tit. & in breuiario iuris Canon. fol.*34. Petr. de Rauenna *in compendio iuris Canonici,*

Canonici, Martin. Mesnart. *in epitome Decretalium, fol.* 35. Dan. Venator *in analysi method. iuris Pontificij, à pag.* 101. Peregrin. *var lib.* 1. Goffred. & Host. *in summ. huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barthol. Carth. *in expositi titulorum iuris Canon.* Zypæ. *in analytica postremi iuris Eccles. enarrat. pag.* 61. nouissimè Ioan. Honor. *lib.* 1. *sum. in Decret.* omnes *sub hoc tit.*

Officio.] Vide dicta *ad rub. de officio, & potest iudic. delegat.*

Iudicis.] Vide dicta *ad rub. de officio iudicis.*

2 *Ordinarij.*] Ordinarij quoad propositum non intelliguntur ij solummodo, qui simpliciter ordinarij dicuntur, quos scilicet vnaquæque ciuitas, seu Respubl. siue ciuilis, siue Ecclesiastica, certos & constitutos habet, quia statutis & ordinariis temporibus creantur, vel eliguntur secundùm iuris ordinarij regulas, sed etiam illi omnes, qui licèt extra ordinem, id est, extra ius ordinarium deputentur, constituti tamen sunt cum propria, non aliena iurisdictione, cui præsunt, iuxta terminos text. *in l. more maiorum*, ibi, *qui eam suo iure esse*, &c. *ff. de iurisd. omn. iudic.* hoc enim per se sufficit vt ordinarij iurisdictionem ordinariam dicantur habere ad differentiam delegatæ, sentit expressè glos. 1. agens de Prælatis inferioribus Episcopo *in c.* 3. per text. ibi, *hoc tit. l.* 6. quàm sequuntur & declarant Domin. *ibi*, Dec. post Felin. *in c. post cessionem, in princ. de probat.* Cosm. *in pragmat. sanct. tit. de collatoribus, § item in gl. ver ordinarius.* Azened. *in rub. tit.* 9. *n.* 1. *lib.* 3. *nouæ recopil.* Non obstat quòd tamen *Ordinarius* non videtur conuenire supradictis qui extra ordinem deputantur, quia aduertendum est nouum non esse vt nomen generis aliquando per excellentiam tribuatur specialiter iis, qui ordinarij & certi sunt, licèt ad alias species extraordinarias non minus pertineat, vt patet in nomine *actionis*, quod specialiter tribuitur actioni ordinariæ, quæ simpliciter actio dicitur, cùm tamen extraordinariæ prosequutiones, & actiones dicantur *l. pecuniæ* 178. *§. actionis*, iuncta *l. actionis verbo ff. de verbor. significat.* traditque in terminis ad intellectum *l.* 2. *§ capta ff. de origine iuris*, Donel. *comment. iuris Ciuil. lib.* 17. *cap.* 7. *vers. sunt ergo*; vnde prouenit quòd licèt iudices illi, quos certos & ordinarios Respubl. habet, simpliciter quasi per antonomasiã Ordinarij appellentur, quia ex ordine quodam iurisdictionem habent, & eorum officium certo quodam vsu, & quadam regula constitutum est, *l eos 6. in princip.* ibi, *ordinario prouincias iure moderantur*, *C. de modo multarum*, faciuntque in specie tradita per Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præs.* 16. *n.* 21. & 22. non tamen inde alij extra ordinem constituti tales non dicentur si iurisdictionem iure proprio habeant, quod sufficit, vt infrà ostendetur. Quo autem sensu accipiatur iudicium ordinarium & extraordinarium, dixi *ad rub. de iudic. in fine.*

3 Iudicem ordinarium variè definiunt, & diuersimodè explicant Doctores, vt videre est per scribentes *in hac rubr.* vbi Alciat. *num.* 5. Hostiens. *in summ. huius tit. §.* 1. Bolognet. *in rubr. de officio eius, num.* 55. Bart. *num* 4. & *ibi* omnes *in l. more maiorum ff. de iurisd. omn. iudic.* Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 12. *num.* 9. Vacon. *declar* 84. *num.* 1. Donel. *comment. iuris ciuilis, lib.* 17. *cap.* 7. Azened. *l.* 1. *num* 1. *cum seqq. tit.* 9. *lib.* 3. *nouæ recopilat.* Morl. *in emporio iuris ciuilis tit* 2. *in prælud. num.* 88. Molin. *de iustit. tom.* 6. *disp.* 8. D. Barbos. *in l. cùm Prætor, §.* 2. *num.* 7. *cum seqq. ff. de iud.* Ergo tamen ex mente iurium in hac materia loquentium resoluo iudicem ordinarium esse illum qui iure sui officij, dignitatis, vel magistratus iurisdictioni, seu iuridicundo præest, quæ definitio sic concepta magis videtur conformis verbis & responsis Iurisconsultorum in materia, qui dum significare intendunt magistratus ordinarios iurisdictionem habentes, ea circumloquutione vtuntur, vt dicant, qui iurisdictioni præest, & in eodem sensu, qui tribunali præest. *l.* 1. *§.* 1. *iunct. princ. text. ff. quod quisque iuris, l. non possunt, ff. de legib. l. qui iurisdictioni, ff. de iurisd. omn. iudic. l.* 2. *iuncta gloss.* 1 *ff. de re iudic. l.* 1. *ff. de ind l. penult ff. eod. l.* 2. *§. post originem, ff. de origin. iuris*, Donel. *d. c.* 7. *§ iurisdictionem, ad fin.*

Dixi, *iure sui officii*, propter decisionem text. *in l.* 4 *more maiorum*, ibi, *qui eam suo iure*, &c. *ff. de iurisdict. omn. iudic.* vbi probatur essentialiter requiri ad ordinarium iudicem constituendum quòd iurisdictionem suo iure, non alieno beneficio habeat. In quo explicando licèt varient scribentes, vt per Bart. & Zaz. *ibi n.* 4. Vacon. *d. declar.* 84. *n.* 2. D. Barbos. *loco proximè citato*, & tripliciter apponat *gloss. vlt. ibid.* eleganter tamen hoc procedit & intelligitur, cessantque duæ priores glossæ difficultates, si secundùm verba definitionis, de quibus suprà in hac materia distinguamus officium ipsum, seu magistratum, cui tanquam quid proprium annectitur iurisdictio, *l. vlt.* ibi, *certæ administrationi cui hæc iurisdictio adhæret*, *C. vbi & apud quem*, à persona quæ prædictum officium, seu magistratum gerit; licèt enim persona gerentis non suo iure, sed ex aliena concessione, veluti ex beneficio Principis officium ipsum, seu magistratum habeat & consequatur, ex reg. *c.* 1. *quæ sint regalia, in vsibus feud l.* 1. ibi, *ad curam Principis, ff. ad leg. Iuliam de ambitu, c. ita Dominus* 19. *dist.* nihilominus tamen ea quæ sunt propria & annexa officio, seu magistratui, vel vti iurisdictionem post illum consequutus est, non dicitur habere ex alieno beneficio, scilicet Principis, sed magis iure officij, seu magistratus, cui adhærent, iuxta reg. text. opt. in proposito *in l.* 1. *vers. cùm verbis iunctis verbis seqq.* ibi, *quicquid igitur, & c. ff. de offic. Præf. Vrbis, c. intellecto*, ibi, *iura regni sui, de iureiur.* cum similibus. Vnde fit quòd cùm ordinarij iudices iurisdictionem habeant iure officij, vt dictum est meritò 5 suo iure eam dicuntur habere, & alibi propria appelletur, *l.* 4 *in princ. ff. de offic. eius*, propterea quòd officium & magistratus, cui illa adhæret, sua etiam & propria dicuntur, ex titulo quem in illis habent *d. c. intellecto*, *c. si tibi absenti*, ibi, *vt tuum dici valeat*, *de præbend. lib.* 6. *cap.* 1. ibi, *sua beneficia, de rerum perm. eod. lib. & c. vouit.* ibi, *suæ legationis officio, de offic. legati, iuncta reg. accessorium, de reg. iur. lib.* 6. ex quibus sic declarandus est text. *in d. l. more maiorum*, in dictis verbis, ibi, *qui eam suo iure*, &c. quasi dicat, iure sui officij, sicut in eadem materia loquitur text. *in l.* 1. *in princip.* ibi, *quæ verò iure magistratus competunt*, *ff. de offic. eius.* Neque inconuenit quòd iudex habeat officium, seu magistratum ex iure & concessione aliena, annexa verò ipsi officio iure suo & proprio, vt aliis exemplis eleganter explicat D. Barbos. *in d. l. cùm Prætor. §.* 1. *ex n* 19. Vnde fit quòd si iurisdictio siue sola principaliter, siue cum alia administratione coniuncta ratione officij competat, ordinaria erit, quasi proprio iure competens, vt intendit Donel. *d. c.* 7. *§. iurisdictionem, ad med.*

Adieci, *iurisdictioni, seu iuridicundo præest*, quia non 6 satis est iurisdictionem habere iudicem vt ordinarius dicatur, sed oportet ita constitutam habere, vt eidem iurisdictioni præsit, sicut in proposito loquitur text. *in l. qui iurisdictioni, ff. de iurisd. omn. iud. l. non possunt, ff. de legib.* quod nihil aliud significat quam ita habere vt in iurisdictione sibi data principalem locum obtineat, eámque pro suo imperio exerceat, *l.* 3. ibi, *pro suo imperio, ff. de offic. eius*, cuius rei argumentum est,

quia

quia etiam delegati, quibus iurisdictio mandata est, iurisdictionem habent, vt dixi *ad rub. de offic. delegat.* & tamen non dicuntur eidem præesse, quia neque in ea principalem locum obtinent, neque pro suo imperio exercent, sed pro imperio eius, qui iurisdictionem mandauit, *d. l. 3. l. 1 §. qui mandatam ff. de offic. eius. l. solet. ff. de iurisd. omn. iud.* eleganter Donel. *d. c. 7. in princ. & §. iurisdictionem, ad fin.* Secundùm quem sensum venit iam declarandum verbum. *principaliter*, quo vtitur text. *in l. & quia 6. ff. de iurisdict. omn. iudic.* dum loquens de delegato ait, *& quia nec principaliter ei data est iurisdictio*, &c. neque enim interpretandum est principaliter, id est, à Principe, vt male *gloss. 1. ibi, & communis arbitrantur*, sed quòd velit dicere, ei cui iurisdictio mandata est, principaliter concessam non esse id est, in ea principalem locum non obtinere, vt *sup.* mandatam enim tantùm habet, id est vsum & vicem illius nomine mandantis principaliter penes magistratum, qui mandauit, & cui principaliter data est, remanente, *l. iudicium soluitur, ff. de iudic.* tradit eleganter Gouean. *in cap. l. & quia, n. 6. cum seqq.* Cujac. *lib. 2. Pauli ad edictum super d. l. & quia, à princip.* quamvis aliter exponat Vacon. *declarat. 84. n. 3.* & aliter D. meus Barbos. *in d. l. cùm Prætor. §. 1. n. 23.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopi in suis diœcesibus possunt crimina inquirere, & punire, & cùm opus fuerit inuocare brachium sæculare.*
2 *Episcopi possunt concubinarios quoscumque, adulteriaque perpetrantes vlcisci, & iudicare, ac de illis inquirere.*
3 *Concil. Trid. sess. 24. de reform. matrim. c. 8. non tollit alias pœnas à iure communi, vel statutis synodalibus contra concubinarios inflictas.*
4 *Episcopus in prima monitione pœna pecuniaria concubinarium punire potest, &c.*
5 *Ordinarij, & alij Superiores monitiones generales aliquando faciunt, vt scientes talia, vel talia crimina sub pœna excommunicationis denuntient.*
6 *Iudex ex mera officij sui necessitate potest procedere ad crimina corrigenda.*
7 *Iudices Ordinarij Ecclesiastici inuocare possunt auxilium brachij sæcularis.*
8 *Brachij sæcularis auxilium per Ecclesiasticum implorandum non est, nisi pro vltimo remedio.*
9 *Iudex debet iudicare secundùm allegata, & probata.*

CAP. Pernicioſa. I. *Ex Syn. Io. Papæ.*

a EPiscopi in suis diœcesibus possunt inquirere, & punire crimina secundùm Canones, & si opus fuerit, inuocare brachiũ sæculare, nullo Ecclesiæ præiudicio generato. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zab. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Barbat. Anch. Innoc. Bald. Panorm. Anan. Butr. Alciat. Imola, Henric. Guid. Papæ, Casal. *in annot.* Cened. *collect. 101.* Viu. *in ration. 1. libri iur. Pontif. pag. 142.* Alagon. *in compend. iur. Can. pag. 153.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 1. Decret lib. 1. tit. 23 c. 1.*

Episcopum singularum vrbium.] Ergo singulæ vrbes suum Episcopum habere debent, de quo tamen vide Dec. *in c. 1. de priuileg.* Ias. *in l. si hæres § vicis. ex n. 4 ff. de legat. 1.* Camil. Borrel. *in addit. ad Bellug. in speculo Principum rub. 6. in lit. F. la 2.* & citatos à Cened. *d. collect. 101. n. 1.* & dixi latè *in collect. ad c. in illis 80. dist. n. 4. cum seqq.*

Episcopi, &c. adulteria, &c.] notatur ad hoc quòd 2
Episcopi possunt concubinarios quoscumque, adulteriáque perpetrantes vlcisci, & iudicare, ac de illis inquirere, quæ resolutio ad solos clericos restringi non debet, vti malè opinatur Alciat. *hic.* nam, vt aduertit Anastas. Germon. *animaduers. lib. 1. c. 9.* quid faciebat dubitationem an Sacerdotes possent animaduertere in clericos in adulterio deprehensos, cùm ipsos solos de clericis, & eorum criminibus posse cognoscere in manifesto sit? iuxta vulgaria iura. Hodie attento Concil. Trident. *sess. 24. de reform matrim c. 8.* concubinarij etiam laici tam soluti, quàm vxorati possunt per ordinarios tribus concurrentibus admonitionibus distinctis temporibus excommunicari, incarcerari, vel ablatis pignoribus mulctari, quod per constitutiones synodales Prælatorum existentium in Regnis Portugaliæ dispositum est, vt alibi dixi, & per illum Concil. text. aduertunt Salzed. ad Bernard. *in pract. c. 79 alias 82. vers. laicus*, Baiard. *ad Clar. in §. fin. q 37. n. 13.* Zerol. *in praxi Episc. p. 1. verbo, concubinarij §. 2.* Auend. *de exequendis mand. p. 1 c. 22. n. 14* Iacob. de Graffis *in aureis decis. lib. 2. c. 79. n 3.* Rebuff. *in concord. tit. de publicis concubin. § quia verò*, Azeued. *l. 2. tit. 6. lib. 1. & l. 1. à n. 192 tit. 5 lib. 8. nouæ rec. op.* Bobadil. *in sua politica, lib. 2. c. 17. n. 53.* Cabed. *Lusit. decis. 85. p. 1.* Thom. Valasc. *allegationum iuris tom. 1. alleg. 34. à n 8.* Sayr. *in claui Regia, lib. 8 c. 2. n. 9.* Petr. de Ledesm. *in summ. p. 2. tract. 27 c. 18. concl. 2.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Ecclesiast. decis. 177. in 1. edit. & resol. 319. in 2. edit.* Aduertendum tamen per Concil. *d. c. 8.* non tolli 3
aliàs pœnas à iure communi, vel statutis synodalibus contra concubinarios inflictas, nec alium modum procedendi contra eosdem, nisi velit ordinarius eos excommunicare, quia tunc forma *d. c. 8.* est seruanda, ita decisum fuisse in Sacra Concilij Congreg. refert. Armendar. *in recopil legum Nauarræ, lib. 5. tit 3. d. vnic. de adulter. n. 9.* Vnde posse Episcopum in prima admo- 4
nitione pœna pecuniaria concubinarium punire, resoluit Thom. Valasc. *d. alleg. 34. n. 11. & 12.* quia, vt tenuit eadem Sacra Congregat. trina monitio tunc necessaria est inter concubinarios, quando contra eos vult ferri sententia excommunicationis, non verò si pœnis pecuniariis, vel aliis mulctari eos velit iudex, quia tunc non requiruntur solemnitates, de quibus *in d. c. 8.* quicquid dicat Aloys. Ricc. *d. resol 319. n. 3. vers. iis accedat.*

Scelera inquirere.] Aduerte ordinarios & alios Su- 5
periores, monitiones generales aliquando facere vt scientes talia vel talia crimina sub pœna excommunicationis denuntient, Bern. Diaz *reg. 243.* Nau. *in c. inter verba 11. q 3. concluſ. 6 corol. 66. ex n. 280.* Anton. Cordub. *in quæst. Theolog. lib. 1. q. 43 vers. dubium secundum est, & in tr. casus de Conscientia q. 64.* Guttier. *canon. q lib 1. c. 11.* Cened. *ad Decretal. collect. 101. n. 3. cum seqq.* potest enim iudex ex mera officij sui necessitate pro- 6
cedere ad crimina corrigenda, Anton. Gom. *tom. 3. var. c. 1. n. 10.* Aldrete *de religiosa disciplina tuenda, lib. 1. c. 7. n. 20.* ac etiam per vias iuridicas peruenire ad eorum cognitionem, quæ à principio sibi fuerunt occulta, Nau. *in rubr de iudic. §. 16. n. 66.*

Publicum conuocent auxilium.] Notatur adhoc quòd 7
iudices ordinarij Ecclesiastici inuocare possunt auxilium brachij sæcularis, vt per Couar. *pract. c. 10 n. 1.* Roland. *cons. 37. volum. 1.* Anton. Graual. *in addit. ad Vestr. in praxi lib. 8. c. vlt. ex num. 40.* Nau. *in cap. cùm contingat, de rescript. remed. 2. à princip.* Perez. *l. 4. gl. inuoque le ayuda del brazo seglar. tit. 1. l. 3.* Ordin. Seguras Daualos *in direct. iud. Eccles p. 2 c. 13. ex n. 30.*

Menoch.

Menoch. *de arbitr. casu* 452. *n.* 4. Soar. de Pace *in praxi. tom.* 2. *prælud.* 1. *n.* 2. *&* 3. Steph. Grat. *discept forens. c.* 66. *n.* 8. *cum seq* Cened. *d. collect.* 101. *n.* 12. *&* 13. Mar. Anton. Genuens. *in praxi Curiæ Archiep. Neap. c.* 36. Franc Leon. *in thesauro fori Eccles. p.* 2. *c.* 1. *n* 16.

8 *Cum opus fuerit.*] Notatur ad hoc quòd brachij sæcularis auxilium per Ecclesiasticum implorandum non est nisi pro vltimo remedio, cùm scilicet Ecclesiastica iurisdictio sua præstiterit, nec amplius potest, apparendo priùs de excommunicatione, aggrauatione, & reaggrauatione, Calcan. *cons.* 119. Federic. de Senis *cons.* 25. *ad fin.* Roland. *cons.* 37. *n.* 5. Auiles *ad c.* 20. *Prætorum, glass. vsurpen. n.* 14. Soar. de Pace *in pract. tom.* 2. *c.* 2. *n.* 18. post Bald. Panorm. Dec. Boër. Afflict. Mandos. Menoch. Cou. Rendin. Oliban. Azeued. Marant. & alios firmat Franch. Molin. *de brachio seculari Ecclesiastico præst c.* 3 *per totum*, quamvis dixerint iudicem Ecclesiasticum posse quandocunque sæculare acclamare auxilium. Segur. *in directorio iudicum Eccles. p.* 2. *c.* 13. *n.* 37. Salzed. ad Bernard. *in pract. c.* 154 *n.* 4. *in nouiss. edit.*

9 In gl. *Secundum*, ibi, *Iudex debet iudicare secundùm alleg.* Vide Corras. *lib.* 4. *miscel. c.* 20. Natt. *cons.* 276. *n.* 3. *vol.* 1. Hyppol. *sing.* 266. Bonacos. *com crim verbo*, *condemnare debet iudex, & verbo, iudex iudicare debet*, Paul. Fusch. *lit. I. sing* 60. Cranet. *cons.* 198 *ex n.* 7. Ant. Corduba *in q. Theolog. l.* 1. *q.* 37. Ioan. Matien. *in dialog. relator. p.* 3. *c.* 42. Martin. del Rio *in repet. l. transigere*, *C. de transact p.* 3. *ex n.* 139. *vers. adhuc tamen*, Petr. Martin. *in c. afferte, de præsumpt. in verbo, date infantem, ex n.* 20. Flam. Carth. *de execut. sent. capto bănito in c. fin. ex n.* 365. Ioan. Garc. *reg* 254. Mascard. *de probat concl.* 948. *la* 2. Petr. Magdalen. *de num. testium in test. p.* 3. *c.* 1 *ex n* 18. Con. *var. lib.* 1. *c.* 1. Franc. Viuian. *decis.* 178. *n* 1. Put. *de* 60. *n.* 3. Valent. *tom.* 3 *disp.* 5. *q* 11. *punct.* 2. Dec. *tract. crimin tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 14. *à n.* 2 Seraph. *de priuilegiis iuram. priuil.* 2. Fr. Ludou. Mirand. *de ordin. iud q.* 28. *art.* 2. Camil. Borrel. *in sum. omnium decis. tit.* 42. *de iudic. n.* 68. Less. *de iustitia*, *lib.* 2. *c.* 29. *dub.* 10. Aldrete *de religiosa disciplina tuenda*, *lib.* 2. *c.* 13. *n.* 7. plures per Cened. *d. collect.* 101. *n.* 11. Ordin. Regia Lusitan. *lib.* 3. *tit.* 63. vbi parens meus *n* 2. Princeps nihilominus in suo dominio secundùm, suam conscientiam iudicare potest, etiamsi aliter ex actis constaret, Cou. *d. c.* 1. *n.* 7. *ad fin.* Corras. *miscell. lib.* 4. *c.* 20. *n.* 2. Menoch. *cons.* 92. *n.* 81. quos refert, & Sequitur Rendina *in promptuario recept. sentent. tit.* 91. *n.* 2. vbi idem resoluit in eius Vicegerente.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius qui scit non vt iudex, vel homo, sed vt Deus, subditum esse criminis reum, indeterminatè poterit, sed non nominatim eum arguere, vel punire.*
2 *Damni causam qui dat, tenetur ad interesse.*
3 *Confessario non licet vti extra confessionem scientia per confessionem habita, tam respectu aliorum, quam ipsius pœnitentis.*
4 *Confessarius non potest ex notitia in confessione habita corrigere complicem pœnitentis.*
5 *Communem non licet negare pœnitenti ex notitia alicuius criminis habita ex eius, vel alterius complicis confessione.*

Cap. Si Sacerdos. II. *Eugen.*

1 Episcopus qui vt Deus, & non vt homo, id est, in confessione scit crimen alterius, nisi aliquis iudiciario ordine probare possit, non debet peccantem nominatim arguere, sed indeterminatè, etsi is, qui passus est damnum, petat iustitiam, potest excommunicare auctorem damni, licèt sit ei confessus, nequit tamen eum nominatim arcere à Communione, sed potest secretò admonere ne se ingerat. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zab. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Panorm. Barbat. Bald. Butr. Imol. Anan. Innoc. Guid. Pap. Anch. Viu. *in ration. primi libri iur. Pontif pag.* 424. Alagon. *in compend. iur. Can. pag.* 153. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1. *tit.* 23. *c.* 6. & est post Conc. Later. *p.* 50. *c.* 55. 2

Qui damnum passus est, &c.] Notatur ad hoc quòd qui damni causam dat, tenetur ad interesse, vt per Surd. *dec.* 326. *n.* 24 quia damnũ ipsum dedisse videtur, vt per citatos *in tr. de Axiom. iur. vsuf. Axiom.* 63 *n.* 1. 3

Sed tamen nominatim potest eum reuocare.] Notatur ad hoc quòd non licet vti extra confessionem scientia per confessionem habita, sed se habere debet Confessarius ac si nihil in confessione sciret, quia sigillum confessionis obligat non solùm respectu aliorum, sed etiam ipsius pœnitentis, id est, non solùm tenetur Sacerdos non detegere aliis peccatum auditum in confessione, sed etiam tenetur nullo modo loqui de ipso cum pœnitente extra confessionem, nec exprobare, nec obiicere illi crimen, nec in memoriam reuocare, quamvis enim non sit fractio sigilli propriè, est tamen quoddam genus quasi reuelationis, & offenditur sigillum, Henriq. *in sum. lib.* 6. *c.* 20. § 7 Sanch. *de matr. lib.* 2. *disp.* 16. *n.* 3. Hinc sequitur Confessarium non posse ex notitia in confessione habita corrigere complicem pœnitentis, aut eius cõfessionem impedire, aut alloqui complicẽ de peccato, nisi hoc faciat de licentia pœnitentis, ita Soar. *tom.* 4. *disp.* 34 *sect.* 4 *n.* 19. Hier. Onuph. *de sigillo sect.* 4. *q.* 7. *dub.* 3. *pag.* 309. Sylu. *verbo, Confes.* 3 *q.* 6 post Henriq. Reginald. & Nugn. tenet Bonac. *de Sacram q.* 6. *sect.* 5. *puncto* 4. *n.* 25. vide quæ dixi *ad c. sicut dignum*, § *illi etiam, vers. sed subampliatio, sub de homicid.* 5

Licèt sciat eum esse reum.] Notatur ad hoc quòd si Sacerdoti ex sola confessione istius, vel alterius complicis nouit vice Dei occultum crimen, non licet negare communionẽ petenti etiam occultè, vt per Henriq. *in sum. lib.* 8. *c.* 59. § 3. Sic etiam Confessarius, siue sit Parochus, siue alius non potest Eucharistiã negare ob peccatum in cõfessione auditum, sicut nec Episcopus potest clericum ob crimen in confessione auditũ repellere ab Ordinibus suscipiendis: ita Henriq. *l.* 6. *c.* 19. §. 5. *lit. V.* Hieron. Onuphr. *de sigillo sect.* 4. *q.* 7. *dub.* 4 *pag.* 312. post Lazar. Coninch. & Reginald. tenet Bonac. *de Sacr. q.* 6. *sect.* 5. *punct.* 4, *n.* 17. quicquid multi apud Sanch. *d. disp.* 16. *n.* 11. & Guttier. *de matr. c.* 61. *n.* 11. aliter sentiant de Sacerdote, qui non tenetur ex officio ministrare Sacramenta, aut etiam de Parocho dum petitur, & non tenetur administrare.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius subiectus Episcopo si profert in sibi subditum iustam censuram Ecclesiasticam, Episcopus illam seruare debet, & illam sine satisfactione, & conscientia proferentis relaxare non debet.*
2 *Curatus, Prælatus dicitur, & Prælaturam habere.*
3 *Excommunicationis sententia Plebani ideo valuit in præsenti, quia habebat iurisdictionem ex priuilegio.*
4 *Prælatis omnibus habentibus Collegiatas Ecclesias regulares, vel seculares est cura gregis commissa.*
5 *Episcopus validè absoluere potest excommunicatum à Prælato inferiori.*
6 *Citatio est necessaria in absolutione danda.*

Cap. Cùm ab Ecclesiarum. III.

Alex. III.

1 ORdinarius subiectus Episcopo, quando excommunicat, vel aliam sententiam profert legitimè, Episcopus illam seruare debet, & sine congrua satisfactione & de scientia Ordinarij causa non debet relaxari. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Innoc. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Butr. Anchar. Host. Panorm. Barbat. Bald. Felin. Imol. Anan. Henric. Guid. Papæ, Vivian. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 426. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 154. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 1. *Decret. l.* 1. *tit.* 23. *c.* 3. & est post Conc. Lateran. *part.* 3 1. *c.* 7.

Ipsum facias inuiolabiliter obseruari.] Dum text. in præcitatis verbis interdictum, & excommunicationem latam à Plebano iubet ab Episcopis obseruari, videtur probare cuilibet Sacerdoti potestatem competere ferendi censuras, cùm tamen certum in iure sit omnes, & solos illos, qui Ecclesiast. habent iurisdictionem fori exterioris censuras ferre posse, vt probat *c. quærenti*, ibi, *discretus iudex de verbor. signif.* resoluunt D. Thom. *in* 4. *dist.* 18. *q.* 1. *ad* 3. Abb. *in c. ab excommunicato. n.* 5. *de rescript. & in c. transmissam not.* 1 *de lect.* Cou. *in c. alma p.* 1. §. 11. *n.* 1. Nau. *in man. c.* 27. *n.* 5. Vgolin. *de censur. tab.* 1. *c.* 2. §. 19. *à n.* 1. Valent. *tom* 4. *disp.* 7. *sect.* 17. *puncto* 3. Soar. *de censur. tom.* 5. *disp.* 2. *sect.* 2. *à n.* 6. Ad text. igitur in præsenti respondetur ipsum in principio supponere Plebanum, de quo ibi, habere iurisdictionem puniendi malefactores, atque ita agere de Prælato inferiori habente iurisdictionem fori contentiosi, vt probant verba illa. *Ecclesiarum Prælatis*, notant Abb. & DD. communiter vt constat ex relatis per Couar. *in d. c. alma part.* 2. *n.* 6. Quod autem sit Plebani officium attento iure communi, colliges ex *c.* 1. *ad fin. ne clerici vel monachi*, *lib.* 6. explicant post alios Rebuff. *in praxi part.* 3. *signaturæ, verbo, & situationis, n* 6. Petr. Greg. *syntagm. iuris lib.* 15. *c.* 24. *n.* 12. Læli. Zech. *de Republ. Ecclesiast. c.* 27. *à princ.* Posse autem consuetudinem, vel priuilegium Romani Pont. Plebanis, & reliquis parochis iurisdictionem tribuere fori exterioris, probatur ex reg. text. *in c. cùm contingat*, *de for. compet. & c. duo simul*, *infrà hoc tit* cum similibus, de quibus Balb. *de præscript. 2. p.* 5 *princ. q.* 2. *princ. à princip.* Nau. *in c. placuit, de pœnit. dist.* 6 *n.* 35. Couar. *in reg. possessor. p.* 2. §. 3. *n.* 1.

Retenta igitur communi Doctorum resolutione tenentium illos solùm habentes prædictam iurisdictionem posse excommunicationem promulgare, contra eam non obstat text. *in præsenti* iuxta responsionem, & intellectum, quem modò præstiti, nunc verò necesse est, vt aliis iuribus respõdeam, quæ in hãc sententiam prima facie corruere videntur. In primis ad text. *in c. nemo* 2. *q.* 1. dum inquit Presbyteros ferre non posse excommunicationem nisi probata causa, respondeo intelligendum esse non generaliter, sed de illis tantùm Presbyteris, qui iurisdictionem habent fori contentiosi, cùm enim aliud principaliter decidat, dum de Presbytero meminit, termini habiles debent supponi, iuxta vulgarem doctrinam text. *in l. qui testamento*, ibi, *si alium*, & *c. ff. de testam.* quomodo etiam intelligendus est text. *in c. alia*, *in fine*, 16. *q.* 1. vbi loquens de Presbytero, inquit illi licere tradere Satanæ, quod idem est atque excommunicare, vt scilicet loquatur suppositis terminis habilibus, atque de Presbytero habente iurisdictionem. Eodem etiam modo intelligitur Gratian. *in c. miramur, vers. cùm ergo Sacerdotibus*, 14. *q.* 1. quòd non voluerit generaliter quemlibet Sacerdotem in sacerdotali vnctione, cum charactere potestatem excommunicandi in actu recipere, sed supponendo terminos habiles disputare an illi, qui eam habent potestatem ab Ecclesia, eandem amittant propter hæresim, quamvis Gratianum in hoc proposito reprehendat Vgolin. *d.* §. 19. *n.* 6. Ad *c.* 2. *supra hoc tit.* ex litera patet solutio, dum enim conceditur Sacerdotibus potestatem excommunicandi auctores damni, clarissimè loquitur de Sacerdotibus habentibus iurisdictionem fori contentiosi, vt patet ibi, *nisi iudiciario ordine quis probare possit*, &c.

Prælatis.] Ergo Curatus Prælatus dicitur, & præ- 2
laturam habere, tangit Petr. Gregor. *in tract. de benef. cap.* 10. *num.* 20. tradit Lambert. *de iurepatron. lib.* 2. *part.* 1. *q.* 7 *art.* 20. *n.* 2. quos refert & sequitur Dionys. Paul. *de vera Patriarchalium quatuor sedium erect. c.* 13. *num.* 38.

Collige ex hoc text. Prælatos omnes Episcopo inferiores, qui iurisdictionem habent fori contentiosi, habere potestatem ferendi censuras, vt per Sot. *in* 4. *dist.* 22. *q* 2. *art* 1. *vers. non est*, Cou. *d.* §. 11. *num.* 1. *vers. primum.* Vgolin. *d. c.* 2. §. 20. Læli. Zech. *cap.* 1. *num.* 6. *vers.* 6. *& vers.* 16. & confirmatur, quia licèt soli Episcopi plenam, & simpliciter in tota sua diœcesi ordinariam habeant iurisdictionem, gloss. *verbo iurgia, in cap. perlectis*, 25. *dist.* non tamen inconuenit, quòd alij inferiores Prælati quoad nonnullos actus, & certa aliqua negotia, vel certas personas, attento eodem iure communi ordinariam habeant iurisdictionem fori exterioris, vt bene aduertit Bero. *in rubr. de offic. deleg. n.* 15.

Vnde Guardianos, Abbates, Generales, & alios Prælatos Regularium, iure communi absque aliquo priuilegio excommunicare, aliásque censuras ferre posse probatur ex supradictis, diximus namque omnes illos censuras ferre posse, qui iurisdictionem habent fori contentiosi, sed Generales, Abbates, & alij Religiosorum Prælati, in eos hanc exercent fori contentiosi iurisdictionem, ad eos enim omnis potestas, & sollicitudo pertinet sui Monasterij, *cap. luminoso. cap. nullam* 18. *q.* 2. atque etiam Monachorum correctio, & excessuum punitio, *c. quanto*, *hoc tit. cap. ea, quæ*, iuncta *gloss.* 1. *de statu Monach.* cum multis aliis, quæ latissimè prosequitur Abb. *in cap. cùm contingat, à num.* 21. *de foro compet.* & alij de quibus Boër. *decis.* 271. *à num.* 4. latè Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 1. *quæst.* 17. *artic.* 1. *cum seqq.* & plenè relati à Cened. *ad Decretal. collect.* 111. Ergo eodem iure communi censuras ferre posse dicendum est, & probat text. *in cap cùm in Ecclesiis, de maiorit. & obed. & in cap. reprehensibilis ad fin. de appellat. & in c. sicut* 33. *iuncta gloss. verbo anathematis*, *de simon.* & vltra antiquiores, quos referunt, notarunt Henriq. *in summ. lib.* 13. *de excommun. cap.* 24. §. 3. Vgolin. *d.* §. 20. *à num.* 11. Soar. *d. sect.* 2. *num.* 9. *versic. item Superiores*, iuncto *num.* 11. latè Fr. Emman. *tom.* 1. *quæst.* 59. Neque obstat text. *in cap. quidam, & in cap Monasteria* 18. *quæst.* 2. quia resp. procedere in Monachis laicis, quales olim erant ferè omnes, *cap. sic viue* 16. *quæst.* 1. Vel intelligi potest procedere quoad correctionem, quæ semper ordinariis reseruata fuit, *cap. hoc tantùm, cap cognouimus* 18. *quæst.* 2. *cap.* 1. *cap. in singulos*, §. *porrò, de statu Monach.* Vtrùm autem Abbates, & Guardiani, aliique Prælati quasi Episcopalem iurisdictionem non habentes possint ferre excommunicationem ad finem reuelationis furtorum, aut pro rebus deperditis, negatiuè respondet Fr. Emman.

d. q 59.

d.q.59 art 4. id enim solùm concedi Episcopis decidit Conc. Trid. *sess* 25. *de reform. c.3.* Vtrùm autem Abbates isti extra locum suæ Prælaturæ in suos subditos censuras ferre possint, disputant latè Abb. *in d.c. cùm contingat, n.*33. & Fr. Emman. *d. art.* 1. affirmatiuè resoluentes.

Sic etiam ex dictis infertur attento iure communi omnes Episcopos & Prælatos superiores censuras ferre posse, diximus enim hos omnes censuras ferre posse, qui iurisdictionem habent fori contentiosi, constat hanc habere Episcopos, & alios superiores Prælatos, attento iure communi, *c* 1. *c. irrefragabili, hoc tit. c. qualiter & quando, il* 2. *in princ. de accus.* Ergo iure proprio eos hanc habere potestatem, & iure communi attento probat text. *in c. ad reprimendam, & in c. conquerente, hoc tit.* resoluunt vltra ordinarios ibi, omnes suprà citati *in vers. ibid. post n.*2. ampliâtes procedere in Episcopis confirmatis, quamvis nondum consecratis, per *c. transmissam, de elect.* vbi notant omnes, teste Vgolin. *d.* § 20. *num.* 6. *vers. quarto*, Henriq. *d. cap* 24. *in princip.* Iacob. de Graffis *c.*4. *n.*5. *dictis locis* idem resoluentes in Capitulo Sede vacante.

3 *Plebanus sancti P.* &c.] Aduerte ideo huiusmodi Plebani excommunicationis sententiam valuisse, quia habebat iurisdictionem ex priuilegio, & ita de iure speciali, ita Paul. Comitol. *resp. moral. lib.* 6. *q.*51. *n.*1.

Ipsam facias, &c]Probat hic text. sententiam excommunicationis prolatam à Prælato inferiori non posse ab Episcopo relaxari sine congrua satisfactione, & eiusdem Prælati inferioris conscientia. Quod quidem Pontificis responsum non sine difficultate procedit, nam certum est absolutionem censurarum ab his præstari posse, qui eas protulerunt, vel ab eorum superioribus, Abb. *hic n.*11. Couar. *in c. alma mater, p.*1. §.12. *n.*2. Soar. *tom.*5. *disp.*7. *sect.*2. *n.*12. Vgolin. *tab.*1. *de censur. c.*4. Vnde cùm Episcopi in suis diœcesibus plenam quoad omnes habeant iurisdictionem, *c.*1. *hoc tit. c. cùm Episcopus, eod. tit lib.*6. aliorúmque inferiorum Prælatorum superiores sint, & hi non nisi ex speciali Episcoporum commissione valeant excommunicare, ex dictis *in addit. ad cap. Archidiaconis, de offic. Archid.* ideo videbatur à censuris latis ab inferioribus sine ipsorum conscientia posse Episcopum absoluere, quo fundamento si Episcopi ab illis absoluant, absolutionem licèt iniusta sit propter debitum modum non seruatum, mero tamen iure validam censet *gloss. vlt. in præsenti*, quam sequuntur Abb. & DD. communiter, teste Couar. *d.* §.12. *n* 3. comprobat Vgolin. *d.c* 4. §.1. *n.*7. & 10. verámque, & communem prædicat Soar. *de censur. d. sect.*2. *n.*17.

Verùm contrarium vrget, quia superior ad absoluendum in proposito censetur à quo, vel ab inferiori iurisdictio absolutè dependet, vel quando occurrit casus, in quo potestatem habet in eum, qui absoluitur, text. autem *in præsenti* agit de Prælatis, qui iure speciali, priuilegio scilicet, vel consuetudine habebant iurisdictionem priuatiuè respectu Episcoporum, vel si cumulatiuè in eum tantùm sensum, vt præuentioni maneat locus, & per consequens postquam inferior excommunicauit, Episcopi iurisdictionem præuenire, seu præoccupasse censendus est, ita vt Episcopus valide in causa præuenta se intromittere, vel absoluere non possit, ex reg. text. *in l. vnic. ff. de offic. cons.* & quæ latè explicat Cou. *practicarum c. vlt. à n.*1. quo fundamento meritò contra gloss. & communem tenuerunt plures Doctores antiqui, quod refert Abb. *hic n.* 11. *vers. in gloss. final.* & de veritate eiusdem communis dubitauit Couarruuias *vbi proximè.*

Neque pro illa communi facit, sed magis extorquetur in contrarium text. *in præsenti*, dum enim inquit excommunicationem à Plebano latam sine ipsius conscientia, ab Episcopo relaxari non posse, magis supponit, quòd si relaxauerit, absolutio non valebit vtpotè à non suo iudice lata, iuxta reg. text. *in c. at si clerici, in princ. de ind.* cum similibus, & significat text. per locum ab speciali *in c. venerabilibus*, §. *sanè, in fine, de sent. excom. lib.*6. dum eo tantùm casu absolutionem à superiore præstitam valere decidit, quod ipsi superiori competat de excommunicatione cognoscere; cùm ergo communis supponat ad Episcopum non pertinere cognoscere de excommunicatione lata à Plebano, sed potiùs eam inuiolabiliter obseruari facere debere, vt text. *in præsenti* expressè probat, rectè sequitur quòd si excommunicationem relaxauerit, absolutio valere non potest.

In gloss. *Ecclesiastica sententia*, ibi, *Quòd quilibet* 4
Prælatus Collegiatæ Ecclesiæ, &c.] Notatur ad hoc quòd Prælatus omnibus habentibus Collegiatas Ecclesias Regulares, vel sæculares, est cura gregis commissa, vt per Nauar. *in tract. de redditibus Eccles. q.*1. *vers. undecimò, moneo, n.*1. quod intelligit alibi idem Nauar. *comment.*1. *de Regularibus num.*63. quoad Collegium, cui præest, non tamen quoad plebem contra hanc gloss. nisi consuetudo augeat iurisdictionem.

In gloss. *Non relaxes, fin.* ibi, *cùm sit Superior, &* 5
Ordinarius, &c. Notatur ad hoc quòd Episcopus validè absoluere potest excommunicatum à Prælato inferiori, quia iurisdictio competens inferiori non datur illi priuatiuè, sed cumulatiuè, & ampliatiuè, vt per Cou. *in c. alma mater, de sent. excom. lib.*6. *p.*1. §.12. *n.*3. Soar. de Pace *in pract. tom.*2. *pralud.*1. *n.*10 Soar. *de censur. disp.*7. *sect.*2. *n.*12. Bonac. *eod. tr. disp.*1. *q.*3. *punct.*1. *n.*3. Auila *p.*2. *c.*7. *disp.*1. *dub.*11. Henriq. *in sum lib.*13. *c.*28 *n.*3.

In ead. gloss. ibi, *Nunquid tenet absolutio*, &c. Nota- 6
tur ad hoc quòd in absolutione danda citatio est necessaria, si tamen omittatur absolutio non redditur nulla, sed tenet, licèt absoluens malè faciat, vt per Roman. *cons.* 354 *sub n.*3 *vers. veritas est*, Butr. *in c. quæ fronte, de appell.* & *ibi* Abb. *n.*6. *vers. nunc quæro*, & Franch. *n.*31. Ant. Ricc. *de iure personarum, lib.*4. *c.*70. *n.*12. vbi *n.*14 limitat ne procedat vbi absolutio esset data ab eo, qui non potest dare, nisi in gradu appellationis, &c.

SVMMARIVM.

1 *Ordinatio vacantis Ecclesiæ etiam patronatæ si ex iusta causa differtur, est ibi per Episcopum œconomus ponendus.*

2 *Patronus laicus præsentans minus idoneum si est intra quadrimestre tempus, poterit alium idoneum præsentare.*

3 *Capitulum Sede vacante œconomos præfigere potest.*

5 *Patronus Ecclesiasticus ratione Ecclesiæ, & non patrimonij præsentando scienter indignum, est priuatus pro illa vice iure præsentandi.*

6 *Patroni laici quare variare possint, non ita Ecclesiastici, remissiuè.*

7 *Custodia Ecclesiæ vacantis si sit de iurepatronatus laicorum non ad patronum laicum, sed ad illum Prælatum spectat, qui ius habet conferendi.*

Cap. Cùm vos. IV.

1 Ecclesiæ vacanti quando non prouidetur, in eo quia præsentatur persona non idonea, vel oritur differentia inter Ordinarium, & præsentatorem, vel alia causa, Ordinarius remota appellatione ponere debet œconomos, qui percipiant fructus, & eos aut expendant in vtilitatem Ecclesiæ, vel fideliter conseruent futuris successoribus. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Imol. Anan. Bald. Barbat. Henric. Panorm. Host. Butr. Anch. Viuian. *in ration. primi libri iur. Pontif. pag.* 427. Alagona *in compend. iur. Can. pag.* 154. remissiuè Ximen. *in concord. part* 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1. *tit* 23. *c.* 5. & est post Concil. Later. *p.* 15. *cap.* 21.

2 *Minus idoneæ præsentantur*, &c.] Notatur ad hoc quòd patronus laicus præsentans minus idoneum, si est intra quadrimestre tempus, poterit alium idoneũ præsentare; ita Perez *l.* 2. *vers. secunda conclusio, tit.* 6. *l.* 1. *Ordinam. pag* 153. Ego ipse *de offic. & potest. Episc. p.* 3. *alleg.* 72. *n.* 104. vbi etiam teneo deuolutionem fieri ad Superiorem habentem instituere quando lapsum sit quadrimestre, & non sit idoneus præsentatus.

3 *Ponatis œconomos*, &c.] Notatur ad hoc quòd Capitulum Sede vacante œconomos præficere potest, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. l.* 30 *tract.* 3. *n.* 241. quem refert Illustr. D. meus Roder. à Cunha *in com. ad c.* 2. *n.* 4. *dist* 89.

4 *Qui debeant fructus percipere.*] Intellige de fructibus, & redditibus tempore vacationis prouenientibus, & non de spoliis beneficiariorum præmortuorum, ita Nauar. *de spoliis clericorum*, §. 10. *n.* 1. *vers ad tertium.*

5 In glos. *Minus idoneæ*, ibi, *Sed in collegio, seu Ecclesiastica persona aliud est.* Notatur ad hoc quòd patronus Ecclesiasticus ratione Ecclesiæ, & nõ patrimonij præsentando scienter indignum est priuatus pro illa vice iure præsentandi, ita Perez *d. l.* 2 *vers. prima conclusio, pag.* 153. Cald. Pereira *de potestate nomin. c.* 1. *n.* 61. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 58. *n.* 11. Mar. Anton. *var. resol. lib.* 1. *resol* 19. *n. vlt.* Vgolin. *de offic. & potest. Episc. c.* 51. §. 1. *n.* 4. *vers.* 2. Ego ipse *loco præcitato*, & hanc glossam esse communiter receptam asserunt multi, de quibus Lambert. *de iurepatron.* 2. *art.* & 4. *q.* 10. *principalis, p.* 1. *l.* 2. Card. Tusch. *lit. P. concl.* 148.

6 In ead. glos. ibi, *Et hæc potest esse ratio*, &c. De ratione diuersitatis quare laici patroni variare possint, non ita Ecclesiastici, egi *d. alleg.* 72. *n.* 154.

7 In glos. *O Economos*, ibi, *Et ex hac litera notare debes*, &c. Notatur ad hoc quòd custodia Ecclesiæ vacantis, si sit de iurepatronatus laicorum, non ad patronum laicum, sed ad illum Prælatum spectant, qui ius habet conferendi, seu instituendi, quamvis Episcopus non sit, ita Innoc. *hic n.* 1. *super verb. Ecclesiast.* Host. *col.* 2. *n.* 3. *in verbo, ponatis, & n. seq.* Ioan. Andr. *col.* 3. *n.* 16. Bald. *col.* 2. *n.* 4. Petr. de Anch. *n.* 2. *vers. quartò nota*, Anton. de Butr. *col. pen. in fin. n* 16. Panorm. *col.* 3. *n.* 8. *vers. secundò nota*, Rendina *in prompt recept. sentent. tom.* 1. *tit.* 34. *n.* 5. Ego ipse *de offic. & potest. Episcop. p.* 3. *alleg* 72 *à n.* 17.

SVMMARIVM.

1 *Ordinario quando constat quod absolutus à Papa suppresserit veram causam, quare fuerit excommunicatus, debet illum remittere ad Papam, si vero sibi non constat, adest tamen vrgens suspicio contra illum, debet cogere eum se purgare.*

2 *Excommunicatus vna, vel multis excommunicationibus ex pluribus causis æque principalibus, non censetur absolutus ab omnibus si in petitione vnam ex illis tacuit.*

3 *Absolutio exorta per dolum versantem circa causam finalem inualida est.*

4 *Excommunicatus semel amplius potest excommunicari, eadem prima excommunicatione manente.*

5 *Censura vna auferri potest alia remanente.*

6 *Absolutus pro falsa causa quare non habeatur pro absoluto, sicut pro falsa causa excommunicatus habetur pro excommunicato, remissiuè.*

Cap. Ex parte. V.

1 Excommunicatus ab ordinario quando obtinet absolutionem à Sede Apost. non explicando veram causam excommunicationis, & hoc constat Episcopo, Ordinarius censuris coget illum redire ad Sedem Apost. cum literis Episcopi veritatem continentibus; si verò hoc non constat, sed est suspicio, compellere debet illum coram se purgare. Colligũt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Io. Andr. Anast. Innoc. Imol. Butr. Panorm. Henric. Anch. Bald. Host. Barbat. Viu. *in ration. primi libri iur. Pontif pag.* 428. Alagon. *in compend. iur. Can. pag.* 154. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1. *tit.* 23. *c.* 7. & est post Conc. Later. *p.* 31. *c.* 1.

2 *Occultatis excessibus*, &c.] Notatur ad hoc quòd si quis vna, vel multis ligatus est excommunicationibus ex pluribus causis æquè principalibus, non censetur absolutus ab omnibus si in petitione, & impetratione absolutionis vnã ex illis tacuit, vt per Henriq. *in sum. lib.* 13. *c.* 30. §. 2. Frechil. *de com. art.* 4. 4. *p. n.* 2. Nicol. Garc. *de benef. p.* 8. *c.* 3. *n.* 13. Cou. *in c. alma mater, p.* 1. §. 11. *n.* 13. Mar. Alter. *de censur. tom.* 1. *de excommun. lib.* 4. *disp.* 5. *c.* 4. *vers. dico primò*, cum quibus multipliciter intellige. Vnde absolutionem ab excommunicatione pronuntiatam ex falsa causa esse nullam, & nihil prodesse excommunicato, tenent Cou. *d.* §. 11. *n.* 14. Nauar. *in man. c.* 27. *n.* 38. Mar. Alter. *d. disp.* 5. *c.* 3. Sic eodem modo inualidam esse absolutionem exortam per dolum versantem circa causam finalem, quia Superior non intendit absoluere nisi iuxta causam sibi propositam, tenet Bonacin. *de censur. disp* 1. *q.* 3. *puncto* 8. *n.* 2. vbi etiam tenet validam esse absolutionem exortam per dolum versantem circa causam tantummodo impulsiuam, de quo vide Nicol. Garc. *d. c* 8 *n.* 10 *&* 11.

3

4 In glos. *Redire.* Nota quòd semel excommunicatus amplius potest excommunicari eadem prima excommunicatione manente, Cou. *in c. alma mater, p.* 1. §. 11. *n.* 4. *de sent. excom. lib.* 6. Nau. *in c. ita quorundam iust. de Iudæ not. ab.* 13 *glos. fin. à princ.* Perez *l.* 1. *col.* 26. *vers. dubitatur, tit.* 5. *lib.* 8 *Ordin.* semel enim ligatus vna censura, est adhuc subiectum capax alterius, non tantùm diuersæ rationis, sed etiam eiusdem, Sylvest. *verbo, excommunicatio* 1. *n.* 10. Soar. *de censur. disp.* 5. *sect.* 2 Auil. *eod. tract. p.* 2. *c.* 4. *disp. vnic. dub.* 7. Bonac. *d disp.* 1. *q.* 1. *punct.* 5. *n.* 1. Hinc colligitur posse vnam censuram auferri alia remanẽte, quia inter censuras non est necessaria connexio, & sicut vna potest ferri ante aliam, ita etiam potest auferri, S. Thom. *in* 4. *dist.* 18 *q.* 18. *art.* 5. Valent. *tom.* 4. *disp.* 8 *q.* 17. *puncto* 8. Vgolin. *de censur. tab.* 1. *c.* 19. §. 3. *n.* 10. Sayr. *eod. tract. lib.* 2. *cap.* 21. *n.* 13. Soar. *disp.* 7. *sect.* 9. *num.* 4. *&* 6. quos refert, & sequitur

5

Bonacina

Bonacina *d. disp. 1. q. 3 puncto 6 n. 1.* nam ligatus pluribus excommunicationibus obtinens absolutionem expressa vna causa, seu vna excommunicatione, non habetur pro absoluto quoad aliam, vt *in cap. cùm pro causa, & in c. officij, de sent. excom.* Couar. *d. §. 11. n. 13. concl. 2* Vgolin. *tab. 1. de censur. c. 19. §. 4. n. 4.* Nic. Garc. *d. c. 3. n. 13.* & ideo valet impetratio absolutionis ab vna excommunicatione, non facta mentione de aliis, quibus idemmet ligatur, Sanch. *de matr. lib. 8. disp. 24. n. 1.*

6 In ead. gloss. ibi, *Sed quæritur quare absolutus pro falsa causa non habetur pro absoluto, sicut pro falsa causa excommunicatus habetur pro excommunicato,* &c. Huius glossæ differentiam inter excommunicationem, & absolutionem sequuntur Couar. *d. §. 11. n. 14.* Nauar. *d. n. 38.* declarat Mar. Alter. *d. disp. 5. cap. 3. vers. qua in re.*

SVMMARIVM.

1 *Delegati Papæ desidia, vel malitia si quis perseuerat in peccato, Ordinarius loci potest supplere, non obstante quòd causa fuerat delegato commissa.*
2 *Testes in figura iudicij, & viua voce non in scriptis testimonium perhibere tenentur, & cogi possunt.*
3 *Testes si extra patriam vocentur pro testimonio ferendo, illis solui debet expensis producentis, antequam de domo pedem moueant.*
4 *Expensæ iudicis auctoritate taxandæ sunt.*

CAP. Significauit. VI. *Cœlest. III.*

1 EPiscopus quando excommunicat aliquos, v. g. manentes in matrimonio incestuoso, & isti per appellationem impetrant à Papa iudicem delegatum qui illos absoluit, sed non inquirit causam ex malitia, vel desidia, Episcopus potest denuò eos excommunicare, donec delegatus legitimè prosequatur causam. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Collect. Zabar. Innoc. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Butr. Anch. Host. Panorm. Barbat. Bald. Felin. Imol. Henric. Viuian. *in ration. primi libri iur. Pontif. pag.* 429. Alagona *in compend. iuris Can. pag.* 155. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 1. *tit.* 14. *cap* 2.

2 In gloss. *Pro eorum receptione.* Aduerte quòd testes in figura iudicij, & viua voce, non in scriptis testimonium perhibere tenentur, Soar *in thesauro sentent. lit. T. n.* 165. Mascard. *de probat. in proœm. q.* 5. *n.* 11. Farin. *in praxi crim. p.* 2. *q.* 80. *n.* 27. quos refert parens meus *in remiss. ad Ordin. Regiam Lusit. lib* 3. *tit.* 56 §. 6. *n.* 4. Et ad hoc cogi possunt Farinac. *d. p.* 2. *q.* 78. *à n.* 1. *& à n.* 57. Fr. Ludou. Miranda *de ordine iud. q.* 24 *art* 1.
3 *concl.* 3. Soar. de Pace *in pract. tom.* 1. *p.* 1. *temp.* 8. *n.* 16. Et si extra patriam proferendo testimonio vocentur, eis solui debet sumptibus producentis antequam de domo pedem moueant, Surd. *de aliment. tit.* 4. *q.* 8. *n.* 3.
4 & 9. Steph. Gratian. *disceptat. forens. c.* 57 *n.* 9. & iudicis auctoritate expensæ taxandæ sunt Rebuff. *de reprobat. testium, n.* 405. *cum seq.* Bellacomb. *tom.* 2. *com opin. lib.* 7. *tit.* 13. *n* 61. *pag.* 257. Surd. *d. tit.* 4. *q.* 21. *n.* 2. quales consueuerunt facere domi suæ, Gregor. *l.* 21. *verbo, quæ coma, tit.* 2. *p.* 4. Stephan. Gratian. *d. c.* 57. *n.* 4. Surd. *d. tit.* 4. *q* 18. *n.* 8. 12. 13 & 14. cum salario, quòd ex suis artibus, vel officiis lucrari possent, Cacher. *Pedem. decis.* 46. Camil. Borrel. *cons.* 21. *n fin.* Franc. Marc. *Delphin. decis.* 178. *c.* 3. *p.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius supplet negligentiam Abbatis non reuocantis Monachum vagabundum.*
2 *Monachi vagatio sine expulsione non priuat Monasterium iure suo, quod habet in eum.*
3 *Eiectus è Monasterio per iustam sententiam desinit esse Monachus Monasterij.*
4 *Regulares vtriusque sexus non possunt tenere propria, sed omnia dare debent suis Superioribus.*
5 *Apostatas, & Fratres fugitiuos recolligendi cura cui incumbat, ostenditur.*
6 *Abbates in suos Monachos iurisdictione vtuntur ordinaria.*
7 *Consuetudo iurisdictionem dare potest.*

CAP. Quanto. VII. *Innoc. III.*

REgulares dissolutos, vt qui relicto claustro pe- 1
cunia comparata, discurrunt per curias Principum, Episcopus admonere tenetur vt resignata pecunia in manibus Prælatorum, conuertenda in vtilitatem domus secundùm Abbatis consilium, Regularem vitam obseruent, & si Prælati sunt negligentes, eos corrigere, & compellere debet priuatione officij, & beneficij appellatione remota. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anan. Barbar. Butr. Panorm. Host. Felin. Anch. Innoc. Henric. Boich. Guid. Papæ, Cened. *collect.* 121. Viu. *in ration. primi libri iur. Pont. pag.* 429. Alagon. *in compend. iur. Canon. pag.* 155. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 1. *tit.* 20. *cap.* 1.

Claustrum abhorrentes, &c.] Notatur ad hoc quòd 2
vagatio Monachi sine expulsione non priuat Monasterium iure suo, quod habet in eum, vt per Tiraq. *de retractu lig. §* 10. *gloss.* 1. *n.* 16. Solus enim eiectus per 3
iustam sententiam desinit esse Monachus Monasterij, vsque adeò, vt amplius cum eo communionem non habeat, Abb. *in c.* 1. *de infant. expos.* quem sequuntur *ibid.* Socin. & Anan. ac Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib.* 8. *c.* 11. *n.* 1. vbi *n.* 4 quòd per sententiam expulsionis tollitur obligatio religiosi erga religionem, nouissimè R. P. Franc à Coriolano *in tract. de casibus reseruatis, p.* 2. *casu* 2. *de apostasia, n.* 30. *& in appendice.*

Vt proprium in manibus Prælatorum, &c.] Sacra cen- 4
suit Congreg. Regulares vtriusque sexus non posse tenere propria, sed omnia dare debere suis Superioribus a quibus primò eorum necessitatibus subueniendum est, reliquum verò conferendum in vsum Monasterij, Nau. *comment.* 2. *de regul. n.* 18. *& in tract. de reddit. ib. Ecclesiast. q.* 1. *n.* 84. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 9. *q.* 1. *prope fin.* Francisc. Leo. *in thesauro fori Ecclesiast. p.* 2 *c.* 1. *n.* 41. Ego ipse *de offic. & potest. Episc. p.* 3. *alleg.* 103. faciunt quæ P. Francisc. à Coriolano *d. p.* 2. *casu* 4.

Si Prælati eorum, &c.] Notatur ad hoc quòd cura 5
recolligédi apostatas, & Fratres fugitiuos specialiter, & principaliter eorundem Prælatis incumbit respectiuè, Episcopis autem, & locorum ordinariis in casu, quo ipsi in re tanti ponderis, & momenti negligentes extiterint, ita Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom.* 1. *q.* 51. *art.* 3. Vnde Archiepiscopus in tota Prouincia potest admonere Monachos, & alios Regulares vagabundos, & apostatas vt redeant ad sua Monasteria, monendo priùs Episcopos suffraganeos vt id exequantur, deinde Regularium Superiores, vt

eos reducant, quibus negligentibus ipse compellet Regulares,& etiam Superiores,Marc.Ant.Genuens. *in praxi Curiæ Archiepisc. Neapol. c.70. n.20* Attenta verò dispositione Concil.Trident. *sess.de reformat.c.3.* Regularis extra Monasterium degens etiam sui Ordinis priuilegij prætextu tutus non est quominus si deliquerit ab Ordinario loci, tanquam super hoc à Sede Apostolicæ delegato,secundum Canonicas sanctiones visitari, puniri, & corrigi valeat, de quo egi *d.p.3.alleg.105.à n.14.*

6 In gloss. *Si Prælati.* Notatur ad hoc quòd Abbates in suos Monachos iurisdictione vtuntur ordinaria, suntque eorum iudices ordinarij,quippe quod iurisdictio propria sit muneris sui functioni adhærens,vt per Victorin. Mansum *de modo procedendi in causis Regul.c.2.n.2.* Bapt.Confert. *summ. priuileg. tit.11.c.1.* Aldrete *de religiosa disciplina tuenda, lib. 1. cap.2.n.4.* & ideo Clerici Regulares, seu Monachi indistinctè coram suo Abbate sunt conueniendi, vel accusandi, præterquam de grauissimis criminibus depositione dignis,Boër.*decis.271.n.5.* Fr. Emman. *quæst.Regular. tom 2. q.63. art 1.* vbi tenet quòd attento iure communi nullum est in hac re constituendum discrimen inter Clericos sæculares, & Regulares. Qualiter autem attento iure communi Monachi fuerint Episcopis subiecti, & postea per Summorum Pont. priuilegia ab Ordinariorum potestate exempti, dixi *d.p.3. alleg.105. à princ.*

7 In ead.gloss.ibi, *Quæ dat iurisdictionem.* Notatur ad hoc quòd consuetudo iurisdictionem dare potest, post Bart. Ias.Felin.Bald.& Roch.notat ex hac gloss. Cou.*in reg.possessor.p.2.§.3.n.1.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus ab vno Episcopo ab aliis est vitandus. Et Archiepiscopus per querelam aditus absoluere non potest nisi primo remittat.*
2 *Absoluere non potest ab excommunicatione lata per sententiam generalem, vel particularem nisi ille qui eam tulit, vel eius successor, vel Superior.*
3 *Absolutus simpliciter ab excommunicatione præstita cautione de satisfaciendo, si non satisfaciat, non incidit in priorem excommunicationem, sed oportet, quòd iterum excommunicetur.*
4 *Absolutus sub promissione de parendo mandatis, si non paret, minimè remanet excommunicatus.*
5 *Excommunicatus si appellat post decem dies iudex ex æquitate debet admittere appellationem.*
6 *Sententia lata in matrimoniali causa, à qua prouocatum non est, prætextu appellationis corrigi, aut emendari nequit.*
7 *Excommunicatus nisi appellet intra decem dies, dempto absolutionis effectu non auditur per viam appellationis, sed per viam simplicis querelæ.*
8 *Metropolitanus potest adiri per viam querelæ quando sublatum est remedium absolutionis.*
9 *Excommunicans iniustè tenetur ad interesse.*
10 *Excommunicationis iniustè effectus, & an liget, remissiuè.*

CAP. Ad reprimendam. VIII.

1 EXcommunicatum ab vno Episcopo absoluere non debent alij Episcopi, ac etiam Archiepiscopus quamvis appellet ad eum, sed remittere tenetur ad excommunicatorem,qui si non vult eum absoluere. Archiepiscopus absoluat accepto iuramento quòd satisfaciet Episcopo in eo, super quo fuit excommunicatus iustè, & si non obedierit, reincidat appellatione remota.Colligunt ex Ordin. Abb.antiq.Zabar. Collect.Bellam.Ioan.Andr. Anan.Butr.Henric.Imola, Felin.Panorm.Innoc.Host. Anch. Barbat.Guid. Papæ, Viu. *in ration. primi libri iur. Pontif pag.430.* Alagona *in compend.iur.Canon. pag.155* remissiuè Ximen.*in concord. p.1.& 2.* refertur ab Ant. Aug.*collect.3. Decret. lib.1.tit.20.c.2.*

Tu verò Fr. Archiepiscopo, &c] Aduerte ab excom- 2
municatione lata per sententiam generalem, vel Particularem non posse absoluere nisi illum, qui eam tulit, vel eius successorem, aut Superiorem, Valent. *tom.4.disp.7.q.17.puncto 8.* Bonacina *de censur.disp.1. q.13.puncto 1.n 2.& 5.* intellige de Superiore iurisdictione, putà in Episcopo ratione Archidiaconi, vel Parochi sibi subditi, provt in terminis *gloss.vlt.* cum sibi citatis *c.ab Ecclesiarum, super hoc tit.* & ideo Archiepiscopus cùm non habeat directè iurisdictionem in subditos suffraganeorum, non potest à censuris latis ab eis absoluere, Bonacina *d.q 3 puncto 2.n.7.* nisi quando à suffraganeo appellatum fuit ad Archiepiscopum, & cognitum de appellatione, vocatæque fuerunt partes,Soar.*tom.5.disp.7 sect.2.n.32.* vbi etiam tenet iudicem per appellationem non amittere iurisdictionem, & posse impendere absolutionem censurarum, quas tulit contra eum, qui à se appellauit, refert Bonac.*d q 3. puncto 1. n.8.* quibus præhabitis intelligere debemus text.in præsenti dum habet Archiepiscopum per querelam aditum non absoluere, nisi primò remittat, vt procedat quando ad Archiepiscopum per simplicem querelam aditur;vel quando non fuit cognitum de appellatione vocatis partibus, sed quamvis hæc responsio sit communiter recepta ex verbo *conquestus*, vt notauit gloss.*hîc*, & Abb.*n 3.* ac Zabar.*2. oppos.4.* ex diametro tamen videtur offendere literam huius text.ibi, *Cum excommunicationis sententia*, &c. Quare facilis est solutio, quæ colligitur ex litera, agere scilicet Pontificem in præsenti de causa ab Archiepiscopo ad Episcopum excommunicationem remittenda, non ex debito necessitatis, sed honestatis, ibi, *Quasi Coëpiscopo deferens*, quòd non negat, imò expressè concedit text. *in c.per tuas, de sententia excommunicationis*, ibi, *Nisi volueris Episcopo diœcesano deferre*, quod eleganti trimembri explicauit Pont. *in c.venerabilibus, §.sanè, de sent.excom.in 6.*

Reducere non omittas.] Notatur ad hoc quòd si quis 3
fuerit simpliciter absolutus ab excommunicatione, præstita cautione de satisfaciendo, tunc etiamsi non satisfecerit, nequaquam incidit in priorem excommunicationem, sed oportet quòd iterum excommunicetur, vt per Felin.*col.2.in præsenti*, & ad hoc dicit hunc text.celebrem Couar.*in c. alma mater, p.1.§.11. n.6.de sent. excom.lib.6.* Sic etiam absolutus sub pro- 4
missione de parendo mandatis, si non pareat,minimè remanet excommunicatus, sed requiritur noua subintrusio in excommunicatione, Abb. *hîc not.4.* Gemin.*in c.eos*, §.1.*vers. quod si absolutus*, & *ibi* Franch. *n.3.de sent. excom. lib.6.* Dec. *cons.145. sub n.1.* Ricc.*d. lib.4.c.66.n 14.*

In glos.*Suspendatur*,ibi,*Vel quandocumque possit ap-* 5
pellari. Notatur ad hoc quod si excommunicatus appellat post decem dies, iudex ex æquitate debet admittere appellationem, vt per praxim Episcop. *p.1. verbo, appellatio*, §. 11. *pag.23.* non potest tamen se defendere in expensis parti aduersæ debitis ratione contumaciæ, Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium, lib. 4. cap. 63. num.20.*

In

6 In ead.gloss.ibi, *Postea possit appellare.* Notatur ad hoc quòd sententia lata in matrimoniali causa, à qua pronocatum non est, ita assumit auctoritatem rei iudicatæ, vt prætextu appellationis corrigi, aut emendari nequeat, Couar.*de sponsal.p.*2 *c.*8.§.12.*n.*12.Stephan.Gratian.*discept forens.c.*155.*n.*37.

In ead.gloss.ibi, *Per simplicem querelam.* Ex doctrina & similitudine huius gloss.colligunt Doctores communiter sententiam in causa matrimoniali, quæ appellatione cessante in rem iudicatam transiuit, veritate comperta non nisi remedio querelæ retractari posse, & ita procedere *c.lator*, & *c.consanguinei*, *de re iudic.*sequitur omnes *hic*, & *in d.cap.lator*, vbi Felin. *n.*4.Cou.*de sponsalib p.*2.*c.vlt.*§.*vlt.n.*13 *vers.*4.Marant. *de ordine iudic 3. p.6. n.*151. & 155. Rot. Bononien. *decis.*969. idem admittentes in aliis sententiis quæ in rem iudicatam transeuntes re tractari possunt, de quibus per Marant. *d. loco*, quamvis alij per viam supplicationis, restitutionis, sed per officium iudicis, vel condictionem ex lege retractari putent. Intellige querelam in proposito competere non tantùm provt importat querimoniam, qua quis queritur de iudice iniustè grauate, vt hîc in specie huius text.fieri enim rectè potest vt sententia in causa matrimoniali secundùm probationes,& merita causæ iustissimè,sed contra veritatem prolata sit, vt *in d. c.lator*, & *in d. cap. consanguinei*, verùm etiam intelligitur querela, provt dicitur remediũ principaliter competens, quo accusario,actio vel petitio contra aliquem proponitur super eo, quod ex se iniustum est, iuxta *l.querela, C.de falsis*, *c.de procurat.* Sic Sanè super huiusmodi retractatione sententiæ necessariò adiri debet superior ille, qui principaliter etiam per viam querelæ competens est, veluti ordinarius, Sum. Pont. vel Legatus in sua prouincia, *d. c. lator*, & *c.consanguinei*, *c.*1. *de offic.legat.*non autem Archiepiscopus respectu subditorum sui suffraganei,inter quos nonnisi per appellationem competens est, *c.*1. *in princ.de foro comp lib.*6. idque ex mente huius gloss.fatentur omnes præcitati, & alij, vt per addit.ad Bernard.*reg* 678.

7 In ead.gloss.ibi, *Vnde per appellationem*,&c.Notatur ad hoc quòd excommunicatus nisi appellet intra decem dies, idem pro absolutionis effectu non auditur per viam appellationis, sed per viam simplicis querelæ, Abb. *hîc sub n.6.vers. sed quoad alios effectus*, & *in c.consanguinei*,*n.*9.vbi Fel.*n.*2.*de sent. & re iud.* Ant. Ricc.*d.lib.* 4.*c.*63.*n.*8.& 9. intelligentes quoad effe-
8 ctus tantùm concernentes interesse partis. Et hinc colligunt Doctores quòd Metropolitanus potest adiri per viam querelæ,quando sublatum esset remedium appellationis, vt per Marant.*de ordine iudic. p.6.tit.de appell.n.*115.*cum seqq & tit.de sent. excom.n. vlt.* quicquid dicat Cou.*pract.n* 2.Intelligi enim potest, si per viam appellationis possit cognoscere, nam si suffraganeus committat aliquid iniustitiæ in causa vel sententia sublato remedio appellationis, tunc potest adiri Metropolitanus per viam querelæ, Praxis Episcop.*d.verbo*, *appellatio*, §.17.*pag.*24.

9 In gloss.*Fuisse*,*ad fin* ibi, *An alter alteri teneatur ad interesse.* Notatur ad hoc quòd excommunicans iniustè tenetur ad interesse, vt Perez *l.*1.*gloss.*3.*pag* 181.
10 *col.*2.*vers. quæritur*, *tit.*5.*lib.*8. *Ordin.* De effectibus iniustæ excommunicationis, & an liget, tollatque ipsam gratiam, agunt Anton. Ricciul.*d.lib.*4.*c.*1. *per totum*, & plures citati ab Aloys. Ricc. *in praxi aurea resol.*134.*n.*4.

SVMMARIVM.

1 *Patriarcha non cognoscit de causis subditorum Archi-*
episcoporum, & Episcoporum suorum, nisi per appellationem legitimam, aut vigore consuetudinis, seu priuilegij.
2 *Patriarcharum priuilegia vbi referantur, ostenditur.*
3 *Consuetudo, & priuilegium æquiparantur.*
4 *Toletanus Archiepiscopus per priuilegium speciale gaudet prærogatiuis, & priuilegiis quatuor veris Patriarchis concessis.*
5 *Patriarchæ re, an verò nomine differant à Primatibus, remissiuè.*

CAP. Deo simul. IX.

PAtriarcha, vel Primas non potest cognoscere causas subditorum Archiepiscoporum, nisi quantum ius Canonicum concedit, id est, si ad ipsum legitimè appelletur, vel ex præscripta consuetudine, vel ex speciali priuilegio Papæ. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq.Zabar.Collect.Bellam. Ioan.Andr.Barbat. Anchar. Innocent.Bald.Panorm. Anania, Butr. Imol. Guid.Papæ, Felin.Viuian.*in ration.primi libri iur.Pontific. pag.*432. Alagona *in compend.iur. Canon. pag.*155. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. & 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 1. *tit.* 20. *cap.*3. 1

Primates, vel Patriarchas nihil iuris, &c.] De prærogatiuis, & priuilegiis Patriarchis concessis egi latè *in meo tract de offic.& potest.Episc.p.*1.*tit.*3.*c.*1. 2

Vel prisca illis consuetudo contulit ab antiquo.] Notatur ad hoc quòd consuetudo, & priuilegium æquiparantur, vt per Felin. *in cap. accedentes*, *n.* 6. *de rescript.*Balb.*de præscript.*1.*p.* 5. *princ.q.*7 *n.*55. Iason. *in l. more maiorum*, *n.*42.*cum seqq. ff. de iurisd.omn.iud.* Menoch.*cons.*181.*n.*31. 3

Speciali priuilegio decreuit honorare.] Vnde nihil mirum si Toletanus Archiepiscopus omnibus, & singulis prærogatiuis, priuilegiis,& insigniis,quæ quatuor veris Patriarchis quomodolibet competere potuerunt, vti, & gaudere liberè, licitéque possit ex speciali priuilegio sibi concesso à Mart. V. incip. *Martinus*, Dat. *Kalend. Aprilis* 1422. & sui Pontificatus anno X I.de quo egi *d.tit.*3.*c.*7.*n.*11. 4

In glos.*Patriarchas*, ibi, *diuersitas est in nomine, dignitas est eadem.* De hac quæstione vtrùm Patriarchæ re, an verò nomine differant à Primatibus, egi *d. tract.de offic.& potest.Episc.p.*1.*tit.*1.*c.*6.*n.*7.& 8. 5

In gloss.*Nicænas*, ibi, 75 *dist.mos antiquus.* Hic Canon declaratur *d.tract. de offic. & potest. Episcopi*, *p.*1. *tit.*3.*c* 3.*n.*9.

In gloss. *Patriarchæ*, ibi, *Hierosolymitani.* De Patriarcha Hierosolymitano egi *d.tract.de officio*, & *potest.Episc.p.*1.*tit.*3.*c.*6.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus impeditus potest consecrationem sui Episcopi suffraganei alteri committere*, & num.2.
3 *Episcopo ex iusta causa possunt delegari & committi ea, quæ sunt Ordinis.*
4 *Causa meri imperij an sint delegabiles.*

CAP. Quod Sedem. X.

ARchiepiscopus si legitima causa est impeditus, potest committere suas vices consecrandi Epi- 1

scopum, alicui Episcopo suffraganeo Catholico, & habenti gratiam Sedis Apost. & consecrandus debet accipere consecrationem ab eo. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Innoc. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Butr. Anch. Host. Panorm. Barbat. Felin. Guid. Papæ, Imol. Bald. Alciat. Henric. Viu. *in ration. primi libri iur. Pontif. pag.* 432. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 156. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. August. *collect.* 2. *Decret. l.* 1. *tit.* 20. *cap.* 4.

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumit Quarant. *in sum. Bullarij, verbo, Archiepiscopi auctoritas, vers. quarta auctoritas*, dummodo sit Episcopus, & ita suo Vicario Episcopo, vt resoluit Sbroz. *de officio*
3 *Vicarij, l.* 2. *q.* 10. *n* 2. ea etiam quæ sunt Ordinis, delegari possunt, & committi alicui Episcopo ex iusta causa, nempè Episcopo delegante absente, vel impedito. Cou. *var. lib.* 3. *c.* 20. *n.* 3. quicquid dicat Sbroz. *d. lib.* 2. *q.* 12. *n.* 5.

4 *Cui eas duxeris committendas.*] Per hunc text. tenet Bart. *in l. nec quicquam, §. vbi decretum, n.* 8. *ad fin. ff. de officio Procons.* licere de iure Canonico, delegare causas meri imperij, de quo vide Ias. *in lib.* 1. *n.* 28. & 70. *ff. de officio eius*, Couar. *lib.* 3. *var. c.* 20. *à n.* 1. D. Barbosa *in l. cum Prætor, §.* 1. *n.* 126. *cum seqq. ff. de iudicis.* Et an & quando causæ meri & mixti imperij sint delegabiles, vide Abb. *in præsenti, ex n.* 4. & Felin. *n.* 2. Bellug. *in speculo Principum rub.* 24. *in §. mixtum n.* 4. vbi Camil. Borrel. *in addit. lib. B. & C.* Clar. *lib.* 5. *§. fin. q.* 42. *n.* 9. Sebast. Vant. *in tit quibus modis sent. nullit. rep. n.* 50. Martin. de Olano *in antinom. lit. D n.* 26. *cũ seqq.* Ioseph. Gonzal. *var. q. c.* 19. *à princ. & c.* 23. Menoch. *de arbitr. l.* 1. *q.* 54 *ex n.* 1. *& q.* 74. *ex n* 43.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus causam ad se per appellationem delatam subditis suffraganei committere valet, non tamen ad ipsam suscipiendam compellere potest.*

2 *Metropolitanus non potest tractare causas inter subditos Episcoporum, qui ad eius Metropolim spectant.*

3 *Archiepiscopus habet iurisdictionem in subditos suffraganeorum in casibus tantùm a iure expressis.*

4 *Archiepiscopus est ordinarius iudex omnium Episcoporum suæ Prouinciæ.*

5 *Episcopus absoluere potest excommunicatum à Prælato inferiori.*

6 *Archiepiscopus potest punire subditos suffraganeorum deuiantes à consuetudine Metropolitanæ Ecclesiæ in diuinis Officiis.*

7 *Archiepiscopus habet iurisdictionem in subditos suffraganei per appellationem.*

8 *Episcopi ob negligentiam deuoluitur potestas ad Archiepiscopum.*

9 *Archiepiscopus potest cogere Episcopum vt constituat sibi Vicarium, quando non est idoneus ad regendum.*

10 *Delegatus Principis est dignior ordinario quoad causam delegatam.*

11 *Ordinarius absoluere non potest excommunicatum à delegato summi Pontificis.*

12 *Causa semel ad Curiam delata nunquam exit Curiam, nisi à Principe rursus ad iudicem ordinarium remittatur.*

13 *Papæ manus appositio facit, quòd causa semel affecta Curialis semper remaneat Curialis.*

14 *Protestatio facienda est illi, cui negotium principale tangit.*

15 *Iudicandi munus est honor, & nobilitas ex iudicatura causatur.*

16 *Sacerdos omnis quoslibet pœnitentes à quibusuis peccatis, censuris in articulo mortis absoluere potest.*

17 *Laicus in articulo mortis à peccatis absoluere non potest.*

18 *Mortis in articulo non dicitur constitutus omnis transfretare volens, sed credens, aut dubitans probabiliter se naufragaturum.*

19 *Oblatio verbalis sufficit recusante creditore.*

CAP. Pastoralis. XI.

ARchiepiscopus potest delegare causam sibi per 1
appellationem delatam subditis sui suffraganei, qui nolunt delegationem acceptare, ab Archiepiscopo compelli non possunt. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Innoc. Imol. Butr. Panorm. Henric. Anch. Host. Felin. Viu. *in ration. primi libri iur. Pontif. pag.* 433. Alagon. *in compend. in. Can pag.* 156. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 1. *tit.* 20 5.

Compellere nequit.] Notatur ad hoc quòd Metropo- 2
litanus non potest causas tractare inter subditos illorum Episcoporum, qui ad eius Metropolim spectant, vt per Couar. *de sponsalib. p.* 2. *c.* 8. 6. 12. *n.* 12. *& 4c. & pract. c.* 9. *n.* 2. Nec etiam potest subditos sui suffraganei compellere causas delegatas ab eo suscipere. Steph. Quarant. *in summa Bullarij verbo, Archiepiscopi auctoritas, n.* 12. nam citra appellationis articulum nec partibus consentientibus aliquid cognoscere valet, Mohed. *decis.* 5. *de appell.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 4 *c.* 989.

Exceptis quibusdam articulis.) Notatur ad hoc quod 3
Archiepiscopus habet iurisdictionem in subditos suffraganeorum in casibus tantùm in iure expressis, vt per Mar. Ant. Genuens. *in praxi Archiep. Neapol. c.* 70. *n.* 6. *vers. septimo.*

Licèt Episcopus sit as, &c.] Notatur ad hoc quod 4
Archiepiscopus est ordinarius iudex omnium Episcoporum suæ Prouinciæ, Bottæ. *de Synodo, p.* 3. *tr.* 1. *sub n.* 27. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel gloss.* 42. *n.* 16 Soar. de Pace *d. prælat.* 1. *n.* 17. Quarant. *d. verbo, Archiepiscopi auctoritas, n.* 10 *vers. decima sexta*, Marc. Anton. Genuens. *d. c.* 79. *n.* 7.

In gloss. *Inuitum.* Contra hanc gloss. posse Episco- 5
pum absoluere excommunicatum à Prælato inferiori, tenent Cou. *in c. alma mater, p.* 1. §. 12. *n* 3. Soar. de Pace *in pract. tom.* 2. *prælud.* 1. *à n.* 10.

In gloss. *Exceptis*, ibi, *Primò cùm deueniat*, &c. No- 6
tatur ad hoc quòd Archiepiscopus potest punire subditos suffraganeorum deuiantes à consuetudine Metropolitanæ Ecclesiæ in diuinis Officiis, Quarant. *d. verbo Archiepiscopi auctoritas, vers. vigesimo secundo*, vbi aduertit hodie super hoc esse constitutiones Pij V. super recitatione Romani Breuiarij, & de Missalis Romani ex decreto Concil. Trident. restituti approbatione.

In ead. gloss. ibi, *Item si causa deferatur ad eum per* 7
appellationem Notatur ad hoc quòd Archiepiscopus habet iurisdictionem in subditos suffraganei per appellationem, Quarant. *vbi proximè n.* 13. *vers. decima octaua*, Mar. Anton. Genuens. *d. c.* 70. *n.* 7.

In ead. gloss. ibi, *Item quando Episcopus negligens est.* 8
Notatur ad hoc quòd propter negligentiam Episcopi deuoluitur potestas ad Archiepiscopum, Afflict.

in

in cap. imperialem, §. *præterea*, *n.* 33. *de prohibita feudi alien. per Fed inter dom. & vas. not.* 13. *in fine*, Quarant. *vbi proximè*, *n.* 21. *vers. decima nona*, Mar. Ant. Genuens. *d. c.* 7 *c. n.* 3. Veluti si Episcopus negligens fuerit in exequntione vltimæ voluntatis, Abb. *hic in princ.* Lancel. Corrad. *in templo omnium iudic. lib.* 2. *c.* 4. *sub num* 22. vel quando non vult exhibere auxilium iudici sæculari, quia tunc potest adiri Metropolitanus, vt illum cogat. Cou. *practic. cap.* 10. *sub num.* 10. Vel quando negligens est in collatione beneficij, quia tunc deuoluitur collatio ad Archiepiscopum post sex menses, *c.* 2. *de concess. præbend.* Vel quando Episcopus negaret dispensare, vbi patet ratio dispensandi, Borgas. *in tr. de irreg. p* 2. *fol* 28. *sub rub. quæ*
9 *dispensatio dicatur debita.* Item Archiepiscopus potest cogere Episcopum, vt constituat sibi Vicarium quãdo non est idoneus ad regendum, vel commodè regere non potest, Abb. *in c. quoniam, hoc tit.* Sbroz. *de officio Vicarij, lib.* 1. *q.* 57. cogere etiam potest Episcopum vt constituat œconomum, *cap. in noua* 16. *q.* 7. *c. cum scimus* 9. *q.* 3. & vt constituat Archipresbyterum ruralem, iuxta *c. fin. sup. de officio Archiep* Cæteros alios casus in iure expressos, quibus Archiepiscopi sunt iudices competentes in causis subditorum suorum suffraganeorum, cumulant Quarant. *d. verb. Archiepiscopi auctoritas*, vbi quadraginta refert, & Mar. Anton. Genuens. *d. c.* 70. viginti & octo collegit: & casus in hac glos. enumeratos non esse derogatos per Concil. Trid. aduertit Praxis Episcop. *p.* 1. *verbo, appellatio*, §. 13. *pag.* 23.

§. Præterea.

Delegatus Papæ, qui contumacem excommunicauit, vel petitorem in possessionem rei induxit, si moriatur, nemo neque Ordinarius potest hunc absoluere, excepto mortis articulo, & nisi delegato mortuo succedat alius in onere, & honore, hic non posset; similiter spoliatus non potest recuperare possessionem per alium, quàm per Papam, quia delegatus in ea causa est maior Ordinario; sed pro remedio vt interrumpatur præscriptio, ne alius post annum fiat verus possessor, spoliatus potest præstare cautionem, quòd iuri patebit coram Ordinario, & si non potest coram eo, saltem coram publicis, & honestis viris; & sic post annum recuperet possessionem à Papa. Colligunt Doctores in princ. text. citati.

10 *Quantum ad illud sit maior.*] Notatur ad hoc quòd delegatus Principis est dignior Ordinario, Menoch. *de præs. lib.* 2. *præs* 17. *n.* 5. Et dicitur maior quoad illam causam in qua est delegatus, Stephan. Gratian. *discept forens. c.* 111. *n.* 67. plures citati Doctores *ad c. sanè* 11. *sup. de offic. deleg.* intellige respectu dignitatis, quia respectu firmitatis est firmior iurisdictio Ordinarij, Marant. *disp.* 1. *incip. plerunque*, *n.* 1. Corras. *lib.* 3. *miscel. c.* 19. *n.* 3. & 4.

11 *Sine mandato Summi Pontif. excommunicatus*, &c.] Notatur ad hoc quòd Ordinarius absoluere non potest excommunicatum à delegato Summi Pontif. vt per Molinam *de iust. tom.* 1. *tract.* 5. *disp.* 26. *n.* 1.

12 *Nec per alium.*] Notatur ad hoc quòd causa semel ad Curiam delegata nunquam exit Curiam, nisi à Principe rursus ad iudicem ordinarium remittatur, vt per Hyppol. *sing.* 301. & *cons.* 80. *n.* 40. Bernard. *reg.* 262. & asserit Francum dixisse text. hunc esse ad hoc
13 singularem, Cou. *pract. c.* 9. *n.* 5. quia manus appositio Papæ facit quòd causa semel affecta Curialis, semper remaneat Curialis, Mohed. *dec.* 12. *de sent. & re iud.* Rot. *decis.* 2. & *decis.* 43. *de appellat. & decis.* 23. *de rescript. in nouis*, & *decis.* 8. *de re iud. in antiq.* refert Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 5. *collect* 1452. *vers. infertur quintò.*

Ac præstare.] Notatur ad hoc quòd protestatio fa- 14
cienda est illi, cui negotium principale tangit, vt per Palaz. *in repet. c. per vestras, de donat. inter virum, & vxor* § 27. *n.* 15.

Cum onere, & honore.] Notatur ad hoc quòd iudi- 15
candi munus est honos, vt per Tiraq. *de nobilit. c* 24. *n.* 4. Ludou. Miranda *de ordine iudiciario, q.* 4. *art.* 3. *propè fin.* ex iudicatura enim nobilitas causatur, Perez *l.* 4. *tit.* 15. *lib.* 2. *Ordin.* Amat. Roderic. *in pract. de modo & forma videndi, seu examinandi processum, c.* 1. *num.* 10.

In gloss. *Præterquam*, ibi, *De quolibet genere excom-* 16
municationis. Notatur ad hoc quòd omnis Sacerdos quoslibet pœnitentes à quibuslibet peccatis & censuris in articulo mortis absoluere potest, vt per Chamerot. *de Sacram. tr. de Confessione dub.* 16. *cum seq.* Benevent. *in praxi de Pœnit c.* 15. *quæsito* 12. Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom.* 1. *q.* 45. *art.* 11. *concl.* 1. Azor. *instit. moral p.* 1 *lib* 8. *c.* 19. *q* 5. Campan. *in diuersor. iuris Can. rub.* 1. *n.* 110. Bonac. *de Sacram. disp.* 5. *q.* 8. *punct.* 1. *n.* 9. & *de censur. disp.* 1. *q.* 3. *punct.* 4. *n* 3. ex antiquioribus refert plures Cened. *ad Decretum collect.* 4. *n.* 5. multo plures ego ipse *de offic. & potest. Episcop. p.* 2. *alleg.* 26. *n.* 50.

In ead. gloss. ibi, *Quidam dicunt contrarium quòd* 17
nunquam licet laico absoluere à tali excommunicatione, quia potest ei succurri post mortem. &c. Ita Palud. *in* 4. *dist.* 17 *q.* 3. *art.* 5. *concl* 7. Rip. *de peste tit. de priuil. in d. caus. pest. n.* 46. & citati à Sayr. *de censur. lib.* 2. *c.* 21. *n.* 3. & 4. Sed posse laicum absolutionem à censuris facere in subsidium, scilicet in defectum sacerdotis, dummodo liqueat de præambulo ordine superioris, tradunt Nauar. *in man. c.* 26. *n.* 26. & *in c.* 1. *n.* 84. *de pœnit. dist.* 6. Cou. *in c. alma mater p* 1. § 11. *n.* 9. quos refert & sequitur Ioan. Baptista Costa *de remed. subsid. remed.* 127. *n.* 34. plures apud Cened. *ad Decretum collect.* 42 *n.* 3. Bonacina *de Sacram. disp.* 5. *q.* 7. *punct.* 1. *num* 2.

In ead. gloss. ibi, *Sed hic volendum est an immineat* 18
naufragium, &c. Aduerte non omnem transfretare volentem dici constitutum in mortis articulo, itavt à quolibet Sacerdote absolui valeat, sed credentem, aut dubitantem probabiliter se naufragaturum, aut aliàs de vita periclitaturum. Vide Gambar. *de casibus reseruatis, c.* 2. *à n.* 56. Fr. Emman. *in explic Bullæ Cruciatæ*, §. 9. *dub.* 3. Benevent. *d. c.* 15 *q.* 7 Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 13. *n.* 1. Bonacina *d q.* 7. *punct.* 1. *n.* 10. & *d. q.* 3. *punct.* 3. *n.* 4. plures per me *d. alleg.* 25. *n.* 52.

In gloss. *Ac præstare*, vlt. Notatur ad hoc quòd 19
oblatio verbalis sufficit recusante creditore, vt per Tiraq. *de retractatu conuent.* §. 4. *gloss.* 6. *n.* 21. Cott. *in memor. verbo, oblatio*, D. Barbosa *in rub ff. soluto matr. p.* 1. *n.* 41. & *in l. si mora, n.* 51. *eod. tit.* & ita excusat à mora & impedit cursum vsurarum quando creditor expressè recusat pretium oblatum recipere, Ruin. *cons.* 113. *num.* 1. *lib.* 1. Anton. Gabr. *commun. tit. de solution. concl.* 8. *in princ* Caroc. *in tract. de oblation. p.* 1. *quæst.* 7. *num.* 3. & *seq.* Maur. *eod. tract. num* 4. Seraph. *decis.* 715. *num* 3. Alexand. Trentacinq. *variar. resol. lib.* 3. *tit. de oblation. res.* 1. *n.* 1. *vers. sexto non procedit.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 786. *num.* 1. & 2. Marescot. *var. resolut. lib.* 3. *lib.* 1. *cap.* 57. *numero* 1. Quod si creditor non expressè recusset, sed simpliciter taceat nec recusando nec contradicendo sola verbalis oblatio non sufficit ad retardandum cursum vsurarum, Ant. Gabr. *d. concl.* 8. *n.* 2. Caroc. *d. q.* 7. *n.* 5. Trentacinq. *d. res.* 1. *n.* 1. *ad fin. vers. hæc conclusio.*

Hæc

Hæc tamen non procedunt quando creditor habet iustam causam recusandi, Anton.Gabr. *d concl.8.n.3.* Roland.*cons.53.n.38.lib* 1.Adrian.Negusant.*resp.431. n.7.*Marescot.*d.c* 58.*sub n.9.*vbi *n.9.* subdit tria copulatiuè requiri ad hoc vt verbalis oblatio excuset à mora, primò quòd sit facta purè, non conditionaliter; secundò quòd creditor expressè eam recusaverit; tertiò quòd non habeat iustam recusandi causam.

SVMMARIVM.

1 *Papa per rescriptum, quo mandat ordinario, vt subditos suos corrigat, non facit ex hoc ipsum delegatum.*
2 *Papa quando Episcopo committit id quod semota commissione ad illius spectabat potestatem, non delegata iurisdictio de nouo tribuitur, sed ordinaria, nisi in commissione adiecta fuerit clausula,* auctoritate nostra, *vel* tanquam delegatus à nobis.
3 *Rescripta sunt stricti iuris.*
4 *Monasterium nullum est, in quo priuilegio, vel consuetudine non sit obtentum, vt Prælatus cognoscat etiam priuatiuè ad Episcopum de delictis suorum subditorum Regularium.*
5 *Regulares non possunt appellare à suorum Superiorum iustis mandatis, & correctionibus.*

Cap. Licet in corrigendis. XII.

1 MAndatum Papæ datum Episcopo de corrigendis subditis remota appellatione, non facit ex hoc ipsum delegatum, sed Ordinarius manet vt antea; ac proinde subditi in casibus in quibus de iure poterant, & nunc possunt appellare ad Archiepiscopum. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq.Zabar.Collect. Bellam.Ioan.Andr.Imol.Anan. Barbat.Bald. Butr. Panorm.Host.Felin.Anch.Innoc. Viu.*in ration. primi libri iur.Pontif. pag.* 436. Alagona *in compend.iur. Canon. pag.*157.remissiuè Cened.*collect.*157. Casal.*in anvot* & Ximen.*in concord p* 1.& 2.refertur ab Ant. Aug.*collect.3. Decret.l.*1.*tit.*29.*c.*6.

2 Collige ex text.quòd quando Papa Episcopo committit id quod semota commissione ad illius spectabat potestatem, non delegata iurisdictio de nouo tribuitur, sed ordinaria, quam iam habebat, excitari videtur, itavt ab Episcopo in his terminis ad Sedem Metropolitanam appellandum sit, vt per Iason.*in l.iuscivile .n* 2 *ff.de institt.& iure*, Steph. Quarant.*in sum Bullarij, verb.Archiep.auctoritas, pag.mihi* 58.Menoch.*de præs lib.*1.*præs.*16.*n* 24. Cened.*ad Decret. collect.*157.*n.*1 D. Barbosa *in l. cùm Prætor*, §. 4. *n.*34 *ff.de iud.* ampliantes prædicta procedere etiamsi commissio fiat per verbum *præcipimus*, per hunc text. ibi, *recepit in mandatis*, vbi Abb. *n.*8. Felin.3. idem Felin.*in c.eam te*, *n.*11. *sup.de rescript.* Guillelm. *in l.sæpè*, contra doctrinam gloss.*ibi*, *ff.de officio Præsidis*, nisi in commissione adiecta fuerit clausula, *auctoritate nostra*, vel *tanquam delegatus à nobis*, aut similiter, tunc enim videtur superior iurisdictionem ordinariam inferioris mutare in delegatam, Menoch.*de arbitr.q* 12.*à n.*4.Azeued.*in rub.tit.*9.*lib.*1.*nouæ recop n.*17.*&* 18.Molina *de institt.tom.*6.*tract.* 5.*disp.*24. *n.*1.*vers.quando verò*, D.Barbosa *d.*§ 1.*n.*35. Erasm. à Cochier.*de iurid.ordinar.in exemptos*, *p.*2.*q.*14.Aloys. Ricc *p.*1.*collect.*413.

3 *Quia tamen intentionis nostræ non fuit*, &c.] Notatur ad hoc quòd rescripta sunt stricti iuris, vt per Tiraq. *in l. si vnquem*, *C. de reuocandis donat. verbo, libertis n.*55.

4 *Viros Religiosos.*] Aduertit Cened.*d collect.*157.*n.*2. quòd nullum est Monasterium in quo priuilegio, vel consuetudine non sit obtentum, vt Prælatus cognoscat etiam priuatiuè ad Episcopum de delictis suorum subditorum Regularium.

5 In gloss.*Intercluſum.* Notatur ad hoc quòd Regulares non possunt appellare à suorum Superiorum iustis mandatis, & correctionibus, quæ fiunt secundùm statuta Regulæ, vel ordinis; aut ad effugiendam disciplinam Regularem, si verò ipsam excedat in corrigendo, tunc Regularibus appellare licet, Nauar.*cons.*2.*de sent.& re iud.in antiq. & cons.*4.*de appellat.in nouis*, Fr. Emman. *q. regul. tom.*1.*q* 29.*art.*2. Sayr.*in clavi Regia lib.*12.*c.*17.*n.*38.

SVMMARIVM.

1 *Prælati subditos suos corrigere & reformare debent appellatione remota, vel consuetudine non obstante. Si tamen Capitulum consueuit corrigere excessus Canonicorum si ipsi ultra terminum ab Episcopo præfigendum non facit, ipse Episcopus hoc faciet.*
2 *Consuetudo impediens subditorum correctionem nulla est.*
3 *Iudex quando est ordinarius iure quodam speciali si negligens fuerit, sua iurisdictio ad superiorem deuoluitur.*
4 *Canonici in materia fauorabili veniunt appellatione Clericorum.*
5 *Episcopus potest præfigere terminum Canonicis, intra quem ipsi Ecclesiæ prouideant.*
6 *Iurisdictio præscriptione acquiritur.*
7 *Consuetudo iurisdictionem, tribuit.*
8 *Iurisdictio spectat ad solum Episcopum de iure communi.*
9 *Dissimulare subditorum excessus est peccatum mortale in Prælato, & Principe.*
10 *Canonici singulares de Capitulo sunt minores Capitulo.*
11 *Iurisdictio spectat ad Episcopũ de consensu Capituli.*
12 *Beneficiorum collatio in Ecclesia Cathedrali vacantium pertinet ad Episcopum vnà cum Capitulo.*
13 *Cessatio à diuinis solùm ab Episcopo, non verò à Capitulo sine ipsius auctoritate fieri potest.*
14 *Archiepiscopus tanquam Sedis Apost.delegatus punit Canonicos sui suffraganei cessantes à Diuinis ad querelam ipsius suffraganei.*
15 *Iudex Ecclesiasticus zelo correctionis, & punitionis aliquando, vel statuto, vel sententia quadam delicta punire potest pecuniaria pœna, vbi ea magis timetur.*

Cap. Irrefragabili. XIII.

1 EPiscopus debet corrigere defectus, & informare mores subditorum, & præcipuè clericorum, non obstante consuetudine, & remota appellatione, nisi Episcopus in talibus excedat modum. Item vbi est talis consuetudo Capitulum corrigat excessus Canonicorum Cathedralis Ecclesiæ ad iussionem Episcopi infra certum tempus ab eo deputandum, alioquin Episcopus corrigere debet per censuras. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq. Zabarell. Collect. Ioan. Andr. Bellam. Innocent. Henric. Hostiens. Panorm. Imol. Anan. Butr. Bald. Felin. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 437. Alagona *in compendio iuris*

iurisc Canonici, *pag.* 157. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Augustt. *collect.* 4. *Decret. lib.* 1 *tit.* 13. *c.* 1.

2 *Nulla consuetudo*, &c.] Notatur ad hoc quòd consuetudo impediens subditorum correctionem nulla est, vt per Abb. *hic n.* 3. Roch. *in c. vlt. sup. de consuet. fol.* 13. *in* 4 *ampliat.*

3 *Excessus tamen*, &c.] Notatur ad hoc quòd quando iudex est ordinarius iure quodam speciali, si negligens fuerit, sua iurisdictio ad superiorem deuoluitur, vt per Menoch. *remed.* 13. *retin. n.* 415. plura de excessu refert Auendan. *de exequendis mand. p.* 1. *c.* 14. *num.* 3.

4 *Canonicorum.*] Notatur ad hoc quòd appellatione Clericorum veniunt Canonici, vt per Put. *lib.* 3. *decis.* 92. *num.* 2. Abb. *in cap. cùm tibi, num.* 1. *&* 3. & Butr. *ibi infr. de verbor. signific.* Bero. *cons.* 3. *num.* 29. *&* *seq. vol.* 1. Federic. *cons.* 71. Bursat. *cons.* 287. *n.* 6. *vol.* 3. Bellet. *disquisit. clerical. p.* 1. *tit. de disciplina clericali*, §. 2. *num.* 4. vbi *n.* 28. resoluit in materia stricta non venire Canonicos appellatione Clericorum, dixi latè *de appellatiua verborum vtriusque iuris signif. appell.* §. 1. *n.* 3.

5 *Iura terminum competentem.*] Notatur ad hoc quòd poterit superior per appellationem, licèt non possit euocare, præcipere inferiori, vt intra certum tempus causam decidat, & definiat, Rebuff. *tom.* 1. *ad leges Galliæ*, *tract. de euocation. in præfat. q.* 5. *n.* 55. Notatur etiam in arg. quòd potest Episcopus præfigere terminum Canonicis (si ad eos solùm pertineat electio, si verò ad eos, & Episcopum insimul, Archiepiscopus) intra quem secundùm consuetudinem, & Ecclesiæ facultates ipsi Ecclesiæ prouideant, vt per Host. *in c. ex parte*, *verbo*, *credens il* 1. *de concess. præb.* vbi Panorm. *n.* 5.

6 *Qui consueuerunt*, &c.] Notatur ad hoc quòd iurisdictio præscriptione acquiritur, Cou. *in reg. possessor, p.* 1. §. 3. *n.* 1.

7 *Qui talem hactenus*, &c.] Notatur ad hoc quòd consuetudo iurisdictionem tribuit, vt per Palat. *in repet. c. per vestras*, *de donat. inter vir. & vxor. notab.* 2. §. 1. *n.* 27. Iason. *in l. imperium*, *p.* 20. *col.* 2. *ff. de iurisd. omnium iud.*

8 Nam attento iure communi solùm spectabat iurisdictio ad Episcopum, vt per Puteum *lib.* 3. *decis.* 92. *n.* 1.

In gloss. *Ne sanguinis eorum.* Aduerte dissimulare

9 subditorum excessus esse peccatum mortale in Prælato, & Principe, Cosm. *in pragm sanct. in proœm.* §. *quæ omnia*, *verbo*, *dissimulare*, *fol.* 44. *verso.* impunitas enim est iniuriæ soboles, insolentiæ mater, radix imprudentiæ, & trausgressionis nutrix, ex Sanctorum Patrum testimoniis. Ego ipse *de offic. & potest. Episc. p.* 1. *tit.* 5 *gloss* 12. *n.* 5. nam Prælatus intueri debet ne, dum immoderatiùs custoditur virtus humilitatis, soluantur iura regiminis, cùm lenitas mansuetudinis sine rectitudine feueritatis, & zelus rectitudinis sine mansuetudine non debeat inueniri: interdum tamen dissimulare debet Episcopus multa conniuere; & omnia sic moderari pro loco, & tempore. Ego ipse *d. gloss.* 12. *n* 13.

10 In gloss. *Per Capitulum*, ibi, *Cùm quilibet eorum sit par ei, vel fortè minor illo.* Notatur ad hoc quòd singulares Canonici de Capitulo sunt minores Capitulo, & sic Capitulum est maius & superius singularibus Canonicis, vt per praxim Episc. *p.* 2. *verbo*, *Concilium*, *c.* 3. *pag.* 41. Canonici dicuntur à Canone, id est, regula, vel statuto *c.* 1. *dist.* 3. vbi dixi eo quòd in primitiua Ecclesia omnes Canonici cum suo Episcopo sub certa regula, mensáque communi viuebant, *cap. dilectissimis* 12. *q.* 1. Zerol. *in praxi Episc. verbo Canonici* §. 1. Anton. Fab. *tit. de duplic. benef. n.* 27. Illust. D. meus Roder. à Cunha *in com. ad c. sanctorum* 2. *n.* 21. *dist.* 70. vbi reprobat Petr. Greg. *syntagm. lib.* 15. *c.* 23. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 11 *q.* 1. Quintanad. *lib.* 4. *n.* 25.

In ead. gloss. ibi, *De Capitulo ad Episcopum.* No- 11
tatur ad hoc quòd iurisdictio spectat ad Episcopum de consensu Capituli, vt per Puteum *decis.* 92. *n.* 3. *lib.* 3.

Notatur etiam ad hoc quòd collatio beneficio- 12
rum in Ecclesia Cathedrali vacantium pertinet ad Episcopum vnà cum Capitulo, Rendina *in prompt. recept. sent. p.* 1. *tit.* 7. *n.* 9.

§. Cæterùm.

Canonici si absque causa rationali cessant à diuinis, v. g. per interdictum, maximè in contemptum Episcopi; Episcopus hoc non obstante debet celebrare in Cathedrali, & Metropolitanus tanquam delegatus Papæ ad querelam Episcopi re cognita Canonicos castigare. Colligunt Doctores *in princ. text.* citati.

Communiter allegatur iste §. ad hoc quòd cessatio 13
à Diuinis solùm ab Episcopo, non verò à Capitulo sine ipsius auctoritate fieri potest, vt per Couar. *in c. alma mater*, *p.* 2. § 2. *n.* 6. Henriq. *in sum. lib.* 13. *c.* 54. *in princ.* Tolet. *in sum. lib.* 1 *c.* 56. *n.* 2. Fr. Emman *q. regul. tom.* 2. *q* 117. *art.* 1. Anil. *de censur. p.* 6. *dist.* 1. *dub.* 1. Sayr. *eod. tract. lib.* 5. *c* 17. *n.* 2. Soar *tom.* 5. *disp.* 39 *sect.* 3. *à n.* 2. etiam resoluentes fieri posse cessationem à diuinis à Capitulo Sede vacante, vel collegiis, & Monasteriis habentibus iurisdictionem fori exterioris, vel si ex consuetudine, aut priuilegio hanc potestatem cessandi à diuinis specialiter acquisiuerunt, per text. *in c. si Canonici*, ibi, *ex consuetudine*, *hoc tit. lib.* 6. *& in Clem.* 1. *vers. in cessationibus*, *de sent. excom.* Verùm licèt hæc opinio recepta sit ab omnibus, tamen veriùs credo Capitulum etiam non vacante Sede Collegia, & Conuentus, & semota aliqua speciali consuetudine, cessationem indicere posse, vt deducitur ex ratione *d. Clem.* 1. *vers. in cessationibus*, ibi, *quia ipsos hoc vnico lumine ad repellendas iniurias eis factas priuare nolumus*, quæ verba satis supponunt agere text. de his, qui iurisdictionem non habent fori exterioris, tunc enim cessationem vnicum lumen non diceret: nam text. *in præsens* non simpliciter concedit Episcopo relaxare cessationem factam à Capitulo sine ipsius consensu, sed factam sine causa rationabili, vel in eius contemptum, & faciunt quæ Menoch. *de arbitr. cas.* 180. *n.* 1. *cum seqq.* Text. verò *in d. c. si Canon.* ibi, *ex consuetudine*, referri potest ad consuetudinem generalem, quæ admisit, vt Capitulum, & Conuentus ex prædicta ratione cessationem dicere valeat.

Tanquam super hoc delegatus à nobis.] Collige ex text. illum, cui à lege committitur iurisdictio qualis est Metropolitanus, de quo in præsenti, non Ordinarium, sed delegatum censeri, obseruant Abb. & DD. *hic*, *gloss. vlt. in c. ad abolendam*, per text. *ibi*, *de hæret. gloss.* 2. *in c. per hoc*, *illo tit. in* 6. *gloss. verbo auctoritate*, *in cap. vnic. de Clericis ægrot. eod. lib.* resoluit Simanch. *de Cathol. instit. c.* 25, *numero* 6. facit Trid. *sess.* 5. *de reform cap.* 1. *& sess.* 6. *cap.* 2. 3 *&* 4. & aliis in locis, in quibus Episcopi delegati constituuntur in illis casibus, in quibus per Concil. Trid. Episcopis committitur potestas, quæ antea eisdem competebat. Nec obstat, quòd Ordinarius in his, quę sibi à Papa committuntur, si aliàs ad eius spectant iurisdictionem, non delegatus, sed ordinarius est, *in c. licet*, *hoc tit.* vbi Abb. *n.* 3. refert plures Boër. *decis.* 252. *n.* 5. &

constat Metropolitanum habere aliàs attento iure potestatem circa querelas Episcoporum, ex *c.1.79. dist.& ex c.si inter Episcopos 6 q.4.* Respondetur enim supradictæ obiectionis fundamenta procedere in dubio, non verò quando ex verbis, vel aliunde constat nouam, & delegatam potestatem concedi, veluti quia concedens vtitur illis verbis, vt delegatus à nobis, vel auctoritate, seu vice nostra, tunc enim quantumcunque potestas concedatur Ordinario ad quem iure communi pertinebat, & priuilegium, exemptiones, aut cætera impedimenta contratia tollantur, non dicitur ad iuris communis terminos restitui, sed iuxta verba, vel mentem concedentis noua, & delegata potestas conceditur, provt in specie probat text. *in c.cum aliquibus, versic. nisi, de rescript. in 6.* & ita contingit in hoc text. *& in d.c. ad abolendam, & in plerisque aliis Conc. Trid.decretis* in quibus conceditur potestas Episcopis ordinariis, ad quos cessantibus priuilegiis, & similibus impedimentis iure communi competebat, sed adiicitur, vt tanquam Sedis Apostol.delegati, vel auctoritate Apostolica faciant.

Nec etiam obstat declaratio Illustriss.Cardinalium ad Concil. Trident. *sess. 24. de reformatione c. 10.* vbi Episcopus, vt Sedis Apostol. delegatus visitat, & tamen declararunt Illustrissimi appellationem quoad effectum deuolutiuum interponendam esse ad Metropolitanum, vnde necessariò sequebatur Episcopos in specie non censeri delegatos, à quibus non ad Metropolitanum, sed ad delegantem appellatur, ex *c.super quæstionum, §.porro, de offic.delegati.* Respondetur enim de illa declaratione penè non constare, præsupposito verò quòd ita emanaret, procedere necessariò debet in specie de qua loquitur, vbi non apponuntur absolutè illa verba, vt delegatus, sed dicitur etiam tanquam delegatus, planè particula, etiam, exprimit vnum casum, & alium includit, & supponit, vt per citatos à me ipso *in remissionibus de dictionibus, & clausulis dictione 95.n.4.* & ita sit sensus, quòd Episcopus ibi sublatis omnibus impedimentis non solùm tanquam Ordinarius ex potestate iure communi competente, verùm etiam vt delegatus faciat, & quia in his terminis Episcopus vtramque potestatem, scilicet ordinariam, & delegatam exercere potest, in dubio si contrarium non constat, censetur vti potiùs ordinaria potestate, & ita firmiori, vt aduertit Dec. *in c.sanè il 2. n.2. d. offic. delegati.* Corras. *lib.2.miscel.c.19.* ac proinde in dubio ab Episcopo illo tanquam ab Ordinario ad Metropolitanum appellabitur, vt præfata declaratio decreuit, quæ aliàs non procedit si appareat quòd non Ordinarius facit, sed tanquam delegatus quia in hoc casu ab eodem non ad Metropolitanum, sed ad Sedem Apostolicam appellabitur, ex *d.§.porrò.*

14 *Et Metropolitanus ad querelam ipsius,* &c.] Notatur ad hoc quòd Archiepiscopus tanquam Sedis Apost. delegatus punit Canonicos sui suffraganei cessantes à diuinis, ad querelam ipsius suffraganei, vt per Mar.Ant.Genuens.*in praxi Curiæ Archiep. Neap.c.70. num.13.*

§. Prouideant.

Prælati in impositione pœnarum cauere debent à quæstu pecuniæ, & ab omni alio grauamine, quia Papa inuigilat castigando. Colligunt Doctores *in princ.text* citati.

15 *Ac quæstum pecuniæ.*] Notatur ad hoc quòd potest iudex Ecclesiasticus zelo correctionis, & punitionis aliquando, vel statuto, vel sententia quædam delicta pecuniaria mulcta punire, vbi ea magis timetur, vt per Couar.*var.lib.2 c.9.n.9.* quam Episcopus ad effugiendam auaritiæ suspicionem in propriam conuertendo vtilitatem sibi retinere non potest, sed in pios vsus erogare, vt expressè præcipitur decreto Conc. Trid. *sess.25. de reform c.3. & 14.* nisi ipse Episcopus admodum pauper esset, quia tunc eam sibi assumere posse decidit Sacra Congr.teste Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccl.decis.349.in 1 edit.& resol.300 n.3 vers. limita, in 2.edit* refero ego ipse *de offic.& potest. Episc. p.3.alleg.107.n.19.*

SVMMARIVM.

1 *Populi diuersarum linguarum quando sunt in ciuitate, vel diœcesi Episcopus debet prouidere eis per viros idoneos, qui secundum varietatem linguarum officia eis celebrent, & Sacramenta ministrent.*

2 *Episcopus vbi in dioc. habet populos diuersarum linguarum, tenetur constituere sibi Vicarium non tantùm Clericum, sed Episcopum illius linguæ.*

3 *Electio Episcoporum vt fiat in eodem Regno, de eadem natione, & lingua vtilissimum est.*

4 *Coadiutor datur inhabilibi, & illiterato, qui non potest muneri sibi iniuncto incumbere.*

5 *Vicarium constituere cogitur Episcopus.*

6 *Index Ecclesiasticus & secularis mutuò sibi præstare tenentur auxilium in exequendis mandatis, & sententiis.*

7 *Principium præteriti temporis regulariter pœnam ipso iure inducit.*

Cap. Quoniam. XIV.

POpuli diuersarum linguarum, & rituum sub Romana fide, quando sunt in vna ciuitate, vel diœcesi, vnus tantùm debet esse Episcopus, qui prouideat de idoneis ministris ad docendum, & ministrandum Sacramenta in diuersis linguis, & si necessitas vrgeat, potest habere suffraganeum Præsulem pro aliqua lingua, qui sibi subsit, & non Metropolitano. Colligunt ex Ord.Abb.antiq.Zabar. Collect.Bellam.Henric.Ioan.Andr.Panorm. Felin. Bald. Butr. Imol.Anan. Innoc.Host.Anch.Vin.*in ration. primi libri iur. Pontif. pag.*441. Alagon.*in compend. iur. Can. pag.*157. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Anton. Aug. *collect.4. Decret. lib.1.tit.13. cap.2.* 1

Probat hic text.quòd quando sunt in ciuitate, vel diœcesi populi diuersarum linguarum, si vrget necessitas, tenetur Episcopus constituere sibi Vicarium non tantùm Clericum sed Episcopum illius linguæ, vt per Abb.*hic not.*3.ponentem exemplum in ciuitate Constantinopolitana, & in multis locis Calabriæ, & in ciuitate Tridentina, in qua adsunt Teutonici, & Itali & in ciuitate Meten.in qua adsunt Galli, & Teutonici, refert Sbroz.*de officio Vicarij, l.1.q.31. n.16.& 17.* aduertens cum Abb.*not.4* in istis ciuitatibus esse constituendos Vicarios, qui Episcopi sunt, & non habent administrationem Episcopatus. 2

Vnde colliges quàm sit commodum & vtile si electio Episcoporum fiat in eodem Regno, de eadem natione, & lingua, vt per Camil.Borrel.*de Regis Catholici præstantia, cap.51. & in summa omnium decisionum, tit.6.n.2.* De linguarum similitudine, & diuersitate plura tradit Lud. Gom. *in reg. Cancellariæ de idiomate,* sub qua reg. comprehenduntur Episcopatus 3

tus, Archiepiscopatus, & Patriarchatus, sed hodie ad eos prouisi tacite dispensari censentur cùm conferantur per Pontifices consistorialiter, & causa cognita, videlicet si persona nota sit, aliàs non intendunt Pontifices Episcopatus alienigenis conferre, *c. bonæ, in fin. de postul. Præl.* nec etiam concedere mandata de prouidendo exteris, nisi intelligant & sciant loqui idioma illius regionis, in qua beneficia consistunt, vt notat Rebuff. *in praxi ad d. reg. de idiomate, gloss. 1. vers. ideo non solet*, & maximè quando ex constit. Ecclesiæ prouisus illius linguæ expers esse non debet: vt accidit Æneo Syluio, qui ideo se Canonicatus repulsam in Vangionibus passum scribit, quòd Italus Germana Vangionum Ecclesiæ constitutione iis excluderetur Sacerdotiis, Ænæ. Sylu. *epist. 170. ad Decanum Wormatiensem*, Chopin. *de sacra politia, lib. 1. tit 3. n. 17.*

4 *Sed si propter prædictas causas*, &c.] Notatur ad hoc quòd coadiutor datur inhabili, & illiterato, qui non potest muneri sibi iniuncto incumbere, vt per Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 5. §. 9. n. 29* vbi *n. 30.* dicit quòd tunc coadiutus abesse non poterit, ne sit melioris conditionis stultus, quàm literatus de, quo plures citati Doctores ego ipse *de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 43 n. 78.*

5 *Constituat sibi Vicarium.*] Notatur ad hoc quod Episcopus cogitur Vicarium constituere, vt per Boër. *decis. 34. n. 6.* Cosm. *in pragm. sanct. tit. de collationibus, verbo, Vicarius, fol. mihi 253.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 29. q. 5. vers. quo loco*, Sbroz. *de Vicario Episcopi, lib. 1. q. 26.* Rota tamen amplexa est contrarium, vt in decisionibus relatis ab Aloys. Ricc. *in collect. decis. p. 5. collect. 1602.* & à me *d. tract. de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 54. n. 125.* An verò possit binos constituere, vide *ibi n 127.*

6 *Brachio sæculari*, &c.] Notatur ad hoc quòd iudex Ecclesiasticus, & sæcularis mutuò sibi præstant, ac præstare tenentur auxilium in exequendis mandatis, & sententiis, vt per Couar. *pract. c. 10. n. 1.* Marant. *disp. 1. n. 26.* Et verba, si necesse fuerit, apertè indicant nonnisi in subsidium brachium posse sæculare expostulari, vt per Franc. Molin. *de brachio sæculari, c. 8 n. 18.* & citatos à me *sup ad c. 1. in fine, hoc tit.*

Excommunicationis nouerit se mucrone percussum.] De hac excommunicatione vide latè Bonac. *de censur. extra Bullam Cœna disp. 4. q. 4 puncto 4.*

7 In gloss. *Mucrone percussum*, ibi, *& ita est canon latæ sententiæ.* Notatur ad hoc quòd participium præteriti temporis regulariter pœnam ipso iure inducit, vt per Tiraq. *in l. si vnquam, verbo, reuertatur, a n. 32. & 72.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 56. n. 34.* Coriolan. Capuccin. *de casibus rescript. p. 2. casu 3 n. 49. vers. de participio, pag. 501.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopi qui per se non possunt, tenentur assumere idoneos, qui suppleant sui loco quoad prædicationes, visitationes, & confessionum auditiones.*
2 *Episcopi si legitimo detineantur impedimento viros idoneos ad sanctæ prædicationis officium salubriter exequendum assumere debent.*
3 *Vicario non licet diœcesim visitare absque speciali concessu.*
4 *Conuentualis Ecclesia dicitur in qua est collegium clericorum siue sæcularium, siue regularium.*

CAP. Inter cætera. XV.

EPiscopi si impediti non possunt per se, assumere 1
debét idoneos coadiutores, qui visitent, doceant verbo, & exemplo, audiant confessiones, iniungant pœnitentias, &c. & Episcopus prouid re debet illis de necessariis. Item in Ecclesiis Cathedralibus, & Conuentualibus ordinentur similes idonei ad supradicta. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Panorm. Host. Felin. Anch. Innoc. Bald. Viu. *in ration. primi libri iur. Pontif. pag. 442.* Alagona *in compendiar. Can pag. 157.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 4. Decret lib. 1. tit 13. c. 3.* remissiuè Ximen. *in concord. p 1. & 2.*

Vt Episcopi viros idoneos ad sanctæ prædicationis, 2
&c.] Notatur ad hoc quòd Episcopi, si legitimo detineantur impedimento, viros idoneos ad sanctæ prædicationis officium salubriter exequendũ, assumere debent, concordat Conc. Trid. *sess. 5. de reform. c. 3. & sess. 24. de reform. c. 4.* Ego ipse *de offic & potest. Episcop. p. 3. alleg. 76. n. 4.* Menoch. *de arbitr. casu 424. n. 1.* Sbroz. *de officio Vicarij, lib. 2. q. 21 n. 7.* nisi ex consuetudine ab immemoriali tempore munus deputandi prædicatorem aliis pertineat, provt in sacra Congreg. decisum referunt praxis Episcop. *p. 1. verbo, prædicatio, §. 7.* Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. p. 1. c. 8. sub n 4.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. p. 5. collect. 1766.* Campan. *in diuersorio iuris Canon. rubr. 12. c. 13. n. 14.* Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib. 4. tit. 10. l. 3. de prædicatoribus sacræ Scripturæ, n 2.* vbi *n. 11. & 15.* refert decisum electionem, & deputationem prædicatoris ad solos Episcopos in eorum Ecclesiis Cathedralibus spectare, nulla habita ratione cuiuscunque consuetudinis etiam immemorialis.

Cùm per se iidem nequiuerint.] Notatur ad hoc quòd 3
Vicario non licet diœcesim visitare absque speciali Episcopi concessu, vt per Sbroz. *de offic. vicar. lib. 2. q. 120. n. 2.* Azor. *instit. mor. p. 1. lib. 3. c. 45 q. 4.* Vgolin. *de offic. Episc. c. 4. §. 7. vers. tertiò nec visitare*, Narbona *de appellat. à Vicario ad Episcopum, p. 1. n 224.*

Quàm in aliis Conuentualibus Ecclesiis.] Conuen- 4
tualis Ecclesia dicitur in qua est Collegium clericorum siue Sæcularium, siue Regularium, Azor. *instit. moral. p 2 lib. 3. c. 32 q. 9. vers. insuper.*

In gloss. *Prædicationis*, in addit. ibi, *contrarium significauerunt*, &c. Vide Sbroz. *dict. q. 21. n. 8.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopus in Ecclesiis suæ diœcesis debet esse consensus iuribus Episcopalibus, & quæ sint ponuntur.*
2 *Collatio beneficiorum dicitur ex fructibus Ordinarij collatoris.*
3 *Episcopi de iure communi fundatam habent intentionem in collatione beneficiorum suæ diœcesis.*
4 *Synodum diœcesanam qualiter, & quando teneatur Episcopus congregare, remissiuè.*
5 *Cathedraticum ius quale dicatur, remissiuè.*
6 *Solidi soluendi sunt secundùm taxam qua antiquitus solui consueuerunt.*
7 *Ius Cathedraticum à qualibet Ecclesia totius diœcesis, præterquam à Monasteriis soluendum est.*
8 *Quarta decimationum Episcopis debetur ex omnibus decimis Ecclesiarum Parochialium suorum Episcopatuum.*
9 *Episcopi de iure communi fundatam habent intentionem in quarta Decimationum.*
10 *Visitare quando teneatur Episcopus, remissiuè.*
11 *Procuratio Episcopis quando debeatur, remissiuè.*

12 *Charitatiuum subsidium an & quando, & à quibus exigi possit, remissiuè.*
13 *Monetæ valor iuxta quod tempus inspiciendus sit, contractus ne, an solutionis, remissiuè.*
14 *Episcopalia iura, nisi quæ à iure expressa sunt, nemo tenetur soluere.*
15 *Visitare possunt locorum Ordinarij quoties aut necessaria causa, aut recepta consuetudo postulauerit.*

CAP. Conquerente. XVI.

Honor. III.

1 EPiscopalia iura, quæ Episcopus exigere potest in Ecclesiis suæ diœcesis, etiam si sint subiectæ Regularibus, sunt canonica obedientia, iurisdictio, subiectio, reuerentia, institutio, destitutio, correctio, cõfirmatio, censura Ecclesiastica, iurisdictio omnium causarum spectantium ad forum Ecclesiasticum, pœnitentia, collatio sacrorum, Synodus, duo solidi synodatici, vel cathedratici, quarta decimationum, & mortuariorum visitatio annua, & post vnam visitationem si alias visitet, non potest aliquid exigere nomine procurationis & in prima visitatione, nisi quantum moderatè poterunt exhibere pensatis facultatibus Ecclesiarum, auxilium charitatiuum moderatum, si manifesta, & rationabilis causa exigat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Ioan. Andr. Pellam. Innoc. Henric. Panorm. Imol. Anan. Butr. Bald. Felin. Anch. Henric. Petr. Gregor. Viu. *in ration. primi libri iur. Pontif. pag.* 443. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 158. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2.

2 *Collationem.*] Notatur ad hoc quòd collatio beneficiorum dicitur ex fructibus ordinarij collatoris, vt
3 per Menoch. *cons* 83. *n* 2. Quia in collatione beneficiorum suæ diœcesis Episcopi de iure communi fundatam habent intentionem, Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* §. 1. *præm. n.* 21. Valer. Reginald *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.* 3. *n.* 239 Cardin. Seraph. *decis* 1353. *n.* 2. Ego ipse *de offic. & potest. Episc. p.* 1 *alleg.* 72. *n.* 177.

4 *Synodum.*] Synodum diœcesanam qualiter, & quando teneatur Episcopus congregare, dixi ego ipse *d. p.* 3. *alleg.* 93.

5 *Seu Cathedratici.*] De Cathedratico iure vide Zerol. *in praxi Episcop. p* 1. *verb. Ius Cathedraticum*, Aloys. Ricc. *in praxi aurea, res.* 182. Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. p.* 2. *c.* 14. *n.* 5. & alios quos refero ego ipse *d. p.* 3. *alleg.* 86. *à n.* 40.

6 *Nomine duos solidos.*] Huiusmodi duo solidi soluendi sunt attenta varia Prouinciarum taxatione, praxis Episcop. *d. verbo, ius Cathedraticum*, §. 2. & soluendi sunt secundùm taxam, qua antiquitus solui consueuerunt, Bald. *cons.* 23. *vol.* 1. quem refert Aloys. Ricc. *d. res.* 182. *n.* 1. Surd. *cons.* 454. *n.* 12. Ego ipse *d. alleg* 86 *n.* 43.

7 *Vi in Ecclesiis, seu Capellis tuæ diœcesis.*] Notatur ad hod quòd ius Cathedraticum à qualibet Ecclesia totius diœcesis, præterquam à Monasteriis, soluendum est, praxis Episcop. *d verbo, Ius Cathedraticum*, §. 3.

8 *Quartam decimationem*] Ex hoc text. in citatis verbis colligunt Doctores quartam decimationum Episcopis deberi ex omnibus decimis Ecclesiarum Parochialium suorum Episcopatuum sine vllo onere fabricæ, praxis Episcop. *p.* 1. *verbo, decimæ*, §. 10. Soar. *de relig. tom.* 1. *lib.* 1. *de diuino cultu, c.* 28. *n.* 9. Tyndar. *de decimis, n.* 71. Moneta *eod. tract. c.* 7 *q* 2. *art.* 14. *in*
9 *fine.* Et in hac quarta decimationum de iure communi Episcopi fundatam habent intentionem, Rebuff. *de decimis, q.* 3. *n.* 14 *&* 97. *n.* 11 Moneta *d. loco*, Seraph. *decis.* 1449. *n.* 4 & censuit sæpè Rota à me ipso citata *d. alleg.* 86. *n.* 34.

Visitationem quoque annuam.] Notatur ad hoc quòd 10
visitatio est actus ad iurisdictionem pertinens, vt per Pauin. *de visit p* 1. *q.* 1. *n.* 8. Rot. *decis.* 196. *n* 2 *p.* 2 *diuers.* & apud Seraphin. *decis.* 475. *n.* 1. *&* *decis.* 615. *n.* 2 *&* *decis.* 1008. *n.* 4. & apud Mant. *decis.* 322. *n.* 14. & apud finem. Greg. X V. *dec.* 4. *n.* 4. *&* *decis.* 304. *n* 2. & inter rec. nt. *decis.* 168. *n.* 2. *&* *decis.* 346. *&* *dec.* 394. *n.* 4 *p* 1. Buratt. *dec.* 504. *n.* 1. Rot. *in Pampilon. iuris visitandi* 15. *Decembr* 1623. coram R. P. D. Merlino. Visitare quãdo teneatur Episcopus, & in visitationibus quomodo procedere debeat, dixi ego ipse *d. p.* 3 *alleg.* 73. Et quando ius habeat visitandi exemptos, *alleg.* 74.

Procurationis nomine.] Procuratio Episcopis quan- 11
do debeatur, dixi *d. p.* 3. *alleg.* 73. *n.* 45. *cum seqq.* vbi etiam à quibus non debeatur.

Præter moderatum auxilium.] De charitatiuo subsi- 12
dio qui scripserint, & qui illud possint exigere, & ob quas causas, & à quibus exigi possit, latè dixi *d. p.* 3. *alleg.* 97. *per totam*

In gloss. *Duos solidos*, ibi, *quæ antiquitus.* Notatur ad 13
hoc quòd Episcopo Cathedratico, seu synodatico quantitas sibi taxata debet solui secundùm valorem antiquæ monetæ, non autem eius, quæ currit tempore solutionis. Surd. *d. concl.* 454 *n* 12. Nam tempus circa valorem solidi, seu auri inspiciendus est, quando statutum, seu consuetudo inducta est. Steph. Gratian. *discept. forens. c.* 51. *n.* 5. Ad illam verò quæstionem, iuxta quod tempus monetæ valor inspiciendus sit, contractus ne an solutionis, vide Budel. *tr. de monetis, & re nummaria, lib.* 2. *c.* 23 *cum duobus seqq.* Viu. *tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 4 *tit* 2. *n.* 162. *pag.* 463. *&* *n.* 167. *&* 170. Surd. *cons.* 335. *&* *cons.* 368. *&* *cons* 406. *&* *cons.* 438. Caualc. *decis.* 10. *de contractib. p.* 2. Tiraq. *de retractu lio.* §. 1 *gloss.* 18. *n.* 26. *cum seqq* Paul. Busch. *de annuis reddit. lib.* 2. *c.* 6. Frider. Mart. *eod. tract. cap.* 5. Gasp. Roderic. *eod. tract. lib.* 2. *q.* 15 *n.* 92. Fachin. *controu. iuris, lib* 2. *c.* 9. *&* 10. Baptista Costa *de facti scientia, & ignor. cent.* 1. *disc.* 63. Stephan. Gratian. *disc. forens. c.* 51. *n.* 6. *cum seqq.* Paul. Comitol. *respons. moralium, lib* 3. *q.* 44. *n.* 7. Aloys. Ricc. *in collect. decis p.* 4. *collect.* 302.

In gloss. *Specificares.* Notatur ad hoc quod nemo 14
tenetur soluere iura Episcopalia, nisi quæ à iure expressa sunt, vt per Azued. *l.* 2. *n.* 3. *tit.* 1. *lib.* 2. *nouæ recop pag.* 136.

In gloss. *Annua.* Notatur ad hoc quòd toties pos- 15
sunt locorum Ordinarij visitare, quoties aut necessaria causa, aut recepta consuetudo postulauerit, aut speciale priuilegium id requirat, vt per Boër. *decis.* 131. *n.* 11. Azor. *instit. moral p.* 2. *tit.* 3 *c.* 41. *q.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata super lege diœcesana non præiudicat iis, quæ sunt de lege iurisdictionis.*
2 *Lex diœcesana, & lex iurisdictionis quæ, remissiuè.*
3 *Sententia strictè debet interpretari.*
4 *Monasteria sunt exempta à lege diœcesana, non verò à lege iurisdictionis.*
5 *Monachi recipiunt ab Episcopo Chrismæ, &c.*

CAP.

Cap. Dilectus XVIII.

1 Sententia lata super lege diœcesana non præiudicat iis, quæ sunt de lege iurisdictionis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Butr. Imol. Felin. Panorm. Innoc. Host. Anchar. Viu. *in ration. lib. primi iur. Pontif. pag.* 445. Alagona *in compend. iuris Canonici pag.* 151. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1.

2 *Legem diœcesanam*, &c. *legem iurisdictionis.*] Quæ sit lex diœcesana, & lex iurisdictionis, vide Bertachin. *tract. de Episcopo, lib.* 4. *p.* 2. *n.* 80. praxim Episcop. *p.* 2. *verbo, iura Episcopalia*, Henric. Bortæ. *in tract. de Synodo, p.* 1. *n.* 61. *cum seqq.* Cuch. *Instit. iuris Canon. lib.* 1. *tit.* 12. *vers. hæc iura*, optimè Erasm. à Cochier. *de iurisd. Ordinarij in exemptos, p.* 1. *q.* 15. *per totam*, Henriq. *in sum. lib.* 3. *c.* 34. §. 2. Dan. Venator. *in analysi methodica iuris Pontif. lib.* 1. *tit.* 31. *axiom.* 2. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 32. *q.* 2. Fr. Emman. *q. Regul. tom.* 2. *q.* 63. *art.* 2. & tetigi *de officio & potestate Episcopi, p.* 1. *tit.* 1. *c.* 1. *n.* 15. Sebast. Cæs. *in relect. de Ecclesiastica hierarch. p.* 1. *disp.* 6. §. *vlt. n.* 27.

3 *Sententia non obstante.*] Notatur ad hoc quòd sententia strictè debet interpretari, vt per Aym. *de antiquit. temporum, p.* 4. *n.* 64. *pag.* 142. Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 5. *collect.* 2006. vbi tripliciter limitat. Salgado *de potest. Regia, p.* 4. *c.* 9. *n.* 97. Abb. *cons.* 7. *in fine vol.* 1. Aym. *cons.* 188. *n.* 8. Ruin *cons.* 29. *n.* 7. *vol.* 5. Menoch. *cons.* 110. *n.* 35. Est enim sententia stricti iuris, *l. Paulus ff. de re iudic l.* 1. *C. si plures vn. sent.* Aym. *cons.* 188. *n.* 6. Vincent. de Franch. *decis.* 172. *n.* 8. quia illa tantum disponit, quantum loquitur. Dec. *in l. ius nostrum, n.* 11. *ff. de regul. iuris*, Menoch. *cons.* 80. *n.* 39. *& cons.* 611. *n.* 15. Gozadin. *cons.* 50. *num.* 12. Cepol. *cons.* 57. Cravet. *cons.* 188. *n.* 6 Nec vltra extenditur quàm importet verborum sonus. Alex. *cons.* 108. *n.* 2. *vol.* 5. Nec ex ea plus probatur quàm ex ea necessariò infertur. Alex. *cons.* 84. *In causa, n.* 13. *lib.* 3. Anchar. *cons.* 437. *Ista sententia, in fin.* nec aliud continere dicitur quàm quòd necessariò infertur ex ea, Alex. *cons.* 124. *Discussis, n.* 7. *lib* 4. Castr. *cons.* 441. *n.* 5. *in fin. lib.* 2. Dec. *cons.* 248. *de duobus, col. fin.* cuius quidem verba ideo sunt strictè accipienda, Roland. à Valle *cons.* 79. *num.* 10. *cum seqq. lib.* 3. Cravett. *cons.* 188. *n.* 6. Decian. *cons.* 8. *n.* 108. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 110. *n.* 13. *cum seqq* Vnde ex sententia non deberi sumi interpretationem, nisi quòd ex eius verbis necessariò infertur, tenuerunt Marilian. *tanuæ dec.* 78. Franchis *decis.* 218. *p.* 2. & ideo non extenditur de persona ad personam scilicet de expressis in ea ad non expressas, Roland. à Valle *cons.* 34. *n.* 76. *lib.* 4. Roman. *cons.* 403. *à n.* 4. Menoch. *cons.* 110. *ex n.* 20. Card. Tusch. *pract concl tom.* 3. *litt. S. Concl.* 126. *n.* 61. Salgado *de protect. Regia, tom.* 1. *p.* 4. *c.* 8. *n.* 3. Et hinc est vt sententia qua quis condemnatus est ad fructuum perceptorum restitutionem, non trahitur ad illos, qui percipi potuerunt. Roland. à Valle *cons.* 76. *n.* 23. *cum seq. lib.* 4. Salgado *d. p.* 4. *c.* 9. *n.* 99. Verùm extenditur ad augmentum, Tiraquel. *de retractu lig.* §. 1. *glos.* 18. *n.* 53. Mieres *de maior. p.* 1. *q.* 10. *n.* 20. *in nouiss. imp* & extenditur ad connexa, pertinentia, & adhærentia, Hippol. *in rubr. de fideiuss. n.* 187. *cum seqq* Mari. Giurba *decis.* 108. *sub num.* 9. cum aliis citatis per Salgado *d. p.* 4. *c.* 10. *ex num.* 113.

4 In glos. *De lege.* ibi, *exempta sunt à lege diœcesana.* Notatur ad hoc quòd monasteria sunt exempta à lege diœcesana, non verò à lege iurisdictionis, Bertachin. *in tract. de Episcopo, lib.* 4. *p.* 2. *q.* 35. *n.* 80. Erasm. à Cochier. *d. p.* 1. *q.* 16.

In ead. glos. ibi, *sed omnia Monasteria sua in diœcesi constituta subsunt Episcopis*, &c. quia Monachi recipiunt ab Episcopo Chrisma, oleum consecrationis, altarium Ordinationes, ac ordinem psallendi, Fr. Emman. *d. q.* 73. *art.* 3. *in princ.* 5

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum Papæ datum Episcopo vt corrigat clericos suæ diœcesis, non dat iurisdictionem super exemptos.*
2 *Exempti causa commissa Ordinario, illius iurisdictio an censeatur excitata, vel delegata, remissiuè.*
3 *Verba*, in tua diœcesi, & de tua diœcesi, *in quo differant, ostenditur.*
4 *Ordinarius in exemptum, quamvis negligentem, nullam iurisdictionem exercere potest.*
5 *Beneficiorum appellatione non veniunt beneficia exempta.*
6 *Legatus non habet iurisdictionem in exemptos, nisi in eos speciali commissione illi fuerint legata.*

Cap. Graue. XIX.

Gregor. IX.

PEr rescriptum quo Papa mandat Ordinario, vt 1
corrigat clericos suæ diœcesis, non datur ei iurisdictio super exemptos. Colligunt ex ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Anan. Butr. Imol. Bald. Panorm. Felin. Anchar. Host. Viuian. *in ration. primi libri iur. Pontif. pag.* 446. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 158. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 2.

Occasione literarum, &c.] Solet *hîc* disputari quæ- 2
stio illa, an commissa Ordinaria causa exempti, illius iurisdictio censeatur excitata, vel delegata, de qua aliqua dixi *ad cap. licèt in corrigendis, sup. hoc tit.*

In tua diœcesi existentes.] Aduerte maximam diffe- 3
rentiam esse constituendam inter has enuntiationes, de Ecclesiis in tua diœcesi, & de tua diœcesi, quia in priori comprehenduntur exempta, in posteriori neutiquam, quippe quòd beneficia exempta sunt quidem in diœcesi, sed non de diœcesi Episcopi, Abb. *hîc n.* 1. Petr. Brixiens. *in repert. verb. exemptio, vers. an per mandatum*, Anton. de Rosellis *tr. de indulgent. n.* 315. Erasm. à Cochier *d p* 1. *q.* 5. *n.* 23. *& q.* 64. *n.* 3.

In glos. *Corrigere* Notatur ad hoc quòd non potest 4
per Ordinarium exerceri aliqua iurisdictio in exemptum, & suam Ecclesiam, quamvis Abbas exemptus esset negligens, quia eius negligentiam Episcopus non potest corrigere, vt per Steph. Gratian. *discept. forens. c.* 154. *n.* 42. *cum seqq.* dispositione enim generali, seu appellatione clericorum non veniunt, aut comprehenduntur exempti, Petr. Brixi. *in repert. verbo, clericus*, Erasm. à Cochier *de iurisdictione Ordinarij in exemptos, p.* 1. *q.* 5. *n* 5. Sic etiam appellatione beneficiorum non veniunt beneficia exempta, Doct. per text. *ibi in cap. si propter, de rescript. in* 6. Rota *decis.* 2. *de priuileg. in antiq.* Sicut quoque nec appellatione beneficiorum diœcesis, Felin. *hîc, n.* 2. Selu. *de benef. p.* 1. *q.* 3. *n.* 21. Vnde idem Felin. *hîc n.* 3. reprehendit Abb. censentem simpliciter Papæ delegatam habere iurisdictionem in exemptos, cuius resolutio vera non est nisi iurisdictio in exemptos speciali commissione illi fuerit delegata, post Specul. & Roman. tenet Cochier *d. tract. p.* 2. *q.* 2. *n.* 15. *&* 17.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius cui competit absoluere ab excommunicatione, potest aliis absolutionem demandare.* & n. 2.
3 *Concordatur text. in præsenti, cum cap. vlt. §. caterùm, de offic. deleg.*
4 *Episcopus potest eos casus delegare, qui secundùm ius Pontifici reseruantur, & solùm sibi competunt ratione imminentis necessitatis.*
5 *Scholasticus si verberauerit clericum, potest ab illa manuum iniectione in studio à suo Conseruatore Apost. absolui.*

CAP. His, quibus, XX, & fin.

1 ORdinarius, qui ex officio potest absoluere excommunicatos, v.g. ob percussionem clericorum, potest aliis committere talem absolutionem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Ioan. Andr. Bellam. Innoc. Henric. Host. Panor. Imol. Anan. Butr. Bald. Felin. Viu. *in ration prim. libr iur. Pont. pag.* 447 Alagon. *in compend. iur. Canon pag* 158. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 7.

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt. Cou. *var. lib.* 3 *c.* 20. *n.* 5. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 54. *num.* 43. Morla *in emporio iuris Ciuilis, p.* 1. *tit.* 2. *q* 27. *n* 32. D. Barbosa *in l. cùm prator, §.* 1. *n.* 526. *ff. de indic.* optimè prax. Episcop. *p.* 1. *verbo, Pœnitentia rius, §.* 4. *& verbo delegatus*, §. 9. aduertens text. *in præsenti.* intelligendum esse quando absolutio, vel quid simile committitur Ordinario ex officio suo, vel quid ex
3 delegatione, quia tunc illud potest alteri delegare: text. verò *in c. vlt. §. caterùm, sup. de officio deleg.* agere de illo, cui per delegationem commissum est nudum ministerium, is enim non potest alteri hoc delegare; ita agit text. *in d. §. caterùm*, de eo delegato, cui nudum tantùm ministerium absolutionis commissum est, hoc est, absolutio remota ab omni iurisdictione, quia scilicet delegans omnem præmisit causæ cognitionem, solúmque nudum absolutionis ministerium commisit, patet ex litera ibi, *nam non sibi iurisdictio, sed certum ministerium*, &c. eo enim casu talem delatum subdelegare non posse tam absolutionem, quàm alia ministeria, de quibus *ibi*, meritò pro regula receptum est. Priuilegium enim iure concessum delegatis à Principe vt possint subdelegare, in his tantùm procedit, quibus iurisdictio commissa est, *l. à iudice. C. de iudiciis*, ibi, *iudex datus, cap. Pastoralis, in princ.* ibi, *iurisdictio dandi iudicem, de officio de legati*, ac subinde ad eos non debet extendi, quibus non iurisdictio, sed nudum tantùm ministerium committitur. Per contrarium verò text. *in præsenti* agit de Ordinariis, quibus potestas absoluendi cum iurisdictione, & ex proprio officio competit, vt suadet rubrica, & patet ibi, *quibus ex officio*; attento enim iure remota reseruatione competit iure magistratus Episcopis facultas absoluendi à censuris per quoscunque Canones latis, iuxta text. *in cap. nuper, de sententia excom.* vnde remota reseruatione res reducitur ad antiquum ius, & ipsis Ordinariis suo iure talis facultas competere censetur; ex reg. text. *in cap. ab exordio 15. dist. & in cap. si vnus § pactus, ff. de pactis*, quo pacto ita hæc iura conciliat glos. *hìc* communiter recepta secundùm Nau. *in man. cap.* 27. *num.* 45. Vgol. *de censur. tab.* 1. *cap.* 4. §. 4. *num.* 3. Con. *lib.* 3. *var c* 20. *n.* 5. Quòd si replices text. *in præsenti* agere de absolutione ab excommunicatione propter manus violentas in clericum, quæ soli Pontifici noscitur reseruata *in c. si quis suadente*, 17 *q.* 4. ac subinde in quibus casibus absolutio à iure conceditur Episcopo, videri ipsum delegatum à lege, & per consequens non posse subdelegare, iuxta reg. *l.* 1. *in princ. ff. de offic. eius* & quæ latè explicant Alciat. Bellon. & alij, quos refert Alphan. *collect.* 174. Respondetur quòd quando lex Canonica aliquibus casibus concedit Episcopis potestatem absoluendi ab excommunicatione reseruata, adhuc ipsi ordinariam suam, non verò delegatam exercent potestatem; cùm enim iure communi possint absoluere ab omni censura iuris non reseruata, *c. nuper, vers. in secundo, de sent. excomm.* sublata reseruatione regrediuntur ad suam ordinariam potestatem, quæ per reseruationem erat impedita, atque ita non nouam delegatam potestatem, sed antiquã, & ordinariam ex officio suo dicuntur exercere, vt expressit text. *in præsenti*, & deducitur ex reg. text. *in c. cum aliquibus, vers. si verò, de rescriptis lib.* 6.

In glos. *Casibus.* Notatur ad hoc quòd Episcopus 4
potest eos casus delegare, qui secundùm ius Pontifici reseruantur, & solùm sibi competunt ratione imminentis necessitatis, vt per Sanch. *de matrim. lib.* 2. *disp.* 40. *n.* 14.

In ead. gl. ibi, *qui ex priuilegio absoluit excommuni-* 5
catos in studio Bononien. commorantes. Notatur ad hoc quòd si Scholasticus verberauerit clericum, potest ab illa manuum iniectione in studio à suo Conseruatore Apost. absolui, vt per Rebuff. *de priuilegiis scholar. priuileg.* 144. vbi citat Corset. dicentem hanc glossam singularem, *in verbo, absolutio*; *in quæst.* 55. *sui repertorij.*

De Officio Iudicis.

TIT. XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur qui super hanc rubr. scripserunt.*
2 *Iudex dicitur quasi ius dicens populo, sicut, & iudicare quasi ius dicere.*
3 *Iudicare, & ius dicere in quo differant, ostenditur.*
4 *Iudex in iure generale nomen est comprehendens omnes, & solos illos, qui publica iudicandi, & cognoscendi auctoritate funguntur.*
5 *Iudicare munus publicum est.*
6 *Iudices propriè illi soli erunt, qui publica auctoritate fuerint constituti, non qui priuatorum consensu electi.*
7 *Arbitri quomodo iudices appellentur, ostenditur.*
8 *Iudices alij sunt qui iurisdictionem habent, aliis qui notionem.*
9 *Iudices quidã sunt qui iurisdictionem habent suo iure, quidam qui alieno beneficio, seu commissione.*

SVPER hanc rubr. scripserunt Bellam. 1
Ioan. Andr. Imola, Anania, Panorm. Felin. Zabar. Ioan. de Londris *in breuiar. sanctorum Canonum fol.* 165. Guillelmus Durand. *in speculo iuris, l.* 4. *sub hoc tit. & in breuiario iuris Can. fol.* 26. *verso.* Petr. de Rauenna *in compend. iuris Canonici*, Martin. Mesnart. *in epitome Decret. fol.* 38. *verso*, Dan. Venator *in analysi method. iur. Canon à pag* 404. Goffred. & Host. *in summa huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libr. Decret.* Barth. Carthag.

in exposit. titulorum iur. Canon. nouissimè Ioan. Honor. *lib. 2. sum. in Decretal.* omnes *sub hoc tit.* Fichard. Soar. Viu. & alij *tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 21.* De officio iudicis tractatus edidere Claudius Cantiuncula, *to. 3 tract. Doctorum, part. 1. fol. 73.* & Paradulphus Prateius.

Officio.] Vide dicta *ad rubr. de offic. & potest. ind. deleg.*

2 *Iudicis.*]Index dicitur quasi ius dicens populo, *cap. forus, vers. iudex, de verb. signific.* Sicut & iudicare quasi ius dicere. Varro *lib. 5. de lingua Latina*; & quamvis 3 hæc duo, scilicet ius dicere, & iudicare, multoties idem significent, quatenus ius dicere nullo habito respectu ad iurisdictionem idem importat quod de iure disputare, id est, in causis decidendis dicere quod ius est, hoc etenim ipsa etiam proprietas verbi demonstrat, dicere namque idem est quòd proloqui, Vacon. *declar. 97. n. 1. in fine*, in quo sensu iudex dicitur quasi ius dicens, id est, quasi de iure disceptans, *in d. c. forus, vers. iudex*, cùm ius dicere, id est, de iure disceptare proprium iudicis videatur, ac proinde iudex vir bonus disceptandæ rei causa datus, & iudicium disceptatio appellantur à Cujac. *in paratitla ad tit. ff. de iudic.* nihilominus tamen si propriùs accipiantur iudex & ius dicens, sicut & iudicare, & ius dicere attentis iuris principiis inter se valde differunt, vt expressè probant text. *in l. 4. §. 1. ff. de interrogat. action.* ibi *iurisdicendi, vel iudicandi gratia, rubr. & l. 1. C. ne quis in sua causa iudicet, vel ius sibi dicat*, *l. quidam consulebant, vers. proinde*, ibi, *ius dixerit sententiamve protulerit, ff. de re iudic.* cum aliis, in quibus iudicare, seu sententiam proferre, & ius dicere pro diuersis ponuntur, & contra Bart. *in l. 1. ff. de iurisdict. omn. iud. n. 1.* tradunt eleganter Gouean. *ibid.* ex *n 1.* post alios Donel. *comment iuris Ciuilis l. 17. c. 6. vers. sunt ergo, & c. 21. vers. nisi*, Duaren. *l. 1. disp. c. 53.* Cujac. *in l. qui iurisdictioni, ff. de iurisd. omn. iud. in princip.* Quintanad. *de iurisd. & imper. lib. 1 tit. 6. n. 2. cum seqq.* Fab. *in iurisprudentia Papinianea tit 1. princip. 4. illat. 3.* differentiaque secundùm supracitatos in eo præcipuè versatur quòd ius dicere, seu iurisdicendi potestatem habere vltra causæ cognitionem, importat iurisdictionem, & exequendi potestatem, cum aliis, quæ ad mixtum imperium pertinent, iuxta text. *in l. 1. & in l. imperium*, secundùm aliam literam à multis receptam, ibi, *iurisdictio est etiam iurisdicendi licentia, ff. de iurisd. omn. iudic.* ideóque ius dicentis officium latissimum appellatur *in d. l. 1. Prætorque tit. proposuit, ff. si quis ius dicenti non obtemperauerit.* Iudicare verò cognoscendi, & definiendi tantùm facultatem continet intra limites restrictam sine exequendi iurisdictione, nam iudex datus, iudiciario quidem munere fungitur, *l. à iudice, C. de iudic.* neque tamen sententiam suam exequi valet, *l. à diuo Pio, in princ. ff. de re iudic.* facit etiam text. *in l. index postea quam ff. eod. tit. de re iudic.* vbi definitur iudicem postquam iudicauit iudicem esse desinere, sic ostendens executionem sententiæ, si quando ab eodem iudice fiat, pro potestate, & iurisdictione magistratus, non verò iudicis fieri.

4 Iudex in iure generale nomen est, comprehendens omnes, & solos illos, qui publica iudicandi & cognoscendi auctoritate, & potestate funguntur. Dixi, *omnes*, vt includerentur non tantùm magistratus, qui propriam, & alij non magistratus, qui licèt alienam, iurisdictionem tamen habent, de quibus *in d. l. more maiorum, ff. de iurisd. omn. iudic.* iuncta *l. 1. §. qui mandatam, & per tot. ff. de officio eius*, cum similibus, sed etiam illi, qui tantummodo habent notionem provt à iurisdictione distinguitur, quorum diuisio, satis indicatur *in l. ait Prætor, in princ ff. de re iudic.* omnes enim isti iudices sunt pariter publica cognoscendi, iudicandique potestate præditi, & vti tales non tamen primi, quàm etiam secundi iudices in iure nuncupantur, vt constat ex *tit. ff. de iurisd. omn. iudic.* iuncto *tit. C. de pedaneis iudicib.* differuntque inter alia in eo quòd qui iurisdictionem habent, possunt non solùm iudicare, sed etiam pro imperio, & potestate sententias suas exequi, quo extremum censetur iurisdictionis, *l. 1. iuncta gloss. verbo extremum, ff. si quis ius dicenti non obtemper.* qui verò tantum notionem habent, solùm iudicare valent intra formam sibi præscriptam sine exequendi potestate, quam scilicet retinent magistratus, qui eos dederunt, *l. à diuo Pio, in princip. ff. de re iudic.* in hoc etenim inter se discriminatur iurisdictio, & notio, quatenus diuersas species constituunt notionis in genere sumptæ, *d. l. ait Prætor, l. notionem, in princ. ff. de verb. signific.* explicant latè & eleganter Donel. *comment. l. 17. c. 6. § iudicum, cum seqq.* Gouean. *lib. 2. de iurisdict. in princip. n. 30. & 38. cum seqq.* Cujac. *in rubr. ff. de iurisd. omn. iudic. col. 5. & in l. 1. ad fin. & in l. qui iurisdictioni eod. tit.* Duaren *in l. iurisgentium, vers. actionem, ff. de pactis, & in d. l. more maiorum, col. 2. in fin.* Quintanad. *de iurisdict. & imper. lib. 1. tit. 2. n. 7.*

Adieci præterea, *solos illos*, &c. quia cùm iudicare 5 munus publicum sit, *l. quippe, ff. de iudic. l. ille à quo, §. vlt. cum l. seq. ff. ad Trebel.* illi soli propriè iudices 6 erunt, qui publica auctoritate fuerint constituti, non qui priuatorum consensu electi, *l. priuatorum, C. de iurisdict. omn. iudic.* Donel. *d. cap. 6. vers. in primis*, Gouean. *d. lib. 2. in princ. num. 35.* Vnde arbitri compromissarij 7 (qui & recepti appellantur eo quòd ex recepto, hoc est, ex compromisso adeuntur, *l. rem non nouam, ad med. C. de iudic.*) licèt ex eo quòd iudicium imitantur, iudicumque partes assumant, *d. l. rem non nouam, l. 1. l. idem Pomponius, §. recepisse, ff. de recept. arbitr.* interdum iudicibus annumerentur, *l. si minor 34. §. 1 ff. de minor. l. pen. ff. de iudic.* nihilominus tamen propriè & simpliciter iudices non dicuntur, sed magis iudices cum adiectione, nempe ex consensu, vel compromisso litigatorum, *d. l pen.* non quidem ex eo quòd notionem tantùm habeant, vt male ait *gloss. vlt in d. l. ait Prætor, in princ. ff. de re iudic.* sed quia non publica, sed priuata compromittentium auctoritate sunt electi, Donel. *d. vers. in primis*, Gouean. *ex n 31 dicti loci*, Menoch. *de arbitr. q. 2. ex n. 19.* tradit multa Vetrus. *lib. 9. de verb. significat. verbo iudex & arbiter*, Cortas. *lib. 4. miscel. cap. 18.*

Omnium iudicum summa illa diuisio est ad quam 8 cæteræ reducuntur, vt alij sint qui iurisdictionem habent, alij qui notionem tantùm, vt satis probatur, *in d. l. ait Prætor 5. in princ. ff. de re iudic.* cum his, de quibus Donel. *d. lib. 17. c. 6. vers. iudicum, cum seqq.* & omissis illis, qui notionem tantùm habent, de quibus alibi opportunius dicemus, eorum qui iurisdictionem sibi vendicant, genera item duo reperiuntur iure Ciuili cognita, vt videlicet quidam sint qui iurisdictionem habent suo iure, quidam qui alieno beneficio seu commissione, *d. l. more maiorum*, vbi iisdem ferè verbis, & subalterna iudicum diuisio traditur, *ff. de iurisd. omn. iudic.* Donel. *d. lib 17. c. 7. in princip.* Priores qui iurisdictionem habent suo iure communi vocabulo Ordinarij iudices dicuntur, de quibus latè dixi *ad rubr. de offic. iudic. ordin.* posteriores delegati, de quibus pariter latè egi *ad rubr. de offic. & potest. iudicis deleg.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex etiam delegatus potest dare Aduocatum etiam de suis domesticis parti, quæ illum habere non potest.*
2 *Aduocatus cogi potest per iudicem patrocinium suscipere etiam pro pauperibus.*
3 *Aduocatus inimicus alterius partis an possit contra eam patrocinium ferre, ostenditur.*
4 *Inimicitia in aduocatione contracta non est consideratione digna.*
5 *Aduocatis olim non fuerunt constituta ex publico salaria.*
6 *Aduocati pauperum Regio sumptu creantur in Gallia, Germania, & Neapoli.*

CAP. Ex literis. I.

Honor. III.

1 IVdicis etiam delegati ad officium spectat dare Aduocatum parti, etiam de suis domesticis, quæ illum habere non potest. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Henric. Ioan. Andr. Panorm. Felin. Butr. Imol. Anan. Innoc. Host. Vinian. *in ration primi libri iuris Pontif. pag.* 470. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 164. remissiuè Caiet. *in annot.* Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2.

2 *Quod habere non poterat Aduocatum*, &c.] Notatur ad hoc quòd Aduocatus potest cogi per iudicem patrocinium suscipere, etiam pro pauperibus, & miserabilibus personis, Couar. *lib.* 1. *var c.* 14. *n.* 1. Soar. *in thesauro commun. opinion. lit. A. n.* 91. Auiles *ad c.* 28. *Prætorum verbo acogidos, n.* 1. Perez *l.* 1. *versic. nunc est dubium, tit.* 19. *lib.* 2. *Ordin. pag.* 400. Lancel. Polit. *de offic. aduocat. c.* 3. Bernard. Græuæ. *ad practic. Cameræ Imper. lib.* 1. *concl.* 43. *considerat.* 1. *n.* 4. *cum seqq.* Steph. Gratian. *discept. forens. cap.* 56. *num.* 22. 31. *&* 32. Camil. Borrel. *in summa omnium decisionum, tit* 65. *num.* 32. Carrasc. *in explicat ad aliquas leges recopilationis, n.* 33. *cum multis seqq.* vbi etiam limitat, ne scilicet possit cogi præstare patrocinium contra se ipsum, liberos, vxorem, consanguineum, affinem, vel amicum.

3 *Domestici tui erat.*] Ideo reiicitur hæc exceptio eo quòd Aduocatus datus à iudice erat domesticus ipsius iudicis, vt glossa *hic* notauit, *verbo obstante*; si verò fuisset inimicus alterius partis, contra eam patrocinari non posset, vt resoluunt Valasc. *cons.* 124. Cabed. *Lusitan. decis.* 214. *n.* 10. *p.* 1. Cardoso *in praxi iudicum, & aduocat. verbo, procurator, n.* 108. nisi inimicitia fuisset orta post cœptam aduocationem causa repellendi Aduocatum, ex Bart. *in l.* 2. *§ sed si agant, ff. de iudic. & in l.* 1. *§. cùm quis, ff. de q.* vbi Hyppol. *n.* 5. *&* 17. Mascard. *de probat. concl.* 857. *n.* 54. *& concl.* 1046. *n.* 17.

4 Cald. Pereira *de reuocat. emphyt. q.* 7. *n.* 16. Et inimicitia in aduocatione contracta non est consideratione digna, vt asserit Menoch. *de arbitrar. casu* 131. *n.* 5. *&* 6.

5 In gloss. 1. ibi, *Quando salaria de publico dabantur.* Huius glossæ opinio commentitia est, olim enim Aduocatis non fuere constituta ex publico salaria, vt

6 per Couar. *d. c.* 14 *n.* 1. *& practic. c.* 6. *n.* 4. Apud aliquas tamen nationes Regio sumptu pauperum Aduocati creantur, provt faciunt Neapolitani, vt referunt Thom. Act. *in tr. de infirmit. p.* 1. *verbo, Aduocati, num.* 8. Camil. Borrel. *d. tit.* 65. *n.* 40. Et Germani, vt per Matth. ad Guid. Papæ *decis.* 561. Et Galli, Boër. *decis.* 324. *n.* 6. Et seruari in Camera Imperiali testatur Gail. *l.* 1. *obseru.* 43. *n.* 1. *&* 19.

SVMMARIVM.

1 *Officium nobile cùm imploratur sit litis contestatio, secus in mercenario.*
2 *Restitutio in integrum quando petitur incidenter, non requiritur litis contestatio.*
3 *Iudex potest supplere de iure quæ desunt Aduocatis.*
4 *Iudex potest condemnare partem in fructibus, interesse, & expensis, licèt non petantur, saltem ex claus. Ius, & Iustitiam, &c.*
5 *Iudex non iudicat super nos petitis.*

CAP. Iudicis. II. & fin.

Gregor. IX.

OFficium iudicis quando pro principali actione imploratur, v. g. cùm petitur principaliter restitutio in integrum, tunc exposcitur contestatio litis, aliàs potest haberi recursus ad officium iudicis sine litis contestatione. Colligunt ex ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Henric. Ioan. Andr. Panorm. Felin. Butr. Imol. Anan. Innoc. Host. Anchar. Vinian. *in ration. primi libri iur. Pontif. pag.* 471. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 164. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. 1

Veluti cùm restitutio in integrum, &c.] Notatur ad hoc quòd quando petitur restitutio in integrum incidenter, non requiritur litis contestatio, vt per Redoan. *de rebus Ecclesiæ non alien. q.* 78. *de rest. in integr. capsin. num.* 1. Odd. *in tract. de rest. in integr. q.* 35. *art.* 9. *n.* 59. quos refert, & sequitur Mar. Anton. *var. resol. lib* 1. *resol.* 54. *n.* 6. 2

In gloss. *Iudicis officium*, ibi, *potest enim iudex supplere* 3 *de iure, quæ desunt Aduocatis.* Vide Doct. per text. *ibi in l. vni, C. vt quæ desunt Aduocatis*, Mench. *illustr. controu. lib.* 2. *c.* 39. *n.* 21. Donel. *comment. iuris Ciuilis, lib.* 18. *c.* 4. *col. vltim in fine*, Afflict. *decis.* 371. Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 4. *col. ect.* 1019.

In ead. gloss. ibi, *Vt in fructibus perceptis*, &c.] Nota 4 quòd iudex potest condemnare partem in fructibus, interesse, & expensis, licèt illa à partibus non petantur, & hoc saltem ex claus. *Ius, & iustitiam ministrari*, vt per Guid. Papæ *decis.* 405. quem refert Aloys. Ricc. *d. collect.* 1019. *versus. infertur quintò.* Viu. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 3. *tit.* 1 *n.* 95. *vers. & eam, pag.* 365. Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib.* 1. *conclus.* 61. *consid.* 3. *n.* 4. & vide quæ dixi ad *gloss. vlt. cap. vlt. de rescript.*

In ead. gloss. ibi, *Nisi fuerint petita, iudex de illis non* 5 *pronuntiabit.* Notatur ad hoc quòd iudex non iudicat super non petitis, Afflict. *in c.* 1. *n.* 71. *&* 72. *de milite vassallo qui contumax est, lib.* 2. *fol.* 59. Rota Bonon. *decis.* 44. Valasc. *consil.* 145. *num.* 8. *cum seqq.* D. Barbosa *in l. si cum dotem, in princip. num.* 44. *ff. soluto matrim.* Ordinam. Lusit. *lib.* 3. *tit.* 63. *in princip. & tit.* 66. *§.* 1. nam fatuus est iudex, qui vltra petita iudicat, *l. vltim. C. de fideicom. libert.* Azeued. *l.* 10. *n.* 115. *cum seqq. tit.* 17. *lib.* 4. *nouæ recopil.*

De

De Maioritate, & obedientia.

TIT. XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hanc rubr. scribentes.*
2 *Maioritas in Republ. Ecclesiastica iure optimo constituta.*
3 *Maioritas Ecclesiastica consistit in ordinis prærogatiua, secundùm quam Presbyter Episcopo, Presbytero Diaconus, & sic de cæteris debet esse subiectus.*
4 *Maioritas Eccles. consistit in prærogatiua potestatis seu iurisdictionis, secundùm quam Archidiaconus maior est Archipresbytero, Archiepiscopus Episcopo.*
5 *Maioritas Eccles. consistit in prærogatiua antiquitatis, cui magna est reuerentia exhibenda.*
6 *Antiquitatis prærogatiua vel consideratur ratione ætatis, vel ratione temporis.*
7 *Maioritas Eccles. consistit in prærogatiua ordinantis.*
8 *Præbendæ primò vacaturæ in assecutione præfertur posterius receptus in Canonicum illi, qui ordinaria auctoritate prius receptus est.*
9 *Obedientia largè sumitur pro executione cuiuscumque rei, quæ potest cadere sub præcepto.*
10 *Obedientia specialiter accipitur pro executione præcepti expressi, vel taciti, non ex quacumque intentione, sed ex eo solùm præcipitur.*
11 *Obedientia in rub. sumitur prout est virtus specialis, secundùm quam omnis subditus tenetur omni iuri obedire suis superioribus.*
12 *Obedientia formalis est virtus indicans voluntatem ad promptè & faciliter implendum præceptum, seu voluntatem superioris.*
13 *Inobedientia est vitium inclinans ad non implendum præceptum, seu voluntatem superioris præcipientis qua talis.*
14 *Obedientia tripliciter ab aliquibus distinguitur, sufficiens, perfecta, & indiscreta.*

1 SVPER hanc rubr. scripserunt Bellam. Ioan Andr. Imol. Anan. Panorm. Felin. Zabar. Bald. Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canonum, fol.* 165. Guillelm. Durand. *in speculo iuris, l.* 4 *sub hoc tit. & in breuiario iuris Canon. fol.* 36. *verso*, Petr. de Rauenna *in compendio iuris Canonici*, Martin. Mesnart. *in epitome Decret. fol.* 38. *verso*, Dan. Venator *in analysi method. iur. Pontif. à pag.* Goffred. & Host. *in sum. huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barth. Carthag. *in exposit. titulorum iuris Canon.* Zypæ. *in analytica postremi iur. Eccles. enarrat. pag* 54. nouissimè Ioan. Honor. *l.* 1. *sum. in Decret.* omnes *sub hoc tit.*

2 Maioritas in Republ. Ecclesiastica iure optimo instituta fuit, oportuit namque in reuerentia exhibenda, & honoribus impendendis etiam inter personas Ecclesiasticas distinctionem fieri, vt probat Abb. *in cap.* 1. *hoc tit.* Host. *in summ. eiusdem tit. in princip.* Nam quemadmodum in Ecclesia triumphante sunt Angeli, Archangeli, & alij spiritus, non tamen sunt in officio, & potestate pares, sed nimium differentes cùm alij aliis sint superiores ita & in Ecclesia militante non omnes debent esse pares in potestate & officio, sed alij maiores, alij verò minores ita arguit text. opt. *in c. ad hoc* 89. *dist.* sic aliàs in corpore naturaliter omnia membra non eundem actum habent, ex Paul. *ad Roman.* 12. imo distincta habeant officia, & diuersas operationes, aliáque aliis sunt subordinata, ex eod. Paul. *1. ad Corinth.* 12. quæ varietas per diuersa officia, & robur corporis seruat, & pulchritudinem manifestat. text. *in c. singula* 89 *dist.*

Quæ quidem maioritas Ecclesiastica in quatuor 3
consistit, primò in prærogatiua ordinis, secundùm quam Presbyteri Episcopis tanquam superioribus debent esse subiecti, iuxta *c. legitimus* 95. *dist. c. olim, c. Episcopus* 95. *dist.* & quæ *ibi* dixi, *& de offic. & potest. Episc. p.* 1. *tit.* 1. *c.*. Et sic ratione eiusdem maioritatis in ordine consistentis Diaconus Presbytero, subdiaconus Diacono, Acolytus subdiacono, & sic de cæteris debent esse subiecti, *d. c. legimus, c. statuimus hoc tit.*

Secundò consistit prædicta maioritas in prærogatiua potestatis, seu iurisdictionis, secundùm quam Archidiaconus maior est Archipresbytero, *c. perlectis, verbo, Archipresbyter* 25. *dist.* Archiepiscopus Episcopo, Patriarcha, seu Primas Archiepiscopo, *c. placuit* 18. *dist.* 4

Tertiò consistit maioritas in prærogatiua antiqui- 5
tatis, cui magnam esse reuerentiam exhibendam, tanxerunt sanctorum Patrum decreta, *c. quanto*, ibi, *sicut testatur antiquitas*, vbi gloss. iura similia citat, *de translat. Prael. l. testamenta*, ibi, *retinendus est mos fidelissimè vetustatis, C. de testam.* hæc autem antiquitas vel con- 6
sideratur ratione ætatis, de qua *in l. semper, ff. de iure immun. c. dudum* 22. *vers. gesti*, ibi, *ætate, de elect.* Vel consideratur ratione temporis, de qua *l quoties* 99. *ff. de reg. iuris reg. qui prior. eod. tit. in* 6. *c. duobus* 14. *vers. si verò, de rescript. eod. l.* text. opt. *in c.* 1. *hoc eod. tit.* vbi gloss. *verbo fuerit*, text. *in l.* 1. *ff. de albo inscrib.* Intelligè datis partibus terminis, & ita si concurrunt duo, vel tres eiusdem ordinis, seu dignitatis, antiquior est præferendus, iuxta *d. c.* 1. *& d. l* 1 secus aliàs; vnde si maior in ordine concurrat cum antiquiori minori in ordine, tunc maior ordine est præferendus, quamvis sit posterior tempore, text. opt. vbi notant Abb. & Doctores *d. c. statuimus, hoc tit.* nisi aliàs detur consuetudo in contrarium, prout videtur esse illa, de qua *in c. vlt. de consuet. lib.* 6.

Quartò consistit mioritas in prærogatiua ordinā- 7
tis, de qua *in c. per suas, hoc tit.* vbi ordinatus à Papa præferendus est ordinato ab inferiori, quamvis hic antiquior sit dummodo tamen in eodem gradu concurrant, quod ex illo text. deducit *gl.* 1. *in c.* 1. vbi Abb. *n.* 4. *hoc tit.* text. melior *in l.* 2 *ff. de albo inscrib.* Sic ille, 8
qui posteriùs receptus est in Canonicum auctoritate Apostolica, præferendus est in assecutione præbendæ, quæ primò vacauerit, illi qui ordinaria auctoritate priùs receptus est, text. opt. *in c. hi qui* 12. *de præbend. in* 6. vbi Domin. *n.* 5. Franch. *n.* 3. Dec. *in c. relatum n.* 6. *de præbend.* Staphil. *de literis gratiæ, tit. de formis mand.* § 3 *forma, n.* 8. *& tit. de form. expectatiuarum*, §. *hactenus n.* 2 sic limita reg. *c. qui prior. de reg. iuris in* 6.

Obedientia.] Duobus modis accipitur: priori modo 9
largè & generaliter pro executione cuiuscunque rei, quæ potest cadere sub præcepto, quæ fit non ratione ipsius præcepti solùm, sed ex quacunque alia intentione, & hæc propriè & formaliter non est virtus, specialis obedientiæ, sed erit illa ad quam pertinet actus, qui præcipitur: sic sanè ille, qui humilis, castus, & pacificus fuerit, quāvis Deus has omnes virtutes præcipiat, non tamen est verum dicere illum formaliter habere virtutē obedientiæ specialem, sed virtutem humilitatis, castitatis, & mansuetudinis, quam-

nis non habeat virtutem obedientiæ, generalem, quatenus Deo illas virtutes præcipienti obediens est, tamen illas amplectitur non solùm ratione præcepti, sed ex quacunque alia intentione, quia videlicet de se sunt appetibiles, vel ex alia causa. Posteriori verò modo accipitur specialiter pro executione præcepti expressi, vel taciti, non ex quacunque intentione, sed ex eo solùm quòd præcipitur, & ita eius formale obiectum est præceptum superioris, & illius voluntas, cui formaliter aliquis intendit obedire, & hæc est propria & specialis obedientiæ virtus, quæ inter omnes virtutes morales laudabilior & excellentior est, per quam propria voluntas mactatur, & à superiore præcipiente efficaciter dirigitur, iuxta text. *in c. secundum vers. obedientia 8. q. 1. & vlt. in princ 23. q. 1.* sic per contrarium inobedientia specialis & formalis in eo consistit quòd quis non faciat id, quod præcipitur, & præceptum transgrediatur eo quòd principaliter superiori præcipienti non vult obedire, aliàs enim si alia intentione, aut respectu non faciat, nec obtemperet, veluti per superbiam, libidinem, aut auaritiam, inobedientia quidem erit generalis & materialis, specialiter tamen, & formaliter talis non erit, sed ad eam peccati speciem pertinebit, sub qua peccati transgressio continetur, & ita erit peccatum superbiæ, luxuriæ, seu auaritiæ. Colliguntur hæc ex D. Thom. 2. 2. *q. 104. art. 2. & seqq.* vbi Caiet. *& q. 105. art. 1. ad 1.* Sylvest. *& summ. verbo, obedientia*, Host. *in sum. huius tit.* Nauar. *in man. c. 23. n. 35.* Couar. *in cap. alma mater p. 1. §. 9. num. 5.*

11 In hac autem rubr. sumitur obedientia posteriori modo provt est virtus specialis, secundùm quam omnis subditus tenetur omni iure obedire suis superioribus in terminis in quibus subiicitur illis, & superiores saltem præsumptiuè licitè præcipiunt, ex Paul. ad Hebr. vlt. *Obedite Præpositis vestris*, text. opt. *in c. 2. de censib c. vlt. hoc tit. l. 2. ff. de iustit.* S. Thom. *d. q. 104. art. 1.* quæ quidem parendi necessitas ipsos supremos Principes comprehendit, quos etiam Episcopis obedire B. Petrus præcipit iuxta text. *in c. omnes Principes, sub hoc tit.* quin etiam ipse Imper. Archiepiscopis & Episcopis reuerenter assurgere debet, & iuxta se venerabilem sedem eis assignare, vt probat text. elegans *in c. solitæ, vers. hæc autem, hoc tit.* Illud autem aduerte hanc obedientiæ obligationem multò strictiùs incumbere clericis erga suos superiores Ecclesiasticos, iuxta text. *in c. qui suis 93. dist. c in omnibus, de consec. dist. 5. c. 2. c. quod super, c. his quæ, hoc tit. c. cùm non liceat, de præscript.* idque adeò vt inter iura Episcopalia, quæ Episcopis debentur, canonica obedientia, & subiecto, reuerentiaque connumerentur *in c. conquerente 16. de offic. ordin* quæ quidem tria vno tantùm respectu Episcopis, nempe in quantum sunt Prælati, debentur, per obedientiam namque tenentur subditi suorum Prælatorum præcepta seruare, aduertit in proposito Abb. *in d. c. his, quæ, notab. 4.* per subiectionem tenentur abstinere quominus suis Prælatis inuitis aliorum Prælatorum iudicium subeant, iuxta *c. nullus*, cum multis *ibid. 9. q. 2. c. significasti, vers. clerici, de foro compet.* per reuerentiam denique tenentur eisdem Prælatis signa honoris per corporis inclinationem exhibere *c. quamquam*, ibi, *obsequij reuerentiam 23. dist* obseruat Abb. per text. *ibi, in d. notab. 4.* quamvis idem Abb. *in d. c. conquerente, n. 2.* arbitretur prædicta tria Episcopis non vno tantùm respectu hoc est, in quantum sunt Prælati, sed aliis diuersis respectibus, de quibus *ibi*, illis debita esse.

12 Ex quibus omnibus consequitur rectè describi obedientiam formalem quòd sit virtus indicans voluntatem ad promptè & faciliter implendum præceptum, seu voluntatem superioris, præcipientis, qua talis, ita colligitur ex *c. vlt. 23. q. 1.* & ex mente D. Thom. *q. 2. 2 104. art. 2. ad 3 & in corpore*, Sylvest. *in sum verbo, obedientia, n. 1.* Viguer. *instit. moral. c. 5. §. 9.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 3. q. 19. art. 1.* nec multum discrepat definitio, quam tradit D. Anton. *in sum p. 4. tit. 5. c. 11. §. 1.* & alia relata à Nauar. *in man. c. 24. n. 35.* Per contrarium verò inobedientia describitur quòd 13
sit vitium inclinans ad non implendum præceptum, seu voluntatem superioris præcipientis qua talis, vt colligitur ex Nauar. & Vigner. *citatis locis.* Dixi in vtraque definitione, *inclinans ad implendum, vel non adimplendum præceptum*, quia differentia specifica, per quam obedientia ab aliis virtutibus & inobedientia à reliquis viris distinguitur, ea est, quia illa in eo consistit vt præceptis superioris obtemperemus; hæc verò, vt illorum omittamus obseruantiam. Dixi, *qua talis*, vt significarem obedientiam, provt est specialis virtus, tunc principaliter, & propriè dari, cùm principaliter sit opus præceptum, qua præceptum est. Adieci denique, *præceptum, seu voluntatem superioris præcipientis*, vt ostenderem obedientiæ, vel inobedientiæ subiectum versari circa præceptum expressum, vel tacitum, id est, voluntatem præceptiuam superioris, quæ quocunque modo nobis innotescit, non enim verba, vel modum, quo superior præcepit, sed voluntatem præcipiendi oportet inspicere, vt bene explicat Viguer. *d. loco*, & ex auctoritate text. *in c. reg. 11. q. 3.* cum similibus notat Nauar. *in man. c. 23. n. 29.* & ex auctoritate Pauli comprobat Bernard. Rossignol. *de actionibus virtutis lib. 2. c. 9. vers. secundum iudicium.*

Vnde quamvis Doctores triplicem obedientiam 14
soleant distinguere, sufficientem, scilicet perfectam, & discretam: sufficientem quando superiori obtemperamus in necessariis, perfectam quando obtemperamus in licitis, non tamen necessariis, indiscretam quando in illicitis, vt tradit D. Thom. *d. q. 104. art. 5. in fine*, quem omnes sequuntur. Propriè tamen obedientia est sola illa primi generis, quæ scilicet circa necessaria versatur, cùm enim consistat formaliter in præcepti obseruantiam qua tale est, & præceptum necessitatem inducat, rectè sequitur tunc demum propriè dari obedientiam cùm fit id quod necessarium est, non ita si fiat quod est licitum, non tamen necessarium, vel illicitum, quia illicitis obedire non virtus est, sed vitium, ex statim dicendis ac subinde ad virtutem obedientiæ non pertinet; est tamen distinctio illa valde vtilis, & ad multa notabilis, & præcipuè, quia prima non solum habet meritum, sed pœnam si non fiat quod præcipitur: secunda meritum quidem habet si fiat, veluti si adimpleatur consilium, non ita pœnam si omittatur, vt in vtroque membro probat text. *in c. vlt. 14. q. 1.* Tertia denique illicita est, & peccatum habet, *c. non semper, cum seqq. 11. q. 3 c. inquisitioni, de sent. excom.*

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus primò, habetur prior & maior in honore.*
2 *Nobilis tanto melior, quanto antiquior.*
3 *Seniores in dicendis sententiis sunt præferendi.*
4 *Prius descriptus dicitur dignior, & præcedere debet.*
5 *Antiquior in Collegio aliis præfertur.*
6 *Maior dicitur respectu honoris, & prælationis.*
7 *Episcopus consecratione, siue Canonicus creatione antiquior inter Episcopos, siue Canonicos primus sedet.*

§ *Canonici*

8 *Canonicus, seu beneficiatus, iudex, & officialis, qui præuenit in apprehendenda possessione, & antiquiori receptioni præcedere debet alios stallo, voce & aliis prærogatiuis.*
9 *Prior in tempore potior est iure.*
10 *Prior nominatus censetur magis dilectus.*
11 *Nominatio prior maiorem dignitatem, arguit.*

Cap. Cùm certum. I. *Greg.*

1 PRimò ordinatus cæteris paribus prior, & maior habendus est. Colligunt ex Ordinar. Abb.antiq. Zabar.Collect.Bellam.Host. Ioan. Andr Anan.Innoc. Imol. Butr. Panormit. Felin. Henric. Anchar. Bald. Host. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag.* 472. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 164. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. August. *collect.*1. *Decret. lib.* 1. *tit.* 25. *c.*1. & est post Concil. Lateran. sub Alexand. III. *p.* 44. *cap.*1.

2 *Prior.*]Notatur ad hoc quòd nobilis tanto melior, quanto antiquior, Ioseph. Sesse *Aragoniæ decis.* 6. *n.*12. *& decis.*8. *n.*7. tenet quòd cæteri sunt præferendi in sessionibus, & cæteris id genus, de quo etiam
3 Tiraq. *de nobilit c.*20. *n.* 52. Vnde seniores in dicendis sententiis sunt præferendi. Illustriss. D meus Roder. à Cunha *in com. ad c. vlt n* 4. *&* 5. *dist.*20. Tiraq. *de iure prim in præf. n.*112. *& n.*111 quòd priùs debent subscribere, & *n.*119. quòd senior Collegij Collegium conuocat; ratio est, quia prior descriptus dicitur
4 dignior, & præcedere debet, *lib.* 1. *ff. de albo scrib.* Peregrin. *consil.*4. *n.*60. Paris. *consil.*38. *n.*1. *vol* 4. quos refert. Mar. Ant. *var. lib* 1. *resol.*81. *n.*1. Vnde prærogatiuam maioris dignitatis arguit loqui priùs in Synodo, vt per Tiraq. *vbi supra n.*113. Gam. *Lusit. decis.*1. *n.*1. Nauar. *in c inter verba prælat.*1. *n.*1. Cabed. *diuers. iuris argum. lib.*1. *c.*1. *n.*3. *vers. quinto*, Gasp. Stat. *de antiq. Lusit. c* 65. *n.*1. Et antiquior in Collegio aliis præ-
5 fertur, Henriq. *consil.*47. *n.*6. vbi *n.*7 quòd vbi fuerint Canonici plures delegati à Summo Pontif. antiquior in salutatione antefertur.

6 *Et maior.*] Notatur ad hoc quòd maior dicitur respectu honoris, & prælationis, vt per Steph. Grat. *discept. forens. c.*111. *n.*68.

7 *Qui priùs*, &c.] Notatur ad hoc quòd Episcopus consecratione, siue Canonicus creatione antiquior inter Episcopos siue Canonicos primus sedet, Marc. Anton. Genuens. *in practic. Eccles. q.*610. Ego ipse *de offic. & potest. Episc. p* 1 *tit.*3 *c.*8. *n* 65. optimè Menoch. *concl.*126. *n.*30. vbi etiam quòd inter Monachos illi præferuntur, qui priùs fuerunt instituti, & quòd
8 antiquior Doctor iuniori est præferendus. Hinc etiam infertur Canonicum, seu beneficiatum, iudicem, aut officialem, qui præuenit, in apprehendenda possessione, & in antiquiori receptione, præcedere debere alios in stallo, voce, optione, atque aliis prærogatiuis, & præeminentiis, Cassan. *in catalogo gloriæ mundi, p.* 4 *consid.* 6 *& p.*11. *consid.*17. *vers. & non solùm hæc antiquitas*, Rebuff. *in tract. nominat q.*11. *n.*4 Gonzal. *ad reg.*8 *Cancel* § 3. *proœm. n.*23. vbi *n.*24. dicit hoc procedere quamvis alius sit in prouisione prior, si tamen sit in possessione posterior, etiamsi per eum non steterit, quòd possessionem priùs ceperit, sed propter litem, vel aliud obstaculum fuerit impeditus. An autem & quando possessio Canonicatus siue dignitatis, quæ sit de Capitulo, capitulariter sit capienda, latè agit Ferentil. *in admot. ad decis.*318. *Buratti.*

In gloss. *Fuerit*, ibi, *qui prior est tempore, potior est* 9
iure. Vide Flores de Mena *var. lib.*1. *q.*6. *art.* 3. *n.*24. Card. Tusch. *tom.*6. *lit. P concl.*465. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel.* § 3. *proœm n.*22 Mant. *de tacitis & ambig. conuent. lib.*11. *tit.*22. *n.*1. Marc. Anton. *var lib.*1. *resol* 81. *n.*7. *& lib.*2. *resol.*50. *n.*32. cum aliis citatis *ad reg. qui prior, de regulis iuris in* 6. Hinc prior nominatus censetur ma- 10
gis dilectus, *l. si communis seruus* 2. *ff. de stipul. seru. c. si quis, de elect. in* 6. Thom. de Thomas. *reg.*235. Card. Mantica *de coniecturis vlt. volunt. lib.*6. *tit.*11. *n.*13. *& lib.* 8. *tit.* 4. *n.*12. *& tit.* 9. *n.*7. Menoch. *de præsumpt. lib* 4. *de præsumpt.*16. *num.*3. *cum seq.* Scob. *de ratiocin. tit. de computat. cap.* 10. *num.* 1. Et prior nominatio 11
maiorem dignitatem arguit, Tiraq. *de iure primog. quæst.*1052.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi decretum vel constitutionem impugnans debet excommunicari.*
2 *Episcopus in Synodo diœcesana potest pro sua diœcesi facere constitutiones, dummodo non contrauenant sacris Canonibus.*
3 *Obedire Episcopo tenentur Clerici in negotiis, pertinentibus ad statum clericalem, alias possent puniri.*
4 *Principis mandatis est parendum.*
5 *Mandata contemnentes hæresim contrahunt.*
6 *Obedire legibus tenemur in foro conscientiæ.*
7 *Præceptum Ecclesiasticum in materia graui violare in genere suo grauis culpa est.*
8 *Causæ maiores ad Sedem Apost. deferuntur.*
9 *Causæ maiores quæ dicantur, ostenditur.*
10 *Laici in quibus debeant obedire Papæ, remissiuè.*
11 *Principi iniusta præcipienti obediendum non est.*
12 *Principi non potest dici, cur ita facis.*
13 *Iudex inferior potest differre executionem sententiæ Principis, qua condemnauit aliquem iracundiæ motus, aut ob vindictam non seruato iuris ordine.*

Cap. Si quis. II.

EPiscopi decreto non obediens est excommuni- 1
candus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Ioan. Andr. Bellam. Innoc. Henric. Host. Panormn. Imol. Anan. Butr. Bald. Felin. Anch. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontificij pag.*472. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.*165. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Augustin. *collect.*1. *Decretal. lib.*1. *tit.* 25. *cap.*3. *&* 4. & apud Burch. *lib.*15. *cap* 23. Ioan. *p.*16. *cap* 24.

Contra decretum Episcopi.] Ergo Episcopus potest 2
facere decretum siue constitutionem in Synodo diœcesana, vt *hîc* adnotauit gloss. *verbo decretum*, & tenent Duenh. *regul.*145. Azor. *instit. moral. p.*2. *lib.*3. *c.*47. *q.vlt.* Ego ipse *de offic & potest. Episcop. p.*3. *allegat.*93. *n.*23. dummodo non contraueniant sacris Canonibus, *c. constitutionis* 14. *q.*2. Abb. *in c. fin. sup. de consuet. n.*7. *&* 8. & *ibi* Roch. de Curte *sect.*3. *n.*7. 9. *&* 11. Henriq. Bott. *de synodo Episcop. p.*3. *art.*1 *concl.*8. *à n* 36. Praxis noua Episc. *p.*2. *c.*1. *n.*7 quos refero ego ipse *d. alleg.*91. *n.*29. vbi *n.*31. refero aliquos casus, quibus potest Episcopus statuere contra Canones, & constitutiones Summorum Pontificum.

Ab Ecclesia abiiciatur, &c.]Notatur ad hoc quod 3
in negotiis pertinentibus ad statum Clericalem tenentur Clerici obedire Episcopo, alias possent pu-
ni-

niri, vt per Marc. Anton. Genuens. *in practic. Eccles. q.* 240. *n* 1.

4 *Qui non obedierit Principi*, &c.] Notatur ad hoc quòd Principis mandatis est parendum, & non obediens pœna mortis punitur, vt per Clar. § *fin. q.* 60. *vers. solet dubitari*, Hier. Giach. *in consil. de syndicatus*, *n.* 19. Menoch. *de arbitrar. casu* 265. *à n.* 1. & *cons.* 28. *num.* 3. & 4. Perez *gloss.* 1. *l.* 13. *tit.* 19. *lib.* 8. *Ordin.* Farin. *in praxi crimin. p.* 3. *q.* 97. *n.* 1. *cum multis*

5 *seqq.* Contemnentes verò mandata Summi Pontific. contrahunt hæresim, Hieron. Giach. *d. cons. de syndicatu*, *n* 338.

6 Vnde in foro conscientiæ tenemur legibus obedire, Perez *l.* 37 *gloss* 1. *pag.* 887. *col.* 2 *ante med. tit.* 18.

7 *lib* 8. *Ordin* violare enim præceptum Ecclesiasticum in materia graui in genere suo grauis culpa est, D. Thom. 1. 2. *q.* 96. *art.* 4. Sot. *de iustit. lib.* 1. *q.* 6. *art.* 4. Castr. *de lege pœnali*, *lib.* 1. *c.* 4. & 8. Azened. *l.* 3. *n.* 11. *tit.* 4. *lib* 8. *nouæ recop.* plures refert Doctores Cened. *ad Decretal. collect.* 2. *n.* 2. multò plures citat Sanch. *in præcepta Decalogi*, *lib.* 1. *c.* 1. *à n.* 4. alios cumulo ego ipse *ad gloss. verbo*, *constituerunt*, *in c. quæ in Ecclesiarum supra de constit.*

8 In gloss. *Decretum*, ibi, *Sed in maioribus negotiis non possunt aliquid statuere.* Notatur ad hoc quòd causæ omnes maiores ad Sedem Apost. referuntur. Ego

9 ipse *de offic. & potest Episc. p.* 3. *alleg.* 59. *n.* 41. vbi dico causas maiores censeri quæstiones, quæ spectant ad articulos Fidei intelligendos, ad Canonicos libros discernendos, ad sensum sacrum literarum declarandum approbandúmque, ad interpretanda quæ dubia sunt, vel obscura in controuersiis Fidei in iure Diuino, vel Canonico, item ad declarandum quæ ad Sacramenta pertinent, videlicet ad materiam formam, & ministrum, & alia huiusmodi.

10 In gloss. *Principi*, ibi, *Sed nunquid Laici debent obedire Papæ.* Hanc quæstionem ex professo disputaui *in meo tract. de offic. & potest. Episcop. p.* 1. *tit.* 3. *c.* 2. *n.* 19. *cum multis seqq.*

11 In gloss. *Morte*, ibi, *Si est iniustum, & hoc est manifestum, non obediat.* Notatur ad hoc quòd Principi iniusta præcipienti obediendum non est, vt per Farin. *d. q.* 97. *à n.* 4. Erasm. à Cochier. *de iurisd. Ordinarij in exemptos*, *lib* 2. *q.* 13. *n.* 5. præcipuè quando apertè, & manifestè Princeps iniustum præcipit, Greg. de Valent. *tom.* 3. *disp.* 4. *q.* 3. *p.* 2. Aldrete *de religiosa disciplina tuenda*, *lib.* 2. *c.* 4. vel euidenter constet esse contra Diuinum præceptum, vel alterius præeminentioris, aut Sacræ Scripturæ, secus si contra ius positiuum, statutarium, vel consuetudinariam, nisi etiam planè, & manifestè constet excedere suæ potestatis limites, Valent. & Farin. *vbi proximè.* Non est semper inquirendum rationalibus eorum, quæ constituuntur, *l. non omnium*, *ff. de legib* nec tam propter rationem legum, quam propter auctoritatem constituentium legibus obtemperandum est, *l. de quibus* 32. *ff. de le-*

12 *gib.* Galg. *de iure publico*, *lib.* 1. *tit.* 1. *n.* 34. Principi enim non potest dici, cur ita facis, Afflict. *decis.* 165. *n.* 62. Menoch. *cons.* 103. *n.* 38. & *cons.* 181. *n.* 24. Cassan. *in catalogo gloriæ mundi*, *p* 5. *consid* 35. *vers.* & *vt semel.* Mench. *vsufreq. c.* 1. *n.* 4. Peregrin. *de iure fisci*, *lib.* 1. *tract.* 3. *n.* 4. & 64. Farin. *d. q.* 97. *n.* 16. & 27. Hieron. Giach. *d. cons. de syndicatus*, *n.* 425.

13 Ex quibus infertur per iudicem inferiorem differendam esse principis sententiæ executionem, qua condemnauit aliquem iracundia motus, aut ob vindictam, non seruato iuris ordine, per *l. vindicari*, *C. de pœnis*, resoluunt Cou. *in reg. peccatum p.* 1. *in initio n.* 5. & *lib* 2. *var. c.* 8. *n.* 1. *vers. secundò infertur*, Auiles *ad c.* 1. *Prætorum*, *verbo*, *mandamientos*, *n.* 19. *cum seqq. fol. mihi* 52. *verso*, Menoch. *de arbitr. casu* 334. Bobadil. *in sua politica*, *lib.* 2. *c.* 10. *n.* 76. Azened. *l.* 14. *n.* 47. *tit.* 3. *lib.* 1. *nouæ recop.* Farin. *in praxi crimin. p.* 3. *tit. de pœnis temper. q.* 97. *n.* 34. Pined. *in vita S. Ioannis Baptistæ*, *lib.* 3. *art.* 1 *c.* 3. § 242. *pag.* 53. Anton. Gam. *in tract. de Sacram. præstandis vltimo supplicio damnatis*, *q.* 1. *n.* 12. plures refert Doctores Cened. *ad Decretales collect.* 3. *n.* 1. & *Canon. ac pract. quæst. lib.* 1. *quæst.* 9. *num.* 17.

CAP. Legebatur. III. *Leo.*

CLericus, qui sponte obedit, non est necesse vt scripto vel iuramento spondeat obedientiam Episcopo. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Panorm. Host. Felin. Anch. Innoc. Bald. Henric. Boich. Viu. *in ration. primi libri iur. Pontif. pag.* 473. Alagona *in compend. iur. Can. pag.* 165. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1. *tit.* 15 *c.* 2.

In gloss. *Aduentus*, ibi, *Et est hic arg. pro superfluis resecandis.* Vide dicta *ad proœm. Decret. in verbo*, *resecatis superfluis n.* 28.

SVMMARIVM.

1 *Episcopo tenentur omnes de diœcesi etiam Principes obedire*, & n. 2.

3 *Decimas prædiales illi Ecclesiæ soluere tenentur Reges & Principes vbi prædia sita sunt*, *personales verò vbi diuina audiunt officia.*

4 *Citandus si habet multa domicilia inspiciendum est illud*, *quod frequentius habitare consuenit.*

CAP. Omnes. IV. *Clem. III.*

OMnes de diœcesi etiam Principes debent obedire Episcopis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Innoc. Imol. Butr. Panorm. Felin. Henric Anch. Bald. Host. Viu. *in ration primi libri iur. Pontif pag.* 475. Alagon. *in compend. iur. Can. pag.* 165. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. *collect. Decret. lib.* 1. *tit.* 25. *c.* 5. & apud Buchard. *lib.* 1. *cap.* 125. Iuo *part.* 5. *cap.* 225. 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt, Perez *l.* 24. *gloss.* 1. *post med. tit.* 2. *lib.* 3. & *l.* 1. *gloss.* 2. *in princ. tit.* 15 *lib.* 8. *Ordin.* Lancel. Conrad. *in templo omnium iudic. lib.* 8. *c.* 1. §. 1. *q.* 1. & §. 2. *p.* 1. De obedientia Episcopis exhibita à Catholicis Principibus egi ego ipse *de officio*, & *potestate Episcop. p.* 1. *tit.* 2. *gloss.* 1. *n.* 4. 2

In gloss. *Omnes Principes*, ibi, *decimas prædiales*, &c. Notatur ad hoc quod Reges, & Principes decimas prædiales illi Ecclesiæ soluere tenentur, vbi prædia sita sunt; personales vbi diuina audiunt Officia pro rata diuidendo si in pluribus locis diuina audierunt, vt per Corset. *in tract. de potestate Regia*, *q.* 37. Rebuff. *in tract. de decimis*, *q.* 5. *n.* 26. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 7. *c.* 24. *q.* 1. Moneta *de decimis*, *c* 5. *q.* 1. *n.* 26. vbi reprobat Triuis. *decis.* 29. *n.* 2. tenentem bona Principis non esse subiecta decimis. 3

In ead. gloss. ibi, *Si audit in pluribus.* Notatur ad hoc quòd si citandus habet multa domicilia, in quibus 4

bus habitat nunc hic, nunc illic, inspiciendum est illius, quod frequentiùs habitare consueuit, vt per Tiraq. *de retract. lig.* §. 9. *gl.* 2. *n.* 26.

SVMMARIVM.

1 *Inobedientiæ notam incurrit non obediens Apostolicis Canonibus.*
2 *Obedientiæ plura, vbi inueniatur, remissiuè.*
3 *Obedientia concordiam conseruat in Angelis, pacem nutrit in Monachis, tranquillitatem generat in ciuibus.*

CAP. Illud Dominus. V. *Innoc. III.*

1 INobedientiæ notam incurrit non obediens Apostolicis Canonibus. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Henric. Ioan. Andr. Panorm. Felin. Bald. Butr. Imola, Anania, Innocent. Host. Anch. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontif pag.* 474. Alagona *in compend. iuris Canon pag.* 165. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 1. *tit.* 21. *c.* 1.

2 *Et obedientia melior sit*, &c.] Plura de obedientia tradunt Perez. *l.* 1. *gloss.* 1. *colum.* 2. *in princ. tit.* 5. *lib.* 8. *Ordin.* Azeued. *l.* 8. *num.* 6. *tit.* 23. *lib.* 4. *& l.* 1. *num.* 6. *cum seqq. tit.* 5 *lib.* 8. *nouæ recop* Ioann. Baptista fin. *de*
3 *regulis iuris, homil.* 21 *&* 22. Hæc est illa, vt asserit August. quæ concordiam conseruat in Angelis, pacem nutrit in Monachis, tranquillitatem generat in ciuibus, vnde enorme vitium obedientiæ contrarium fuit, per hoc enim cœlum diabolus perdidit, & homo paradisum amisit, Saul regnum, Salomon diuinum amorem. O obedientia sancta, tu Christi sponsa, tu perfecta Scala, per quam cœlum ascenditur, tu quadriga, qua Helias vectus est in paradisum, tu fidelibus porta es paradisi, & clausura inferni, tu humilitatem nutris, patientiam probas, & mansuetudinem examinas.

SVMMARIVM.

1 *Imperium non præest sacerdotio, sed subest.*
2 *Causa, & occasio in quo differant, remissiuè.*
3 *Declaratur auctoritas illa, subiecti estote, &c à Doctoribus citatis.*
4 *Imperator in temporalibus quam potestatem habeat ostenditur.*
5 *Anima pretiosior est corpore.*
6 *Papa comparatur Soli.*
7 *Dextera nobilior est.*
8 *Paulus cur aliquando à dextris, Petrus verò à sinistris ponatur, ostenditur.*
9 *Dictio* cuicũque, *est generatio, & omnia cõprehendit.*
10 *Dictio*, tanquam quandoque, *similitudinem potius, quàm veritatem denotat.*
11 *Verbum nullum in rescriptis debet esse otiosum.*
12 *Lex non debet habere vnam syllabam superfluam, & vacuam.*
13 *Lex vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus.*
14 *Omnia qui dicit, nihil excipit.*

CAP. Solitæ. VI.

1 IMperator præcellit illos etiam Episcopos, qui ab eo accipiunt temporalia, sed Episcopus præcellit in spiritualibus, quæ sunt potiora, & de Sacerdotibus intelligitur illud Hierem. 1. *Ecce constitui te super gentes, & regna*, & dignitas Pontificalis est luminare maius, quod præest diei, minus est Regale, quod præest carnalibus. Item Episcopus non debet sedere iuxta scabellum pedum in sinistra parte Imperatoris, sed Imperator ei insurgat, & assignet venerabilem sedem iuxta se. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Collect. Zabarell. Innocent. Bellam. Ioann. Andr. Anania, Butr. Anch. Hostiens. Panorm. Barbat. Bald. Felin. Imola, Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag.* 472. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 165. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 1. *tit.* 25. *cap.* 2.

Non causam, sed occasionem.] Vide Bart. *in l. demon-* 2
stratio, § 1. *num.* 5. *ff. de condit. & demonstr.* Dec. *in cap. vlt. num.* 1. *de confirm vtil.* Tiraq. *tract. cessante causa, limit.* 13. *à prim.* Et quid sit causa, Archid. *in cap. consequens, num.* 2. *dist* 11 vide latè ad rub. *de causa possess.* quòd occasio sit causa remota, Azeued. *l.* 6. *n.* 2. *tit.* 8. *lib.* 5. *nouæ recop*

Subditi estote.] Vide *l.* 5. *tit.* 1. *part.* 2. vbi *gloss.* 5. *&* 3
l. 15. *tit.* 13. *p.* 2. vbi *gloss.* 3. Perez *l.* 24 *gloss.* 1. *tit.* 2. *lib.* 1. *& l.* 1. *gloss.* 1. *col.* 1. *ad finem, tit.* 5. *lib.* 8. *Ordin.* Ioan. Garc. *de nobilit. gloss.* 9. *num.* 9. *vers. quinto,* Ioan. Baptista Fin. *de regulis iuris, homil.* 32. *vers. dic quod Deo.*

In temporalibus illos dumtaxat, &c.] Ratio est, quia 4
Imperator in temporalibus non generaliter in omnes præcellit, sicut Pontifex in omnes præcellit in spiritualibus, sed in illos dumtaxat, qui ab eo recipiunt temporalia regna scilicet, & feuda, & eum recognoscunt in superiorem, non verò in omnes: tum quia potestas spiritualis in vno Pontifice residet, vt capite, temporalis verò licèt vna sit data à Deo, in plures diuiditur, ita Iacob. Valdes. *de dignitate regum, regnorumque Hispaniæ, c.* 19. *n.* 16. De differentia inter Pontificem Summum, & Imperatorem, vide Lancellot. Conrad. *in templo omnium iud. lib.* 1. *c.* 1. *in princ.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel gloss.* 1. *à n.* 33. faciunt quæ ego ipse *de offic. & potest. Episcopi, p.* 1. *tit.* 2. *gl.* 1. *à n.* 1.

Quantum anima præfertur corpori] Nam anima pre- 5
tiosior est corpore. Cardos. *in praxi Iudicum, & Aduocat. verbo, anima, n.* 1. & idò non rectè infertur de anima ad corpus, vel è conuerso, Steph. Gratian. *discept. forens. c.* 200. *n.* 12.

Quòd fecit Deus duo magna luminaria, &c.] Sicut 6
summus rerum opifex Deus duo luminaria posuit in cœlo omnino distincta, ita duos etiam gladios, seu magis potestatem duplicem, & imperium in terris, Ecclesiasticum nempe, & sæculare omnino distinctum, & alterum ab altero segregatum constituit, vt alterum alteri impedimento esse nullo modo posset, Victor. *de potest. Ecclesiæ, q.* 1. *à num.* 10. post Perez Rebuff. & alios, resoluit Cald. Pereira *de nominat. emphyt. q.* 21. *num.* 49. Papa comparatur Soli, qui est maior Luna quantitate, dignitate, officio, & sublimitate, & sicut Sol præest Lunæ, ita Papa Imperatori, Lud. Carrer. *in tract. de hæreticis, sub n.* 30. Hier. Giach. *n consil. syndicatus, n.* 331. *cum seqq & num.* 341. resoluit quòd Papa est dominus dominantium, & habet ius Regis regum in subditos, & est culmen cæterorum quos intellectus potest imaginare. De suprema verò eius potestate in vniuersum orbem ex professo tractant *de officio, & potestate Episcopi, p.* 1. *tit.* 3. *cap.* 2. *per totum.*

In sinistra parte sedere.] Notatur ad hoc quòd dex- 7
tera nobilior est, vt per Castald. *de Imp. q.* 88. *num.* 91. Tiraq. *de iure primog. in præfat. num.* 13. *&* 14. Azeued.

ad

ad Curiam Pisanam, lib.2 cap.2. num.9. Franc. Ribeira *in 1. ad Hebræ. num. 20.* Ioan. Ferdinand. *in thesauro verbo dextra,* Pined. *in Iob. cap.11. vers.8 num.9.* Rot. *in Cæsaraugustana præeminentiarum 19. Nouembris* 1627. coram R.D.Coccino Decano *vers. vnde.* Fulu. Pacian. *de probat lib 2.cap.25.n.90.* Ioan.Garc.*de nobilitate,gloss.48.n 24.* Iacob.Valdes. *de dignitate Regum, regnorumque Hispaniæ, in proœm. num 23.* quod etiam probant ex *cap.15. Matthæi*, vbi electi ad dexteram Dei in iudicio collocabuntur, & ex *cap. 26. Amodo videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei.* Ad dexteram tamen, vel sinistram sedere non semper maiorem dignitatem arguit, vt eleganter aduertit Card. Cæs. Baron. *tom.3.annalium Ecclesiæ,anno Christi 325. & tom.6.anno 451.& tom.2. anno 111.* quia antiquitus in pluribus locis dignius erat sedere ad sinistram, quàm ad dexteram. Steph. Gratian. *discept. forens. cap. 106. n. 43.* Buratt. *decis. 488. num 7.* Vnde situs ad dexteram non infert per necesse præeminentiam eius qui sedet à sinistra, vt fuit dictum *in Calagurritana præeminentiarum 2. Decembris* 1602. coram Iusto, *& in Cephaluden. Archidiaconatus 18. Martij* 1624. coram bonæ memoriæ Dunozetto Archiepiscopo Seleucien. nam in sacrificio Missæ Epistola ad dexteram, & Euangelium digniùs ad sinistram
• canuntur; & in ludo scacchorum vxor regis nigri stat ad dexteram viri, Aluar. Pelag. *de planctu Ecclesiæ, lib.1.cap.19. in fine*, Cassan. *in catalogo gloriæ mundi, part.3 consid.21 & seqq.* Et in Bullis, in quibus adest sigillum plumbeum Pontificis, ponitur Paulus à dextris, & Petrus à sinistris, vt apud omnes in confesso est, cùm nullus neget D. Petrum D.Paulo maiorem fuisse, quia Petrus conuersione prior, tum quia dignitate, & gradus excellentia maior; Durand. *in rationali diuinorum, lib.7.c.15.*

8 In exquirenda verò ratione, quare in Bullis Papæ caput Pauli à dextris Crucis, & caput Petri à sinistris ponatur, ac in sigillo plumbeo Pontificis ponatur Paulus à dextris, & Petrus à sinistris, laborant Doctores, propter quæ varias adduxerunt super hoc significationes, Franc. Mucantius *in peculiari libello de Sanctorum Apost. Petri, & Pauli imaginibus*, & Mar. Ant. Georg. *in libello, inscripto, Statua D Pauli à dextris D. Principis Ecclesiæ Petri non remouenda, nec eorum sanctissima capita conuertenda, sed eodem loco, quo statuit Ecclesia, conseruanda*, Petr. Dam. *in priuatis scriptis ad Desiderium Abbatem*, qui vltra plura hinc inde deducta videntur concludere in Bullis, & sigillo plumbeo Pontificis cerni Paulum à dextris, & Petrum à sinistris, quia Paulus onus Euangelicæ prædicationis ad gentes præcipuè, Petrus verò ad circumcisos suscepit, Ecclesia autem translata ad gentes dexteram apud Dominum meruit, synagoga posthabita. Verùm Illustriss. Card. Bellarm. *lib.1. de Romano Pont. cap.27.* post multa concludit rectiùs posse dici non fuisse hoc perpetuum, vt in antiquis imaginibus Paulus dexteram partem occupet, siquidem in his, quæ Romæ nunc extant, vt in quibusdam Paulus cernitur ad dexteram, ita in aliis non paucioribus cernitur ad sinistram. Et fortasse consultò id veteres obseruarunt, vt ex duobus summis Apostolicis modò vnum, modò alterum anteponerent, nimirum, vt hoc modò significarent hos Apostolos, vel pares esse inter se, vel certè ignorari vter alteri præstet, nam etsi Petrus maior est potestate, Paulus maior est sapientia, refero ego ipse *de officio, & potestate Episcopi, p.1. tit.3. c.8 n.63.*

9 *Nihil excipiens qui dixit quodcumque.*] Notatur ad hoc quòd dictio, quæcumque, est generalis, & omnia comprehendit, vt per Tiraq. *de retractu lign. §.1.gl.3. n.20* Menoch. *remed.6.recup n.15* Octauian. Vulpell. *de præpositionum, & aduerbiorum signif. in dict. quicunque, p.93.* Marchesan. *de commis. p.1. pag.241. n.2.* Card. Tusch. *tom.2.lit D concl.151.* Mar. Anton. *var. resol. lib.2.resol 40.n.7.* & alios per me citatos *in tract. de dict. vsufreq dict.317.*

Iu gloss. *Tanquam*, ibi, *quandoque similitudinem potius, quàm veritatem not.* Vide Octauian. Vulpel. *d. tract in dict. statim*, Card. Tusch. *tom.2.lit. D.concl.385. n.1.* & alios per me citatos *de dictionibus & claus. dict.348.* 10

In ead. gloss. ibi, *Quòd nulla dictio debet vacare in rescripto.* Notatur ad hoc quòd in rescriptis nullum verbum debet esse otiosum, imo nec syllaba, Dec. *cons.626.num.7.* Crauet. *cons 297.n.4.* Mar. Antonin. *var resolut. lib. 1. resol.9. num 4.* Sic etiam lex non debet habere vnam syllabam superfluam, & vacuam, Tiraq. *de retractu lig. gloss 9.§.1.à n. 99.* Marant. *dist.9 n.3.* Pute. *decis.86.n. vlt. lib.1* Gonzal. *ad reg.8. Cancel §.7.proœm. num.147.& 128.& gloss.22. num 5. & gloss.30.num.16. & gloss.35.n.3.* Aldrete *in alleg. pro omnimoda Regularium exempt. p.1. c. 5.n.11. in fine.* 11 12

In gloss. *Non distinguens*, ibi, *nec nos ergo distinguere debemus.* Notatur ad hoc quòd lex vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus, Thom. de Thomas. *reg.300.* Surd. *cons.51.n.7. & cons.182.n.15. & cons.301.n.50.* Card. Tusch. *tom.3.lit. D.concl.508.* Armend. *in proœm. addit. ad recopil. legum Nauarræ, num.17.* Cæs. Argel. *de contradict. legitimo, q.10 n.14. & 24.* cum aliis citatis *in libello de principiis vtriusque iuris, lit.L.n.28.& in meo tract de Axiom. iuris vsufr. Axiom.136.n.2.* 13

In gloss. *Quodcunque*, ibi, *qui dicit omnia, nihil excipit.* Burg. de Pace *cons 25.n.28.* Tiraq. *in l.si vnquam, verbo, totam, n.1.C. de reuocand. donat.* Surd. *decis 265. n.30.* Thom. de Thomas. *regul.252.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloss 9.n.21.* Marc. Anton. *var. resol. lib.1. resol. 70. n.18.* cum aliis citatis *in d.libello de principiis vtriusque iuris, lit. O.n.4.* & per me *de dictionibus, & clausul. dict. 107.n 1. & de dictione vsufreq. dict. 241. n.6. & in tract. de Axiom. iuris vsufreq. Axiom. 168. num.1.* 14

SVMMARIVM.

1 *Ordinati à Papa non sunt exempti, sed iurisdictioni Ordinarij subiecti, & n.12.*
3 *Ordinatos à Papa nullus potest promouere sine Papæ licentia, & ab eo solo deponuntur.*
4 *Ordines sacros recipiens à Papa est honorandus, & anteponendus in beneficiorum concursu.*
5 *Canonicus creatus à Papa cæteris paribus est præferendus Canonico facto ab inferiori.*
6 *Prouisus à Papa est præferendus in concursu, data in omnibus paritate.*
7 *Prouisus à Papa, & prouisus ab Ordinario si sub eodem die, eodémque momento capiant possessionem, præferendus est prouisus à Papa.*
8 *Doctor à Principe creatus reliquis Doctoribus dignior, sublimior, & potentior habetur.*
9 *Nobilitatus ab Imperatore, vel Rege præfertur nobilitato ab inferiore.*
10 *Dignitas maior dignoscitur ex maiori sede.*
11 *Dignitas maior agnoscitur in subscriptione, & prima voce.*

CAP.

Cap. Per tuas. VII.

1 ORdinatus Subdiaconus à Papa non eximitur ab obedientia Episcopi, sed ei inter alios ab Episcopo defertur ob reuerentiam Papæ. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Anania, Butr. Imola, Bald. Panorm. Felin. Host. Anchar. Henric. Vivian. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 474. Alagona *in compend iuris Canon. pag.* 165. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. August. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 1. *tit.* 21. *cap.* 3.

2 Collige ex text. ordinatos à Papa non esse exemptos, sed iurisdictioni Ordinarij subiectos, vt per Erasm. à Cochier. *de iurisdictione Ordinarij in exemptos, part.* 1. *q.* 21. Habent tamen nonnulla priuilegia, videlicet quòd ad superiores Ordines nullus potest eos promouere sine ipsius Papæ licentia. Ego ipse *de offic & potest. Episcop. part.* 3. *alleg.* 56. *n.* 23. & dixi *ad c. ciam in distribuendis sup. de tempor. ordinat.* Deinde conuinci, nonnisi pluribus testibus possunt. Erasm. à Coch. *d. q.* 21. *in princ.* Et à solo Papa deponuntur, glos. & Doct. *in c. filium,* 1 *q.* 1. *gloss.* 1. *hic in fine.* Capel. Tholosan. *vbi addit. decis.* 293. Aloys. Ricc. *in collect. decisionum, p.* 5. *collect.* 1452. *vers. infertur quarto.* Ego ipse *d. p.* 3. *alleg.* 12. *num.* 12. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 52. *n.* 25.

3 4 *Inter alios tibi subditos*, &c.] Notatur ad hoc quòd qui recipit sacros Ordines à Papa est honorandus, & anteponendus in beneficiorum concursu, vt per Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* §. 3. *proœm n.* 116. Hinc Canonicum creatum à Papa cæteris paribus esse præferendum Canonico facto ab inferiori, tenet idem Gonzal. *vbi proximè n.* 114. Rub. *decis.* 16. Aloys. Ricc. *in collect. decisionum, p.* 1. *collect.* 1430 *vers. hinc infertur primo.*

5 6 Hinc etiam in concursu data in omnibus paritate prouisus à Papa est præferendus, Aloys. Ricc. *in collect. decis. p* 4. *collect.* 1442. Gonzal. *d.* §. 3. *proœm. n.* 11 & *gloss.* 15. §. 2. *n.* 67. quia si vnus habeat collationem beneficij à Papa, alius verò ab Ordinario, neutro possessionem obtinente, si non appareat de prioritate, præfertur qui à Papa impetrauit propter prærogatiuam concedentis Ego ipse pluribus citatis Doctoribus *d. p.* 3 *alleg.* 67. *num.* 14. Etsi prouisus à Papa, & prouisus ab Ordinario, sub eodem die, eodémque momento capiant possessionem, præferendus est prouisus à Papa, Gonzal. *d.* §. 3. *proœm. n.* 114.

7 8 Notatur etiam ad hoc quòd Doctor à Principe creatus reliquis Doctoribus dignior, sublimior, & potentior habetur, vt per Mench. *illust. in præfat. n.* 156. Rebuff. *in tract. nominat. q.* 21. *n.* 19. Gonzal. *d.* §. 3 *proœm. n.* 115. Bobadil. *in sua politica, lib.* 1. *c.* 12. *n.* 56.

9 Aloys. Ricc. *d. collect.* 1430. *in fine.* Et nobilitatus ab Imperatore, vel Rege, præfertur nobilitato ab inferiore, Tiraquel. *de nobilit. c.* 6. *n.* 7.

10 11 In gloss. *Subdiaconatus* 1. Notatur ad hoc quòd ex maiori sede maior dignitas cognoscitur, *cap. Episcopos* 17. *dist. cap quia sanctitas* 50. *dist. l.* 1. *C. vt dignitatis ordo seruetur,* Cassan. *in catalogo gloriæ mundi, p.* 1. *consid.* 11. Lecer. *de primog. lib.* 2. *q.* 3. Tiraq. *de nobilit. c.* 20. *n.* 5. Ioan. Garc. *tract. glos.* 18. *n.* 44. & *glos.* 35. *n.* 59. quos refert, & sequitur Iacob. Valdes. *de dignitate Regum, regnorumque Hispaniæ, in proœm n.* 23. Sic etiam in subscriptione, & prima voce dignitas maior agnoscitur, *l.* 1 *ff. de albo scrib.* Bellug. *in speculo Principum, rubr.* 6. *n.* 24. Afflict. *decis.* 1. Iacob. Valdes. *vbi proximè n.* 25. quos refero ego ipse *de offic & potest. Episc. p.* 1. *tit.* 3. *cap.* 8. *n.* 60. & quòd prærogatiuam maioris dignitatis arguat loqui priùs in Synodo, dicunt Gam. *decis.* 1. *n.* 1. Tiraquel. *de primog. in præfat. n.* 112. & 113. Nau. *in c. inter verba, præl.* 1. *n.* 1. Cabed. *diuers. iuris argum.* 1. *c.* 1 *n.* 3. *vers. quinto,* Gasp. Statius *de antiq. Lusit. c.* 65. *num* 1.

Illud demum aduertere oportet, ad dignoscendum quænam sit prima dignitas, attendi potius debere consuetudinem, siue solitum Ecclesiæ particularis, quàm ius commune, Grammat. *decis.* 64. *n.* 17 & 18. Mantic. *decis.* 175. *n.* 3. & communem reputationem, ac publicam famam loci, Boër. *decis.* 186. *n.* 8. Rot. *decis.* 518. *n.* 12 *p.* 1. *diuers.* & *decis.* 585 *n.* 2 *q.* 4. *diuers.* Mantic. *d. decis.* 175. *n.* 3. & fuit dictum *Cephaluden. Archidiaconatus* 18. *Martij* 1624. coram bonæ memoriæ Vbaldo.

SVMMARIVM.

1 *Obedientiæ, vel subiectionis controuersia quando agitatur nihil est attentandum in præiudicium Rei, vel possessoris non citati,* n. 2.

3 *Citatio est omnium actionum instituendarum principium, caput, basis, & fundamentum iudicij.*

4 *Processus ob legitimæ citationis defectum totus corruit.*

Cap. Inter quatuor. VIII.

QVando de obedientia, vel subiectione agitur, nihil attentari debet in præiudicium Rei, vel possessoris antequam citentur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Innoc. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Butr. Anchar. Host. Panorm. Bald. Felin. Imol. Vivian. *in ration. libri primi iur. Pontif. pag.* 475. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 166. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 1. *tit.* 21 *cap.* 4. 1

Et infrà.] Verba quæ sequuntur vsque ad verbum *petitionem*, omisit extendere diligens Anton. August. *loco citato,* extensa tamen leguntur apud Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarch. sedium erectione, cap.* 16. *n.* 6. vbi *n.* 8. dicit verba omissa in hoc text. pertinere ad plenum illius intellectum. 2

Cùm nec citati sint.] Notatur ad hoc quòd sine citatione non est agendum in alicuius præiudicium, quia citatio est omnium actionum instituendarum principium, §. *fin. Instit. de pœna temere litigantium,* D. Barbosa *in l. si quis postea quam, ff. de iudic. n.* 26. Est caput, basis, & fundamentum iudicij, Gregor. *lib.* 1. *tit.* 7. *p.* 3. Vant. *de nullitat. tit. de nullit. processus, n.* 27. Marant. *de ordine iud. p.* 6. *memb.* 1. *n.* 1. Bonacos. *tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 2. *tit.* 2. *num.* 8. Azeued. *tit.* 3. *in rubr. n.* 14. *lib.* 4. *nouæ recop.* Amat. Roder. *in tract. de modo, & forma videndi, seu examinandi processum, cap.* 4. *de citat. n.* 2. & 3. Camil. Borrel. *in summa omnium decis. tit.* 44. *n.* 7. *seqq.* Vnde processum ob legitimæ citationis defectum totum corruere tenuerunt Vant. *in tit. qualiter sententia, & processus, n.* 116. Cott. *in memor. verbo, citatio* 3. *vers fallit tertiò,* Brun. à Sole *verbo, citatio* 7. Fichard. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 2. *n.* 6. Marant. *p.* 6. *tit. de citat. n.* 12. Menoch. *consil.* 100. *n.* 112. Guttier. *pract. lib.* 1. *q.* 133. *n.* 12. D. Barbosa *in l. alia,* §. *eleganter, n.* 8. & *in l. si mora, n.* 53 *ff. soluto matrim.* Cabed. *Lusit. decis. n.* 1. *p.* 2. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 9. §. 1. *in annot. n.* 158. Mendez à Castro *in praxi seculari Lusit. lib.* 3. *c.* 1. *n.* 1. Amat. Roder. *d. c.* 4 *n.* 18. 3 4

SVMMARIVM.

1 *Abbates, & Sacerdotes, qui Episcopo diœcesano subiiciuntur, ad eius Synodum venire, & sibi obedire compelli possunt per censuram Ecclesiasticam.*
2 *Abbates tenentur venire ad Synodum Episcopi.*
3 *Abbates exempti an teneantur venire ad Synodum ostenditur.*
4 *Synodo diœcesanæ interesse debent omnes, qui animarum curam habent.*
5 *Rectores Parochialium, quæ in nullius diœcesi sunt, an teneantur venire ad Synodum, ostenditur.*
6 *Legis diœcesanæ, & iurisdictionis differentia quæ, remissiuè.*
7 *Episcopus in sua Synodo facere potest statuta.*
8 *Episcopus non potest facere statuta sacris Canonibus obuiantia.*

CAP. Quod super his. IX.

1 ABbates, & Sacerdotes, qui Episcopo diœcesano subiecti sunt, ad eius Synodum venire, & sibi obedire per censuram Ecclesiasticam compelli possunt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Io. Andr. Imol. Innoc. Butr. Panorm. Host. Felin. Anchar. Bald. Vinian. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 465. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 166. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 4. *Decret. lib.* 1. *tit.* 21 *c.* 1.

2 *Abbates.*] Notatur ad hoc quòd Abbates tenentur venire ad Synodum Episcopi, Etasm. à Cochier *loco*
3 *infrà citando, n.* 2. Abbates verò, aut quivis alij exẽpti non habentes capellas, seu membra, aut populum non exemptum, minimè tenentur venire ad Synodũ, *cap. ex ore*, vbi Abb. *inf. de priuil.* vbi dicam hodie Abbates exempti, qui aliàs cessante exemptione Synodo interesse deberent, nec Capitulis generalibus subduntur, ad eam accedere tenentur, ex Concil. Trid. *sess.* 24. *de reform. c.* 2. Vgolin. *de potest. Episc. c.* 38. §. 2. *n.* 1. Cochier *de iurisd. Ordinarij in exemptos, p.* 4. *q.* 19. quomodo verò huiusmodi Abbates exempti interesse debeant Synodo, & quo amictu, & ornamentis vti debeant, vide Specul. *de priuileg. p.* 4. *n.* 6. Boër. *de auctoritate magni Consilij, p.* 1. *n.* 13.

4 *Et Sacerdotes.*] Notatur ad hoc quòd ad diœcesanam synodum venire tenentur omnes, qui animarum curam habent, Concil. Trid. *d. c.* 2. Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. p.* 1. *c.* 9. *n.* 13. Vgolin. *d. c.* 48. § 1. *n.* 1.
5 Piasec. *in praxi noua Episc. p.* 2. *c.* 2. *n.* 2. Ego ipse *de offic. & potest. Episc. p.* 3. *alleg.* 93. *n.* 5. An autem Rectores Parochialium, quæ in nullius diœcesi sunt, teneãtur accedere ad Synodum viciniorem, quæstio est non contemnenda; in qua communis opinio tenet eos non teneri accedere ad Synodum diœcesanam illius Episcopi, cuius Cathedrali Ecclesia proximior est, licèt visitari ab eo possint, ex decreto Conc. Trid. *sess.* 24. *de reform. cap.* 9. quia aliud est ius visitandi, & aliud ius vocandi ad Synodum, adeò vt ex concessione illius non inferatur concessio huius, à separatis enim non fit illatio, *l. Papinian. ff. de minor. cum simil.* tum quia verba Concil. Trid. *d. c.* 9. non aptantur vocationi ad Synodum, & dispositio non includit eos, quibus verba sua non aptantur, *cap. indemnitatibus, de elect. in* 6. quibus fundamentis hanc sententiam defendunt Nauar. *cons.* 11. *de officio Ordin. in antiq. aliàs cons.* 12. *de maiorit. & obed. in nouis*, Sayr. *in floribus, decis. sub d. tit. de officio Ordinarij, decis.* 11. Aloys. Ricc. *in collect. decis. part.* 4. *collect.* 1153. Verùm quod Rectores Parochialium nullius diœcesis teneantur accedere ad Synodum viciniorem, tenuit sacra Congreg. provt referunt Franc. Leo *d. n.* 13. Praxis noua Episcop. *d. c.* 2. *n.* 2. *vers. & non solùm.* Vgolin. *d.* §. 1. *vers. quarto*, à qua opinione sacræ Congreg. non est recedendum, cùm ad eam pertineat declarare huiusmodi Concilij dubitationes; tum quia cùm vicinior Episcopus ius habeat visitandi huiusmodi Rectores attenta supradicta Concilij dispositione, frustrà viderentur visitari nisi priùs ad Synodum vocati, & instructi essent in his omnibus, quæ scire eos oporteat.

Diœcesana tibi lege subditos.] De legis diœcesanæ 6
& iurisdictionis differentia dixi *de officio, & potest. Episcopi, p.* 1. *tit.* 1. *c.* 1. *n.* 15. *& ad c. dilectus* 18. *supra de officio Ordinarij.*

Dummodo in ipsa Synodo.] Notatur ad hoc quòd 7
Episcopus in sua Synodo potest facere statuta; vt per Aluar. Pelag. *de planctu Ecclesiæ, lib.* 2. *art.* 21. Bernard. *reg.* 238. Duen. *reg.* 245. Nauar. *in c. nouit, de iudic. notab.* 5. *n.* 121. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 5. *c.* 47. *q. vlt.* Ego ipse *d. tract. p.* 3. *alleg.* 93. *n.* 21.

Non dicas aliquid statuendum quod Canonicis obuiet 8
institutis. Notatur ad hoc quòd Episcopus non potest condere statuta sacris Canonibus obuiantia, vt per Abb. *in c. fin. n.* 7. *&* 8. *de consuet.* vbi Roch. de Curte *sect.* 1. *n.* 7. 9. *&* 11. Duen. *reg.* 250. Rot. *in Toletana confraternitatum* 3. *Decembr.* 1618. coram Vbaldo, Henric. Bottæ. *de Synodo Episc. p.* 3. *art.* 1. *concl.* 8. *à n.* 36. Ego ipse *d. alleg.* 93. *n.* 19. vbi *n.* 31. refero casus omnes in quibus potest Episcopus statuere contra Canones, & constitutiones Summorum Pontificum, quos etiam enumerat Monet. *de distrib p.* 2. *q* 13. *à n.* 6.

Venire.] Id est personaliter, & non per procuratorem, ex Duen *reg.* 126. *vers. limita secundò.*

Compellas. Id est, per excommunicationem, Duen. *reg.* 271.

SVMMARIVM.

1 *Canonici Regulares inobedientes Priori suo per ipsum excommunicari possunt, & si fuerint incorrigibiles, de fratrum consortio expelli debent.*
2 *Periurus non potest subire iuramentum honoris, sed oneris.*
3 *Delictum non probatur per instrumentum, vel scripturam.*
4 *Abbas potest religiosos excommunicare.*

CAP. Cùm in Ecclesiis. X.

PRior potest excommunicare Canonicos Regula- 1
res sibi inobedientes, & si à Papa, vel ab alio absoluuntur, debent præstare iuramentum de obediendo suo superiori, & si sunt incorrigibiles, expelli debent de consortio fratrum. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Anan. Butr. Imol. Bald. Panorm. Felin. Anch. Host. Viu. *in rationali primi libri iur. Pontif. pag.* 476. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 166. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2.

Ex discursu huius text. manifestè constat Canonicos Regulares, qui suo Prælato iuramentum obediẽtiæ præstiterant, & ex post facto exhibiti iuramenti immemores eidem Priori per omnia restiterunt, cogendos esse in pœnam contumaciæ subire alterum obedientiæ iuramentum; sed obstat quòd absque necessitate nullus est cogendus iurare, iuxta reg. *c. etsi Christus, vers. quoniam ad iuramentum, de iureiur.* quo

argu

argumento clericos sæculares ad iurandum Prælatis suis non teneri resoluunt Doctores *in c hîc quæ, infrà hoc tit.* vbi addam; in hoc autem text. videtur omnino otiosum posterius iuramentum cùm priùs sub eadem forma, super eadem re, & inter easdem personas præstitum fuerit: sentiunt difficultatem gloss. 1. Abb. & Doctores *in præsenti, & in c legebatur, hoc tit.* inter quos Cardin. Zab. *in præsenti, oppos. 6.* existimat, quod scilicet hic text. specialiter procedit in illis Canonicis, qui propter inobedientiam fuerunt excommunicati, quibus posterius iuramentum licitè defertur quando eis ab excommunicatione beneficiũ absolutionis impenditur, iuxta reg. *cap. cùm desideres, & ibi gloss. verbo ad cautelam, de sent. excom.* Cuius solutio licet receptior sit, vera tamen non videtur; quamvis enim in specie huius text. excommunicatio nõ præcessisset, illa tamen notabilis inobedientia sufficiens erat ad iustam posterioris iuramenti declarationem, ídque ex eo, etenim licèt huiusmodi iuramentum priori nihil addat, & vti tales ad vinculum illius formandum non sit necessarium, *c. veritatis, de iureiurando*, est tamen necessarium ad effectum satisfaciendi superiori læso, cui illata fuit iniuria per inobedientiam, quæ sanè commodè reparari non potest quàm per solemnem eiusdem inobedientiæ abiurationem, iuxta reg. *cap. vlt.* ibi, *in qua quis deliquit, de immunit. Ecclesiarum.* Insuper cùm semel inobediens semper præsumatur talis, iuxta reg. *c. semel malus, de reg. iur. lib 6.* ac subinde aduersùs illum semper adsit quædam suspicio inobedientiæ, quæ commodius quàm per iuramentum purgari posse non videtur. rectè fit vt illis Canonicis iuramentum deferatur tanquam de prædicta inobedientia suspectis, quemadmodum de suspectis de hæresi, & de clericis in Sacris matrimonium de facto turpiter contrahentibus notant communiter Doctores.

Nec obstat quòd periuris, quales constat esse Canonicos, de quibus *in præsenti*, iuramentum non est deferendum, iuxta *c. qui exigit. 22. q. 1. & cap. clericos*, ibi, *ne periurij reatum*, &c. *de cohabitat. clericorum*, gl. *verbo periurij*, per text. *ibi in c. testimonium. 54. versic. si verò, de testib.* Quia respondetur distinguendum esse inter iuramentum oneris & iuramentum honoris; prius est illud, quod non in pœnam, & ad remouendam aliquam mali suspicionem iniungitur, veluti illud per quod hæreticus cogitur hæresim abiurare, *c. ad abolendam, de hæret.* item illud de quo *in c. 2. qui Clerici vel vouentes*, cum similibus, Posterius verò est illud, quod non in pœnam, sed magis in honorem iuranti defertur, veluti iuramentum testis, vel illius, cui honorabile aliquod officium confertur. Quo supposito dicendum est huiusmodi Canonicos periuros, & suspectos de inobedientia non subire iuramentum honoris iuxta supradicta iura sic intelligenda, quæ tales à iuramento repellunt, interim tamen non eximi à iuramento oneris, de quo *hîc*, ne aliàs ex malitia sua commodum reportent, contra reg. *c. intelleximus, de iudiciis*, cum similibus; quam distinctionem colliges ex gloss. *verbo, præter, in fine, in cap. literas, de præsumpt.* vbi Zabar. Butr. Abb. & communis, idem Abb. *in dict. cap. intelleximus, n. 14.* Dec. *in c. quæstioni, n. 3. de appellat.* qui omnes rectè intelligunt in specie dicti *cap. literas*, à suspecto de hæresi, de quo *ibi*, esse iuramentum exigendum, & dictionem, *præter*, in text. positam esse intelligendam inclusiuè, id est, vltrà, non verò exclusinè, quasi iuramentum excludat, vt perperam sentiunt Imol. & Felin. *ibi n 22.*

2 *Recepto secundùm formam*, &c.] Ergo periurus non potest subire iuramentum honoris, sed oneris, vt per Abb. *in cap. intelleximus, q. pen. de iudic.* Dec. *in c. quæstioni, n. 3. de appell.* Hyppol. *in l. maritus, n. 44. ff. de q.* Tiraq. *de nobilit. c. 24. n. 10.* vbi dicit teneri subire iuramentum calumniæ, & fidelitatis, quia est iuramentum oneris, vnde excommunicatus, qui aliàs non admittitur ad iuramentum, tenetur iurare de calumnia, ex eod. Tiraq. *vbi proximè.*

Per scripturas authenticas, &c.] Notatur ad hoc, quòd delictum non probatur per instrumentum, vel scripturam, vt per Clar. *lib. 5. §. fin. q. 54. n. 1.* latè Mascard. *de probat. concl. 499.* Farin. *cons. 25. n. 27. 29. & 37.* Alex. *in l. Prætor, n. 7. ff. de edendo*, vbi ait quòd si vnus occidat puta Simonem, non potest de hoc actu rogari Paulutius notarius, itavt per instrumentum probetur homicidium. Clar. *in praxi crim. §. fin. q. 54. in princ.* Dec. *in tract. crim. tom. 2. lib. 6. c. 12. ex n. 16.* Gasp. Cabel. *ad constit. Marchiæ lib. 4. c. 1. in gloss. proban. n 40.* Anton. Scap. *de iure non scripto lib. 5. in tit. de interrog. & reorum resp. c. 64.* latè Buccaron. *de differ. inter iudicia ciuilia & crim. differ. 51. à princ.* vbi *n. 8.* cum Clar. *citato loco*, intelligit vt procedat quando delictum consistit in facto separato ab ipso instrumento, siue in criminibus, quæ facto committuntur, vt adulterinm, Sodomia furtum, & his similia, secus si delictum sit incorporatum, & connexum ipsi instrumento, veluti si famosum carmen, vel quid hæreticum scriberetur, vel quid simile fieret, quod per se ipsum delictum esset, & *n. 10.* subdit quòd quamvis delicta non probentur instrumentis, possunt tamen instrumenta produci super his, quæ probarent adminicula maleficij, seu delicti per quæ dicta adminicula probantur.

Per censuram Ecclesiasticam compellatis.] Notatur ad hoc quòd Abbas potest Religiosos excommunicare, vt per Ioseph. Aldret. *de religiosa disciplina tuenda, lib. 1. c. 3. n. 27.*

4

SMMARIVM.

1 *Presbyteri clerici capellarum subditarum titulo Cardinalatus, debent Cardinali obedientiam, & reliqua de quibus hic; & vacante titulo succedit Capitulum illius Ecclesiæ, nisi pro bono pacis aliquid sit exceptum.*

2 *Cardinales habent iurisdictionem Episcopalem in Ecclesiis, quarum sunt titulares.*

3 *Cardinales in Ecclesiis, quarum sunt titulares, excommunicationis, interdicti, & suspensionis pœnas irrogare possunt, Pontificiis insignibus vti, & beneficia conferre.*

4 *Collegia Sede vacante succedunt in potestate, & iurisdictione Prælati.*

CAP. His, quæ. XI. *Honor. III.*

CApellani Presbyteri, & clerici Ecclesiæ titularis alicuius Cardinalis debent exhibere obedientiam, reuerentiam, & honorem Cardinali, pro scrutinio, Baptismo, & Capitulo celebrandis suis temporibus conuenire ad Ecclesiam, recipere humiliter correctionem Cardinalis, seruare excommunicationem, suspensionem, & interdictum, quæ Cardinalis fert contra ipsos, vel Ecclesiam. Si verò moriatur Cardinalis, dum vacat Ecclesia, Capitulum succedit, sed solus Papa corrigit, excommunicat, suspendit, interdicit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Butr. Panorm. Host. Felin. Anchar. Bald. Vivian. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag. 477.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 166.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 2.* 1

2 Probat hic text. Cardinales habere iurisdictionem Episcopalem in Ecclesiis, quarum sunt titulares, vt per Villadieg. *de ordine Cardin. n.* 7. Iacobat. *de Concil. lib.* 2. *art.* 2. *n.* 11. Falcon. *de reseru. q.* 2. *princ. n.* 10. quos refert & sequitur Flamin. *de resignat. lib* 7. *q.* 12. *n* 10. Leon. *in thesauro fori Eccles. p* 2. *c.* 1. *n.* 7. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 4. *c* 1 *q.* 8. *propè finem*. Et ideo excommunicationis, suspensionis, & interdicti pœnas irrogare possunt, Abb. *hic*. Et possunt Pontificiis insignibus vti, & benedicendi solemnem ritum more Episcoporum exercere, etiamsi Episcopi non sint, Host. & Ioan. Andr. *in c.* 1 *de suppl. negl. Prælat.* refert Azor. *d. lib* 4. *c.* 3. *q.* 3. *in fine*, vbi *à princip.* tenet Cardinales, qui Episcopi non sunt, habere iurisdictionem Episcopalem forensem in Ecclesias, quarum titulos habent, & in capellas, ac reliquas Ecclesias ipsorum titulis subiectas & citat Butr. *hic* Ioan. Monach. *in c.* 1 *hoc tit. lib.* 6. Roman. *cons.* 498. Alban. *de Cardin. q.* 46. Mandos. *in reg.* 7. *Cancel. q* 2. Anastas. Germon. *de indultis Cardin. §. tam ratione, n.* 10. *cum seqq.* Habent ius conferendi beneficia in suis Ecclesiis titularibus, Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 3. *n.* 19. Ioan. à Cochier. *in reg.* 1. *Cancel. n.* 23. *vers. secunda*, quod intellige quando sunt in Vrbe, nam in absentia solus Papa confert, vt habetur *in reg.* 7. *Cancellariæ*, & possunt recipere resignationes beneficiorum existentium in suo titulo, Flamin. *d. q* 12. *n.* 8. & Ordines minores conferre, idem Flamin. *lib.* 4. *q.* 2. *numero* 88. Quos quidem Cardinalium titulos cùm priùs essent Quinquaginta duo, Leo X. Kalend. Iulij 1517. ad septuaginta duos auxit, vt refert Capic. *decis.* 114. *n.* 13. & demum Sixtus V. ad septuaginta ex sua constitution. 55. dat. Idib. Aprilis 1587.

Manualem obedientiam, &c.] Ex his verbis deducit gloss. *verbo, obedientiam, in præsenti*, Clericos teneri suis Prælatis obedire, absque eo tamen quòd de præstanda obedientia iurare, aut aliquam scripturam conficere compellantur, eadem verba habentur *in c. olim* 11. ibi, *obedientiam facere manualem*, vbi *gloss.* 2. *de restit. spoliat.* text. optimus *in c. legebatur*, vbi gloss. *verbo, iniuriæ, suprà hoc tit* text. *in c. nullus* 5. vbi *glos.* 1. *de iureiur.* & vtrobique resoluunt Doctores.

Sed obstat. quod vel Clerici non tenentur ad præstandum obedientiæ iuramentum suis Prælatis, quia ipsis indignum, & indecens sit iurare, vel ex eo quod tale iuramentum omnino sit otiosum, nulla enim alia potest excogitari ratio, quæ ad hæc duo membra non reducatur; sed clericis iurare indignum non est, imo cùm oportuerit ad iuramentum præstandum sunt cogendi, iuxta *c. ad abolendam, post princ. de hæret.* vbi clerici hæretici meliori tantùm ducti consilio ad fidem Catholicam reuersi coguntur suam hæresim abiurare, sic clerici in sacris constituti, qui matrimonium de facto turpiter contraxerunt, vxores solent abiurare, *c.* 2. *in princ. qui Clerici, vel voueme*. Deinde huiusmodi iuramentum de præstanda obedientia otiosum dici non potest, imò valde necessarium, cùm Reipublicæ expediat quod obedientia subditorum iuramento confirmetur, iuxta reg. *c. omne*, ibi, *solidius consistit.* 22 *q.* 1 igitur clerici nullo casu à tali iuramento videntur immunes. Secundò obstat *c. quanquam*, iuncta gloss. recepta *verbo cautione* 13. *dist.* vbi omnes Clerici indistinctè ad obedientiæ iuramentum compelluntur. Tertiò obstat *c. Ego N. iureiurando, & c. dilecti* 12. *hoc tit.* vbi ab Episcopis dum consecrantur iuramentum obedientiæ, & fidelitatis exigitur, idem dari Archiepiscopo, quando pallium ei traditur, docet text. *in c. significasti, vers. hoc nimirum malo*, ibi, *pro obedientia, de electione, c. antiqua vers. seruata, de priuileg.* Quattò tandem, & vltimò obstat *c. cùm in Ecclesiis, sub hoc tit.* vbi Canonici Regulares suis Prælatis obedientiam præstare compelluntur, igitur similiter Clerici sæculares ad obediendum suis Episcopis iurare sunt compellendi.

His tamen non obstantibus verissima est conclusio quòd Clerici, nec ad scripturam, neque ad obedientiæ iuramentum tenentur, iuxta *d. c. legebatur, hoc tit & c. nullus, de iureiur.* Ad argumenta verò facilis est responsio; nam ad primum dicendum est, quòd huiusmodi iuramentum est otiosum neque aliquam præ se fert vtilitatem, etenim cùm omnes Clerici indistinctè eo tempore, quo ad Ordines promouentur, præstent obedientiæ iuramentum, iuxta *d. c. quanquam*, & *ibi* gloss. *de verbo, cautione*, rectè sequitur non esse necessarium, imò otiosum aliud iuramentum exigere, nihil enim potest priori, quòd promotionis tempore reddiderunt; addere sic aliàs iuramentum fidelitatis simul præstitum Papæ excusat ne ad totam suam vitam, etiam successoribus Papæ iurare teneatur, *c veritatis, de iureiur.* Ad secundum de *d. c. quanquam*, respondetur iuxta modò dicta agere de clericis tempore, quo promouentur, in qua specie illos ad iuramentum teneri fatemur, non autem loquimur extra tempus suæ ordinationis, iuxta *d. c. nullus*, quidquid Doctores communiter *d. c. quanquam* reducant ad terminos *d. cap. nullus*, vt scilicet procedat in clericis, quibus Ecclesiasticarum rerum cura commissa est, qui tamen apertè confunduntur, quia *d. c. quanquam*, cùm agat de clericis tempore, quo Sacris initiantur, omnibus conuenit, nec ad solos rerum Ecclesiasticarum administrationem habentes restringi potest. Ad tertium de *d. cap. Ego N. & d. cap. significasti, & d. cap. dilecti*, respondendum in terminis illorum iustam causam iurandi adesse, nam ratio boni communis suadet Ecclesiæ Principes quales sunt Episcopi, *cap. Ecclesiis* 35. *dist.* ad tuendum Romanæ Ecclesiæ Primatum, & conseruandam ipsius Ecclesiæ dignitatem iuramento adstringantur, iuxta *d. cap. significasti, vers. hoc nimirum malo*, &c. quin etiam ob aliam quoque causam Episcopis iuramentum defertur, quia ipsis principaliter rerum Ecclesiasticarum dispensatio est commissa, cùm sint principales pastores, ac subinde iuxta reg. *d. c. nullus*, omnino iurare debeant.

Quando autem Ecclesia ipsa Cardinali vacabit, &c.] 4 Notatur ad hoc quòd Collegia Sede vacante succedunt in potestate, & iurisdictione Prælati, vt per Capic. *decis.* 114. *num.* 2. Et quòd vacante Sede Abbatiali Conuentus succedat in locum Abbatis quoad iurisdictionem, tenet Felin. *in præsenti numero* 3. & Abb. *numero* 2. & 3. Rot. *decis.* 346. *numero* 31. *recent.*

Pro bono pacis.] Quia pro conseruanda pace, & concordia multa de iure conceduntur, quæ aliàs licita non essent, *c. vltim. de transact. c. nisi essent, de prabend. l. æquissimum, ff. de vsufructu*, Flamin. *de resignat. lib.* 5. *c.* 3. *à n.* 165. Gonzal. *reg.* 8. *Cancel. gloss.* 25. *num.* 12. 5

SVMMARIVM.

1 *Abbatissa licèt subditos excommunicare non possit, ipsi tamen sibi obedire tenentur.*
2 *Abbatissa ratione publici muneris, & officij est capax iurisdictionis spiritualis.*
3 *Fœmina ratione dignitatis potest habere beneficiorum collationem.*

4 Fœmina

4 *Feminæ possunt esse canonicæ.*
5 *Abbatissa quomodo dicatur suspendere ab officio & beneficio clericos suæ iurisdictioni subiectos, ostenditur.*

Cap. Dilecta. XII.

1 Abbatissa licèt subditos excommunicare non possit, ei tamen non obedire est peccatum mortale. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Innoc Bellam. Ioan. Andr. Anan. Butr. Anch. Host. Panorm. Bald. Felin. Imol. Henric. Boich. Viu. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 478. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 166. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2.

2 Celebris est text. hic ad probandum Abbatissam ratione publici muneris, & officij (præcipuè, vt aliqui interpretantur, si accedat Sum. Pont. consensus) esse capacem iurisdictionis spiritualis, etiam Episcopalis, ac proinde posse beneficia conferre, clericos instituere, & destituere, Vicarios, & Prouisores nominare ad suspendendum, & excommunicandum, & exercendam dictam iurisdictionem, colliges hæc ex Lambert. *de iurepatron. p.* 1. *lib.* 2. *q.* 5. *princ. art.* 5. *n.* 4. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 13. *c.* 10 *q.* 5. Bellet. *disquisit. cleric. p.* 1. *tit de disciplina cleric.* § 8 *à n.* 19. Flores de Mena *var. q lib.* 1. *q.* 10. *n.* 4. Fr. Emman. *q. Regul. tom.* 1. *q* 17. *art.* 12. vbi asserit Abbatissam posse habere sub se clericos sæculares, si habeat capellas ex priuilegio, vel præscriptione pleno iure subiectas, Couar. *in c. alma mater, p.* 1. § 11. *n.* 2. Nauar. *sub tit. de sentent. excom. conf.* 1. *n.* 1. Vgolin. *de censur. tabul.* 1. *c.* 2. § 7. *n.* 5. Ludou. Miranda *in tract. de sacris Monial q.* 6 *art.* 5. *concl.* 1. vbi neruosè defendit attento iure communi Abbatissas, & Priorissas, aliásque Monialium præfectas non esse capaces spiritualis iurisdictionis nisi accedente Sum. Pont. consensu, aut ex consuetudine legitimè præscri-
3 pta. Potest namque fœmina ratione dignitatis habere beneficiorum collationem, ex Abb. *hic n.* 5. & Felin. *n* 1. Tiraq. *de primog. q.* 10. *n.* 13. *cum seqq.* Bellet. *loco prox. citato, n.* 17. Rebuff. *in tract nomin. q* 8. *n.* 9. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 22. *n.* 12. Mar. Anton. *var. lib.* 1 *resol.* 63. *n.* 6. Flores de Mena *d. q.* 10 *n.* 4 & ex priuilegio Apost. *c. dilecto*, vbi post Innoc. Host. Ioan. Andr. & Butr. Abb. *n.* 1. Felin. *n.* 1. *de testib.* Boër. *decis.* 32. *n.* 20 Rota *decis.* 3 *de concess. præb. in antiq.* Et in eis instituere illa institutione, quæ dat possessionem, & titulum, non autem institutione authorizabili, per quam datur potestas exercendi curam animarum, ligandi, atque soluendi, Fr. Emman. *d. tom.* 1 *q.* 17. *art.* 12. Fr. Ludou. Miranda *d. art.* 5. *concl.* 4. *statim in princ.*

Ex quibus omnibus satis deprehenditur Abbatissas, & præfectas monialium Ecclesiasticam iurisdictionem habere posse, quamvis aliqui teneant illas solùm esse instar matrisfam. nec ampliorem habere potestatem, quàm istas in priuata domo, ex quorum numero sum. Victor. *in relect* 2. *de potestate Eccles. q.* 2. *n.* 4. Sot. *in* 4 *dist.* 20 *q.* 1. *art.* 4. Soar. *tom.* 5. *disp.* 2. *sect.* 3. *n.* 5. Fr. Emman. *q Regul. tom.* 1. *q.* 15. *art.* 1. sed loquuntur contra decisionem huius text. Dicendum ergo est longam esse differentiam inter ea, quæ sunt Ordini annexa, & ad sacramentalem potestatem pertinent, & inter alia, quæ sunt iurisdictionis; eorum enim, quæ ordini annexa sunt, fœminæ sunt omnino incapaces, & minimè possunt per quamcunque humanam potestatem fieri capaces. At verò ea, quæ sunt iurisdictionis, quamvis Christus Dominus fœminis non concesserit, non tamen inconuenit quòd ea possint exercere ex Ecclesiæ commissione, fatetur Vict. *n.* 5. & multos referens Soar. *n.* 5. *dictis locis*; quemadmodum ex eadem à laico exerceri possunt, per doctrinam glos. *verbe, laico, in c. bene quidem,* 96. *dist.* vnde quamvis leges Canonicæ fœminis regulariter interdicant omnem potestatem spiritualem: specialis tamen ratio indecentiæ effecit, vt Abbatissis in suis monasteriis spiritualis potestas concederetur, atque etiam propter euidentissimum periculũ, quod suberat si viri præessent monialibus, vt resoluit S. Thom. *in addition. ad* 3 *partem q.* 29. *art.* 1. *ad fin.* & multi, quos refert, & sequitur Henriq. *lib* 6. *c.* 2. § 4 *iuncta littera X*

Vnde fit consequens ex speciali Ecclesiæ commissione, quod Doct. omnes admittunt, posse habere Abbatissas spiritualem iurisdictionem, quæ tamen Ordinis non sit, sed etiam generaliter à lege Canonica huiusmodi potestatem concessam esse in respicientibus sui monasterij, & monialium gubernationem, quod magis docet S. Thom. *dicto loco, & in* 4. *dist.* 25. *q.* 2. *art.* 1. *ad secundum*, dum scribit Prælationem, quæ competit Abbatissis, non esse ordinariam, sed quasi ex commissione propter periculum imminens ex virorum cohabitatione. Vnde meritò Doctores inquiunt Abbatissis competere omnem iurisdictionem, quæ Abbatibus competit, veluti in beneficiis conferendis, & in bonis sui monasterij administrandis, cæteris supra relatis. Et quemadmodum Abbates, ita etiam Abbatissas inuari regula de triennali comprobat Rebuff. *de pacificis possessor. n.* 3 *cum seqq.*

Canonicas.] Notatur ad hoc quòd fœminæ pos- 4
sunt esse canonicæ, vt per Lambertin. *de iurepatr. lib.* 2. *p.* 1. *q* 7. *art.* 6. *n* 4. Gonzal. *ad reg.* 8 *Cancel gloss.* 22. *à n.* 16. Vinian. *in praxi iurisp at. p.* 2. *lib.* 6. *c* 3. *n.* 4. Azor. *instit. moral p.* 1. *lib* 13 *q.* 5 *sub lit B* Petr. Greg. *syntagm. iur. lib.* 15. *c.* 19. *n* 9. & alios cumulatos à Rot. *in vna Tullen. seu nullius iurisdictionis* 27. *Nouembris* 1624. *& in alia Tullen. seu nullius præbendarum* 26 *Februarij* 1625 coram bonæ mem. Buratto. Præbendæ verò talium Canonicarum vsque adeò merè temporales sunt, vt cuiuscunque simoniæ experte sint. Verall. *decis.* 356. *n.* 6. *p* 2.

Officio, beneficioque suspendat.] Panorm. *hic* dicit 5
quòd Abbatissa potest suspendere ab officio, & beneficio clericos suæ iurisdictioni subiectos largè, subtrahendo scilicet eis præbendas, & præcipiendo ne celebrent donec satisfecerint, non autem strictè, & propriè, id est, ea suspensione, & interdictione, quæ earũ transgressores pœna irregularitatis feriat, sequitur Fr. Emman. *d. art.* 12. *in fin* & Azor. *d. c.* 10. *q.* 6. Et ideo Ludou. Miranda *d. art.* 5. *q.* 4. *vers. ad primum*, meritò dicit quòd suspensio, de qua in præsenti, non fuit censura, sed quædã prohibitio, vel priuatio, quæ largo modo loquendo suspensio dici potuit, sed re vera non fuit nisi quoddam Abbatissæ mandatum quod per ipsam optimè potuit imponi. Vnde notandum est quod Pontifex non dicit *hic* seruari debere censurã ab Abbatissa latam, sed præceptum eius atque mandatum, quod cuidam Abbati iniungit si subditi illius obedire ipsi noluerint, per Ecclesiasticam censuram ad ipsum compellat eos, in quo clare indicauit Abbatissæ suspensionem non fuisse censuram, sed simplicem quandam prohibitionem; sic etiam Valer Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 32. *tractat.* 2. *num* 23. asserit Summ. Pontific. *in præsenti* præcipere seruandam suspensionem ab officio, & beneficio, quam Abbatissa quædam

tulerat, non tanquam censuram Ecclesiasticam, sed tanquam præceptum superioris, & ideo in fine huius text. illam non iam suspensionem vocat, sed salutaria monita, & mandata, ad quæ obseruanda vult Monachas, & clericos eidem Abbatissæ subditos compelli censura Ecclesiastica, intendit Mar. Alter. *de censuris, tom. 1. de excom. lib. 3. disp. 7. cap. 5. propè finem vers. ad argumentum.* Vel forsan meliùs omisso præfato communi Doctorum intellectu asserentium suspensionem, de qua in hoc text. non fuisse Ecclesiæ censuram, sed simplicem quandam prohibitionem potius facti quàm iuris, tenendo opinionem verissimā quòd fœminis interdicta est potestas ferendi censuras, vt multis comprobant Con. *in c. almæ mater, p. 1. §. 11 n. 2.* Vgolin. *de censur. tab. 1 c. 2. §. 7. à princ.* faciliùs ad hunc text. responderi potest negando Pontificem, *in præsenti* approbare suspensionem Abbatissæ, cùm potiùs rescribens Abbati eidem imponat, vt per censuras Ecclesiasticas faciat obseruari salubria monita Abbatissæ, quod sanè necessarium non erat, si suspensio Abbatissæ valuisset, iuxta reg. text. *in c. cùm ab Ecclesiarum, de offic. ordin.* notat optimè Vgolin. *d. §. 7. in fin.* & post eum Soar. *tom. 5. de censur. disp. 2. sect. 3. n. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Metropolitanus non potest exigere iuramentum à Suffraganeo vltra formam Canonicam, & si exigat, non tenetur iurare, & si iurat, iuramentum non tenet.*
2 *Capitulum, aut Ecclesia potest sine prælato agere, si ex eius facto, aut negligentia grauetur.*
3 *Quod tibi non vis fieri, aliis ne facias.*

CAP. Dilecti filij. XIII.

1 METropolitanus si à Suffraganeo iuramentum exigat vltra formam statutam à Canone in eo, quod est vltra, Suffraganeus non tenetur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Innoc. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Butr. Anch. Host. Panorm. Bald. Felin. Imol. Viuian. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 478. Alagona *in compend. iur. Can. pag.* 166. remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

Collige ex text. manifestā differentiam inter Episcopos exemptos, & immediatè Summo Pont. subiectos; & Episcopos, qui in aliis superioribus, veluti Archiepiscopis, immediatè subsunt, vt priores Sum. Pont. teneantur iurare, posteriores autem non ita, sed suis superioribus, idē probat *c. vt super*, iuncta gloss. *verb. sacro, de rebus Ecclesiæ c. vlt. de Eccles. ædific.* sic aliàs Clerici dum ad Ordines promouētur suo Episcopo, & immediato superiori iuramentum præstant obedientiæ, & non Sum. Pont. *c. cùm clerici, 19. de verbor. signif. c. quanquam 23. dist.* sic Religiosi suo immediato Priori iurare cogūtur in *c. cùm in Ecclesiis, 10. hoc tit.* Obstat tamen maximè *c. Ego N. de iureiur.* vbi præscribitur forma, qua omnes Episcopi Sum. Pont. tenentur iurare. Cui difficultati vltra alios intellectus, qui solent assignari respondeti potest cum *gloss. fin. ibi*, quam Abb. Imol. Felin. & DD. communiter sequuntur, D. Anton. *p. 2. art. 10. c. 5 §. 2.* vbi scilicet *d c. Ego N.* procedat solùm in Episcopis exemptis, qui immediatè Sum. Pont. subiiciuntur, non verò in Episcopis, qui immediatè Archiepiscopis, aut aliis superioribus subsunt, qui cùm ab ipsis promoueantur, & confirmationem, ac consecrationem accipiant, *c. vlt.* ibi, *à Metropolitani iudicio præferatur, 63. dist. c. suffraganeis 11. de elect.* ipsis, & non Sum. Pont. tenentur iurare, iuxta hunc text. & resoluunt Lancel. Conrad *in tē plo omnium iud. lib. 2. c. 4 n. 8.* Cened. *ad Decret. collect. 108. n. 1.* Hodie tamen per regulas Cancellariæ prouisiones Episcopatuum soli sunt Summo Pont. reseruatæ, & ideo omnes Episcopi indistinctè illi iurare debent, iuxta formam præscriptā *in d. c. Ego N.* præter quod iuramentum aliud quoque, ab eis exigitur continens Fidei professionem Concil. Trid. *sess. 24. de reform. c. 1. ad med.* Reges verò solùm per epistolam simpliciter aliquem nominant Sum. Pont. ad Episcopatum vacantem, Pontifex verò proponit in Consistorio Cardinalium vacare Episcopatū, & à Rege vnum commendari, & vnusquisque sententiam dicit, & is eligitur in quem maior pars concurrit, expeditúrque ea re cedula consistorialis, & committitur aliquibus Prælatis, vt sic electum, & auctoritate Pontificis confirmatum consecrent.

Et Capitulum Castellanum.] Notatur ad hoc quòd 2
Capitulum, aut Ecclesia potest sine Prælato agere si ex eius facto, aut negligentia grauetur, vt per Put. *lib. 2. decis. 441. n. 4. in antiq.* alias *decis. 431. n. 4. lib. 2 in correctis.*

Non deceat alij te feciſſe quod ab alio fieri tibi nolles. Notatur ad illud princip. quòd tibi non vis fieri, aliis ne facias. Pichar. per text. *ibi in §. iuris præcepta n. 30. Instit. de iustit. & iure*, Marant. *de ordine iudiciorum p. 3. n. 6.* Ego ipse *de Axiom. iuris vsufreq. Axiom. 196. n. 14.* 3

SVMMARIVM.

1 *Capitulum Sede vacante confirmat, & infirmat electiones.*
2 *Capitulum Sede vacante potest electos confirmare, & à patronis præsentatos instituere.*
3 *Capitulum Sede vacante succedit in omni iurisdictione quæ iure ordinario competebat Episcopo.*
4 *Collatio beneficiorum dicitur ex fructibus Ordinarij collatoris.*
5 *Præsentandi, & eligendi sunt fructus.*
6 *Collationis quæstio est grauis præiudicij respectu collatoris.*

CAP. Cùm olim. XIV.

CApitulum Sede vacante confirmat electiones Abbatum vice Episcopi. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Butr. Panorm. Felin. Henric. Bald. Boich. Host. Viu. *in ration. primi libri iur. Pontif. pag.* 479. Alagona *in compend. iur. Can pag.* 167. remissiuè Ximen. *in concord. p 1. & 2.* 1

Collige ex text. Capitulum Sede vacante posse electos confirmare, & à Patronis præsentatos instituere, Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib. 10. tract. 3. n. 241.* Azened. *cons. 9. à n. 20.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 38. q. 2.* Steph. Quaranta *in sum. Bullarij, verbo, Sede vacante, §. 9. quæro, vers. quæ conclusio*, Nicol. Garcia *de benef. p. 5 c. 7 n. 54.* Viu. *in praxi Iurisp. tr. lib. 12. c. 2. n. 6.* nam Capitulum Sede Vacante succedit in omni iurisdictione, quæ in ordinario competebat Episcopo tam in spiritualibus, quam temporalibus, vt per Feder. de Senis *cons. 16. n. 2.* Pauin. *de potest. Capituli Sede vacante, q. 1. n. 3. cum seqq. & q. 5. n. 2. vers. item regulariter p. 1.* Nau. *cons. 43. n. 1. de tempor. ordin.* 2 3

ordin. & conſ.7. n.1. de filiis preſbyt. Flamin. Pariſ. *de reſign. benefic lib.7.q.23. ex n.27.* Guttier. *canon.lib 1. c.11.n 10.* Azor. *inſtit.moral. p.2 lib.3.c.37.q.6.* Soar. *de cenſur. diſp.7. ſect.2. n.4.* Molin. *de iuſtit. tract.5. diſp.11.n.5.* Rota *deciſ.1. n.13.p.2 diuerſ & deciſ.346. n.2.p.2.recent.& deciſ.632.n.4 p.2.recent* Aloyſ.Ricc. *in collect. deciſ. part.3.collect.610.& p.4 collect.880.*

4 In gloſſ. *Capitulo*, ibi, *Sed collatio beneficiorum inter bona Epiſcopalia, & fructus computantur.* Notatur ad hoc quòd collatio beneficiorum dicitur ex fructibus Ordinarij collatoris, Mill. *in repert.verbo, beneficiorum collatio, n.14.* Rebuff. *in tract. nominat. q.14. n.76.* poſt Rot.Selu. Caſſan.& alios Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloſſ.45.n.8.* poſt Gom. & Bellam. Menoch. *conſ.83 n.2.& conſ.190. n.10.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p.1.verbo, Iuſpatronatus, §.2. pag 166* Valer. Regin. *d.lib.30. tract.3.n.241.verſ.præpoſita.* Salgado *de protect.Regia tom.1. p.3 c.20.n.3.* Et ſic ius præſentandi & eligendi ſunt fructus, Perez *l. 10. gloſſ. 3. p 3. p.889.col.1.verſ quibus, tit.fin.lib 4. Ordinam.* Hinc etiam prouenit vt inter fructus canonicales vox computetur. Petr. Greg. *de inſtit.rei benef c.15. n.fin.* Fabric. *in praxi de iuspatr. lib.1. tit.11.n.2.* Campan. *in diuerſ.iuris Canon. rub.12. c.3. n 8.* quos refert & ſequitur Ludou. à Sarauia *de iuriſdict. Adiunctorum q.12.n.34.*

6 In ead. gloſſ. ibi, *Et magnum fieret præiudicium*, &c. Notatur ad hoc quòd quæſtio collationis eſt grauis præiudicij reſpectu collatoris, vt per Mill. *in repert. verbo beneficiorum collatio, n.16.ad med.* Gonzal. *ad reg.8.Cancel.§.4 proœm.n.60.*

SVMMARIVM.

1 *Ordine qui maior eſt, licèt in Eccleſia poſteriùs receptus, in loco, & portione præfertur.*
2 *Dignitas antiquitati præferenda eſt.*
3 *Dignitas maior præcedere debet.*
4 *Honorandus eſt quilibet ſecundum ſuam dignitatem.*
5 *Seniores primo loco ſedere debent.*
6 *Antiquiori debetur honor.*
7 *Honorem debent impendere minores maioribus.*
8 *Nobilitatis ratio eſt habenda in beneficiorum diſtributione.*

CAP. Statuimus. XV.

1 ORdine qui maior eſt, licèt in Eccleſia poſteriùs receptus, præfertur aliis loco, & portione, & ſic Preſbyter vltimò receptus, præfertur Diacono, & hic Subdiacono, & hic Acolyto, & ſic de cæteris. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panorm. Hoſt. Anch. Butr. Felin. Henric. Viu. *in ration. primi libri iur. Pontif. pag.480.* Alagona *in compend. iur. Can. pag.167.* remiſſiuè Caſal. *in annot.* Ximen. *in concord. p.1.& 2.*

2 Probat hic text. dignitatem antiquitati præferendam, vt per Tiraq. *de iure primog. in præfat. n.151.* Et
3 maiorem dignitatem præcedere debere dicit Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. c.106.n.3.* vbi intelligit quando dignitas eſt ordinata ad illum actum, pro quo tractabatur de præcedendo.

4 In gloſſ. *Primum locum* ibi, *quia ſecundum dignitatem cuiuſque quilibet honorandus eſt in fide.* Vide Valdeſ. *de dignitate Regum Regnorúmque Hiſpaniæ, c.6 n 1.* Tiraq. *de nobilit. c.20.n.52.* vbi citat verſum illum vulgarem magis quàm elegantem.

Tali ſede ſede, ne dicam ſurge, recede.

Hinc ſeniores primo loco ſedere debent, & in ſeſ- 5
ſionibus iunioribus ſunt præferendi, Tiraq. *de primog. in præfat. n.115.* honor enim debetur antiquiori, 6
ex Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.580. n.4.& in 1.edit.& reſol.555 in 2. edit.* Et antiquior in collegio in ſententiis proferendis eſt præferendus. Henric. *conſ.47.n.6.* vbi *n.7.* cum Specul. *tit. de citat. verſ porrò*, dicit quòd Canonici plures ſi ſint delegati à ſummo Pont. antiquior in ſalutatione præfertur; & omne per antiquitatem fit nobilius, *l.1.ff. de albo ſcrib. l.1.C. vt dignit. ordo ſeruetur, l. honores, C. de decurion. lib.10.* Caſſan. *in catalogo gloriæ mundi, p.4. conſid.36.* Valdeſ. *d. tract. c.5. n.3.* Vnde honorem debent im- 7
pendere minores maioribus, Caſſan. *in catalogo, p.2. conſid.10.* Rebuff. *in tract. nominat. q.14 n.49* Stephan. Gratian. *diſcept forenſ. c.284.*

In gloſſ. *Potiorem, in med.* ibi, *conſideranda eſt nobili-* 8
tas, &c. Notatur ad hoc quòd in beneficiorum diſtributione nobilitatis ratio eſt habenda, Tiraq. *de nobil. c.20.n.1.10.& 11.* ad quod vide multa *in c. de multa, verbo, circa ſublimes ſup. de præbend.*

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia ſita in aliquo Archidiaconatu ſi erigitur in Cathedralem, à iuriſdictione Archidiaconatus eximitur.*
2 *Minor in maiorem poteſtatem habere non debet.*
3 *Inferior Superioris iura nequit tollere.*
4 *Maior delinquens in alieno territorio habetur pro priuato.*
5 *Eccleſiam Cathedralem ſolus Papa mutat.*
6 *Excommunicandi nuda poteſtas quando eſt alicui tanquam nudo executori commiſſa, hic poteſtatem abſoluendi non habebit.*

CAP. Cùm inferior. XVI.

ECcleſia poſita in iuriſdictione alicuius Archi- 1
diaconatus ſi erigatur in Epiſcopatum, ſtatim eximitur à iuriſdictione Archidiaconi, & Archiepiſcopus erigens in Cathedralem, recompenſat iuriſdictionem Archidiaconi in ſua diœceſi, vel prouincia ſine præiudicio tertij. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Hoſt. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anania, Felin. Bald. Panorm. Anch. Butr. Henric. Vinian. *in rationali primi libri iuris Pontificij pag.480.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.168.* remiſſiuè Caſal. *in annot.* Ximen. *in concord. p.1.& 2.*

Collige ex text. quod minor in maiorem poteſta- 2
tem habere non debet, Iaſ. *in l. omnes populi, num 11. ff. de iuſtitia, & iure*, Mant. *lib.3. dialogo 69.* Hippol. *ſing.182.* Tiraq. *de pœnis temperandis, in præfat. n.26.* Et inferior ſuperioris iura nequit ſubuertere, Surd. 3
conſ.58.num.6. Thom. de Thomaſ. *reg.147.* Brunor à Sole *in locis communib verbo, inferior 4.* Azeued. *l.2. num.56.tit.14. lib.4 nouæ recop.* Cardoſ. *in praxi iudicum, verbo, lex 9.* Cranet. *conſ.238 num 5.* vbi etiam tenet quod eadem ratione, qua non poteſt inferior iuri communi derogare, eadem non poteſt ius conſuetudinis tollere, Menoch. *illuſtrium quæſtionum cap.25. num.10. cum ſeqq.* vbi *num 13.* aſſerit quod Superioris factum meram inferioris vtilitatem reſpiciens per ipſum inferiorem poteſt alterari. Hinc dicit Gonzal. *ad reg.8. Cancel gloſſ.45.§.1 n.69.* quòd in poteſtate inferiorum nó eſt per eorum pacta priuata præiudicare reſeruationibus Apoſt. vel illas die

minuere. Hinc etiam vulgò colligunt Prælatos inferiores non posse dispensare in legibus superiorum, & in pœnis earum, vt per Soar. *de censur. disp. 5. sect. 4. n 7. & disp. 7. sect. 4. n. 1 & disp. 29. sect 1. n. 21. & de legibus, lib 6. c. 14. n 4. & de defensione Fidei lib. 4. c. 8. n. 15.* Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 7. n. 6.* & alios quos refert Illustriss. D. Roder. à Cunha post primam huius libri impressionem à me visus *in com ad c. inferior 4 dist 21. n. 2.*

4 *Mandanus*, &c.] Notatur ad hoc quòd maior delinquens in alieno territorio habetur pro priuato, vt per Azeued. *l. 1. n. 87. cum seqq. tit. 16. lib. 8. nouæ recopil.*

In districtè studeas inhibere.] Notatur ad hoc quòd ad effectum vt cognoscatur quòd sit Ecclesia Cathedralis, inspicitur tempus præsens, vt per Host. *in præsenti n. 13.* Seraphin. *decis. 1445. in fine*, Rot. *in Cæsaraugustana præeminentiarum 29 Nouembris 1627.* coram R. D. meo Coccino Decano, *in vers. quo verò ad secundam rationem.*

5 In gloss. *Cathedralem*, ibi, *qui huiusmodi mutationes, translationes, & consimilia debent fieri de auctoritate Papæ.* Notatur ad hoc quòd Ecclesiam Cathedralem solus Papa mutat. Ego ipse *de offic. & potestate Episcop. p. 3. alleg. 50. n 5.*

6 In gloss. *Legare*, ibi, *item est hic arg. quòd si Papa mandat*, &c. Notatur ad hoc quod quando nuda potestas excommunicandi est alicui tanquam nudo executori commissa, hic potestatem absoluendi non habebit, sequuntur *in præsenti* Ioan. Andr. *col. vlt. n. 11. vers. & in fine*, Butr. *n.* 8. Panorm. *col. 1 in fin. vers. in ead. gloss.* Felin. *col. 3. n. 5 vers. fallit tertiò*, quos & alios plures refert, & sequitur Rendina *in promptuario recept sent. tit. 41. de excom. n. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Compositionem super iure primatiæ vnus solus, cuius interest, poterit impedire.*
2 *Archiepiscopatus Prouincia est.*
3 *Primatiæ quæstio inter Biturican. & Burdegalen. Archiepiscopos refertur.*
4 *Auctoritatis nimiæ increpatio nec correctionem recipit, nec salutem.*

CAP. Humilis, XVII. & fin.

1 INter duos Archiepiscopos quando est quæstio quis eorum sit primus, & Papa aliquid determinat, ante publicationem huius determinationis requiritur consensus Prælatorum, & Capitulorum vtriusque partis, & Capituli alterius, & si consentire nequeant, compareant Prælati personaliter, Capitula per procuratores coram Papa ad dicendum ius, & si succumbant, soluant expensas parti. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Felin. Host. Bald. Anch. Panorm. Butr. Henric. Viuian. *in rationali primi libri iur. Pontif. pag.* 481. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 168. remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

2 *Burdegalensis Prouinciæ.*] Ergo Archiepiscopatus Prouincia est, Rebuff. *ad l.* 199. *vers. sed quoad declarationem, ff. de verb. sign. pag. mihi* 631.

3 *Quam inter Biturican. & Burdegal. Archiepiscopos in causa Primatiæ*, &c. In Prouincia Aquitaniæ, quæ continet Bituricenses, & Burdegalenses, controuersia fuit inter illos duos Archiepiscopos, quis eorum primatum haberet; in qua quæstione faciant quæ Alberic. *in rub. de statu hominum, col vlt* vbi dicit Archiepiscopum Bituricensem esse primatem in Prouincia Burdegalensi, Card. Alexand. *in c. desiderius 22. dist.* Bituricensem ponit primum Patriarcham post quatuor antiquos Patriarchas, Nicol. Boër. *in addit. ad tract. de auctoritate, & præeminentia magni Consilij, p. 1. n.* 14. Bituricensem esse primatem in Burdegalensi Prouincia. Hodie tamen ambo se vocant primates Galliarum, habent suffraganeos, & nullum Metropolitanum.

In gloss. *Humilis*, ibi, *austeritatis autem nimiæ increpatio nec correctionem recipit, nec salutem.* Item S. Prosp. *de vita contemplativa, lib. 2. c. 5.* in hæc verba, Asperitate autem nimia & increpatione offensus nec increpationem recipit, nec salutem; refero ego ipse *de offic. & potest. Episcop. p. 1. tit 2. gloss. 12 n. 12. n. 26.* adducens illam, auctoritatem S. Isidori *lib. 3 de sum. bono, c. 92.* qui delinquentem superbo, vel odioso animo corrigit, non emendat, sed percutit, & obiurgantis furor est, non dilectio corrigentis, & quicquid lacerato animo dixeris, punientis est impetus, non charitas corrigentis; alia plura in hoc propositum adducit Thomas de Mancinis, *in sua laureola dominorum Prælatorum, pag.* 47. 4

De Treuga, & Pace.

TIT. XXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Pacis latus & præconia.*
2 *Treugæ & pacis connexio.*

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panorm. Felin. Butr. Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canonum, fol. 165. verso*, Petr. de Rauenna *in compendio iuris Canon.* Martin. Mesnart. *in epitome Decret. fol.* 40. *verso*, Dan. Venator *in analysi method. iuris Pontif. à pag.* 208. Goffred. & Host. *in sum. huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barth. Carth. *in expos. titulorum iuris Canon.* Zypæ. *in analytica postremi iuris Eccles. enarrat. pag.* 60. nouissimè Ioan. Honor. *lib. 1. sum. in Decret.* omnes *sub hoc tit.*

De treuga, & pace peculiares tractatus edidere Nicolaus Moronus, Sebastianus Guazinus, & Octau. Vulpel. *tom. 11. tract. Doct. p. 1. fol* 206. & incidenter tractarunt Hispani *tit. 12. part. 7. & l. 41. & 22. styli*, vbi Pan. *& titul. 9. lib. 8. nouæ recopil.* Guillelm. Durand. *in speculo iuris, lib. 4. sub hoc tit.* Conrad. *in templo omnium iudicum, lib. 1. cap. 1. §. 4. vers. 16* Ceuall. *com. contra com. q. 392.*

De pace Vide D. Thom. 2. 2. *q. 29. art. 1.* Boër. *decis. 40. num. 1.* Rota Bononien. *decis. 64. n. 16. & 17.* Hyppol. *cons. 9 num. 48.* Cotta *in memorabilib. verbo, Pax, pag. mihi* 663. Adr. Gail. *de pace publica*, Perez *ad lib. 4. Ordinam. pag. mihi* 858. Anton. Corset. *de priuileg. pacis in vol. 13. tract.* Iacob. Nouell. *in praxi crim. tit. de pace*, & maximè ex *n. 41.* Cosm. *in pragm. sanct. in proœm. §. qualiter præterea in gloss. verbo, pacis*, Lancel. Conrad. *in templo omn. iudic. lib. 1. c. 1. §. 3. verbo, pacificus debet esse*, Altamir. *de visit. in verbo, pacem*, & plures refert Cened. *ad decret. collect. 31. num. 1.*

Omnium

1 Omnium rerum & parens & nutrix pax, nam gratæ pacis insigniis vt in vere ipso omnia virent, sic omnia vigere videntur, crescunt opes, vigent leges, floret Reip. disciplina, feruet religio, valet æquitas, pollet humanitas, vberior est quæstus pauperum, splendidior opulentia diuitum. Pax est finis discordiæ dicit Ioseph. Sesse. *Arag. decis.* 101. *n.* 7. *&* *n.* 43. resoluit quòd pax est stricti iuris, & sic non extenditur ad ea, quæ in capitulis eius non continentur, & *n.* 45. quòd pax facta non rumpitur per controuersias iudiciales, siue sit pax publica, siue priuata.

2 Treuga, & pax ita connectuntur vt validum sit argumentum de vna ad alteram, & ideo sicut treuga, ita & pax non dicitur rupta si ex noua superueniente causa alter alterum offendat, vt per Hyppol. de Marsil. *cons.* 9. *n.* 48. *&* 51. *&* *cons.* 83. *n.* 24. *&* *cons.* 122. *n.* 10. Gail. *de pace publica, c.* 4. *in fine* Benintend. *Bonon. decis.* 65. *à n.* 4. Nicol. Moron. *in tract. huius tit. p.* 2. *q.* 12. *n.* 1. *cum seqq.* Viui. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 9. *tit.* 25. *n.* 131. *verf. secus, pag.* 524. Mascard. *de probat. concl.* 1157. *num.* 74. *cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Treugarum tempora statuit, & pœnas violantium.*
2 *Bellare non licet in diebus ieiuniorum.*
3 *Noctu dicitur post occasum Solis.*
4 *Episcopus potest per censuras compellere laicos ad treugam, & illam frangentes punire.*
5 *Inimicos excommunicare potuit Episcopus si pertinaciter recusauerint facere conciliationem.*
6 *Episcopis incumbet ad pacem firmiter tenendam mutuum consilium, & auxilium præbere.*
7 *Vincula duo magis ligant.*
8 *Coniunctiones duæ vni soli præualent.*
9 *Lex, seu dispositio Principis non acceptata, nec moribus vtentium comprobata non ligat subditos.*
10 *Treuga est securitas præstita rebus & personis discordia nondum finita.*

Cap. Treugas. I.

Alex. III.

1 TReugarum tempora designat, & imponit excommunicationem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anania, Bald. Felin. Anchar. Panorm. Henric. Boich. Host. Butr. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontif.* 487. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 170. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decret. lib.* 11. *tit.* 24. *c.* 1. & in Panormia *lib.* 8. *cap.* 247.

2 *A quarta feria, &c.*] Notatur ad hoc quòd in diebus ieiuniorum bellare non licet, vt per Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 7. *c.* 21. *q.* 4.

3 *Post occasum solis.*] Ergo & noctu, vt per Tiraq. *de retract. lib* 1. *gl.* 11. *n.* 9.

4 *Suus Episcopus sententiam, &c.*] Notatur ad hoc quòd Episcopus potest per censuras punire treugam frangentes, & ad treugam compellere etiam laicos, Abb. *hîc*, & Felin. *in rub. huius tit. num.* 9. Marc. Anton.

5 Genuens. *in manual. Pastorum, cap* 43. *num.* 14. Sic etiam poterit Episcopus excommunicare inimicos, si pertinaciter conciliationem facere recusauerint, *cap. per latum* 90. *dist.* Bellet. *disquisit. clerical. part.* 1. *tit. de disciplina clericali*, § 15. *num.* 65. & illos, qui diu litigauerunt, & adhuc lis inter eos durat, vt ad pacem & concordiam deueniant postquam primitus eos admonuerit, *cap. placuit, & ibi gloss.* 1. *c. studendum* 60. *dist.* Barbat. *cons.* 1. *num.* 2. *vers. & adduco, vol.* 3. Bellet. *d.* § 15. *num* 95. *vers. quemadmodum.* ego ipse *de officio, & potestate Episcopi, part.* 3 *alleg.* 79. *num.* 6. nam Episcopis 6
incumbit ad pacem firmiter tenendam mutuum consilium, & auxilium præbere, & contra eam frangentes animadnertere, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit lib.* 10 *num* 54. *in fine* An autem dicatur pax rupta, aut incidat in pœnam fractoris pacis, qui ex noua causa offendit aliquem, vide Alex. *cons.* 19. *num.* 3. *volum.* 1. Benintend. *decis.* 65. *num.* 2. Moron. *de pace, q.* 12. *num.* 5. Hyppol. *in rub. de fide iuss. n.* 152. Clar. *lib.* 5. §. *fin. q.* 47. *n.* 9. Hoied. *de incompatib. benef. p.* 1. *c.* 23. *num.* 18.

Quoniam funiculus triplex difficile rumpitur.] Notatur 7
ad hoc quòd duo vincula magis ligant, Surd. *de aliment. tit.* 6. *q.* 13. *n.* 2. *& decis.* 154. *n.* 9. *&* *cons.* 61. *n* 6. *&* *cons.* 173. *num.* 28. *&* *cons.* 175. *num.* 39. *&* *cons.* 329. *num.* 18. Cald. Pereira *de resol emphyt. cap.* 9. *num.* 24. Gonzal. *ad reg* 8. *Cancel. gloss.* 13. *à n* 90. Card. Tusch. *tom.* 3. *lit. D. concl.* 80. Marc. Anton. Genuens. *in practicab. Eccl. q.* 318. *num* 3. Et duæ coniunctiones vni soli præualent, Menoch. *cons.* 124. *num.* 46. *&* 47. Et clausula 8
geminata enixam voluntatem magis ostendit, Cranet. *cons.* 54. *vol.* 1. Dec. *cons.* 51. *sub num.* 3. *&* *cons* 373. *num.* 8. Roland. *cons* 100. *n.* 63. *volum.* 4. Vnde statutum disponens idem, quòd eius commune, addere vinculum, tenet Dec. *cons.* 49. *n.* 17. *vol.* 1. *&* *cons.* 51. *num.* 7. *vol.* 2. Alderan. Mascard. *de interp. statut. concl.* 12. *n.* 71. *cum seqq.*

In gloss. *Frangere* ibi, *moribus vtentium*, &c. No- 9
tatur ad hoc quòd lex, vel dispositio Principis non acceptata, nec moribus vtentium comprobata non ligat subditos, saltem quando non fuit obseruata sciente, & tolerante Principe. Vide Felin. *hîc num.* 6 *&* 7. Couarru. *lib.* 2. *var. cap* 16 *n.* 6. *vers.* 5. Benintend. *decis.* 13. *num.* 9. Perez *in proœm. Ordin q.* 12. *in princ. & l.* 2. *gloss* 1. *pag* 202. *colum.* 2. *post princip. tit.* 7. *lib.* 5. *Ordin.* Duen. *reg* 79. *amp* 5. Guillelm. *in c. Raynutius, verbo, & vxorem nomine Adelasiam, n.* 29. *de testam. lib* 6. Rebuff. *in proœm. ad leges Galliæ, tit.* 1. *n.* 11 *&* 12. Hyppol. de Marsil. *cons.* 49. *n.* 49. Ioseph. Ludou. *Perus. decis.* 98. *n.* 1. Nauar. *cons.* 1. *de constit. n.* 13. *cum seqq.* Flamin. *de resign. benefic. lib.* 8. *q.* 8. *n.* 154. *&* *de confident. q.* 11. *à n.* 19. Vasquez 122. *tom.* 2. *disp.* 156. *c. cap.* 5. *num.* 24. *cum sequentib.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præs.* 21. latè Erasm. à Cochier *de iurisd. Ordinarij in exemptos, part.* 1. *q.* 50. *à n.* 8. Sayt. *in claui Regia, lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 14. Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.* 1. *quæst.* 6. *art.* 6. *&* 11. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 26. *num.* 21. Corras. *in explicat. ad aliquas leges recopilationis, cap.* 18. *num.* 26. Narbona *de appellat. à Vicario ad Episcopum, part.* 2. *fundament.* 3. *num.* 17. Et sic per non vsum tollitur lex, Ias. *in l. de quibus, num.* 33. *ff. de legib.* Cassan. *in consuetud. Burgundiæ, rub.* 2. §. 4. *fol.* 30. *&* 34. Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 42. *quæs.*...

In gloss. *Treugas*, ibi, *treuga est securitas præstita re-* 10
bus, & personis, à discordia nondum finita. Vide Azeued. *in l.* 1. *num.* 1. *tit.* 8 *lib* 8. *nouæ recopilat.* Perez *l.* 1 *vers. dubitatur, tit.* 8. *lib* 4 *Ord.* Christoph. de Pace *ad l.* 42. *styli, num.* 7.

SVMMARIVM.

1 *Belli tempore gaudent securitate Presbyteri, Monachi, peregrini, mercatores, agricolæ, & animalia.*
2 *Mercatores inter miserabiles personas connumerantur.*
3 *Pistor non dicitur mercator.*

4 *Mercator*

4 *Mercator non dicitur ille, qui vendit vinum, oleum, vel granum ex proprio fundo, nec artifex, qui rem emit, vt suo labore, & industria in aliam formam redigat.*

5 *Boues aratorij ad exequutionem capi non possunt.*

CAP. Innouamus. II.

1 TEmpore belli gaudent securitate Presbyteri, Monachi, peregrini, mercatores, agricolæ, & animalia. Colligunt ex Ord. n. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Butr. Felin. Anchar. Henric. Viu. *in ration. primi libri iur. Pontif pag.* 489. Alagona *in compend. iur. Can. pag.* 170. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 2. *Decret. lib.* 1. *tit.* 24. *c.* 2 *& in c.* 22. *Concil. Lateranen.* & in Panormia *lib.* 8. *c.* 147.

2 *Mercatores.*] Qui etiam inter miserabiles personas numerantur, vt per Strach. *de mercat. p.* 1 *n.* 38. Aduerte

3 pistorem non dici mercatorem, Surd. *decis.* 115. *n.* 5. nec illum qui vendit vinum, oleum, vel granum ex propriis

4 fundis, Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. decis.* 375. *n.* 8 *in* 1. *edit. aliàs resol.* 217. *in* 2. *edit.* nec artificem illum qui rem emit, vt suo labore, & industria in aliam formam redigat, Surd. *decis.* 313. *n.* 1. bene tamen qui locat equos, vel mulos, Cassan. *in consuet. Burgundiæ, rub.* 4. §. 2. *verbo, si elle est marchande, n.* 7.

5 In gloss. *Existentia*, ibi, *sed animalia semper habent, vnde pignori dari non possunt.* Notatur ad hoc quòd boues aratorij ad executionem capi non possunt, *l. executores* 7. *cum auth. seq. C. quæ res pignori*, apud Lusitanos Ordin. Regia *lib.* 3. *tit.* 89. §. 24. apud Castellanos *l.* 5 *&* 6. *tit.* 17. *lib.* 5 *&* *l.* 25. *tit.* 13. *lib.* 8. *nouæ recop.* Rebuff. *tom.* 1. *ad leges Galliæ, tit. de lit. oblig. art* 2. *gloss. vnic. n.* 101. Menoch. *de arbitr. casu* 378. Bellacomb. *tom* 2. *commun. opin. lib* 8. *tit.* 15. *n.* 90 *pag.* 279. Duen. *reg.* 275. *vers. limita* 1. Azened. *ad l. fin. n.* 46. *tit.* 21. *lib.* 4. *nouæ recop.* Parlad. *lib.* 2. *rerum quotid. cap. fin. p.* 5. §. 3. *n.* 16. *&* 21. Collantes *in comment. in fauorem rei frumentariæ, & agriculturæ, lib.* 1. *c.* 8. *n.* 5. Ignat. del Villar *in sylua resp. resp.* 16. *c.* 1. *per totum*, optimè Alex. Trentacinq. *var. resol. lib.* 2. *tit. de exequutione rei iudicatæ, resol.* 2. *n.* 1. vbi *n.* 2. quòd procedit in prædiis tributariis, & *n.* 3. in subsidium, & *n.* 4. etiam quando expressè est factum pactum, vt possit fieri exequutio in bobus aratoriis, & *n.* 5. limitat in bobus indomitis. Aduertas huiusmodi priuilegia extendi ad agricolas, qui per substitutum, suosque famulos agriculturam exercent, Ignat. del Villar *d. c.* 1. *n.* 37. quicquid dicat Collantes *d. tract. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 1. *&* 2. Extenditur etiam quando tempore contractus reus erat agricola, licèt tempore executionis desineret esse, Ignat. del Villar *d. cap.* 1. *n.* 36. Alex. Trentacinq. *variar. resol. lib.* 2. *tit. de expensis, resol.* 2. *num.* 2.

De Pactis.

TIT. XXXV.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Bald. Panormit. Felin. Butr. Guillelm. Durand. *in breuiario aureo iuris Canonici, fol.* 38. *verso*, Ioan. de Londris *in breuiaria sanctorum Canonum, fol.* 165. *verso*, Petr. de Rauen. *in compendio iuris Canonici*, Martin. Mesnart. *in opitome Decretalium*, *for.* 40. *verso*, Dan. Venator. *in analysi methodica iuris Pontificij, à pag.* 110. Goffred. & Host. *in summa huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Lancel. *in instit. Canon.* Canis. *in summ. eiusdem iuris*, Cafarel. *in erotem. eiusdem iuris*, Barthol. Carthag. *in exposit. titulorum iuris Canon.* nouissimè Ioan. Honor. *lib.* 1. *sum. in Decret.* omnes *sub hoc tit.*

De pactis peculiares tractatus edidere Bald. de Vbaldis, Andr. ab Exea, Franc. Duaren. Greg. Natta, Ioan. Baptista Caccialup. habentur *tom.* 6. *tract. Doctorum*, & Matthæus Cuno, Nelfric. Vlricus Nunnius, Alphanus, Otthom. & Æguina. Baro *in disputat de pactis*, Mendoc. *in disput. ad tit. ff. de pactis*, Vigel. *in comment. de pactis*, & in variis tractatibus scripserunt Nauar. *tom.* 1. *consil. sub tit. de pactis*, Sayr. *in floribus, decis. sub eod. tit.* Soar. Villalob. & alij *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 2. *tit.* 3. *de pactis*, Cotta *in memorabilibus, verbo, pactum*, Cardoso *in praxi iudicum, & aduocat. verbo, pactum*, Rendina *in promptuario recept. sent. tom.* 1. *tit.* 83. *de pactis*, Morla *in emporio iuris Ciuilis part.* 1. *tit.* 3. *de pactis*, Card. Mantic. *de tacitis, ambig. conuent. lib.* 24. *tit.* 1. Paul. Laym. *in Theologia mor. lib.* 3. *tract.* 4. *cap.* 1. & *de pactis futuræ successionis*, Anton. Contius, & *de pactis conuentis inter decoctores, & creditores*, Stracha *tom.* 6. *tract. Doct. p.* 1. *fol.* 321. & *de pactis, & promission. pro obtinenda gratia, vel iustitia*, Virginius de Boccaciis, Martin. Nauar. & *de pactis francandi*, Nicol. Mongiorgius.

SVMMARIVM.

1 *Pacta etiam nuda seruanda sunt.*
2 *Pax seruanda.*
3 *Pacta sunt seruanda.*
4 *Pacta rumpere graue est apud Deum, nedum apud homines.*
5 *Fidem fallere graue est.*
6 *Pactum nudum quid sit, & quando inducat actionem de iure Ciuili, & Canonico, & quid si sit iuratum & inter mercatores, rem ssinè.*

CAP. Antigonus. I. *Ex Conc. Afric.*

PActa quantumcumque nuda seruanda sunt. Colli- 1
gunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Zabar. Collect. Bellam. Host. Ioan. Andr. Imol. Anania, Bald. Anch. Panorm. Felin. Butr. Henric. Boich. Mant. Cened. *collect.* 31. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag* 492. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 172. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. *& volum.* 3. *repet. super ius Canonicum.* Fotun. Garcia, desumi vulgò dicitur ex Conc. Africano, sed rectè Cont. in margine scripsit ex Concil. Carthaginens. I. *cap.* 12. refertur ab Anton. Augst. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1. *tit.* 26. *cap.* 1.

Pax seruetur.] Vide quæ dixi *ad rub. de treuga, &* 2
pace, & *ibi* citatis adde Azened. *per text. in l.* 1. *tit.* 2. *lib.* 6. *nouæ recop.* vbi *à n.* 2. tradit quibus rationibus pax non seruatur.

Pacta custodiantur.] Notatur ad hoc quòd pacta sunt seruanda, *l.* 1. §. *si conueniat*, *ff. depositi, l.* 1. *ff. hoc tit. l. iurisgentium*, §. *Prætor ait*, *ff. eod.* cum similibus citatis per Menoch. *cons.* 1. *n.* 226. *cum seqq. & cons.* 92. *n.* 33. *& cons.* 93. *n.* 30. *& cons.* 156. *n.* 46. *&* 52. *& de arbitr. lib.* 1. *q.* 57. *n.* 6. Gom. *var. tom.* 2. *c.* 8. *n.* 4. *colum.* 2. Surd. *de alimentis, tit.* 7. *q.* 18. *n.* 12. *& decis.* 259. *n.* 5. *& decis.* 260. *n.* 12.

*n.*12.& *conſ.* 345.*n.*9. Cald. Pereira *de renouat.emphyt. q.*11 *n.*3. *ad finem*, Marc. Anton.*var.lib.*2. *reſolut.*53. *n.*5. Hieron. Giach. *in conſ. de moneta Marcheſana*, *à n.*33. Cardin. Tuſch.*tom.*6.*lit.P.concl.*3.& 4. Luſitan. Fr. Anton. à Souſa *in relect. de cenſuris Bullæ Cœnæ*, *c.*26.*diſp.*101.*n.*1.Rot.*in Romana*, *ſeu Comen.Societatis* 5. *Iulij* 1627.coram R.P.D. Vbaldo metipſum *in tract. Axiomatum iuris freq. Axiom.*173.*ex n.*1. Æquitati enim nihil magis conuenit quam pacta ſeruare, *l.*1 *ff.de ædil.edict l.*1.*ff.de conſtit. pecun.* Surd.*conſ.*183. *n.*11. Et nulla eſt maior iuſtitia quàm ſeruare pacta, *d.*§. *ſi conueniat*, *c* 1.§. *ſi id propter quod*, *quæ fuit prima cauſa benef. amitt.* Et rumpere pacta graue eſt apud Deum, ne dum apud homines, *l.* 1. *ff. hoc tit.* quia pacta dant legem contractui, Cald. Pereira *d. q.*11.*n.*19.& æquiparantur legi, *l.vlt. C.de rebus alienis non alien.* imo rumpunt leges, Marc. Anton. *d. reſolut.*53. *n.*6. Vnde graue eſt fidem fallere, & promiſſa non adimplere, Thom. de Thomaſ. *reg.*135. Hyppol. *ſing.*42. Couar. *de ſponſal. p.*2.*c.*3.§.4. *num.*1. Flamin.*de conſident.q.*6.*n* 3.Tiraq.*l.*13.*connub.num.*42. Lara *l. ſi quis à liberis*, §. *ſi mater*, *n.*22. *ff. de liberis agnoſc.* Menoch. *conſ.*156.*n.*22. Matienſ. *l.*1.*gloſſ.*1. *à n.*1.*tit.*16.*lib.*5.*nouæ recop.*plures per Cened.*ad Decret. collect.*110. *n.*1. Rolland.*conſ.* 85. *n.*3. *vol.* 3. cum aliis per me citatis ad *c.*3.*n.*2.*infr.hoc eod.tit.* Anton. Queſad. *diuerſ. q.c.*30. *n.*13.*ad fin.* Nicol. Moron. *de fide, treuga*, *& pace*, *q.*17. *ex n.*1. Rojas *ſing.* 63. Petr. Martin.*in cap.afferte*, *de præſumpt.in verbo*, *afferte p.*1. *num.*19.

6 Pactum nudum quid ſit, quando inducat actionem de iure Canonico, & Ciuili? quid ſi ſit iuratum? & inter mercatores? ſunt quæſtiones, quæ ſedent in hoc text.ſed quia ad eas tractandas, & decidendas magnus ſeſe offert diſputandi campus, quòd non conuenit breuitati, cui conſulimus, ideo qui eas ſcire cupit, conſulat Couar. *in cap. cum in officiis*, *n.*9.*ad finem*, *de teſtam.& in cap.quamvis pactum*, *p.*2. §.4 *à n.*12. Anton.Gom.*tom.*2.*var.c.*9.*num.*2. Socin. *reg.*14.*verſ.*9 *fallit.* Alciat. *lib.* 5. *paradox.c.*3. Conan. *lib.* 5. *comment. iuris Ciuilis*, *c.*3.*n.*5. Vacon. à Vacuna *nouarum declarat lib.*1.*declar.*23. Hyppol. de Marſil.*in rub.de fideiuſſor.n.*357. *&* 359. Maranta *de ordine iudiciorum*, *p.*6.*tit. de iuramento*, *& quando*, *n.*35. Anaſt. Germon. *animaduerſionum lib.*1.*c.*4. Angel. *in* §.*in perſonam*, *n.*17.*Inſtit.de actionib.* Perez *l.*3.*tit.*8.*lib.*3. *Ordin.& l.*1.*verſ. dubitatur* 2.*tit.*8.*lib.*4 *Ord.* Azeued.per text. *ibi in l.*2. *tit.* 16. *lib.* 5. *nouæ recop.* Madera *in animaduerſionibus iuris Ciuilis*, *c.* 9. *à principio*, Gregor. Lop. *l.* 3. *verbo*, *qualquier tit.*6. *p.*5. Auiles *ad cap.*10. *Prætorum*, *verbo*, *execut. n.*20. Ferdinand. Mendoça *diſp iuris*, *lib.*3.*c.*9. *q* 5.*n.*31. Martin. Monter. *in rub. C.de pactis*, *ex num* 25.*& in legem quam*, *ex n.*3. 11. *&* 14. *eodem tit.* Alphan. *collect.* 168. Paul. Granut. *theorem.* 9 *ex num.*1. Capellin. *milleloq.* 793. Nicol. Mozz. *de contractib. artic.*3. *de ordine contractuum*, *à numero* 22. Mench. *illuſtrium quæſt. cap.* 45. *num.*15. Matienſ.*l.*3. *gloſſ.*1. *à num.*3. *tit.*16. *lib.*5. *nouæ recopil.* Ceuall. *commun. contra communes*, *q.* 315. *&* *q.* 543. Baptiſta *in arario communium opin. litera A. num.* 3. Guttier. *de iuram.confirmat. p.* 1. *cap.* 34. Menoch. *de arbit.lib.*1.*q.*57.*n.*5.*& conſ.*1.*n.*236. *cum ſeqq.* Cardoſ. *in praxi iudicum*, *verbo*, *pactum n.* 6. Morla *in emporio iuris*, *p.*1.*tit.*3.*q.*1 *&* 2. Ioſeph. Lud. *Peruſina deciſ.*9. *à n.*26.Cottam *in memor.verbo*, *pactum*, *pag.mihi* 632. vbi de pacto nudo mercatorum, Viuian. *tom.*1. *com. opin. lib.*1. *tit.*3. *n.*13. vbi *in princ.* dicit etiam de iure Ciuili pactum nudum producere actionem in foro mercatorum, & *in verſ.limitatur quoque*, idem aſſerit de pacto nudo geminato, Strach.*de mercat.in vlt. p.tit.quomodo procedendum ſit in cauſis mercat.n.*6.*& tit. de except.n.*11.Seraph.*de priuilegiis iurament. priuil.*19. Molina *de iuſtitia*, *tom.*2.*tract.*2.*diſp.*257.*col.*2.*in med. & diſp.*256. *verſ. ſecunda concluſio*, *& tom.* 6. *tract.* 5. *diſp.*34.*n.*2. Rebello *de oblig.iuſtitiæ*, *p.*2. *lib.*10.*q.*1. *à n.*17.*cum ſeqq.* plures Doctores refert Cened. *ad Decret.collect.*31.*n.*5.

SVMMARIVM.

1 *Conuentio inualida per conſenſum ſuperioris validatur.*
2 *Ratihabitio retrotrahitur ad diem celebrati contractus*, *& mandato æquiparatur*, *niſi agatur de præiudicio tertij.*

CAP. Quoties. II. *Greg.*

COnuentus, ſen pactio duorum ſubditorum, aliàs nullo adueniente conſenſu, vel ratihabitione ſuperioris omnino conſolidatur. Colligunt ex Ordin.Abb.antiq.Zabar.Collect.Bellam. Ioan.Andr. Anania, Bald. Imola, Butr. Panormit. Innocent. Hoſtienſ. Ancharan. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontificij*, *pag.* 492. Alagona *in compendio iuris Canonici pag.* 172. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 2. deſumitur ex D. Gregor. *lib.*7. *epiſt.*60. *regiſtri*, refertur ab Ant. Auguſt.*collect.*1. *Decret. lib.*1. *tit.*26. *cap.*2. 1

Collige ex text.ratihabitionem retrotrahi ad diem celebrati contractus, & mandato æquiparari, conc. *reg. ratihabitionem*, *de irregul. iuris in* 6. Bertachin. *in repert iuris*, *p.* 4. *verbo*, *ratihabitio*, Surd. *deciſ.* 70. *à n.*20 Bernard.Grauæ.*ad practicam Cameræ Imper.lib.*1. *concl.*47.*conſid.*2.*n.*9 niſi agatur de præiudicio tertij, Surd. *deciſ.*245. *n.*8 Brunor. à Sole *in locis communib. verbo*, *ratificatio*, *num.*1. Bernard. Grauæ. *d.conſid.* 1. *num.* 20. Vel quando actus ad quem deberet trahi fuiſſet nullus à principio, Flamin.*de reſign.lib.*9.*q.*17. *num.*71. 2

SVMMARIVM.

1 *Iudex debet ſtudioſè agere vt promiſſa adimpleantur.*
2 *Fidem fallere*, *& promiſſa non adimplere graue eſt.*
3 *Princeps grauius peccat frangendo fidem quàm inferior.*
4 *Pollicitatio actionem*, *& oblationem non inducit.*

CAP. Qualiter. III.

IVdex ſtudere debet, vt ea quæ promittuntur opere compleantur. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Innocent. Anania, Butr. Imola, Bald. Panorm. Felin. Anchar. Hoſtienſ. Cened. *collect.*110. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontificij*, *pag.*493. Alagona *in compend. iuris Canonici*, *pag.*172. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.*1.*&* 2. deſumitur ex D. Greg. *lib.*8. *epiſt* 38. *regiſtri* refertur ab Anton. Aug. *collect* 1. *Decret. lib* 1 *tit.*26. *cap.*3. 1

Graue enim finem fallere, & promiſſa non adimplere, vt per Hyppol. *ſing.* 42. Couar. *de ſponſalib. part.*2, *cap.*3. §. 4. *numero* 14. Rojas *ſing.*63. Tiraq. *in l.*13. *connub. num.* 42. Lara *in l. ſi quis à liberis*, §. *ſi mater* 2

mater, *n* 23. *ff de liberis agn.* Menoch. *cons.* 156. *n.* 22. Matienſ. *l.* 1. *gloſſ.* 1. *à n.* 1. *tit* 16. *lib.* 5. *nouæ recop.* Cened. *ad decretal. collect.* 110. *n.* 1. Roland. *cons.* 85. *n.* 3. *vol.* 3. Cravet. *de indignitate mulier. n.* 30. Ant. Queſada *diuerſ. q.* 20. *n.* 13. *ad fin.* Nicol. Moron. *de fide, treuga, & pace, q.* 17. *ex n* 1. Sed grauius eſt Principi ratione dignitatis, ille enim grauius peccat fidem frangendo, quàm inferior, Aym. Cravet. *conſ.* 241. *n.* 19. *vol.* 2. Cephal. *conſ.* 545. *n.* 10. *vol.* 4. Roland. *conſ.* 1. *n.* 32. *vol.* 2. Menoch. *conſ.* 1. *n.* 127. *& conſ.* 72. *n.* 3. faciunt tradita per Peregrin. *conſ.* 87. *n.* 11. *vol.* 1. Nihil enim eſt quod magis refulgeat in Principe quàm recta fides, *l. inter claras, C. de ſumm. Trinit.* Alex. *conſ.* 54. *n.* 15. *vol* 4. Roland. *conſ.* 13. *n.* 53. *vol.* 3 Rodulph. *de ſuprema Princ. poteſt. c.* 6. *n.* 184.

4 Notatur etiam ad hoc quòd promiſſio ſeu pollicitatio actionem, & obligationem non inducit, de quo vide Couar. *d.* §. 4. *ex n.* 15. Vin. *tom.* 2. *comm. opin. lib.* 8. *tit.* 32. *n.* 71. *pag.* 364. Olan. *in antinomia iuris, lit. P. n.* 36. Anton. Gom. *var. tom* 2. *c.* 11. *n.* 5. *& c.* 9 *à n.* 1. Socin. *reg.* 14. *verſ. ampliæ*, Ferdinand. Mendoça *lib.* 2. *diſſ. iuris Ciuilis, c.* 9. *q* 5. *n.* 33. vbi de intellectu Morla *in emporio iuris, p.* 1. *tit.* 1. *q* 2. *n.* 14. Martin. Monter. *in rub. C. de pactis, à n* 25. Greg. Lop. *l.* 1. *verbo, gran. pro, tit.* 11. *p.* 5. Pereſ. *l.* 1. *verſ. eſt tamen dubitandum, tit.* 8. *lib.* 3. *Ordin.* Matienſ. *l.* 7. *gloſſ.* 2. *à n.* 15. *tit.* 10. *& l.* 2. *gloſſ.* 1. *à n* 7. *tit* 16. *lib.* 5. *nouæ recop.* D. Barboſa *in l.* 1. *ff ſoluto matrim. p.* 3. *n.* 14. Cened. *de collect.* 110. *num.* 4. *cum ſeqq.*

SMMARIVM.

1 *Pactum non valet per quod beneficium Eccleſiaſticum debet pecunia reſignari.*
2 *Conuentio de ſoluendo expenſas, & fructus proceſſione iuris, eſt illicita.*
3 *Renuntiatio facta cum pacto, vt reſignatarius ſoluat reſignanti expenſas factas in illo beneficio conſequendo, eſt ſimoniaca.*
4 *Renuntiatio litis ſuper beneficio pecunia, aut alio temporali eſt ſimoniaca, etiamſi recipiatur nomine expenſarum.*
5 *Reſignatio dicitur ſimoniaca, quæ fit cum pactione, & modo.*
6 *Pecuniam dans pro renuntiatione litis ſuper beneficio ad redimendam vexationem, ſi ius habuerit, non peccat.*
7 *Papæ auctoritas, & ſcientia excuſat à vitio ſimonia inducta de iure poſitiuo.*

CAP. Cùm pridem. IV.

Alexand. III.

1 PActum de cedendo liti beneficij, & de aliquid accipiendo pro expenſis factis eſt illicitum, & ſimoniacum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anania, Hoſt. Bald. Anchar. Panormitan. Felin. Butr. Mant. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontif. p.* 493. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 172. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *& 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1. *tit.* 26. *c.* 4. & eſt poſt Concil. Lateran. *part.* 28. *cap.* 2. *tit. de pactionibus licitis, & illicitis.*

2 Probat hic text. quòd conuentio de ſoluendo expenſas, & fructus pro ceſſione iuris eſt illicita, vt per Put. *lib.* 2. *deciſ.* 40. & ita ſimoniam committit is, qui pro temporali commodo recipiendo renuntiat liti ſuper beneficio Eccleſiaſtico, aut alio ſpirituali, vt per Valer. Regiñald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 23. *num.* 253. & vide quæ dixi ad *cap. niſi eſſent, infra de prabend.* Sic enim renuntiatio facta cum pacto, vt 3
reſignatarius ſoluat renuntianti expenſas factas in illo beneficio conſequendo eſt ſimoniaca, vt per Flamin. *de reſignat. lib.* 14. *q.* 7. *n.* 1. Ita etiam illicita eſt 4
renuntiatio litis ſuper beneficio pro pecunia, aut alio temporali, etiamſi illud recipiatur nomine expenſarum, Flamin. *d. lib.* 14. *q.* 3. *n.* 5. vbi *n.* 6. reddit rationem ob turpitudinem, & fraudem quæ poſſet committi.

Notatur etiam ad hoc quòd reſignatio dicitur ſi- 5
moniaca, quæ fit cum pactione, & modo, vt per Couar. *lib.* 2. *variar. cap.* 5. *num.* 3. 4. *&* 5. Maſcard. *de probat. concl.* 1395. *num.* 10. Redoan. *de ſimonia part.* 2. *cap* 10. Flamin. *de reſignat. lib.* 1. *q.* 1. *num.* 48. *& q.* 16. *num.* 11. *& lib.* 14. *q.* 3. *à princ. & q.* 7. *num* 1. Azor. *inſtit. moral. part* 2. *lib.* 7. *cap* 27. *q.* 6. *&* 7. latè Farin. *p.* 4. *conſ.* 75. Soar. *de religione, tom.* 1. *lib.* 4. *de ſimonia, c.* 51. *n.* 19.

In gloſſ. *Illicita*, ibi, *Si verò cùm ius habeo, dedero* 6
tibi pecuniam redimendo vexationem meam, non pecco. Ita Abb. *hîc n.* 9. Nauar. *in man. c.* 23. *n.* 101. Flamin. *d. lib.* 14. *q.* 3. *n.* 7. vbi ait procedere iſte dans ob redimendam vexationem non eraſ certus de iure ſuo, puta qui erat dubius, & citat Abb. *d loco*, Nauar. *d. cap.* 23. *ſub numero* 101. *verſ* 8. Maiol. *de irregularit. lib.* 6. *cap* 45. *numero* 4. Rebuff. *in praxi, tit. de ſimonia, n.* 20. *&* 21.

In ead. gloſſ. ibi, *Excuſaret auctoritas Papæ.* Nota- 7
tur ad hoc quòd auctoritas, & licentia Papæ excuſat à vitio ſimoniæ inductæ de iure poſitiuo, vt per Ioan. Andr. Cardin. & Anton. de Butr. *in c.* 1. *de ſimonia*, Caſſad. *deciſ.* 2. *ſub d. tit. de ſimonia*, Abb. *in c. ad quæſtionem, ſupra de rerum permut.* Dec. *conſ.* 141. quia tunc videtur diſpenſare, Caccialup. *de penſion. q.* 19. *n.* 17. *&* 18. Redoan. *de ſimonia, p.* 1. *c.* 25. *n.* 27. *& p.* 2. *c.* 12. *n.* 19. quos refert & ſequitur Flamin. *d. lib.* 14. *q.* 3. *n.* 15. cùm poſſit diſpenſare, Card. Pariſ. *conſ.* 30. *n.* 3. 4. *&* 5. *vol.* 4. Redoan. *d. c.* 12. *à princ.* Flam. *d. q.* 3. *num.* 11.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de ſuccedendo poſt mortem Prælati in ipſius Eccleſia non valet.*
2 *Super alterius hæreditate paciſci non poteſt, niſi eius voluntate interueniente.*
4 *Succeſſio in Eccleſia Dei prohibetur.*

CAP. Accepimus. V.

ECcleſiæ conceſſæ cum pacto quòd poſt mortem 1
accipientis alij nominatim ſuccedant, tanquam iniquæ, & contra ius reuocandæ ſunt, itaut nec admittatur appellatio. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabarel. Innoc. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Butr. Anchar. Hoſt. Panormitan. Bald. Felin. Imola, Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag.* 493. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 173. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 1. *tit.* 26. *c.* 5. & eſt poſt Concil. Lateran. *p.* 28. *c.* 4.

In gloſſ. *Nominatim*, ibi, *quia non poſſumus paciſci* 2
de hæreditate alterius, niſi eius voluntate. Ita Couar. *in cap. quam pactum, hoc tit. lib.* 6. *p.* 3. *in princip. num.* 1.

ita

in fine, & p. 2 rub. de testam n. 15. vers. sed hæc, Anton. Gom. *l. 22. Tauri, num. 30. & tom. 1 var. c. 11. n. 14. post princ.* Hyppol. *cons. 106. n. 12.* Tell. Fernandez *l. 6. Tauri, n. 64.* Bernard. *reg. 524.* Socin. *reg. 344.* Tiraq. *in l. si vnquam, in princ. n. 142. & verbo, donatione largitus, n. 267. & de iure mariti, gloss. 8. n. 290.* Menoch. *cons. 1. n. 139. cum seqq. & cons 92. n. 9. cum seqq.* Mench. *freq. c. 44. & de succes. creat lib. 1. § 18. n. 198. & seq.* Molin. *de primog. lib 2. c. 3.* Guttier. *in d. c. quamvis pactum, in initio, n. 35. & de iuram. confirm. p. 1. c. 32.* Seraphin. *de priuilegiis iuram priuil. 10.* Crass. *in § successio ab intestato, q. 9. n. 12.* Surd. *de aliment tit. 9. q. 11. n. 4 & 5.* Spin. *in specul. gloss. 4 princ. n. 105.* Molin. *de iustitia, tract. 2. disp. 271.* Gam. *decis. 377.* Cabed. *p. 1. decis. 164 n. 1. & 5.* Valasc. *de partit. c. 16. n. 41. & 42.* Castil. *lib. 3 quotid. c. 9.*

3 In gloss. *Canonibus*, ibi, *Qui prohibent successionem in Ecclesia Dei fieri.* Ita Concil. Trident. *sess. 25. de reform. c. 7.* Host. *in c. præsentium, supra de filiis presbyt.* Flamin. *de resignat. lib. 11. q. 1. n. 21.*

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiam acquirens per pactum augendæ pensionis debet ea priuari, & aliàs canonicè puniri.*

2 *Clericus, qui facilius beneficij obtinendi causa promisit se maiorem pensionem soluturum, quam ferre beneficium queat, non est tutus in conscientia.*

3 *Pensio an ex toto, vel ex parte remitti debeat, si fructus beneficij, fuerint ex parte diminuti, vel ex toto perierint, remittue.*

CAP. Cùm Clerici. VI.

1 ECclesiam qui consequutus est mediante promissione promissionis maioris solito soluendæ conferenti beneficium, est priuandus Ecclesia sine appellatione, & puniendus seueritate Ecclesiastica. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Anan. Anch. Butr. Panorm. Felin. Henric. Bald. Host. Viu. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 494. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 173. remissiuè Ximen. *in concord. p. 2.* refertur ab Ant. August. *collect. 1. Decretal. lib. 1. tit. 16. c. 6.* & est post Concil. Lat. ran. *p. 28. c. 8.*

2 Hanc eandem quæst. ex hoc text. desumit Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 8. c. 22. q. 12.* vbi *q. 13.* asserit huius text. decisionem procedere in clerico, qui vt parochialem Ecclesiam assequatur, mentitur fructus excedere summam centum aureorum, cùm re vera eam quantitatem non attingant, & idem Azor. *p. 2. lib. 12. c. 11 q. 8.* tenet simoniacum esse offerentem maiorem pensionem soluendam ex beneficio ad id faciliùs cõsequendum, aduertens vt ij, qui in Romana Curia auctoritate Romani Pont. promouendi sunt ad beneficia, cauere debeant ne cùm petunt vt sibi beneficia conferantur, exprimant maiorem solito prouentuum valorem, vt faciliùs beneficia assequantur.

3 In gl. *Pensiones*, ibi, *sed pone quod facultates Ecclesiæ sunt augmentatæ, nunquid pensio debet augmentari.* Hinc etiam non absre quæri potest, an pensio ex toto, vel ex parte remitti debeat si fructus beneficij fuerint ex parte diminuti, vel ex toto perierint casu aliquo, videlicet vel bello, vel hostium incursu, vel incendio vel inundatione aquarum? de qua quæst. vide Gozad. *cons. 83.* Ludou. Roman. *cons. 369. incip. vna primum, vers. quod sextum.* Gig. *de pension q. 62.* Bellencin. *de charit. subsidio, q. 43.* Flamin. *de resignat. lib. 1. q. 8. n. 48. & 49.* Azor. *d. lib. 8. c. 13. q. 3.*

CAP. Plerique. VII. *Innoc. III.*

ECclesiæ quando locant domos, vel prædia, vel infeudant cum pacto præiudiciali Ecclesiæ parochiali, quòd, v.g. eis soluant decimas, vel apud eos eligant sepulturas, pactum reprobatur tanquam nullum, & quicquid habuerunt occasione huius pacti, restituitur Ecclesiæ parochiali. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Anch. Panorm. Butr. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 494. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 173. refertur ab Anton. August. *collect. 4. Decret lib. 1. tit. 15. c. 1.* desumitur ex Concil. generali Lateran. *c. 58.*

CAP. Pastores. VIII. & fin. *Gregor. III.*

PActio, & consentio omnis pro spiritualibus habendis debet cessare, nec sunt alicuius momenti. Idem dicendum est in aliis rebus quando pactum est contra salutem animæ. Item pactum turpe, vel rei turpis, vel impossibile de iure, vel de facto nullam obligationem parit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Host. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Anch. Panorm. Butr. Henric. Viuian. *in rationali primi libri iur. Pontif. pag.* 495. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 173. remissiuè Ximen. *in concord p. 1. & 2.*

Probat hic text. in spiritualibus, & beneficiis prohibitam esse omnem pactionem, & promissionem, vt per Spin. *in speculo testam gloss. 7. n. 33.* Azued. *per text. ibi in l. 8. n. 8. tit. 2. lib. 7. nouæ recop.* Et quòd beneficium Ecclesiasticum absque onere & conditione ab Episcopo sit conferendum, tenet Cald. Pereira *de potestate eligendi, c. 16 n. 5. vers. quo argumento*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. n. 246.* & latè ad plures quæstiones in hac materia vtiles, Nicol. Garc. *de benef. p. 8. c. 2. per totum.* A Papa tamen collatio fieri potest cum onere, & sub conditione etiam de futuro, & quæ non insit alternatiuè, copulatiuè, & ad tempus, *c. pastoralis 7 q. 1.* Franch. *in c. 2 de election. lib. 6. n. 4.* Selu. *de benef. p. 3. q. 20. n. 2. & 5.* Rebuff. *in praxi benef tit. requisita ad collationem bonam, n. 14.* Nau. *in c. si quando de rescript. prælud. 2.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 6. c. 26. q. 1.* quos refert, & sequitur Nicol. Garc. *d. c. 2. n. 50.*

De Transactionibus.

TIT. XXXVI.

SVper hanc rubr. scripserunt Zabar. Bellam. Ioan. And. Imol. Anan. Bald. Panorm. Dec. Butr. Guillelm. Durand. *in breuiario aureo iur. Can. fol. 38. verso*, Petr. de Rauenna *in compend. iur. Can.* Martin. Mesnart. *in epitome Decret. fol. 41* Dan. Venator *in analysi method. iur. Pont. à pag. 117.* Azor. Goffred. & Host. *in sum. huius tit.* Alex. Cassan. & Anast. Germon *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barth. Carthaginen.

in exposit. titulorum iuris Canon. nouissimè Ioan. Honor. *lib 1. sum in Decret.* omnes *sub hoc tit.*

De materia huius tit. latissimè, scripserunt Corras. *lib. 1. miscell. c. 23.* Cujac. *lib. 10. obseru 30.* Medices *de definit. p. 2. definit. 47.* ex professo egit Ioan. Baptista Caccialup. *tom. 6. tract. Doctorum, p. 1. fol. 20* & Morla *in emporio iuris p. 1. tit. 4. de transact.* Molin. *de iustit. tract. 2. disp. 556. cum seqq.* Alex. Trentacinq. *vers. resol. tom 1. lib. 2. de transact.* Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. comment. tom 2 lib. 26.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib 25. n. 606. cum seqq.* Rebello *de oblig. iustitiæ, p. 2. lib. 16. de transact.*

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta, & alia iura partium, contraria transactione tolluntur.*
3 *Papæ auctoritas defectus omnes solemnitatum supplet.*
4 *Solemnitates extrinsecæ præsumuntur interuenisse quando actus esset coram Principe.*

CAP. Sicut graue. I. *Gregor:*

1 TRansactio quando fit in aliqua controuersia, omnia scripta, priuilegia, vel consuetudines, quę in illa causa parti fauere possent, non habent robur, sed solùm standum est transactioni, vel pacto, in quo si aliquid omissum fuerit, à Papa suppletur sua auctoritate. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Host. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panorm. Anchar. Butr. Vinian. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 499.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 175.* remissiuè Ximen. *in concord. p 1.* refertur ab Ant. August. *collect. 1. Decret lib. 1. tit. 27. c. 1.* desumitur ex *lib 7. epist. 27 registri* B. Gregorij.

2 *Plenissimę notionis.*] Vide Pinel. *in l. 1. c. de bonis mat. p. 3. n. 50. col. 4.* Hyppol. *sing. 106* Xuar. *alleg. 8. n. 18.*

3 *Auctoritatem suscipiat.*] Notatur ad hoc quòd auctoritas Papæ defectus omnes solemnitatum supplet.

4 vt per Brun. à Sole *in comm. verb. auctoritas, n. 1.* Extrinsecæ solemnitates præsumuntur interuenisse quando actus esset coram Principe, vel apud acta coram iudice, Mascard. *de probat. concl. 1315. n. 26.*

SVMMARIVM.

1 *Compositio super decimis facta cum consensu Ordinarij tenet.*
2 *Compositio inter personas Ecclesiasticas vt decimæ vni Ecclesiæ debitæ alteri soluantur, valet.*
3 *Episcopus vbi nolit consensum præstare, adeundus est Archiepiscopus.*
4 *Transactio in spiritualibus potest interuenire.*
5 *Compositio inter Laicos, & clericos vt minus quam sit decima eis soluatur, valet si fiat cum Ecclesiæ vtilitate, vel sit firmata magno tęporis internallo.*

CAP. Statuimus. II. *Alex. III.*

1 COmpositio super decimis facta cum consensu Ordinarij tenet. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panorm. Host. Anch. Butr. Vinian. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 499.* Alagona *in compend. iur. Canon. pag. 175.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 2* refertur ab Ant. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 27. c. 2.* & est post Concil. Lateran. *p. 28. c. 3.*

Probat hic text. valere compositionē inter personas Ecclesiasticas vt decimæ vni Ecclesiæ debitæ alteri soluantur, vt per Ruin. *cons. 142. n. 13. vol. 5.* Duen. *reg. 127.* Capel. Tholos. *decis. 97.* Rebuff. *de decimis q. 13. n. 15. cum seqq.* vbi *à n. 17.* limitat non procedere in decimis personalibus, quæ dātur ratione administrationis Sacramentorum, & *n. 19. cum seqq.* declarat huius text. conclusionem procedere si causæ cognitio, decretum, & consensus Episcopi, seu eius Vicarij accedat, & *n. 28.* etiam declarat non posse laicum cum Ecclesia componere, vt decimæ ipsis laicis soluantur, nisi ad tępus, & ex iusta causa, refert Moneta *de decimis, c. 5. q. 7. à n. 119.* Aduertunt autem Doctores cōpositionem huiusmodi si fiat inter Parochos sine auctoritate Episcopi, vel superioris, non in totum vitiari, sed valere pro vita componentium, non enim eo mortuo, qui illā fecit, successori præiudicat, Duen. *reg. 127. in fin.* Rebuff. *d. q. 13. n. 25.* Rot. *decis. 585. n. 3. p. 1. recent. & in Mediolan. decimarum 10. Aprilis 1606.* Coram R. D. meo Coccino Decano, *in Augustana decimarum 28. Martij 1631.* corā R. P. D. Vbaldo, refero ego ipse *de offic. & potest. Parochi. p. 3. c. 28. 4. n. 2.*

2

De assensu Episcopi.] Qui si nolit consensum præstare, adeundus est Archiepiscopus, ex palat. *in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 22. n. 4* & faciunt quę Tiraq. *de iure mariti, gloss. 8. n. 82.*

3

In gloss. 1. ibi, *Hic est arg. quòd in spiritualibus potest interuenire transactio.* Vide Soar. *de relig. tom. 1 tract. 3. lib. 4. de simon. c. 51. n. 6.*

4

In glos. *Personam, fin.* Notatur ad hoc quòd valet compositio inter Laicos, & Clericos vt minus quàm sit decima res soluatur, vel vt de aliquibus rebus non præstetur, si fiat cum Ecclesiæ vtilitate, vel approbata sit à Sum. Pontif. vt per Rebuff. *d. q. 13. n. 26. & 29.* Moneta *d. q. 7. n. 124. & 125.* Vel si talis compositio sit firmata magno temporis internallo cum obseruantia 30. annorum. Abb. *in c. Albericus, n. 6. de testib.* Alex. *cons. 12. n. 7 & cons. 17. n. 8 & 9. lib. 4* Rota *in Mediolan. decimarum 10. Aprilis 1606.* coram R. Coccino Rotæ Decano, *& in Taurinen. decimarum 27. Iunij 1607.* coram eod.

5

SVMMARIVM.

1 *Capitulum si consensit transactioni, quam fecit Prælatus nomine Ecclesiæ, vlterius dissentire nō potest.*
2 *Procurator ad agendum etiam cum libera, & generali administratione non potest transigere vel pacisci.*
3 *Contractus ex diuturnitate temporis robur accipit, & fomentum.*
4 *Transactio est contractus.*
5 *Mandatum generale habens cum clausula ratihabitionis non potest transigere.*

CAP. Contingit. III.

ABbas constitutus simpliciter ad agendum non potest transigere sine licentia Capituli; si verò præter mandatum procuratorium ad agendum habeat literas de rato à Capitulo, id est, quòd quicquid super tali negotio egerit, ratum habebit, tunc potest transigere, & multo magis si habuit simplex mandatum transigendi. Item si sine mandato de rato transigeret secundùm formam iuris, post quadriennium rescindi non potest, quia dum Capitulum etiā transactionē obseruat; consentit, ante quadrienniū potest rescindi si Ecclesia est læsa. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Henric. Boich. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panor. Host. Anch. Butr. Vinian.

1

Viu. *in rationali primi libri iuris Pontific. pag.* 500. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 176. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1. *tit.* 27. *c.* 3. & est post Concil. Lateran. *p.* 28 *c* 5.

Refert hic text. solum Prælatum transegisse de re Ecclesiæ, Capitulum verò tunc demum non posse dissentire si tacitè, aut expressè consenserit: conqueritur Panorm. in præsenti Doctores text. hunc minimè aperuisse: nititur explicare Host. *in sum. huius tit.* §. *quis, vers. sed quæro*, aliqua per Felin. *in c. edocere, vers. sequi potest, de rescript.* & per Doctores *in l.* 1. *C. si aduersus transact.* bifariè potest intelligi, primò transactionem hîc factam à solo Prælato potuisse valere, etiamsi esset alienatio, si Prælatus rem immobilem Ecclesiæ ab aliquo detentam recuperauit, & pecuniam, vel simile dedit, tunc enim nihil aliud alienari videtur nisi pecunia, quâ vt & res alias mobiles non pretiosas solus alienat. glos. *verbo immobile in c. nulli, de rebus Ecclesiæ non alien.* commendant Roman. *sing.* 103. Cremens. *sing.* 59. Ias. *in l.* 1 § *fuit quæsitum, ff. ad Trebel.* In quo intellectu consentit glos. celebratissima *in l. nulli ff hoc tit.* vbi Bart. & Ias. Federic. *cons.* 204. Roman. *cons.* 166. Panorm. *vbi sup. col. vlt. & in cons.* 57. *vol.* 1. Secundò si Prælatus rem etiam immobilem reliquit sub aliqua conditione vtili Ecclesiæ requisito Capituli consensu, nam certum est alienari posse vbi est vtilitas euidens, & solemnitas, in proposita specie vtrumque adest; ergo alienari potest: facit quòd iuxta vulgaria sæpè restitutionem concedunt aduersùs transactionem factam à Prælato, & Collegio, sed non daretur restitutio nisi transactio valeret; ergo, &c. quod adeò verum esse existimo, vt etiam Prælatus cum Capitulo possit transigere, & consentire alienationi rei nunquâ solitæ alienari, si modò ita ab aliquibus vsurpata sit, vt moraliter impossibile, aut difficile videatur ab eorum manibus extorqueri, iuxta quæ fieri posset, vt ea res concedatur eisdem, vel aliis, vt recuperent eam honesta pensione, & certitudine reuertendi ad Ecclesiam ea bona; præstat enim, vt inquit poëta Seneca, donare dimidium quàm perdere totum. Item prudens paterfam. suarum rerum amator ita facere debuisset, diceretúrque rebus suis diligenter consulere, & huiusmodi contractus in euidentem Ecclesiæ vtilitatem redundare. Vltimò moneo in hanc sententiam auctoritate præclara *c.* 2. *de feudis*, vbi in terminis dicitur licere Prælato, qui iurauerat nullo modo res Ecclesiæ de nouo infeudare, huiusmodi alienationem facere, nec potest text. intelligi de re solita alienari, seu infeudari, vt Panorm. & alij intelligunt, quia de hoc nõ potuit esse dubitatio, prædixerat enim text. Prælatum illum posse res solitas alienari iterum concedere etiam postquam finita generatione ad Ecclesiam reuerterentur; agit ergo text. quando bona erant malè vsurpata, & tunc primùm infeudabuntur, in quem sensum illum text. intelligit Sylnest. *in sum. verbo alienatio.*

2 Notatur hic text. ad hoc quòd procurator ad agendum etiam cum libera & generali administratione non potest transigere, vel pacisci, Cardos. *in praxi iudicum, verbo procurator, n.* 25. Ego ipse *de diction. & clausulis, claus.* 17. *n.* 17.

3 *Si fuerit aliquot annis seruata.*] Notatur ad hoc quòd contractus ex diuturnitate temporis robur accipit, & fomentum vt per Rebuff. *de præscript.* §. 1. *glos.* 4. *vers. undecimò, pag.* 97. Et notatur etiam ad hoc quòd transactio est contractus. Tiraq. *de iure mariti, glos.* 7. *n.* 205 *& de retract. lig.* § 1 *glos.* 14. *à n.* 65. *&* § 8. *glos.* 4. *n.* 11. Rebuff. *in compendio alienat. n.* 66. Mantica *de tacitis, tom* 2. *lib* 26 *tit.* 1. *n* 9.

In glos. *Literas* 1. Notatur ad hoc quòd habens generale mandatum cum clausula ratihabitionis, non potest transigere, vt per Cou. *lib.* 1. *var. c* 6. *n.* 4.

Cap. Constitutis. IV.

TRansactio in beneficiis etiamsi præcedat iura- 1
mentum, fieri non potest, continet enim simoniæ speciem Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. An. n. Bald. Panorm. Host. Anch. Butr. Vivian. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 500. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 176. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1 *tit.* 27. *c.* 4. & est post Concil. Lateran. *p.* 28 *c.* 4.

Probat hic text. non esse licitam transactionem circa beneficia, idem probat text. *in c. super eo, hoc tit.* & vtrobique glos. Innoc. Zabar. Abb. & omnes DD. *ibidem*, Sylnest. *verb. transactio, post princ.* Angel. *eodem verbo*, §. 4. Lambertin. *de iurepatron. lib.* 3. *q.* 9. *princ art.* 6. Pro qua sententia vltra prædicta iura tres adduci solent rationes. Prima quòd licèt transactio iustè fiat circa iura spiritualia, non sic fiet circa res quæ ex spiritualibus, & temporalibus componuntur, prout sunt bona, res sacræ, & religiosæ, quoniam temporale quoque interuenit, quod pro ipsis spiritualibus datum videri potest; quam rationem expressit Abb. & Sylnest. *vbi suprà.* Secunda ratio ex eo deducitur quod is, qui religiosum beneficium transactione dimittit, nihil dat: nam si aduersarius verum ius habeat ex Canonica institutione, à superiore recepit, non ab eo; ex reg. *c. quod autem, de iurepatr.* sin autem alius non habeat ex transactione, nihil consequitur, iuxta regulam *beneficium in sexto*, sicque transactio non constabit. Tertiam rationem addit Padil. *in l. vlt. n.* 13. *C. hoc tit.* quòd beneficium pro alimentis datur, iuxta *c. clerici* 1. *q.* 2. *c. cùm secundum, de præbend.* de alimentis autem transigi non potest, ex *l. cùm ij*, 8. *ff. de transact.* ita resoluit Gig. *de pensionibus q.* 51. *à n* 21.

Verùm liceat hæc sententia ab omnibus recepta sit, contraria verior est, vt si habilibus dentur termini circa beneficia, transactio licitè fieri potest, idque ex eo probatur, quòd certum est, & ab omnibus confessum *citatis locis*; transactionem circa alia iura spiritualia rectè fieri, modo id quod datur, & recipitur sit spirituale, vt præ aliis docent Sylu. & Lambert. *locis cit.* sed nulla ratio sufficiens reddi potest quare magis circa alia iura spiritualia, quam circa beneficium transactio fiat; ergo in omnibus idem dicendum. Accedit, quòd species simoniæ dari non potest nisi in conuentione spiritualium temporale considerabile interueniat, vt à contrario sensu probat text. *in c. vlt. de rerum permut.* Præterea si omnia iura, quæ de his transactionibus, & conuentionibus agunt, rectè expendãtur, his tantùm casibus speciem simoniæ constituunt, vel de ea dubitant vbi aliquid temporale ratione census, pensionis, aut expensarum recipitur, vt colligitur ex *c. cùm pridem, de pactis, c. super eo c. præterea* 1. *&* 2. *hoc tit. c* 2. *de arbitr. c. nisi essent, de præbend. c. dilectus. fil. de simon.* Vnde licet colligere quòd si nihil temporale interueniat, erit transactio iusta circa beneficia, vtpotè si de duobus beneficiis controuersia fuerit, vel de beneficio, & alio spirituali iure simul constabit transactio si vnus in gratiam alterius vnius ius dimittat, & alterius ius recipiat, iam enim aliquid datur, & recipitur, vt trãsactio existat, ab vtraque parte spirituale, vt species omnes

simoniæ absint: nec refert si quis dicat posse contingere, vt vnus tantùm ex collitigantibus, in vtroque ius habeat, vel neuter, sicque non constabit transactio, cùm in effectu nihil recipiatur, respóletur enim ad existentiam transactionis sufficere, vt vtriusque dimittat id, quod suum esse putat, vel ius quod prætendit, iam enim quantum in eis est datur aliquid, & recipitur, Ordinarius tamen, vel is ad quem pertinet, titulum examinabit, vt sic vel admittat, vel repellat, etenim transactio in re dimissa ius non tribuit *l. si pro fundo, C. de transact.* vbi gloss. Bart. & communis, Ias. *in stipulatio ista §. si quis forte, n. 7 ff. de verb. oblig.* Tiraq. *de retract. tit. 1. §. 1. gloss 14. n. 62.*

Qua retenta sententia non obstabunt argumenta, quæ pro prima contraria adduxi; ad primum enim ex hoc text. *& d.c. super eo*, respondetur iura illa agere cùm de vno tantùm beneficio controuersia erat, quo casu transactio dari non potest, quia ius suum dimitteret, cùm vnicum sit tantùm, & indiuiduum, nihil potest spirituale ab alio consequi, sicaue cùm nihil recipiat potius liberaliter cedit quam transigit; sin autem aliquid recipiat tẽporale, simoniaca erit transactio. Igitur rectè Pontifices prædictis iuribus definiunt absolutè transactionem circa vnum beneficium fieri non posse, idque significat *d.c. super eo*, in illis verbis, *aliquo dato, vel recepto*, oportet enim de temporali intelligere cum spirituali, ibi, *recipi non potuerit*; vult enim Pontifex significare quòd vt transactio existat, necesse est, vt aliquid recipiatur, provt glos. & DD. ibid. colligunt, & Doctores etiam *in d.l transactio*; cùm autem in eo casu nihil possit recipi nisi temporale, rectè colligitur transactionem non valere. Ad secundum respondetur nullam esse constituendam differentiam inter res merè spirituales, & mixtas, quæ ex spiritualibus, & temporalibus componuntur, si in ipsis spirituale sit præcipuum, provt in beneficiis contingit, in quibus spirituale ius diuini ministerij præcipuum est, temporalia verò quasi accessoria dependentia titulum beneficij sequuntur, atque ideo cùm transactio circa iura spiritualia fit, temporalis, quæ ex necessitate legis titulum beneficij sequuntur, non sunt in consideratione, quoniam spirituale pro spirituali dimisso, non verò pro temporali datur. Ad tertium respondetur ad validitatem transactionis non requiri, vt id, quod ab vtraque parte dimittitur, verè danꝭ sit, & ex ea transactione accipientis fiat. Ad vltimum dicendum, beneficia natura sua non dari immediatè, & principaliter pro alimentis, sed vt officium spirituale præstetur, *c. vlt. de rescript. in 6.* Conc. Trid. *sess. 21. de reform. c. 5.* vt autem ministri stipendium sanctis laboribus debitum accipiant, bona temporalia sub eo titulo spirituali constituta sunt, & hoc est quod probat text. *in d.c. cùm secundum*, vnde illa ratio parum, concludit ad impediendam transactionem.

Notatur ad hoc quòd transactio super beneficio Ecclesiastico sine Superioris consensu, quæ nullius est momenti, non officit paciscenti, nec liti finem imponit, nec per mutuum consensum recipit firmitatem, vt per Palat. *in repet. c. per vestras, de donat. inter virum, §. 11. n. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Censualis fieri potest Prælatus, sed non Ecclesia per transactionem factam sine auctoritate Episcopi.*
2 *Compositio facta super futuris decimis sine Superioris consensu, mortuo eo, qui eam fecit, successori non præiudicat.*
4 *Episcopalis auctoritas debet ab Episcopo interponi ex causa rationabili, non verò simpliciter.*
6 *Compositio fieri potest auctoritate Episcopi, seu iudicis coram quo litigatur, cum constitutione census, seu pensionis ad vitam aduersarij.*

CAP. De cætero. V.

REctores duarum Ecclesiarum quando inter se litigant, & vnus impetrat literas à Papa ad extraordinarium, vt ad legatum, si componit cum aduersario, vel fiat transactio vt habeat aliquod ius, vel censum in Ecclesia, si compositio non est contra ius, minimè ab Episcopo reprobanda est, sed census non durat, vltra vitam soluentis. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panorm. Host. Anchar. Butr. Casal. *in annot.* Vinian. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 501. Alagona *in compend. iuris Can. pag.* 176. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 1. tit. 27. c. 5.* & est post Concil. Lateran. *p. 28. c. 10.* 1

Notatur hic text. ad hoc quòd compositio super futuris decimis facta sine Superioris consensu, mortuo eo, qui eam fecit, successori non præiudicat, vt per Abb. *in c. multiplici, n. 2.* vbi Butr. *in fine, & in c. cùm homines, n. 4. infra de decim.* Duen. *reg. 127. in fine.* Rebuff. *de decimis, q. 13. n. 25.* Bonacos. *tom. 1. commun. opinion. lib. 1. tit. 10. n. 12. pag. 186.* D. Barbosa *in l. si filiofam. §. fin. n. 20. ff. soluto matrim.* Rota *in Mediolanen. decimarum 10. Aprilis 1606.* coram Reuerend. D. Coccino Rotæ Decano, compromissum enim super rebus Ecclesiæ inconsulto Superiore non valet, Alex. *cons. 32. n. 2. lib. 2.* Paris. *cons. 134. n. 11. lib. 4.* Rot. *decis. 160. n. 1. p. 2. diuers.* Card. Canaler. *decis. 327. num. 4.* 2

Ad extraordinarium iudicem, &c.] Ergo possunt litigantes circa aliquod beneficium, arbitrum de communi consensu eligere etiamsi ille arbiter non sit Prælatus, vel iudex causæ, vt per Soar. *tom. 1. de relig. lib. 4. de simon. c. 51. n. 24.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 23. n. 257. vers. quod autem*, Bonacin. *de simon. q. 4. §. 15. n. 12.* intelligentes modò is, in quem huiusmodi arbitrium compromittitur, sit clericus.

Sed census, &c.] Vide Aym. *cons. 323. n. 1.* Soar. *de Religione, tom. 1. l. b. 5. de simonia, c. 51. n. 18.* 3

Absque Episcopali auctoritate.] Quæ auctoritas Episcopalis debet ab Episcopo interponi ex causa rationabili, non verò simpliciter, perfunctoria enim auctoritas successorem non ligat, Cald. Pereira *de emptione c. 51. n. 7.* 4

Cui præest.] Ergo non alius, vt per Boër. *decis. 115.* 5

In gloss. *Contraria, fin.* ibi, *& potest intelligi*, &c. Notatur ad hoc quòd auctoritate Episcopi, seu iudicis coram quo litigatur, potest fieri compositio cum cõstitutione census, seu pensionis ad vitam aduersarij, licet Episcopus non consenserit, neque consentire velit, Abb. *hic n. 2. & in c. ad audientiam 2. n. 2. vers. & adde, de rescript.* Vgolin. *de simonia in genere, c. 29. §. 3. n. 2.* quos refert, & sequitur Bellet. *disquisit. cleric. p. 1. tit. de clerico debitore, §. 6. n. 11.* vbi dicit procedere quando facta fuisset compositio super aliquibus iuribus temporibus Ecclesiæ. 6

SVMMARIVM.

1 *Beneficium, quod per transactionem habetur, si impetratur, vt vacans ab eo, qui fuit transactionis mediator, non valet impetratio.*

2 *Aduo*

2 *Aduocatus in causa in qua est Aduocatus testimonium ferre non potest.*
3 *Consensus præstitus vigore statuti præiudicat consentienti.*
4 *Beneficium Ecclesiasticum non potest conferri omnino laico.*
5 *Patrocinans scienter petenti rem suam sibi præiudicat.*
7 *Ordo necessariò debet præcedere, ad obtinendum beneficium Ecclesiasticum.*
8 *Habilis iudicandus est qui talis reperitur tempore præsentationis, & non prodest habilitas si superueniat.*

CAP. Ex literis. VI.

1 MEdiator qui fuerit, vt in beneficio fiat transactio, id est, amicabilis compositio, & deinde impetrat idem beneficium nihil dicens se fuisse mediatorem, literæ impetratæ non valent. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Innoc. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Butr. Anch. Host. Panorm. Bald. Henric. Boich. Imol. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 501. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 176. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decret. lib. 1. tit* 27. *c.* 6.

2 *Patrocinabatur in causa, & testis inscriptus fuerat.*] Notatur ad hoc quòd Aduocatus in causa, in qua est Aduocatus, propter præsumptam affectionem testimonium ferre non potest, de quo vide *c. si testes omnes, §. testes, quos accusator, 4. q. 3.* Vincent. de Franch. *decis.* 222. Put. *lib. 3. decis.* 56. Rebuff. *de reprobat. testium à n.* 33. Perez *l. 2. tit. 19. lib. 2. Ordin. pag.* 403. Mascard. *de probat. concl.* 66. *n.* 1. *&* 2. *& concl.* 1357. *n.* 2. Guttier. *conf.* 24. *n.* 8. *&* 9. Surd. *decis.* 190 *&* 219. Mench. *freq. c.* 33. *n.* 4. Bobadil. *in sua politica, lib.* 5 *c.* 2. *n.* 55. Farin. *in praxi crim q.* 60. *n.* 155. *cum seqq.* vbi *n.* 156. ampliat etiam finita aduocatione, & patrocinio.

3 Notatur etiam ad hoc quòd consensus præstitus vigore statuti, præiudicat consentienti, vt per Socin. *cons.* 43. *col pen. vol* 4. Cravet. *in q de indemn. mul. n.* 38. Tiraq. *de retractu lig. §.* 1 *glos. 9. n.* 141. quos refert, & sequitur Surd. *decis.* 309. *num.* 10. vbi etiam resoluit testem sibi præiudicare quando in testimonio aliquid contra se protulit, de quo etiam Valasc. *cons.* 33. *ad finem.*

4 *Cùm nondum esset in clericum tonsuratus.*] Ergo beneficium Ecclesiasticum non potest conferri omnino laico, vt tenent Sclu. Hoied. Rebuff. & Menoch. quos refert, & sequitur Flamin. *de resignat. lib.* 4. *q.* 2. *n.* 2. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 6. *c.* 2. *q.* 5. & dicam *ad c.* 2. *infra de instit.*

Cùm literas istas obtinuit.] Notatur ad hoc quòd laicus non potest impetrare literas ad beneficium vacaturum, etiamsi antequam vacet beneficium ad Ordines promoueatur, constat enim tempore impetrationis laicum esse, ac proinde rescriptum veluti subreptitium nullum indicari, arg. text. *in c. si eo tempore, de rescript. l.* 6. iuuat quòd vt rescriptum valeat, debet fieri expressio rei, qua declarata redderetur Pontifex difficilior, ex reg. text. *in c. super literis, de rescript.* & in specie bene probant text. *in præsenti, & in c. cùm adeò de rescript.* Gom. *de expectat. n.* 90 Rebuff. *in praxi tit. differentiæ inter rescripta. n.* 38. Sic aliàs prouisione beneficij facta laico licèt ex postfacto ordinetur, nihilominus tamen beneficium vacare dicitur, vt aduertit Fusc. *de visit. lib.* 2. *c* 21. *n.* 3.

5 In glos. *Patrocinabatur*, ibi, *qui enim scienter patrocinatur petenti rem suam, sibi præiudicat.* Vide Tiraq. *de retractu lig. §.* 1. *glos.* 9. *n.* 267. *cum seqq.* Menoch. *cons.* 322. *n.* 4.

In glos. *Testis inscriptus.* Dicit Rebuff. *de reprobat.* 6 *testium, n.* 25. *vers. saluatur*, intelligi hanc glossam quando testis producitur tantùm ad solemnizandum instrumentum de gestis coram eo, ideo potest describi testis de his, quæ geruntur in causa vt si producatur instrumentum, vel transactio, aut alius actus fiat coram eo, quia tunc deponere poterit.

In glos. *Tonsuram*, ibi, *ergo licet postmodum tonsuram receperit, non profuisset.* Notatur ad hoc quòd ad 7 obtinendum beneficium Ecclesiasticum debet Ordo necessariò præcedere, & non sufficit quemquam habitum clericalem gestantem habere animum statim obtento beneficio assumendi Ordinem clericalem, ita Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 42 *n* 12. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 2. *n.* 66. quos ego ipse refero *de offic. & potest Episcop. p.* 3. *alleg.* 71. *n.* 77.

In ead. glos. ibi, *Principium enim in talibus considerandum est.* Ergo ad beneficia iudicandus est habilis, 8 qui talis reperitur tempore præsentationis, & non prodest habilitas si superueniat, Rota *decis.* 69. *p.* 3. *lib.* 1. *diuers.* Mar. Anton. *var resol. lib.* 1. *resol.* 19. *n.* 1. Seraphin. *decis.* 1234. *num.* 4. Campan. *in diuersorio iuris Canonici, rubr* 11. *cap.* 13. *num.* 461. Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. resolut.* 165. *n.* 3. *& resolut.* 166. *num.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Transactio fieri non potest super Ecclesiastico beneficio, sed tantùm amicabilis compositio*
2 *Transigi super re sacra, & litigiosa non potest, intellige vt ibi.*
3 *Transactio fit de re dubia.*

CAP. Super eo. VII.

TRansactio fieri non potest super re sacra litigiosa, nam dare, vel recipere vel permittere vt res sacra recipiatur; habet speciem simoniæ, possunt tamen litigantes amicabiliter, & gratis conuenire inter se. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panorm. Host. Anch. Butr. Viu. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 502. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 167. remissiue Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Ant. August. *collect* 2. *Decretal. lib.* 1. *tit.* 16. *c.* 1. 1

Quòd transigi super re sacra, & litigiosa non potest.] Vide Rebuff. *in tract. de decimis, q.* 13. *n.* 33. transactio verò cum compensatione rei spirituali per largitionem alterius rei spiritualis eiusdem Ordinis ac proportionatæ non est simoniaca, vt per Soar. *de Relig. tom.* 1. *tract.* 3. *lib.* 4. *c.* 51. *num.* 8. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib* 23. *num.* 149. vbi respondet ad iura, quæ absolutè improbant omnem pactionem in spiritualibus, vt intelligantur de pactione inhonesta, id est, de pactione, in qua turpiter temporale datur pro spirituali in huius iniuriam. 2

In glos. *Super re sacra*, ibi, *vt detur temporale pro spiritualibus.* Notatur ad hoc quòd transactio simoniaca est dum in transactione remittitur, vel retinetur ius spirituale pro temporali, vt per Soar. *de Relig. tom* 1. *lib.* 4 *de simon. cap.* 51. *num.* 6 Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib* 23. *c.* 11. *dub.* 1. Bonacina *de simon. q.* 4. §. 15. *n.* 3. vbi *n.* 4. subdit transactionem

circa rem spiritualem non esse simoniacam dum res spiritualis compensatur largitione, vel cessione alterius rei, seu iuris spiritualis proportionati. vnde prouenit vt si contingat Episcopos circa decimas contendere, possunt conuenire, vt vnus partem vnam, alter aliam habeat, & sic de similibus, ita Soar. *d.c.* 51 *n.*9. Filiuc. *tract.* 45. *c.* 11. *q.* 10. Valer. Reginald. *d.c* 11. *n.*156. Bonacin. *d n.*4. *vers. item si.*

3 In gloss. *Dato*, ibi, *& ideo dixi dubia*, &c. Nam transactio fit de re dubia, Roland. *cons.* 28. *n* 42. *vol* 4. Ioseph. Ludou. *Perus. decis.* 91. *n.*23. Gama *Lusit. decis.* 199. *n.*4. Guttier. *de iuram. confirm. p.* 2. *c* 2. *n.*1. Rebuff. *in tract. de decimis*, *q.* 13. *n.*14. Molina *de iustit tract.* 2. *disp.* 556 *vers. transactionem*, Rebello *de obligat. iustit. p.* 2. *lib.* 16. *q* 1. *n.*3.

SVMMARIVM.

1 *Transactio facta de rebus Ecclesiæ per Prælatum sine superioris consensu non obligat successorem.*
2 *Compositio inter clericos facta vt decimæ vni Ecclesiæ debitæ alteri soluantur, debet fieri cum auctoritate Papæ ad hoc vt perpetua sit, & valeat.*
3 *Concedantur text. in præsenti cum c.* 2. *supra hoc tit.*
4 *Confirmatio facit locationem transitoriam ad successores, quando fructus erant conuertendi in vtilitatem Ecclesiæ.*
5 *Res inter alios acta aliis nocere non debet.*
6 *Baptismus est necessarius necessitate præcepti.*
7 *Confirmationis Sacramentum non est necessarium necessitate præcepti.*
8 *Pœnitentiæ Sacramentum necessarium est non solùm necessitate medij, verum etiam præcepti.*
9 *Vnctionis extremæ Sacramentum non est necessarium ad salutem.*
10 *Eucharistia adultis saltem baptizatis necessaria est ex præcepto non solùm Ecclesiastico, verùm etiam diuino.*
11 *Laicus non potest esse minister Sacramenti Pœnitentiæ, etiam in necessitate.*

Cap. Veniens. VIII.

1 TRansactio facta à Prælatis sine superioris auctoritate, super decimis, est tantùm personalis, & non obligat successores, & si quid deinde acceperunt, tenentur restituere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Butr. Bald. Anch. Henric. Panorm. Viu. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag* 502. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 177. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. August. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 1. *tit.* 16. *c.* 3. & est post Concil. Lateran. *p.* 48. *c* 1.

2 Collige ex text. compositionem inter clericos factam vt decimæ vni Ecclesiæ debitæ, alteri soluantur, debere fieri cum auctoritate Superioris, vt per Bonac. *tom* 1. *com. opin. lib* 1. *tit.* 10. *n.* 12, *pag.* 186. Caputaq. *decis.* 165. *p.* 3. Bonacin. *de legibus disp. vlt. q.* 4. *puncto* 5. *n.* 3. *& de simonia q.* 4. *§.* 15. *n.* 4. *vers. secundò si transigentes.* Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta, præc.* 5. *lib.* 3. *c.* 2. *n.* 1. Rota *in vna Messanen. præeminentiarum* 1585. *coram Illustrissimo Blanchetto, & in vna Conchen. limitum decimarum* 4. *Martij* 1596. coram eod. *& in ead. Conchen.* 5. *Martij* 1597. coram Litta, relata per Marc. Anton. Gen. *in praxi Archiep. Neapol. c.* 60. *n.* 19. *in nouiss. edit.* Franc. Leon. *in thesauro fori Eccles. p.* 4. *c.* 1. *n.* 2. *in fine*, Bellet. *disquisit. cleric. p.* 1. *tit. de clerico debitore*, §. 5. *n.* 31. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 7. *c.* 26. *q.* 5. Moneta *de decimis*, *c.* 5. *q.* 7. *n.* 126 *& n.* 123. resoluit valere compositionem inter Clericos vt minus quàm sint decimæ eius, soluatur, vel vt de aliquibus rebus non præstentur, & citat Rebuff. *de decimis*, *q.* 13 *n.* 36. Triuisan. *Venet. decis* 28. *n.* 12.

Auctoritate Apost. confirmatam.] Ergo requiritur 3
approbatio Summ. Pontif. vt notat Bertrand. *cons.* 14. *&* 116. *volum.* 1. Vnde fuit in Rota decisum *in causa Nauarien. decimarum* 28 *Maij* 1593. coram Illustriss. Arigonio, concordiam super dimissione partis decimarum debitarum à laicis, factam à personis Ecclesiasticis non valere sine cõfirmatione Apost. nec sufficere consensum Episcopi, refert Marc. Anton. Genuens. *vbi proximè*, & ideo non sufficit assensus Episcopi provt sufficere videbatur in terminis *c.* 2 *supra hoc tit.* quia agitur hîc de magno præiudicio, videlicet soluenda tantùm tertia parte decimæ, vel quia nulla causa interuenerat vtilitatis, necessitatis, aut alia similis: vel quia hæc erat propria transactio, illa verò, de qua *in d c.* 2. compositio, vel quia in ea Parochia in qua erant prædia, de quibus transactio facta fuerat de non soluenda nisi tertia parte decimarum, coloni Monasterij à Parocho etiam recipiebant Ecclesiastica Sacramenta, ita Moneta *d. q.* 7. *n.* 137.

Cùm aliàs inter personas facta postea, &c.] Notatur 4
ad hoc quòd confirmatio facit locationem transitoriam ad successores quando fructus erant conuertendi in vtilitatem Ecclesiæ, non in vtilitatem personæ locantis, vt per D. Barbosa *in l. si filiofam.* §. *fin. n.* 20. *ff. soluto matrim.*

Nec pacta inter alios acta aliis obesse patiamur.] No- 5
tatur ad hoc quòd res inter alios acta aliis nocere nõ debet, de quo iuris principio tractatum edidit Tiraquel. & plura iura referunt Thom. de Thomas. *reg.* 273. Cou. *pract. c* 13. *n.* 4. *& c.* 14 *n.* 15 *&* 16. Menoch. *remed.* 3. *retin. n.* 571. *& cons.* 28. *n.* 28. Mascard. *de probat. concl.* 304. *n.* 29. *& concl.* 1243. *& conclus.* 1267. *num.* 2. Hieron. de Laurent. *Auenionen. decis.* 82 *n.* 1. Mench. *q. vsufrucq c.* 23. *n.* 13. *cum seq.* Mar. Anton. *var. res. lib* 1. *res.* 106 *n.* 7. 38. *&* 45. *& lib.* 2. *res.* 1. *n.* 7 Surd. *cons.* 577. *n.* 25. Cardos. *in praxi iudicum*, *& aduocat. verbo, res, à n.* 25. Brunor. à Sole *in locis communibus verbo, res,* 12. Cæs. Argel. *de legitimo contradict. q.* 7. *n.* 80. *& q.* 10. *n.* 264. Card. Tusch. *tom.* 6. *litera R. concl.* 264 *cum seqq.*

In gloss. *Necessaria*, ibi, *Sacramenta necessitatis sunt* 6
ista, Baptismus. Est enim Baptismus necessarius necessitate præcepti, vt est concors & communis SS. Patrum & doctorum omnium opinio apud Vasquez *p.* 3. *disp.* 149. *c.* 1 2. *& 3. & disp.* 172. *c.* 2. Valent. *tom.* 4. *disp.* 4 *q.* 3. *puncto* 4 Sayr. *de Sacram. in genere, lib.* 2. *c.* 8. *q.* 2. *art.* 1. Iacob. de Graffis *in aureis decis. p.* 2. *lib.* 2. *c.* 4. *n* 12. Barthol. ab Angelo *de Sacramento Baptismi*, §. 8. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib* 27. *n.* 7. Soar. *de Sacram disp.* 27. Nugn. *p.* 3. *q.* 68. *art.* 1. *&* 2. *& ibid.* Coninch. *dub* 1.

In ead. glos. ibi, *Confirmatio.* Aduertendum Sacra- 7
mentum Confirmationis necessarium non esse necessitate præcepti, in tantum quòd illud sponte omittens secluso contemptu, vel alia circunstantia non peccet mortaliter, quamvis enim Confirmatio tribuat vires, & robur ad profitendum & confitendum Fidem, nihilominus huiusmodi vires possunt per alia media obtineri, ita S. Thom. *n.* 65 *art.* 4. *& q.* 72. *art.* 2. Nugn. *ibid. art* 8. *dub.* 2. Victor. *de Confirm. conc.* 47. Viuald. *eod. verbo, c.* 5. *n.* 6 *&* 7. Petr. de Ledesma *in sum. p.* 1 *tit. de Confirmat. c* 8 *concl.* 1 *&* 2. Sayr. *de Sacram. in genere, lib* 6. *c.* 4. *q* 1. *circa med.* Valent. *tom.* 4. *disp.* 5. *tit.* 2. *puncto* 3. Chamer. *de Sacram. c. de Confirm. dub.* 4. Nau. *in man. c.* 22. *n.* 9. *vers.* 3.

In

8 In ead. gloss. ibi, *Pœnitentia.* Quòd Sacramentum Pœnitentiæ necessarium sit non solùm necessitate medij, verùm etiam præcepti, ex S. Thom. & aliis tradunt Bellarm. *de Pœnit. c.5.* Soar. *de Pœnit. disp.17. sect.2.n.13. & sect.5.n.2.* Vasq. *eod. tract. q.84. art.5. dub.unic.n.44.* Reginald. *in praxi fori pœnit.lib.28. n.40.* Coninch. *d.disp.5. de Pœnit dub.1.n.27.* Valent. *d.tom.4. disp.7.q.1.punct 6 assert.2. & q.9.punct 2.*

9 In ead. gloss. ibi, *Vnctio.* Aduerte Sacramentum extremæ Vnctionis non esse necessarium ad salutem, sicut nec necessariam esse Confirmationem suprà ostendimus, ita ex aliis Bonacina *de Sacram. disp.7.q. vnic.punct 1.n.1.*

10 In ead. gloss. ibi, *Corpus Christi.* Eucharistiam adultis saltem baptizatis necessariam esse ex præcepto non solùm Ecclesiastico, verùm etiam diuino affirmatiuo, resoluunt. Nau. *in manuali.c.21.n.57.* Chamer. *c.de Euchar. in princ.* Bonacina *d. tract.disp.4. q.1. punct 3.n.3.*

11 In ead. gloss. ibi, *Nam confiteri possunt cuicunque in necessitate, iuxta illud, Confitemini alterutrum peccata vestra.* Aduerte laicum non esse ministrum Sacramenti Pœnitentiæ, cùm careat potestate Ordinis & iurisdictionis; non obstat illud Iacobi 5. *Confitemini alterutrum peccata vestra*, quia secundùm aliquos intelligitur de confessione non sacramentali facta humiliationis gratia, quam confessionem non solùm coram Sacerdote, verùm etiam coram laico fieri posse tenent Sot. *in 4 dist 18 q 4. art.1.* Reginald. *in praxi fori pœniten lib.1.n.6.* Coninch. *de Sacram. disp.8. dub.1.n.6.* Onuphr. *de sigillo Confessionis, sect.3. q vnic. dub.5 vers. prima conclusio*, Bonacina *d.tract.disp.5.q.7. punct 1.n.2.*

SVMMARIVM.

1 *Transactio sicut super iure præsentandi, ita super annexo fieri non potest vt recedatur à lite intercedente aliqua temporalitate.*

2 *Simoniæ crimen incurritur vbi quis promittit aliquid vt patronorum voces consequatur.*

3 *Conditio facta inter patronum, & præsentatum inducit confidentiam.*

4 *Simonia committitur quoties patronus pro præsentatione, vel nominatione ad beneficium temporale commodum recipit.*

5 *Simoniaca est transactio in qua spirituale pro aliquo temporali remittitur.*

6 *Iuspatronatus est spiritualibus annexum.*

CAP Præterea. *j.* IX. *Luc.* III.

1 TRansactio super iure præsentandi, & illi annexo cum aliquo cummodo temporali est simoniaca. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabarell. Collectan. Bellam. Ioann. Andr. Imola, Innoc. Anania, Anchar. Butr. Panormit. Henric. Bald. Hostiens. Vinian. *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag.* 503. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.*177. remissiuè Ximen. *in concord. part.2.* refertur ab Anton. August. *collect.2. Decret. lib.1 tit.16. cap.4.*

Simoniaca pactio.] Dum text. dicit pactionem circa iuspatronatus de re temporali esse simoniacam, apertè probat in venditione iurispatronatus simoniam reperiri, provt in specie tradunt D. Thom.2.2. *q.100.art.4. & in 4.sentent.dist.25. quæst.5.* vbi Palud. *quæst.4. num.*29. Roch. *de iurepatron. verbo, vtile, quæst.3.num.7.* Lambertin. *lib.1.2.part.quæst.1. art.12. num 17. & quæst.4. art.3. & lib.3. quæst 9. art.6.* D. Antonin. *part.2. tit.1. cap.5. §.22.* Sylvest. *in sum. verbo, simonia, quæst.12.* Sot. *de iustit.lib.9. quæst.7. artic.1. cum seqq* Nauar. *in man. cap.23. num* 108. Pro quibus etiam facit, quia vbi ius aliquod Ecclesiasticum, seu potestas Ecclesiastica venditur, simonia resultat, & constat nihil aliud importare iuspatronatus quàm potestatem quandam, & ius ab Ecclesia datum ad præsentandum ministrum in beneficio vacante, quod quidem ius & potestas licèt ex gratia ab Ecclesia concederetur, & à laicis possideatur, non ideo minus Ecclesiasticum, seu ius spirituale est, & potestatem Ecclesiasticam continet, quemadmodum potestas eligendi Prælatum, iuxta text. *in cap. Sacrosancta, & in cap. Messana*, iuncto *cap.1. de elect.* quæ quidem potestas aliquando Principibus sæcularibus, & aliis laicis concessa fuit, iuxta text. *in cap. Adrianus, & in c.Synodo*, & quasi per totam 63. *dist.*

Nec contra prædictam sententiam facit, quòd vasa sacra spiritualibus antecedenter annexa esse dicuntur, vt docet Iurisconsultus *in l.sacra.§ 1 ff.de rerum diu f. & in §.sacræ Instit eodem*, quæ tamen vendi possunt absque crimine simoniæ, probat text. *in cap. ea enim 10. quæst.2. & in cap. aurum 11. q.2* fatetur D.Thom. *dicto art.4. ad secundam*, Sylvest. *loco citato.* Nauar. *cons.1. de rebus Ecclesiæ*; respondetur enim vasa sacra, & similia retinere naturam temporalem propter materiam, cui consecratio, seu benedictio adhæret, quæ quidem materia temporalis, quæ pretio æstimatur, efficit vt in illius venditione simonia non committatur, dummodo solùm materia æstimetur, & non ipsa ordinatio ad spiritualia, provt declarant supradicti; quæ quidem materia considerari non potest in iurepatronatus provt consistit in facultate præsentandi: & licèt text. *in d. c. aurum*, velit vt vasa sacra confringenda, & conflanda sint priusquam vendantur, obseruat D. Thom. *vbi suprà*, in quo videtur significare ante prædictam conflationem dari symoniam, nihilominus tamen id locum habet quando vasa sacra ad profanos vsus venduntur contra regulam, *quod semel, lib.6.* oportet enim vt illo modo amittant formam, qua amissa consecratio euanescat, vt sine indecentia à laicis tractari possint; secus verò si ad sacros vsus vendantur, tunc enim integra vendi possunt, quod idem est in sanctis Oleis obseruandum, si tanta sit materia, quæ pretio aliquo æstimari possit, nec pretium illius valorem excedat, vt bene aduertit Sot. *d.q.6 art.1.*

Nec similiter contra prædictam sententiam facit si dicatur quòd ius sepulturæ spiritualibus scilicet annexum est, vt fatetur *gl.1. in c.non satis, de sim.* & tamen absque simonia vendi potest, iuxta illud *Genes. c.23. & 25.* & attento vsu quotidiano propria sepultura in Ecclesia nonnisi pro certo aliquo temporali datur; satisfit enim si aduertas ius sepulturæ quatenus tale, puta in cœmeterio, vel alibi, similiter nunquam vendi posse, probat text. *in d.c.non satis, ad finem, & in car. penultim. de sepult.* Sed aliquando hoc fieri, quando aliquod temporale considerabile in illo reperitur, puta si fiat sepultura in capella, seu in alio loco honorifico, tunc enim non ratione sepulturæ, sed ratione illius rei temporalis, quæ considerabilis est, aliquod temporale admitti potest, provt intendit gloss. *verbo, sepultura, in d. cap.penult.* vel saltem ratione eleemosynæ, vt in aliquibus partibus fieri solitum mihi nuntiatum fuit.

Notatur hic text. ad hoc quòd simoniæ crimen incurritur vbi quis promittit aliquid vt patronorum

3 voces consequatur, vt per Dec. *cons.* 118. Et conditio facta inter patronum, & præsentatum inducit confidentiam, Flam. *de confident q* 28. *n.* 189. vbi *q.* 26 *n* 27.

4 cum Nauar. resoluit quòd mutans pecuniam ob præsentationem committit simoniam. Vnde Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 23. *n.* 367. resoluit committi simoniam quoties patronus pro præsentatione, vel nominatione ad beneficium Ecclesiasticum temporale commodum recipit, vide Roch. *de iure patron. verbo, ius, q.* 1. *n.* 4. *& verbo, vtile, q* 3. *n* 9. Rodoan. *de simon. p.* 3. *c.* 13. *n* 22 Soar. *de Relig. tom.* 1. *lib.* 4. *de simon c.* 28. *n.* 7. *& seq.* Vnde infertur præsentantem non posse ob præsentationem imponere onus præsentato, ad quod alias non teneatur, vt obliget præsentatum ad tuendum ius præsentantis, & ad litem pro ipso prosequendam, vt per Vgolin. *de simon. tab.* 1. *cap.* 49. §. 2. *n.* 5. Soar. *d. cap.* 28. *n.* 14. Filiuc. *tom* 3. *tract* 5. *cap.* 6. *q* 8. *num.* 13. resoluentes etiam non committere simoniam præsentantem, qui imposuit onus præsentato vt suam præsentationem prosequatur, alioquin liberum sit præsentanti alium præsentare, vel agere quod sibi bene visum fuerit, quia non imponit onus præsentato ad quod de iure non teneatur, nec præsentatus absolutè obligatur litem prosequi, sed sub conditione, si velit præsentationem suam vires habere.

5 Denique ex hoc text. illa vt plurimum deducitur conclusio quòd simoniaca est transactio in qua spirituale pro aliquo temporali remittitur, vel retinetur. Soar. *de Relig. tract.* 3. *lib.* 4. *c.* 51. *n.* 6. Valer. Reginald. *lib.* 23. *n.* 148.

6 In glos. *Nullam in addit.* ibi, *quia ius patronatus est spirituale.* Imò annexum spiritualibus, *cap quanto, inf. de iud. c.* vbi dicam, ita etiam præsentatio est annexa spiritualibus, Flamin. *d. q* 28. *n.* 191. *&* 188. probat committi simoniam etiam in annexis spiritualibus, de quo idem Flamin. *q.* 41. *n.* 25. Bonacin *de simon q.* 4. §. 1. *ex n.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Transigere non licet super spirituali subiectione.*
2 *Subiectus olim etiam hodie subiectus præsumitur.*
3 *Possessio vsque in præsentem continuata præsumitur.*
4 *Ecclesia matrix quæ, remissiuè.*

CAP. Præterea. *ij.* X.

Cœlest. III.

1 TRansactio super subiectione spirituali debita alicui, v.g. Ecclesiæ matrici, non valet, quia est simoniaca. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Innoc. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Bald. Ancharan. Panorm. Butr. Hostiens. Viuian. *in rationali primi libri iuris, Pontificij, pag* 503. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 177. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & Casal. *in annot.* refertur ab Ant. Augusti. *collect.* 2. *Decret. lib* 1. *tit.* 16. *c.* 5.

2 *Deferebant quæstionem olim*, &c] Notatur ad hoc quòd olim subiectus etiam hodie subiectus præsumitur, Alciat. *de præsumpt. reg.* 2. *præs.* 12. Mascard. *de probat concl.* 170. *n.* 12. Et olim possessor etiam hodie possessor præsumitur, Couar. *in c. Raynutius*, §. 11. *n.* 2. *de testament. & in reg. possessor, part.* 2, §. 1. *num* 2. *de regul. iur. lib.* 6. Et olim dominus etiam hodie dominus præsumitur. Alciat. *d. reg.* 2. *præs.* 20.

3 Notatur etiam ad hoc quòd possessio vsque in præsentem continuata præsumitur non solum quando per veram probationem constat allegantem olim possediisse, sed etiam vbi ex aduersarij confessione apparet de antiqua possessione, vt per Mascard. *de prob. concl* 1185. *n.* 17.

Ecclesia matrici.] De Ecclesia matrice vide Soar. *de religione, tract.* 3. *lib.* 1. *c.* 24. *n.* 2. *& lib.* 4. *de simonia, c.* 18. *n.* 11. & quæ dicatur Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 9. *cap.* 3. *in fine.* 4

SVMMARIVM.

1 *Iudex potest & debet se interponere pro transactione inter partes facienda, præterquam in casibus in quibus iura hoc non admittunt, vt super matrimonio.*
2 *Multitudo vbi deliquit mitius de pœna statuendum.*
3 *Iudex an & quando salua conscientia possit partes litigantes reducere ad concordiam, remissiuè.*
4 *Transactio super matrimonio non videt.*
5 *Matrimonium contrahitur etiam inter infideles, non tamen vt Sacramentum sed vt contractus.*
6 *Iudex potest pœnam mitiore ex bono, & æquo vbi causa aliqua id suadeat.*
7 *Æquitas seruanda in pœnis arbitrariis infligendis.*
8 *Pœna mutatio fit ex qualitate personarum.*
9 *Æquitas scripta debet præferri rigori iuris.*
10 *Absoluere potius debemus, quàm condemnare.*

CAP. Ex parte. XI. & fin.

Honor. III.

IVdex potest interponere suas partes ad transigendum vel componendum, exceptis casibus in quibus iura id non permittunt sine dispensatione, vt in matrimonio, sed in aliis, in quibus ius non reperitur expressum, & tunc declinare debet semper in mitiorem partem, provt personæ, causa, loca, & tempora petunt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anania, Panorm. Host. Anchar. Butr. Hentic. Mant. Cened. *Collect.* 70. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontif. p.* 504. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 177. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. 1

Multitudine.] Notatur ad hoc quòd multitudo vbi deliquit mitiùs de pœna statuendum, vt per Coriolan. Capucin. *de casibus reseru. part.* 2. *casu* 5. §. 9. *n.* 19. *p.* 721. Tiraq. *de pœnis temper. causa* 47. *à princ.* vbi *n.* 10. asserit hunc text. procedere in his casibus, in quibus habet locum dispensationis remedium, alioquin si locum habere non possit, non est aliquid à seueritate Canonica detrahendum propter multitudinem. 2

Poteris ad compendium interponere partes.] An & quando salua conscientia possit iudex partes litigantes reducere ad concordiam, vide Boër. *decis.* 149. Guillelm. Bened. *in cap. Raynutius, p.* 3. *in q. an occidere peccatores liceat, n.* 27. Ioan. Garc. *reg.* 251. Matiens. *in dialogo relatoris, p.* 2. *cap.* 1. *n.* 8. Afflict. *decis.* 13. *n.* 29. Perez *l.* 1. *tit* 8. *lib* 4. *Ordinam.* plures Doctores refert Cened. *ad Decretal. collect.* 70. *num.* 1. latè & eleganter Illustr. D. meum Roderic. à Cunha *in comment. ad cop. placuit. 9. ex num* 2 *vsque ad fin. dist.* 90. vbi decem conclusionibus totam materiam explicat, faciunt multa, quæ super hanc materiam adducit parens meus *in comment ad Ordin. Regiam Lusit lib* 3. *tit.* 20. §. 1. & ego ipse *de officio, & potest. Episcopi, part.* 3. *alleg.* 79. 3

Vipote

4 *Utpotè coniugij.*] Notatur ad hoc quòd transactio super matrimonio non valet, vt per Couar. *de sponsal. p. 2. c. 8. §. 12. n. 2.* Marpurg. *cons. 15. sub n. 291. vers. verum*, Perez *l. 1. gloss. 1. pag. 8. col. 2. vers. dubitatur etiam tit. 1. lib. 5. Ordin.* Bellet. *disquisit. cleric. p. 1. tit. de fauore cleric. reali, §. 2. n. 65.* Guttier. *canon. q. lib. 1. c. 17. n. 18* Sanch. *de matrim. lib. 2. disp. 14. n. 1. vers. 9.* Bernard. Græuæ. *ad practic. Camer. Imper. lib. 2 concl. 94. consid. 2.* Franc. Molin. *de ritu nupt lib 2. differ. 9. à n. 1.* vbi *n. 3* asserit cum Prod. *tract. de differ iuris Ciuilis, & Canon. n. 106.* de iure Ciuili; quo huius Sacramenti vis incognita erat, licitam fuisse causæ matrimonialis transactionem, Cened. *d. collect. 70. n. 1. in fine*, vbi cum Abb. *in præsenti n. 8.* intelligit, si aliquid contra vinculum matrimonij statuatur.

5 *Apud fideles, & infideles existat.* Matrimonium igitur contrahitur etiam inter infideles, non tamen vt Sacramentum, sed vt contractus, vide Couar. *de sponsal. p. 2. c. 6 §. 10. à n. 2 in fine*, Magdalen. *in tract. de num testium, p. 1. c. 3. n. 257.* Guttier. *Canon. q. lib. 1. c. 17. n. 10.* Viuald. *in candelabro aureo tit. de matrim. à n. 215.* Mozz. *de contract. tit. de matrim. c. qui possint contrahere matrimonium, n. 25.* Matiens. *ad tit. 1. in rub. gloss. 1. n 78. lib. 5 nouæ recop.* Cened. *d. collect. 70. n. 2.* Franch. Molin. *d. lib. 2. differ. 13. à n. 7.* & dicam latiùs *ad c. gaudemus, n. 3. de diuort.*

6 *Cum his verò*, &c.] Notatur ad hoc quòd iudex potest pœnam minuere ex bono & æquo, vbi causa aliqua id suadeat, ac vt ipse arbitratus fuerit mitiorem infligere, Couar. *lib. 2. var. c. 9. n. 8.* Tiraq. *de pœnis temper. in præfat. n. 16 & 32.* Nau. *in rub. de iudic. n. 99.* Ioseph. Ludou. *Lucensi decis. 15. n. 58.* Farin. *in praxi crim. p. 1 q. 17 n. 7.* Aldrete *de religiosa disciplina tuenda, lib. 2 c. 10. n. 5.* latè Coriolan. *d. casu 5. §. 8 à n. 16.* vbi declarat Illustr. D. meus Roder. à Cunha *in comm. ad c. si vir. 3. n. 3. dist. 27.*

7 *Æquitate seruata.*] Notari solet ad hoc quòd quando in aliquo casu particulari deficit lex scripta, est recurrendum ad æquitatem, & sensum naturalem, de quo Vide Tiraq. *in tract. cessante causa, limit. 1 n 78.* Gambar. *de offic. & potest. legati de latere, lib. 10. ex n. 17.* Mex. *in tract. taxæ panis, concl. 1. ex n. 95.* Menoch. *cons. 202. ex n 1.* Cen. *d. collect. 70. n. 3.* Franc. de Sousa *de largitione numerum, fundam 2. n. 18.* Licèt autem in imponendis pœnis arbitrariis sit æquitas à iudicibus amplectenda, ea tamen non à capite, nec imaginaria esse debet, sed à iure regulanda, Coriolan. *d. casu 5 §. 8 n. 11. pag. 702.*

8 *Secundùm quod personas*, &c.] Notatur ad hoc quòd ex qualitate personarum fit pœnæ mutatio, Tiraq. *de nobilit. cap. 20. num. 108.* Couar. *lib. 2. var. c. 9. n. 3. ad finem.*

9 In gloss. *Æquitate*, ibi, *sed potest intelligere illud de æquitate scripta, quæ debet præferri rigori iuris.* Vide Hyppol. *sing. 685* Bernard. *reg. 245.* Cou. *in reg possessor, p. 2. §. 6. à n. 2.* Thom. de Thomas. *reg. 17.* Tiraq. *de retract. lig. §. 35 gloss. 1. n 4* Strach. *de mercat tit quomodo procedendum in causa mercaturæ, n. 4.* Donel. *com. iuris Ciuilis, lib. 23. c. 2.* Valasc. *de iure emphyt. q. 5. n. 4.* Sarm. *lib. 3. select. c. 8. n. 4. ad fin.* Fachin. *lib. 1. controu. c. 3. & lib. 11. c. 3.* Morla *in emporio iuris, p. 1. tit. 1. q. 11.* Anton. Monach. *Lucensi decis. 68. n. 35 & Bononien. decis. 19. n. 3. & Florent. decis. 70. n. 31.* Bertaz. *in repet. l. si quis maior, n. 32. C. de transact.* Rendina *in promptuar. recept. sentent. tom. 1 tit. 100 n. 11.* metipsum *in tract. Axiom. iuris vsuf. Axiom. 15 n. 1.*

10 In gloss. *In humaniorem*, ibi, *Semper debemus promptiores esse ad absoluendum quam ad condemnandum.* Vide Couar. *var. lib 1 c. 1 n 2 vers. quarto*, Mex. *in tract. taxæ panis, concl. 1. n. 171.* Ant. Monach. *Florent. decis. 36. n. 2.* Card. Tusch. *tom. 1 lit. A. concl. 41. n. 1.* metipsum *Axiom. 1. n. 9. cum seqq.*

De Postulando.

TIT. XXXVII.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Panormit. Butr. Guillelm. Durand. *in breuiario aureo iuris, Canonici, fol. 39.* Ioann. de Londris *in breuiario sanctorum Canonum, fol. 165 verso*, Petr. de Rauenna *in compendio iuris Canonici*, Martin. Mesnart. *in epitome Decretalium, fol. 42.* Dan. Venator *in analysi methodica iuris Pontificij, à pag. 121.* Goffred. & Host. *in summa huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretalium*, Barth. Carthag. *in exposit. titulorum iuris Can.* nouissimè Ioan. Honor. *lib. 1. sum. in Decret.* omnes *sub hoc tit.*

De materia huius tit. agit Alex. Trentacinq. *var. resol. lib. 2. tit. de postulando.* De aduocatis multa congerunt Adrian. Pulæ. *inoratione de aduocatorum priuilegiis*, Tiraq. *de nobilit. c. 29 à prine.* Cassan. *in catalogo gloriæ mundi, p. 1. consid. 28* Roland. *cons. 36. vol. 3.* Perez *l. 1. tit. 19. lib. 2. Ordin. pag. 399 & l 2. pag. 402 & l. 2. tit. 4. lib. 3. pag. 561.* Donel. *com. iuris Ciuilis lib. 18. c. 3.* Azeued. *ad tit. 16. lib. 2. nouæ recop pag 176.* Ioan. Garc. *d. nobilit gloss. 35 n. 11. cum seqq.* Fr. Emman. *in sum. p. 1. c. 1.* Sayr. *in claui Regia lib. 12. c. 12.* Bobadil. *in sua politica, lib. 3. c. 14. n. 56 cum seqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. tom 2. lib. 25. c. 45. n. 661. cum eqq.* Cened. *ad Decretum collect 28.* De Aduocati officio tractatum edidit Lancel. Polit. *tom. 3 tract. Doctor. p. 1. fol. 367.* & de Aduocato, & causidico Christiano Ioan. Petrus Aloë.

SVMMARIVM.

1 *Aduocare non potest in foro seculari clericus in Sacris, vel in minoribus, nisi pro se, vel pro sua Ecclesia vel pro miserabilibus personis*, & num. 2.

3 *Aduocare possunt Clerici si stipendia non habeant Ecclesiastica, aut patrimonium, quo sustententur*, & n. 4.

5 *Aduocare potest Clericus coram iudice Ecclesiastico, in foro Ecclesiastico, & in Curia Romana.*

6 *Aduocare potest Clericus in foro seculari in vno negotio, quo expedito poterit aliud assumere.*

CAP. Clerici. I. *Ex Concil. Lateranen.*

CLerici in maioribus, vel minoribus si sustentantur stipendiis Ecclesiæ non possunt esse Aduocati coram sæculari iudice in negotiis sæcularibus, nisi prosequatur propriam causam, vel suæ Ecclesiæ, vel pro personis miserabilibus, quæ proprias causas tractare non possunt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Bald. Imola, Butr. Panorm. Innoc. Hostiens. Ancharan. Henric.

Henric. Cen. *collect.* 19. Viu. *in rationali primi libri iuris Pontificij*, *pag.* 505. Alagona *in compendio iuris Canonici*, *pag.* 178. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. desumitur ex Concil. Lateran. sub Alex. III. *cap.* 12. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 1. *tit.* 28. *c.* 1.

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt *l.* 58. *tit.* 6. *p.* 1. *& l.* 10. *tit.* 3. *lib* 1. *nouæ recop. & lib.* 5. *tit.* 16. *lib* 2. *etiam nouæ recop. Ordin. Regia Lusit. lib.* 3. *tit.* 28. § 1. vbi parens meus, Albert. Troc. *de vero & perfecto clerico*, *lib* 2. *c.* 54. *n.* 3. Salzed. ad Bernard. *in pract. c.* 66. *lit. A. in nouiss. edit.* Fr. Emman. *in sum. p.* 1. *c.* 1. Cened. *ad Decretal. collect.* 19. *à n.* 1. Donel. *comm. iuris Ciuilis*, *lib.* 18. *c.* 3. *col.* 8. *vers. dicimus*, Franc. Vivian. *decis.* 141. *n.* 4 *&* 5. Renat. Chopin. *de sacra politica*, *lib.* 2. *tit.* 7. *n.* 21. Camill. Borrell. *in summa omnium decis. tit.* 66. *n.* 69. *&* 70 *&* *tit.* 65. *de aduocatis*, *à n.* 126. *cum seqq.* Gonzal. *ad reg* 8. *Cancel. gloss.* 2 *n.* 28 *& seq.* Ceual. *com. contra com. q.* 404. *n.* 2. Sayr. *in claui Regia*, *lib* 12 *c.* 22. *n.* 2. *& seqq.* Padil. *in summa legum pœnalium*, *p.* 2. *casu* 51. *casu* 5. Marta *de iurisdict. p.* 4. *casu* 116. *n.* 14. Farinac. *fragment. crimin. p.* 1. *verbo*, *clericus*, *n.* 186. *cum seqq.* Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 7. *c.* 14. *vers. item beneficiario*, Leon. *in thesauro fori Ecclesiast p.* 3. *c.* 4. *n.* 19. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 57. *à n.* 22. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib* 25. *n.* 664. *cum seqq* Paul. Bert. Lucens. *in praxi crim. Regularium*, *tit* 4 *c.* 15. *n.* 9. Curia Philip. *part.* 1. *§.* 2. *n.* 16. Cardos. *in praxi iudicum*, *verbo*, *clericus*, *n.* 111 *cum seqq.* latè Bellet. *disquisit. cleric. p.* 1. *tit. de disciplina clerical.* §. 27. *per totum.*

3 *Si stipendiis Ecclesiasticis sustententur.*] Ergo à contrario sensu clerici in minoribus si stipendia non habeant Ecclesiastica, possunt aduocare, vt per *glos. hic verbo*, *stipendiis*, Iacob. de Graffis *in aureis decis. p* 2. *lib.* 3. *c.* 2. *n.* 15. *&* 19. Perez *l.* 22. *verbo*, *in abogado*, *tit.* 3. *lib.* 1. *Ordinam.* Azeued. *l.* 15. *tit.* 16. *l.* 7 *nouæ recop. pag. mihi* 192. Salzed. *d. c.* 66. *vers. octauo.* Bellet. *d.* §. 27. *n.* 3 *vers. primo.*

4 Notatur etiam à contrario sensu quòd clericus in sacris Ordinibus constitutus, si non habeat beneficium Ecclesiasticum, aut patrimonium, quo sustentetur, potest aduocare absque aliqua dispensatione, Host. *hic n.* 3. *&* 8. Abb. *n* 4. Butr. *n.* 15. Redoan. *de spol. Eccles. q.* 8 §. *deueniendo*, *à n.* 48 Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel gloss* 2. *à n.* 28. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 57. *à n.* 22. Leon. *d. c.* 4. *n.* 20. *quia* si id licet sibi pro pauperibus, & miserabilibus personis, vt illarum necessitati subueniat, multò magis erit illi licitum, & honestum, vt propriæ necessitati, & egestati consulat, nam charitas bene ordinata incipit à se ipso, *l. præses*, *C de seruit cum simil.*

5 *Coram sæculari iudice.*] Ergo bene poterit coram Ecclesiastico, & in foro Ecclesiastico, vt per Abb. *hic n.* 3. *&* *in c.* 1 *n.* 3. *infra ne clerici vel non. &* *in c. cùm essent*, *n* 2. *de testam.* Federic. de Senis *cons.* 70. *n.* 1. Et in Curia Rom. vbi consuetudine receptum est, vt non solùm suo nomine quisque clericus litiget, sed alieno, Vestr. *in pract. lib* 3. *c.* 4. *n* 4. Maiol. *de irregul. lib* 5. *c.* 19. *n.* 4. Salzed. *d c* 66. *vers* 9. Fr. Emman. *d c* 1. *ad fin.* Beller. *d.* § 27. *n.* 7. *vers. septimò*, Stephan. Gratian. *d. c.* 57. *n.* 38.

6 *In negotiis sæcularibus.*] Ergo in vno negotio potest aduocare, quo expedito poterit aliud assumere, Archid. *in c. peruenit* 86 *dist.* Greg. Lop. *l.* 5 *verbo otiosi*, *tit.* 5. *p.* 3 Ang. *verbo*, *Aduocatus*, *n.* 9 Abb. *in cap. per venerabilem*, *n.* 6. *qui filij sint. leg.* Felin. *in c. cum I. & A. n* 12 *vers. secundò considera*, *de sent. & re iudic.* Iafred. Lanfrand. *decis* 112. *incip. cleric.* Rom. *sing.* 272. post Feder. de Senis, & Dec. Bellet. *d.* §. 27. *num.* 7. *vers. sexto*, Farin. *fragment. crim. part* 1. *verbo*, *clericus*, *num.* 192. Camill. Borrell. *in summ. omnium decis. tit.* 66. *de procurat. n.* 72. Leon. *d. cap.* 4. *numero* 19. *vers fallit secundò*, Fulu. Pacian. *cons.* 162. *num.* 210. *&* *num.* 216. Christoph. de Pace *ad leges styli l.* 6. *schol. vnic. num.* 7.

SVMMARIVM.

1 *Canonici Regulares postulare non possunt sicut Monachi*, *nisi pro vtilitate Ecclesiæ*, *vel sui Monasterij*, *& de præcepto Abbatis.*

2 *Monachi pro Monasterio aduocare non possunt*, *nisi de licentia Abbatis*, *& exposcente Monasterij vtilitate*, *vel paupertate*, *vel pro amicis Monasterij.*

CAP. Ex Parte. II.

IVra quæ prohibent Monachos aduocare, intelli- 1
guntur etiam de Canonicis Regularibus, & sic nõ possunt etiam in negotiis Ecclesiasticis nisi vtilitas monasterij cum mandato Abbatis hoc postulet. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Collect. Zabar. Innoc. Bellam. Ioan Andr. Anan. Butr. Ancharan. Hostiens. Panormit. Bald. Henric. Boich. Imola, Viuian. *in rationali primi libri iur. Pontif pag.* 506. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 178. remissiuè Ximen. *in concord p.* 1.

Collige ex text. Monachos pro Monasterio aduo- 2
care non posse, nisi de licentia Abbatis, & exposcente Monasterij vtilitate, *c. Monachi à monasterio* 16 *q* 1. Abb. *hic n* 2. Innoc. *in c. cum* I. *& A. num.* 1. *& 2. de sent. & re iudic.* Rom. *sing.* 283. Nauar. *comment.* 2. *de Regul num* 66. *&* *comm.* 2. *num* 40. *cum seqq.* latè Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 3. *à princip.* Salzed. ad Bernard. *in pract. cap.* 66. *litera A. vers. secundò.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 2. *num.* 33. Sayr. *in claui Reg lib.* 12. *cap.* 21. *numero* 4. Stephan. Gratian. *discept forens. cap.* 57 *n* 24. Cardos. *in praxi iudicum*, *& Aduocat. verbo Regulares*, *n.* 37. Bellet. *disquisit. cleric. p.* 1. *tit. de disciplina clerical.* § 27. *num.* 4. Don. Christoph. de Pace *ad l.* 6. *stili n* 8. Et multò magis data Monasterij paupertate, Felin. *in d. cap. cùm I. & A. num.* 2. Abb. *hic num.* 1. Salzed. *vbi proximè*, qui referunt Abbatem Lupum Monachos suos aluisse ex lucro suæ aduocationis. Quinimo etiam pro amicis Monasterij, Innoc. *d. cap. cùm I. & A.* & *ibi* Felin. *num.* 11. *&* 12. Nauar. *d. comm.* 2. *num* 63. Sayr. *d. cap* 22. *num* 5. Salzed. *d. vers* 2. *in fin.* vbi dicit permissum esse Monacho in causis ciuilibus pro alio coram sæculari postulare, dummodo Prælati sui facultas interueniat, quæ tunc concedenda est cum magna Monasterij necessitas, vel grandis eius commoditas, vel miseria alicuius, vel gratitudo ei debita, vel alia iustissima causa arbitrio Prælati iudicanda, interueniat, non verò cùm auaritia, vel ambitio id suaserit, Tiraq. *de pœnis temper causa* 22. *n.* 40. Bellet *d* §. 27. *n.* 5. & ita duplex conditio requiritur, ne sufficit alterutram contingere, nempè Superioris licentia, & vtilitas Monasterij, Guil. Redoan. *de spoliis cleric q* 2. *n.* 27. Fulu. Pacian. *cons.* 161. *n.* 192. *&* 193 Sayr. *d c* 22 *n.* 5 Sanch. *c.* 12. *numero* 3. vbi *n* 4. aduertit quòd si altera ex his conditionibus deficiat, nec in foro sæculari, nec Ecclesiastico integrum est Religiosis Aduocati, vel procuratoris munus obire, & *n* 5 dicit non sat esse licentiam petitam nisi obtineatur, & *n.* 8. quod potest hanc licentiã cõcedere

cedere Superior immediatus religionis,& *n.* 9. asserit nullo pacto sufficere, nec esse necessariam licentiam Episcopi nisi Monasterium ipsi subesset, & *n.* 27. probabilius reputat sufficere vtilitatem indirectam Monasterij indigentis ad magnam paupertatem subleuandam, & æs alienum soluendum,vt Religiosus id munus obeat.

Monachorum appellatione venire Canonicos Regulares in hac materia resoluunt Ghisler. *de iudic. Regul. c.*13.*n.*5.Ludou.à Sarauia *de iurisdict.Adiunctorum q.*12.*n.*15.

SVMMARIVM.

1 *Clericus in quibus casibus possit esse Aduocatus, & qualiter vt ingratus possit priuari beneficio, ostenditur.*
2 *Clericus potest aduocare pro personis coniunctis in casu necessitatis.*
3 *Coniuncti nomine veniunt coniuncti coniunctione spirituali, & amici.*
4 *Miserabilis dicitur quasi miseriæ habilis.*
5 *Miserabilis persona quæ dicatur relinquitur arbitrio iudicis.*
6 *Clericus potest domi iuris allegationes conficere, & consilium etiam in scriptis potentibus dare.*
7 *Aduocare prohibetur non prohibetur in Camera consulere.*
8 *Clericus non potest esse Aduocatus contra Ecclesiam in qua habet beneficium.*
9 *Monachus de licentia Abbatis potest esse procurator patroni, vel amici Monasterij.*
10 *Aduocatus salariatus à duobus sibi inuicem in vna lite contrariis, tenetur aduocare pro illo, qui sibi prius salarium constituit.*
11 *Donatio propter ingratitudinem reuocatur.*

CAP. Cùm Sacerdotis. III. & fin.

Gregor. IX.

1 SAcerdos non potest aduocare nisi pro se ipso, vel Ecclesia sua,vel in necessitate, pro coniunctis,vel miserabilibus. Item clericus, qui præsumit esse Aduocatus vel procurator contra Ecclesiam à qua beneficium habet, tanquam ingratus potest priuari beneficio,præsertim si sit clericus eiusdem Ecclesiæ. Colligunt ex Ordin.Abb.antiq. Innoc. Collect.Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Panorm. Host. Anchar.Butr.Henric.Viuian.*in rationali primi libri iuris Pontificij, pag.*406.Alagona *in compend. iuris Canon. pag.*178.remissiuè Ximen.*in concord.p.*1.*&* 2.

2 *Pro personis coniunctis.*] Notatur ad hoc quòd pro personis coniunctis in casu necessitatis potest clericus aduocare,vt per Abb. *in cap.nostra, n.*1.vbi etiam Ioan.Andr.*de procurat.* Bellet.*disquisit.clerical.p.*1 *tit.de disciplina clerical.*§.27.*n.*6. *vers.quarto,* vbi cum Abb.

3 *hic n.*4. resoluit appellatione personarum coniunctarum venire etiam coniunctos coniunctione spirituali, vt sunt canonici eiusdem Ecclesiæ & Azor. *instit. moral.p.*2.*lib.*7.*c.*14. *vers. item beneficiario,* vbi quærit vsque ad quem gradum coniuncti dicantur. Et quòd sub his verbis intelligantur amici, Tiraq. *de pœnis temper.c.*22.*n.*39. Illustr.Roder.à Cunha *in commentar. ad cap. perlatum n.*2.*dist.*88.

4 *Aut mirabilibus*] Miserabilis dicitur quasi miseriæ habilis, Rebuff. *tom.* 1. *ad leges Galliæ, tract. de prouis.art* 3.*gloss.vltim. num.*15. *vers.vltimò miserabiles,* Sigism. Scac. *de appellation.q.*7. *num.*138. vbi etiam tenet miserabilem personam dici omnem, cuius natura mouet nos ad miserandum propter fortunæ iniuriam, & quæ dicatur relinquitur arbitrio iudicis, 5
Greg.*l.*48.*in gloss.magna,post med.tit.*6.*p.*1. Perez *l.*13. *tit.*3.*lib.*2. *&* *l.*1.*tit.*1 *lib.*3. *Ordin.* Menoch. *de arbitr. casu* 66.*&* *cons.*479. *n.*5. Cabed. *Lusit.dec.*54. *n.*8. *& Aresto* 32.*p.*1.Flamin.*de resignat.lib.*5.*q* 6 *n.*139.remissiuè Azeued. *l.*9. *n.*12. *tit.*3. *lib.*4. *nouæ recop.* Couar. *pract.c* 6.*n.*3. D Barbosa *l.*1 *ff. soluto matrim.p.*1. *n.*50. Bobadil.*in sua politica,lib.*3.*c.*14.*n.*75. Alexand. Trentacinq.*var resolut lib* 2.*tit.de citat.resol.*2.*n.*25.Farin.*in nouissim.decis.*862.*n.*10. Castil.*quotid.lib.*3.*cap.*25.*n.*18. Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib.*1. *conclus.*1. *consider.*1. *num.*2. Sigismund. Scacc. *d.q.*7. *num.*138.

Postulare.] Aduertas quòd licet clericus non possit 6
postulare, potest tamen domi allegationes iuris conficere,& consilium etiam in scriptis petentibus dare. Alciat.*responso* 91.*num* 4. Salzed. ad Bernard. *in pract. cap.*66.*vers sexto,* Cabed. *Lusit.decis.*214 *n.*14.*part.*1. Marc. Anton.Genuens.*in practicalib. Ecclesiast.q.*626. Bellet *d.*§.27 *num.*10. Nam prohibitus aduocare non 7
prohibetur in Camera consulere, nouissimè Sanch. *in præcepta Decalogi tom.*2. *lib.*6. *c.*13. *n.*32. Hortens. Caluacan. *de brachio Regio part.* 6. *cap.* 13. *num.* 406. *casu quarto,*Abb.*in rub. huius tit.n.*1. Alciat.*respons.*30. *n*22.*vol.*1. Cardos. *in praxi iudicum, verbo, procurator, num.*101. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 39. *à num.* 4. Bellet. *d.* §.27. *num.* 11. hinc mulieres licèt prohibeantur postulare, *l.* 1. §. *sexum, ff. hoc tit.* possunt tamen in Camera consulere, Tiraq. *ad lib.*11. *connub.n.*28.

Clericus autem,qui contra Ecclesiam, &c.] Notatur 8
ad hoc quòd clericus non potest esse Aduocatus contra Ecclesiam, in qua habet beneficium, alioquin perdit illud, Specul. *tit. de Aduocatis,* §.1. *num.*16.*in fine, &* 17. refert nouissimè D.Ioan. Anton.Massobr. Alexandrinæ Eccles. Primicerius *in sua praxi habendi concursum ad vacantes Parochiales Ecclesias, prælud.* 1. *num.*34. Bellet. *d.*§.27. *num.*15.vbi *num.*22.post alios quos refert, dicit quòd si litigent duæ Ecclesiæ in quibus clericus est beneficiatus, laudabile solùm est quòd talis clericus neutri Ecclesiæ assistat,assumendo officium Aduocati, si autem esset Prælatus in vna Ecclesia, & in alia haberet beneficium simplex,tunc potest pro Ecclesia in qua est Prælatus contra aliam stare.

Pro extraneis.]Aduerte posse Monachum de licen- 9
tia Abbatis esse procuratorem patroni, vel amici Monasterij, Innoc. *in cap.cùm I. & A. de re iud.* receptus, vt per Nauar.*comment.*2.*de Regularib. num.*66. Tiraq. *de pœnis temp. c.*22. *n.*39. Sayr. *in clavi Regia, lib.*12.*c.*22.*n.*5.

In gloss. *Contra Ecclesiam,* ibi, *sed si habet clericus* 10
beneficia in pluribus Ecclesiis, &c. Conducit ad illam quæstionem, vtrùm Aduocatus, qui à duobus accipit quolibet anno aliquod salarium pro patrocinio præstando in causis suis, si in lite vnà sint inuicem contrarij,teneatur cuilibet illorum patrocinium præstare ? in qua communior opinio est teneri Aduocatum adiuuare illum, qui priùs salarium sibi constituit,& alteri aduersùs quam litigat suis expensis alterum Aduocatum æquè idoneum præstare, vel quantitatem salarij soluere,de quo vide Rol.*cons.*44.*n.*24. *vol.*2.Alex.*cons.*118.*n.*15.*&* 16.*vol.*5. Rebuff.*ad l.*52. *ff. de verb signific.pag.*268. Azened. *ad l.*18.*tit.*16.*lib.*2. *nouæ recop.* Carrasc.*in explicas. ad aliquas leges recop. cap.*10.*n.*31.*&* 32.

In

In ead gloss. ibi, *& donatio propter ingratitudinem revocatur.* Dicam *ad l. vlt. C. de revocan. donation.* interim vide Doctores citatos à D. meo *in commentar. ad Ordinat. Regiam Lusitan. lib. 4. tit. 63. in princ. n. 2.*

De Procuratoribus.

TIT. XXXVIII.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Bald. Panormitan. Dec. Butr. Anchar. Mantua, Bernard Compostel. *in breuiario iuris Canonici*, Guillelm. Durand. *in breuiario aureo fol.* Ioann. de Londris *in breuiario sanctorum Canonum, fol. 165. verso*, Petr. de Rauenna *in compendio iuris Canonici*, Martin. Mesnart *in epitome Decretalium, fol. 38.* Dan. Venator *in analysi methodica iuris Pontificij, à pag. 126.* Goffred. & Hostiens. *in summa huius titul.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretalium.* Barthol. Carthag. *in expos. titulorum iuris Canonic.* Lancel. *in instit. Canon.* Canis. *in summ. iuris Canonic.* nouissimè Ioan Honor. *lib. 1 sum. in Decret.* Cafarel. *in erotem. iur. Canon.* omnes *sub hoc tit.*

De materia huius tit. vide Guillelm. Durand. *in speculo iuris, lib. 1 partic 3. sub tit. de procuratore*, apud Hispanos *tit. 5. part 2.* Kirchou. Viu. & alios *tom. 1. commun. opin. lib. 2. tit 9.* Donell. *comment. iuris Ciuilis, lib. 18. c. 11.* Alexand. Trentacinq *var resol. lib. 2. tit. de procuratorib.* Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. conuent. lib. 7. tit. 1. cum seqq.* Rendina *in promptuario recept. sentent. tom. 1. tit 94.* De Procuratoris substantialibus integrum tractatum edidit Ioan. de Grassis *tom. 3. tract. Doctorum, part. 1. fol. 366.* & de procuratoris, ac defensoris potestate in causis criminalibus, Ioan. Ant. Rubeis *tom. 11. part. 1. fol. 201.*

SVMMARIVM.

1 *Procurator alterius debet habere mandatum legaliter factum.*
2 *Mandatum nisi ostendatur non auditur quis tanquam alterius procurator, etiamsi Notarius dicat se vidisse, & scripsisse.*
3 *Instrumentum producens in iudicio tanquam procurator præsumitur, in eo procurator vt admittatur.*
4 *Instrumentum procuratorium ex remota regione allatum habens debitam, & publicam formam præsumitur à Notario confectum, & fidem facit.*
5 *Procurator cum cautione de rato admittitur vbi dubitatur de mandato.*
6 *Mandatum procuratorium per testes probari potest.*
7 *Coniunctæ personæ quæ dicantur, remissiuè.*
8 *Clericus pro alio sine mandato admittitur.*

CAP. Alia. I. *Greg.*

1 PRocurator alterius debet habere mandatum legaliter factum subscriptum à testibus, aliter non auditur, & quicquid per eum fit non valet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Io. Andr. Imola, Anania, Hostiens. Butr. Bald. Anchar. Mantua, Panorm. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag. 508.* Alagona *in compendio iuris Canonici, pag. 179.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p 1 & 2.* desumitur ex *lib. 11. epist. 11.* sine *13. cap 13. registri* B. Gregorij refertur ab Ant. August. *collect. 1. Decret. lib. 1. tit 19. c 1.*

Collige ex text. non audiri quem tanquam alterius procuratorem nisi mandatum ostendat, *l. de pupillo, §. qui procuratorio. ff. de noui operis nunt. l. si quis inficiatus*, vbi Bart. *ff. depositi*, Tiraq. *de retract. lig. §. 1. gloss. 10. n. 90. & 91. & §. 36. gloss. n. 4.* Soar. de Pace *in practica fol. 10. n. 13.* quia mandatum procuratorium non præsumitur, Flamin. *de resign. lib. 9. q. 21.* Card. Mant. *de tacitis, & ambig. conuent. l. 7. tit 4.* etiam ex diuturnitate temporis per mille annos, Menoch. *de præs. l. 2. q. 33. n. 14. & c nf. 1. n. 78. cum seqq. & cons. 148. n. 34. cum seqq.* Mascard. *de prob. concl. 1004. n. 41* Flam. *d. lib. 9. q. 8.* Card. Mantic. *d. tit. 4. n. 13.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. decis. 55. n. 3. in 1. edit. & resol. 52. in 2. edit.* Mench. *frequent. q. cap. 16. n. 11. & illustrium, cap. 62. num. 7.* Camill. Borrell. *in summa omnium decis. tit 66. num 85.* Et etiamsi notarius dicat se vidisse, & scripsisse, Cassan. *in consuet. Burgund. rub. 4. §. 5. n. 5* Anil. *ad c. 15 Prætorum, n. 24. vers. in tantum*, Card. Mantic. *d. tit. 4 n. 6.* 2

Veruntamen si quis compareat in iudicio tanquam procurator, & producat instrumentum, præsumitur in eo procurator vt admittatur, saltem verò cum cautione si dubitetur, Menoch. *frequent. cap. 16. num, 3.* Kirchou. *tom. 1. commun. opin. lib. 2. tit 8. n. 45. pag. 318.* 3

Cum mandato legaliter facto, &c.] Aduerte quòd instrumentum procuratorium ex remota regione allatum habens debitam & publicam formam, à Notario confectum præsumitur, & fidem facit, de quo vide Hyppol. *in l. si quis ne quæstio, n. 138. cum seqq. ff. de quæst.* Greg. Lop. *l. 21. tit. 5. p. 3.* Boër. *dec. 154. à n. 3.* Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præs. 78. n. 10.* Mascard. *de prob. concl. 1005. n. 19. & concl. 1092. n 12.* Soar. *tom. 1. commun. opin. lib 2. tit. 8. n. 51 pag 318.* Vbi Viu. *d. lib. 14. tit 11. n. 72. vers. caterum, pag. 550.* & sufficit recognitio aliorum tabellionum si dubitetur, Azeued. *l. 1. num. 138. tit. 21. lib. 4. nouæ recop.* Ranchin. *part. 5. concl 384.* Palador. *lib. 2. rerum quotid. cap. fin. §. 11. num. 17.* 4

In gloss. *Potioribus*, ibi, *hæc satisdatio danda est quando de mandato dubitatur.* Notatur ad hoc quòd admittitur procurator cum cautione vbi dubitatur de mandato, Ias. *in l. iusiurandum, quod ex conuentione, §. procurator, n 6. ff. de iureiur.* Mench. *frequent. c. 16. num 3.* Kirchou. *tom. 1. communium opin. lib. 2. tit. 8. n. 45.* vbi *n. 79.* an dubitetur de mandato quando acta causæ, & iura reperiuntur penes aliquem, Hypp. *sing. 170.* 5

In ead. gloss. ibi, *per testes.* Ergo mandatum procuratorium per testes probari potest, Villal. b. & Vezin. *d. tom 1. communium opin. lib. 2. tit. 8. num. 43. pag. 318.* Perez *l. 1. tit. 4 lib. 3. Ordin. pag. 318.* Soar. de Pace *in pract. initio annot. 4. num. 11.* Mench. *d. cap. 16. num 6.* Mascard. *conclus. 1010.* Cardos. *in praxi iudicum, & Aduocat verbo, procurator, num. 8.* Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. conuent. lib. 7. tit. 3. num. 26.* 6

In ead. gloss. ibi, *Inter coniunctas personas* Quæ dicantur personæ coniunctæ differit Menoch. *de arbitr. casu 146. num. 8.* Et vsque ad quem gradum coniuncti dicantur, Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 14 vers. item beneficiario*, & quando coniuncti pro alio coniuncto sine mandato sint admittendi, vide Aloys. Ricc. *in collect. decis. part. 4. collect 736.* Vult hæc gloss. admitti clericum pro alio sine mandato, inxta *l. sed hæ, ff. hoc tit.* similis *gloss. vlt. in fin. in cap. vlt.* 7

vlt. infr. hoc tit. gloss. 1. in c. vlt. sup de postulando, per text. *in c. non liceat* 12 q 2. Contrarium tamen verius est, vt tenet *gloss. in c. cùm M. de constit.* vbi Abb. & Felin. *n.* 11. & faciunt tradita per Tiraq. *in l. si vnquam, C. de reuocandis donat. verbo susceperit, n.* 35. Non obstat *d. l. sed & hæ*, quia loquitur in consanguineis, & non est extendenda ad coniunctionem spiritualem, quæ est inter clericos. Nec etiam obstat *d. c. non liceat*, qua agit de recuperatione rerum Ecclesiæ, quæ malè fuerunt alienatæ, quo casu quilibet admittitur sine mandato, iuxta text. *in cap. si quis presbyterorum, de rebus Eccles. non alien.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia etiam expensarum condemnatoria lata contra absentem ex probabili causa legitimè per nuntium excusatum non valet.*
2 *Sententia lata contra impeditum ex probabili causa non valet.*
3 *Procuratorem constituere non compellitur quis in arduis causis, secus in leuibus.*
4 *Infirmitas non solùm sua, sed etiam suorum pariter excusat.*
5 *Protestatio non est necessaria vbi impeditus non facit id ad quod tenebatur.*
6 *Procuratorem constituere ad causas non compellitur legitimè impeditus.*
7 *Allegare causas absentiæ potest quis sine mandato.*
8 *Querela dicitur quoties causa defertur ad iudicem absque appellatione.*

CAP. Querelam. II. *Alex. III.*

1 SEntentia etiam condemnatoria expensarum lata contra absentem ex probabili causa, v.g. infirmitatis, legitimè per nuntium excusatum, non tenet, quia in grauibus causis nemo potest cogi constituere procuratorem nisi velit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Anan. Butr. Imol. Bald., Panorm. Anch. Host. Henric. Boich. Mantua, Viu. *in ration. primi libri iur. Pontif pag.* 509. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 179. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. Augustt. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 1. *tit.* 18. *cap.* 1.

2 Collige ex text. quòd sententia lata contra impeditum ex probabili causa non valet, Socin. *reg.* 97. *vers. septimo limitatur*, Couar. *lib.* 2. *var. c.* 16. *n.* 9. *vers. contrariam*, Gam. *decis.* 241. *n.* 1. Surd. *de aliment. tit.* 16. *q.* 12. *n.* 12. & *decis.* 262. *n.* 16. & 17.

3 *In grauibus causis.*] Notatur ad hoc quòd in arduis causis non compellitur quis procuratorem constituere, vt per Soar. de Pace *in pract. p.* 1. *tom.* 1. *temp.* 5. *n.* 55. vbi asserit procedere quoties quis propter delictum prohibitus esset personaliter in iudicio comparere: secus dic in leuibus, ex glos. *in c. si agrotans* 5. *q.* 3. Marian. *de citat. art.* 5. *q.* 38. *n.* 52. Rebuff. *ad leges Galliæ, tom.* 3. *tit. de excusat. n.* 79. Duen. *reg.* 95.

4 *Infirmitatem suam.*] Ne dum propriam, sed etiam suorum, quæ pariter excusat, gloss. per text. *ibi in cap. communis* 23 *dist.* Iason. *in l.* 1 *n.* 84 *ff. de officio eius*, Tiraquel. *de pœnis temper. c.* 51. *n.* 78. Rebuff. *d. tit. de excusat. n.* 11. Cald. Pereira *de renouat. emphyt. q.* 5. *n.* 23. Et

5 protestatio non est necessaria vbi impeditus non facit id ad quod tenebatur, *c. cum Bertoldus, infr. de re iudic. lib.* 2 *§. quod diximus, ff. si quis caution.* Rebuff. *vbi sup. n.* 51. Ripa *de peste, c. condescendo, à n* 21. Pinel. *in auth. nisi, n.* 43. *vers. ampliatur quartò, C. de bonis mat.* Menoch. *cons.* 100. *n* 118. Cald. Pereira *d. q.* 5 *n.* 29.

6 *Destinauerit.*] Notatur ad hoc quòd legitimè impeditus non compellitur procuratorem constituere ad causam, glos. & omnes, *in d. c. si agrotans*, glos. magna, *in c. cùm dilecti, infr. de dolo*, glos. *in l. interdum* 36. *ff. de iudic.* gloss. *verbo, absentia*, *in c.* 1. *quo tempore miles*, vbi Afflict. *n.* 52. *cum seq.* Bart. *in l.* 1. *ff. de diuersis & temper. præscr.* Felin. *in c. accedens il.* 2. *n* 8. *vt lite non contest.* Marian. *de citat. art.* 5 *q.* 28. *à princ.* Rebuff. *tit. de excusat. à n.* 68. Pinel. *in d. auth. nisi, n.* 43. *vers. amplia* 3. Cald. Pereira *d. tr. de renou. emphyt q.* 7 *n.* 4. Et ad 7 allegandas causas absentiæ admittitur quis sine mandato, ex Farin. *in praxi crimin. q.* 99 *n.* 277. *cum seq.*

8 In gloss. *Querelam.* Notatur ad hoc quòd querela dicitur quoties causa defertur ad iudicem absque appellatione, vt per Corset. *in sing. querela*, Cou. *pract. c.* 9. *n.* 2.

In gloss. *Detentus*, ibi, *si ageretur de administratione.* Vide Auiles *ad c.* 27. *Prætor, verbo, enreguens, n.* 22.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata cum procuratore reuocato, & de hoc certificato, non præiudicat domino.*
2 *Mandati reuocatio procuratori reuocato intimanda est.*
3 *Reuocatio procuratoris non præsumitur.*
4 *Spoliatus si post factam spoliationem iurauit non agere, non potest adhuc agere vt restituatur.*
5 *Procurator vsque ad litem contestatam reuocari potest.*
6 *Procurator etiam inuitus post litem contestatam reuocari potest ex inimicitia, quæ sit capitalis.*
7 *Spoliatus non est restituendus si post spolium pepegisset cum spoliatore se possessorio non acturum aduersùs spolium.*
8 *Titulum suæ possessionis non tenetur quis probare.*

CAP. Exinsinuatione. III. *Clem. III.*

1 PRocurator falsus, vt quia præsentibus testibus fuit reuocatus, si tractat causam, & illam perdit sententia lata est nulla, & possessio restituitur domino, si constet per iuramentum ipsius domini, & vnius testis quòd procurator fuerat reuocatus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Innocent. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Butr. Anch. Host. Panorm. Bald Henric. Imol. Viuian. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 510. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 179. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 2. *Decret. lib.* 1. *tit* 18. *c.* 3.

2 *Ne causæ cognitionem susciperet.*] Notatur ad hoc quod reuocatio mandati procuratori reuocato est intimanda, vt per Ias. *in l. quas vero, n.* 1. *ff. si certum petat.* Benedict. Capra *tom.* 1 *com. opin. lib.* 2. *tit.* 8. *n.* 100. *pag.* 321. Vant. *de nullit. tit. ex defectu mandati, à n.* 159. Monter à Cueua *Arag. decis.* 43 *à n.* 24 Flamin. *de resignat. lib.* 9. *q.* 25. *n.* 12 Hieron. à Laurent. *Auenion. decis.* 13. *n.* 1. Camil. Borrel. *in summ. omnium decis. tit.* 66. *n.* 379. *cum seqq.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 61. *n.* 51. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 18. *n.* 37. & *c.* 191. *num. vltim.* Ordin. Regia Lusitan. *lib.* 1. *titul.* 26. *in princ.* vbi dominus meus *num.* 2. Vnde Procuratoris reuocationem non præsumi resoluunt Vant. *d. tit. ex*

defectu mandati, *n.* 156. Menoch. *de præs. lib.* 2. *q.* 36. *n.* 1. Mascard. *de probat. concl.* 1280. *n.* 1. Flamin. *d. q.* 25. *num.* 15.

4 *Iuramentum consiterit*, &c.] Notatur ad hoc quòd si spoliatus post factam spoliationem iuranit non agere, non potest adhuc agere vt restituatur, provt refert Menoch. *remed.* 1. *recup. n.* 287.

5 In glos. *Inhibitum*, ibi, *cùm lis non fuerit contestata.* Notatur ad hoc quòd procurator vsque ad litem contestatam reuocari potest, est apud nostros Lusitanos constitutũ in Ordin. Regia *tit.* 26. *in princ* & apud Castellanos *l.* 23. & 24 *tit.* 5. *p.* 3. Vant. *d. tit. ex defectu mandati*, *n.* 162. Mynsing. *cent.* 5. *obseru.* 44 *n.* 1. Put. *p.* 2. *decis.* 303. Ex inimicitia tamen, quæ sit capitalis, post litem contestatam potest etiam inuitus reuocari procurator, *l. filiusfam.* 7. §. *Procuratorem*, *ff. de procurat.* Mendez à Castro *in præxi Lusitana*, *lib.* 1. *c.* 3. *n.* 42. Parens meus ad Ordin. Regiam, *d. tit.* 26 §. *vnic. n.* 1.

6 In glos. *Aliud Canonicum*, ibi, *vel pactum*, &c. Notatur ad hoc quòd spoliatus non est restituendus si post spolium pepegisset cum spoliatore se possessorio non acturum, aduersùs spolium, vt post Franc. Mar. Menoch. & alios tenet Flamin. *de resign. lib.* 13. *q.* 5. *n.* 48. vbi *n.* 84. resoluit posse quem promittere per pactum se non acturum spolio.

7 In glos. *Probare vlt.* Notatur ad hoc quòd quis non tenetur probare titulum suæ possessionis, vt per Bonacos. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 8 *tit.* 20. *de except. n.* 96. *pag.* 353. Duen. *reg* 77. Mascard. *de probat. concl.* 1372. Surd. *decis.* 280. *n.* 5. D. Barbosa *in l. si alienam*, *n.* 3. *cum seqq. ff. soluto matrim.*

8

SVMMARIVM.

1 *Procurator reuocatus, & de hoc certificatus, sciente parte aduersa non potest rescripta à Papa obtinere, & obtenta non valent.*

2 *Declaratur text. in præsenti.*

3 *Exceptio contra falsum procuratorem in quacumque parte iudicij opponi potest.*

4 *Mandatũ quandocunque detegitur non esse sufficiens, corruunt acta, etiamsi procurator esset admissus.*

5 *Procuratorem qui se facit cùm non sit, tenetur pœna falsi, & condemnatur in expensis.*

6 *Mandatum si appareat post sententiam, in eóque constet tempore causæ iam extare, non annullantur acta facta cum procuratore in eo constituto, si priùs non fuerit oppositum.*

7 *Gesta per falsum procuratorem, vel reuocatum possunt per dominum rata haberi si antea pars non opponat de falsitate mandati.*

8 *Procuratoris constitutio facta ad causam iam motam operatur ratificationem eorum, quæ gesta sunt per eundem procuratorem antequam mandatum susciperet.*

CAP. In nostra. I V. *Innoc. I I I.*

1 REscriptum super consecutiuis iudiciis impetratum à procuratore reuocato, & de hoc certificato, non valet, nec processus, vel sententia lata per ipsum si reuocatio peruenit ad aduersarium. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Bald. Panormitan. Host. Anchar. Butr. Henric. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontificij*, *pag.* 510. Alagona *in compendio iuris Canonici*, *pag.* 180. remissiuè Casal. *in annot.* Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Anton. Augst. *collect.* 3. *Decret lib.* 1. *tit* 22. *cap.* 1.

2 *Ipsum à Tullen.* &c. Vide Rebuff. *de pacificis possess. scrib. n.* 223. *vers. opposuit*, qui tenet ideo processum & sententiam fuisse irritam per appellationis iudicem, quia hîc de facto fuit processum, lite scilicet non contestata, & iuris ordine prætermisso.

3 *Non solùm ante sententiam*, &c.] Notatur ad hoc quòd exceptio contra falsum procuratorem in quacunque parte iudicij opponi potest, Duen. *reg* 264. Bellacomb. *tom* 1. *commun. opinion. lib.* 4. *tit.* 24. *n.* 36. *pag.* 612. Perez *l.* 1. *tit.* 4. *lib* 8. *Ordin pag.* 533. Rebuff. *de exception. n.* 389. Bernard. Muscatel. *in sua præxi ciuili*, *p.* 2. *glos. venions*, *n.* 4. Cald. Pereira *de renouat emphyt. q.* 17. *n.* 34. Esto quòd opponens vsque ad finem litis conscius omiserit exceptionem, nec enim scientia illius reddit iudicium validum, sed consensus & mandatum domini, cuius nomine agitur, vt per glos. Bart. Bald. & Iason. *in l. licèt*, *C. hoc tit.* Pinel. *l.* 1. *C. de bonis mat. p.* 3. *n.* 32. Menoch. *cons.* 345. *num.* 12. Menoch. *q. freq. c.* 16. *n.* 5. Ideo quandocunque detegitur mandatum non esse sufficiens, corruunt acta, etiamsi procurator esset admissus, ex Bald. *in d. l. licet*, *in princ. n.* 2. *vers. tertio modo*, Vant. *de nullit. tit. ex defectu mandati*, *num.* 122. *vers. quantumcunque igitur*, quod est verum quando probaretur mandatum non esse legitimum secus si admittens non probaret, ex Surd. *decis.* 104. *n.* 12. vbi dicit quòd tenetur in se assumere onus probandi quòd non sit procurator. Et ille, qui se facit procuratorem, cùm non sit, tenetur pœna falsi, *l. si procuratori falso*, *ff. de condict. causa data*, Farin. *in præxi crimin. p.* 6. *tit. de falsitate*, *q.* 150. *à num.* 89. & condemnatur in expensis, Mascard. *de probat. conclus.* 1004. *n.* 6. Citans aliquem vti procuratorem non potest amplius illum reprobare. Surd. *decis.* 194. *n.* 12. & *decis.* 108. *n.* 12. & 13. Seraph. *decis.* 1407 *in princ.* Rot. *decis.* 169. *n.* 3. *p.* 1. *recent.* & *in Toletana decimarum de Capellia* 6. *Aprilis* 1625. coram Martino Andrea, Coccin. *decis* 61. *n.* 3. Buratt. *decis.* 409. *in fine*, & *decis.* 432. *in fine*. Beltram. *in ann. ad decis.* 280. *Gregor. XV. n.* 11. & hoc procedit, etiamsi citatio esset facta per procuratorem, vt in terminis tenet Seraphin. *decis* 933. *n.* 3. contrarium tamen decisum fuisse *in Verular. supplementi legitimæ* 18. *Martij* 1638. coram Cald. Blanchetto, refert Beltram. *loco cit.* Vnde datur cautela, vt in citatione non citetur quis simpliciter vti procurator, sed cum particula *asseritur*, seu *prætenditur*, vt ex Neuizan. *cons.* 17. *n.* 8. tradit Beltramin. *vbi proximè*. Verùm huiusmodi approbatio non obstat quin si admittens probare talem procuratorem esse minus sufficientem, gesta per ipsum corruerent, ex traditis per Natt. *cons.* 126. *in fin.* & *consil.* 142. *n.* 8. Surd. *d. decis.* 104. *n.* 12. & ideo si ex actis constaret de mandato minus sufficienti, non obstaret huiusmodi reprobatio. Vant. *de nullit. tit ex defectu mandati*, *n.* 121. *vers. quantumcunque igitur*, Rot. *in d. Verular. supplementi legitimæ.*

4

5

Si verò prætendatur nullitas alicuius causæ tanquam factæ à non habente mandatum, si de ea nullitate doceatur, & ex mandato appareat quòd tempore prædictæ causæ erat verus procurator, quamvis ante sententiam non fuerit productum in actis, cùm non fuerit oppositum, sufficit etiam post sententiam de illo constare, quod in Rota sæpè fuisse tantum refert Stephan. Gratian. *discept forens. c.* 330. *n. vlt.*

6

Aduertas tamen quòd gesta per falsum procuratorem, vel reuocatum possunt per dominum rata haberi si antea pars non opponat de falsitate mandati. Vide Bellam. *decis.* 28. Thesaur. *Pedem. decis.* 7. *sub n.* 1. Caualcan. *Triuiz. decis.* 23. *sub numero* 13. *versic.* & *etiam post sententiam*. Sqar. *in thesauro recept. sentent.*

7

tit. P. n. 320 Menoch. *conſ.* 100. *n.* 38. Azeued. *l. vlt. n* 7. *tit.* 21. *lib.* 4. *nouæ recopil.* D. Barb. *in l. alia,* § *eleganter, n.* 5. *ff. ſoluto matrim.* Rota apud Farinac. *deciſ.* 1. *n.* 1. *in nouiſſ.* faciunt quæ Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuil.* 56. *n.* 82. *& deciſ.* 108. *n.* 21. Gutier. *conſ.* 9. *n.* 4. *cum ſeq.* vbi de
8 geſtis in conſiſtorio Principis. Et conſtitutio procuratoris facta ad cauſam iam motam operatur ratificationem eorum, quæ geſta ſunt per eundem procuratorem antequam mandatum ſuſciperet, Mench. *vſufreq. c.* 15. *n.* 9. Menoch. *conſ* 100. *n.* 41. *&* 42. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 216. *n.* 40. vbi *n.* 41. intelligit habita ſcientia eorum, quæ geſta ſunt.

SVMMARIVM.

1 *Procurator non interuenit quando agitur de adulterio coram iudice ſæculari ad pœnam legalem, ſecus ſi coram Eccleſiaſtico ad ſeparationem thori.*
2 *Iudex ſæcularis ſolus eſt competens ad pœnam ſanguinis imponendam pro adulterio, quoad alias verò pœnas crimen adulterij eſt mixti fori.*
3 *Pœna talionis vſu & moribus vtroque iure ſublata eſt.*
4 *Iudex Eccleſiaſticus ſolus eſt competens ad cognoſcendum de adulterio, vt ratione illius diuortium celebretur.*

CAP. Tuæ. V.

1 MAritus coram iudice ſæculari ſi vult accuſare de adulterio pro pœna legali, debet id facere perſonaliter, & non per procuratorem, quia tenetur ad pœnam talionis; ſi coram iudice Eccleſiaſtico pro ſeparatione thori, poteſt per procuratorem, quia non debet ſe obligare ad pœnam talionis ne per fraudem conſequatur intentum. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Bald. Anchar. Panorm. Butr. Henric. Viu. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 511. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 180. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 1. *tit.* 12. *c.* 2.

2 *De crimine adulterij coram iudice ſæculari*, &c.] De adulterio ad pœnam ſanguinis imponendam ſolus iudex ſæcularis eſt competens, quoad alias verò pœnas eſt mixti fori, ac ſubinde datur locus præuentioni. Vide Couar. *de ſponſal. p.* 2. *c.* 7. §. 7. *n.* 12. Clar. §. *fin. q.* 37. *num.* 3. *verſ. quæro nunquid cauſa,* Gom. *l.* 8. *Tauri, n.* 47. *verſ. verum tamen eſt,* Menoch. *de arbitr. caſu* 419. Bermond. *de publicis concub. rubr. de adulter. à n.* 4. Iaſ. *in* § *ex maleficiis, n.* 57. *Inſtit. de actionib.* Roman. *ſing.* 667. Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo, læſis, num.* 22. Cur. Philip. *p.* 3. §. 2. *n.* 20. Praxim Epiſcop. *p.* 2. *verbo, caſus mixtus,* Soar. de Pace *in pract. tom.* 2. *prælud.* 2. *n.* 31. Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 51. *q.* 2. *verſ. crimina mixti fori,* Modern. *de iuriſd. p.* 2. *cap.* 19. Vincent. de Franch. *deciſ.* 312. D. Barb. *in l.* 1. *in princ. ff. ſoluto matrim. p.* 1. *n.* 139. *in fine, &* n. 140. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p.* 5. *collect.* 2076. Farin. *in praxi criminali, p.* 3. *q.* 99. *n.* 112. *& p.* 5. *q.* 141. *n.* 42. Modern. *in tr. de cognitione per viam violentiæ, p.* 2. *q.* 88. Sanch. *de Matrim. lib.* 10. *diſp.* 8. *n.* 16.

3 *Séque ad pœnam talionis.*] Pœna talionis ex eo dicta quòd quis tale patiatur, quale contra ius alteri moliebatur, teſte Sot. *de inſtit. lib.* 5. *q.* 5. *art.* 4. Menoch. *de arbitr. caſu* 322. *n.* 1. Decian. *tract. crimin lib* 8. *c.* 34. *n.* 11. hodie vſu & moribus vtroque iure ſublata, & antiquata eſt, Bart. *in l. ſi cui, in princ. n.* 2. *ff. de accuſat.* Felin. *in cap. quod ſuper his, num.* 5. *eod. tit.* D. Thom. 2. 2. *q.* 68. *art.* 4. Sot. *de inſtit. lib.* 5. *art.* 4. Couar. *lib.* 2. *var. c.* 9. *n.* 1. Duen. *reg.* 27. *incip. accuſans aliquem,* Menoch. *d. caſu* 322. *n.* 3. Farinac. *in praxi crimin. q.* 16. *n.* 3.

De adulterio coram Eccleſiaſtico iudice, &c.] Iudex ¼
Eccleſiaſticus ſolus eſt competens ad cognoſcendum de adulterio, vt ratione illius diuortium celebretur, Anaſtaſ. Germon. *de ſacrorum immunit. lib.* 3. *c.* 12. *n.* 58. Ludou. Miranda *de ordine iudic. quæſt.* 1. *art.* 5. *concl.* 6. Sanch. *d. diſp.* 8. *n* 15.

Sed quaſi mixta.] Vide Iaſ. *in princ. num.* 16. *inſtit. de action.* Bero. *n.* 33. & Ripa. *n.* 99. *in rubr. de iudic.* Perez *in rubr. tit.* 1. *gl.* 7. *pag.* 440. *col.* 2. *in med. lib.* 3. *Ordin. & l.* 1. *gloſſ.* 7. *pag.* 523. *col.* 2. *ante fin. tit.* 3. *lib.* 9. *Ordin.* Soar. de Pace *in pract. tom.* 1 *annot.* 1. *n.* 26. *&* 27.

SVMMARIVM.

1 *Cauſam de mandato domini procurans ab eo repetit expenſas propter hoc factas.*
2 *Procurator agere poteſt contra dominum ad expenſas.*
3 *Procurator, qui de mandato domini negotia geſſit, habet actionem mandati, etiamſi cauſa ipſa extra ſuam culpam non habuerit bonum exitum.*
4 *Procurator qui ob ſuam vtilitatem iter faciens cauſam alterius tractauit, ad illas tantum expenſas agere poterit, quas fecit vltra id quod expenſurus erat ſi procurator non eſſet.*

CAP. Cùm pro cauſa. VI.

CAuſam de mandato domini procurans, ab eo 1
repetit expenſas propter hoc factas. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Hoſt. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panorm. Anchar. Butr. Henric. Viu. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 512. Alagona *in compend. iuris Canon pag* 180. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 4. *Decret lib.* 1. *tit.* 16. *c.* 1.

Expenſas Archid. reſtitui faciatis.] Ideo procurator 2
agit contra dominum ad expenſas vt ſic indemnis ſeruetur, & officium illi non ſit damnoſum, notant omnes *in præſenti, & in c. vt prætereà, ſup. de electione,* per text. *in c. qui proprio* 46. § *pen. in fine, ff. hoc tit. & in l. qui mutuam* 56. §. *vlt. ff. mandati,* cenſuit apud Caſtellanos Regia *l.* 5. *tit.* 5. *p.* 3. *vbi gloſſ.* 4. reſoluit Alex. *conſ.* 52. *in princ. vol.* 1. in tantum quod poteſt vti retentione pro expenſis, *l qua omnia* 25. *vbi gloſſ. pen.* Bart. & omnes *ff. hoc tit.* Boër. *deciſ.* 15. *n.* 3. Tiraq. *de retractu, tit.* 2. § 7. *gloſſ.* 1. *n.* 13. Surd. *de alimentis, tit.* 8. *priuil.* 62. & idem in negotiorum geſtore reſoluit Rebuff. *in tr. except. n.* 712. Vnde procurator, qui de mandato do- 3
mini negotia geſſit habet actionem mandati, etiamſi cauſa ipſa non habuerit bonum exitum, dum tamen ipſe procurator careat culpa, Bellacomb. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 2. *tit.* 8. *n* 40. *pag.* 318. Perez *ad tit.* 7. *lib.* 5. *Ordin pag.* 205. Rebuff. *de tract. exception. n.* 711. Surd. *de alimentis, tit.* 1. *q.* 121. *n.* 17. *cum ſeqq.*

Et propter hoc ad Sedem Apoſtol. acceſſiſſe.] Quia ſi 4
ob ſuam vtilitatem iuerit, ad illas tantùm expenſas agere poterit, quas fecit vltra id quod expenſurus erat, ſi procurator non eſſet, *gloſſ.* 2. *hic gloſſ. pen. in c. vt prætereà, ſup. de elect. gloſſ.* 3. *in l. inter cauſas* 26. §. *non omnia ff. mandati, text. in l. ex p.* 40. *in princ. ff. famil. herciſc. l. ſi communes* 42. *ff. de negot. geſtis.* Roman. *ſing.* 647 Hypol. *conſ.* 10. *n.* 45. Gregor. *l.* 27. *verbo, venieſſe, tit.* 5. *p.* 3. Tiraq. *de retract. lig.* §. 19. *gloſſ* 4. *n.* 12. Anton. Gom. *ad l.* 29. *Tauri, n.* 16. *col. pen.*

Cap. Qua in causis. VII.

1 VNiuersitas potest constituere procuratorem ad agendum, vel respondendum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Anan. Anch. Butr. Panorm. Henric. Bald. Host. Viuian. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 513. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 180. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1.

2 *Licet autem*, &c.] Notatur ad hoc quòd Vniuersitas etiam scholarium potest ad agendum & defendendum procuratorem constituere, vt per Horat. Luti. *de priuilegiis scholar. priuil.* 50.

Cap. Auditis. VIII. *Honor. III.*

1 REuocatio mandati antequam perueniat ad procuratorem non obstat, vt quicquid interim fit, valeat. Reuocans procuratorem in contemptum Sedis Apost. & in præiudicium aduersarij, condemnatur in expensis factis ab aduersario. Item post conclusionē in causa reuocatio mandati non tenet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Anan. Butr. Imol. Bald. Panorm. Anchar. Host. Henric. Boich. Casal. *in annot.* Viu. *in ration. primi libri iur. Pont. pag.* 514. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 181. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2.

2 *Fuisset super eisdem processibus hinc inde conclusum*, &c.] Controuertunt in præsenti Doctores an reuocatio conclusionis in causa probetur ex eo quòd per iudicem admittantur articuli partis aduersæ, de quo vide Aloys. Ricc. *in collect. dec p.* 5. *collect.* 1478. Quando verò conclusio in causa fit de processus substantia, vide Mynsing. *cent.* 3. *obseru.* 17 Franc. Mar. *Delphin. decis.* 796. *n.* 6. *p.* 2. Nicol. Reusner. *cons.* 24. *n.* 39. *lib.* 2. Perez *tit.* 4. *lib.* 3. *Ordin. pag.* 563. Bernard. Muscatel. *in praxi Regni Neapol. p.* 7. *gloss. de iure sub n.* 8. *vers. sed hodie*, quos refert parens meus *in com. ad Ordin. Regiam Lusit. lib.* 3. *tit.* 63. *in princ. n.* 8.

SVMMARIVM.

1 *Procurator Episcopi causas Episcopatus agit, & defendit, licèt non fuerit datus sub nomine syndici.*
2 *Episcopus potest binos generales Vicarios constituere, vt causarum expeditioni facilius consulatur.*
3 *Mandatum speciale requiritur ad transigendum.*
4 *Clausula*, in solidum, *attribuit totum vnicuique.*

Cap. Petito. IX.

1 QVando ex consequentibus, vel antecedentibus apparet dominum voluisse vt aliquis agat, & respondeat pro ipso, potest respondere, & agere, etiamsi non vocetur in literis actor, vel syndicus, vel procurator. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Zabar. Collect. Bellam. Host. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Anch. Panorm. Butr. Viu. *in ration. primi libri iur. Pontif pag.* 514. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 181. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1.

2 *Vos Vicarios suos*, &c.] Ergo Episcopus potest binos principales Vicarios constituere, vt causarum expeditioni faciliùs consulatur, gloss. & Cardin. *à n.* 3. *in Clem. etsi principalis, de rescript.* Felin. *c. causam matrim. n.* 8. *sup. de offic. deleg.* Zerol. *in praxi Episc. p.* 1. *verbo. Vicarius, in princ.* Vgolin. *de offic. & potest. Epicop. c.* 8. §. 6 *n.* 4. Sbroz. *de officio Vicarii, lib.* 1. *q.* 50. *n.* 4. quos refero ego ipse *in meo tract. de offic. & potest. Episcop. p.* 3. *alleg.* 54. *n.* 127.

In gloss. *Generales*, ibi, *non tamen poterant transigere.* 3 Quia ad transigendum requiritur speciale mandatum, Cardoso *in praxi iudicum, & aduocat. verbo, procurator, n.* 25.

In ead. gloss. ibi, *Credo quòd si in solidum constituti* 4 *sunt*, &c. quia clausula *in solidum*, attribuit totum vnicuique, Bertaz. *de clausulis claus.* 39. *gloss.* 7. *n.* 1. Ego ipse *de dictionibus, & claus. claus.* 34 *n.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Procuratorem constituens maximè in causa matrimoniali plena gaudere debet libertate.*
2 *Procuratoris constitutio facta metu an sit nulla ostenditur.*
3 *Matrimonium pro filiis an & quando parentes contrahere possint, remissiuè.*

Cap. Accedens. X. *Greg. XI.*

PRocuratorem constituens debet esse in omnimo- 1
da libertate, non in potestate alterius, maximè in causa matrimoniali. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Host. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Anch. Panorm. Butr. Henric. Boich. Viuian. *in ration. primi libri iuris Pontificij, pag.* 515. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 182. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2.

Procuratorem liberè ordinare valeat.] Per hunc text. 2
tenet Host. *in c. Abbas, infr. de his quæ vi*, &c. constitutionem procuratoris factam metu esse nullam, sequuntur *ibi* Abb. *num.* 18. Roman. *sing.* 753. Rebuff. *in praxi benef. tit. de procuratore ad resignandum, n.* 31. Sarmien. *de reddit. Eccles. p.* 1. *c.* 4. *n.* 8. Flamin. *de resignat. benef. lib.* 9. *q.* 7. *n.* 42. *& lib.* 13. *q.* 1. *n.* 47. Verùm quicquid teneant præcitati Doctores, verius est speciale esse constitutionem procuratoris ad matrimonium metu factam esse nullam ratione libertatis ad illud requisitæ, & ita ex specialitate huius text. non potest argui generaliter ad quamcunque constitutionē procuratoris metu factam, ita Imola *in c.* 2. *n.* 5. *in fine, infr. de his quæ vi*, Couar. *de sponsal. p.* 2. *c.* 3. §. 5. *n.* 9. *ad fin.* Padil. *in l. interpositas, n.* 7. *C. de transact.* optimè Sanch. *de matrim. lib.* 4. *disp.* 12. *n.* 22. *in med.* Farin. *fragm. crim. p.* 2. *lit. M. n.* 30.

In gloss. *Respondendum*, ibi, *& præcipuè per paren-* 3
tes contrahitur matrimonium. An & quando parentes pro filiis matrimonium contrahere possint, disputat latè Sanch. *d. tract. de matrim. lib.* 1. *disp.* 23.

SVMMARIVM.

1 *Procurator generalis potest appellare si ei denegentur inducie ad consulendum dominum ex causa probabili absentem.*
2 *Procurator potest in principio litis citari quando dominus præsens non fuerit.*

Cap. Dilectus. XI.

PRocurator generalis ad omnia citatus si petit in- 1
ducias ad consulendum dominum, dum velit litigare;

gare, vel cedere, si inducię denegentur, potest appellare, quicquid fit post appellationem est irritum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Butr. Bald. Anchar. Panorm. Viu. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 516. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 182. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2.

2 *Rectore citato.*]In personam scilicet procuratoris, iuxta *gloss. 1. hîc*, & secundùm hunc sensum bene probat text. *in præsenti* procuratorem posse in principio litis citari, Abb. *hîc n.* 4. quando scilicet principalis absens est, provt erat in terminis huius text. Bart. *in l.* 3. vbi Alex. & Ias. *C. hoc tit. & in l. meminerint, per text. ibi. C. unde vi*, & probatur *in l. aut quis aliter*, § *si fortè*, *ff. quod vi, aut clam. l.* 4. *Prætor ait, ff. de damno infr.* Quando verò dominus præsens est, ipse, & non procurator citari debet, ex *d. l. meminerint*, Tiraq. *de retractu lign.* §. 8 *gloss. 2. num.* 44. Menoch. *remed.* 8 *recuper. q.* 3. *n.* 74. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 145. *n.* 1. *cum seqq.* & est cautum apud Lusitanos per Ordinat. Regiam, *lib.* 3. *tit.* 70 §. 4.

SVMMARIVM.

1 *Reus si recedat à iudicio dimisso procuratore solummodo ad agendum contumax est, & condemnatur in expensis.*
2 *Maritus admittitur in negotiis vxoris sine mandato, tanquam coniuncta persona.*
3 *Procurator constitutus à reo ad agendum an sit sufficiens ad defendendum, ostenditur.*

CAP. Constitutis. XII.

1 QVando duo litigant, & reus sine licentia discedit relicto procuratore solùm ad agendum, & non ad defendendum, est contumax, & condemnatur in expensis. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Bald. Anchar. Panorm. Butr. Viuian. *in compend. iur. Canon. pag.* 182. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. & Casal. *in annot.*

2 *Suæ vxoris nomine*, &c.]Notatur ad hoc quòd maritus admittitur in negotiis vxoris sine mandato, Tiraquel. *de retractu lig.* §. 10. *gloss.* 1. *à n.* 1. Cassan. *in consuetud. Burgund. rubr.* 4. §. 5. *gloss* 1. *à prin.* Anton. Gom. *l.* 50. *Tauri, n.* 20. *col.* 2. Gare. Girond. *de priuilegiorum, & exemptionum explicat. v.* 767. vbi *n.* 769 resoluit maritum posse vxoris debita sine eius licentia & consensu recipere: potest enim pro vxore agere, *l.* 2 *l. maritus, C. hoc tit* Corset. *sing* 24 Conan. *comment. lib.* 9. *c.* 3. *n.* 3. Gom. *l.* 60. *Tauri, col.* 2. *& tum.* 2 *var. resol. c.* 3. *n.* 10. *in fin. & tom.* 2 *c.* 4. *n.* 8 *col.* 2. Alphan. *collect.* 648. Gail. *lib.* 1. *obseru* 133. Ioseph. Ludou. *tom.* 3. *commun. opinion. tit. de procurat. concl.* 1. Donel. *comment. iuris Ciuilis, lib.* 18. *c.* 12. *col.* 4. Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imperialis, lib.* 1. *concl.* 133 *n.* 5 *cum seqq.* Don Christoph. de Pace *ad l.* 10. *Styli, n.* 2. *cum seqq.* nam admittitur in negotiis vxoris tanquam coniuncta persona, *l. vlt.* §. *cùm autem*, ibi, *tanquam coniuncta, C. de furtis*, Boër. *decis.* 235. *n.* 2. Hyppol. *sing.* 636.

3 *Sufficientem non viderit*]Ergo procurator constitutus à reo ad agendum insufficiens est ad defendendū, in quo hic text. notabilis est secundùm Abb. *in præsenti, n.* 4 *& in cap. accedens, sup. hoc tit.* Bart. *in l. seruum*, § *ait Prætor, ad Sc. ff. eod.* Dec. *in cap insuper, de testib. tab vlt.* Roman. *sing.* 115. Obstat tamē maximè quòd is, qui ad agendum constituitur, defendere potest, imo cogitur, *d.* §. *ait Prætor*, *l. mutus* 43. §. *pœna*, *ff. hoc tit.* vbi Bart. sibi contrarius, & Ias. *in l.* 1. *col.* 4. *n.* 11. *vers. quintò fallit, ff si quis ius dicenti non obtemp.* Non satisfacit intellectus. Abb. *n* 8. quòd hîc fuerat opposita dictio, *solummodo*, ratione cuius procurator tantùm agere potest, & dictione taxatiua videtur adempta facultas defendendi, provt latè in nostris terminis resoluit Mench. *vsufreq. c.* 24. *à n.* 2. quoniam hæc sententia falsa est, nec enim illa dictio excludit hîc, quod est intrinsecum dispositioni, *Clem. exiui*, §. *cum autem, de verb. signific. l. ob æs, & ibi gl. C. de prædiis minorum*, Tiraq. *de retract. tit.* 2. §. 1. *gl.* 6. *n.* 6. Cald. Pereira *de emptione, c.* 20. *n.* 25. *cum seqq* Quare verius est regulam *d.* §. *ait Prætor*, procedere in procuratore actoris, qui cùm expressè, & principaliter ad agendum constituatur, potest in consequentiam defendere, non verò in procuratore Rei, qui expressè, & principaliter ad agendum est constitutus, vnde si ad agendum constituatur, non potest in consequentiam venire defensio, & in hoc casu procedit text. *in præsenti.*

SVMMARIVM.

1 *Iudicium agitatum cum procuratore reuocato tenet, si reuocationem iudex vel aduersarius ignorauerunt.*
2 *Procuratoris reuocatio ad iudicem, vel aduersarium peruenire debet.*
3 *Procuratorem constituere nemo compellitur.*
4 *Procurator post litem contestatam absque causæ cognitione reuocari non potest.*

CAP. Mandato. XIII.

1 IVdicium agitatum & factū reuocato procuratore, si iudex, vel pars contraria nesciebat reuocationē, tenet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Colle&. Zabarel. Bellam. Ioan. And. Imol. Anan. Bald. Panorm. Host. Anchar. Butr. Henric. Viu. *in ration. primi libri iur. Pontif. pag.* 517. Alagon. *in compend. iuris Canon. pag.* 182. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord p.* 1. *&* 2.

2 Probat hic text. reuocationem procuratoris ad iudicem, vel aduersarium peruenire debere, de quo vide quæ dixi ad glos. *verbo, propter, in c. ex parte, il* 2. *sup. de rescript. & ad c.* 4. *hoc tit.*

3 In gloss. *Mandato*. ibi, *quia nemo compellitur constituere procuratorem.* Dicit hîc additio marginalis quòd procurator non tenetur inuitus suscipere mandatum, vt per Ludou. Schrad. *de feudis*, *p* 10. *sect.* 18. *n.* 115. Græu *ad pract. Cam. Imper. lib.* 1. *concl.* 43. *consid.* 1. *n.* 17. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 56. *n.* 22. 23. *&* 32. quos refert parens meus *in comment. ad Ordin. Regias Lusitan. lib.* 1. *tit.* 48. § 28. *n.* 3. *in fin.*

4 In glos. *A domino* ibi, *Item ex hac litera*, &c. Adnerte procuratorem post litem contestatam absque causæ cognitione reuocari non posse, Vant. *de nullit. tit. ex defectu mandati*, *num.* 162. Mynsing. *cent.* 5. *obseru.* 44. *n.* 1. Ordin. Regia Lusit. *l.* 3. *tit.* 26. *in princ.* & apud Castellanos *l.* 23. *&* 24. *tit.* 5. *p.* 3. imò post litis contestationem inuitus, & parte aduersa renuente reuocari non potest, Abb. *in c. non iniustè, n.* 4. *ad fin. hoc tit.* Gail. *lib.* 1. *obseru.* 74. *num.* 10. Felin. *in c. ex parte. n.* 27. *de rescript.* Mohedan. *decis.* 1. *de procur.* & fuit dictum *in Romana pecuniaria* 29. *Aprilis* 1624. coram bonæ mem. Patriarcha Manzanedo, vbi etiam habetur quòd vt pars dicatur renuisse, sufficit quòd prosequatur iudicium cum procuratore reuocato. Verùm

Verùm stante iusta causa potest etiam post litis contestationem reuocari Seraphin. *decis.* 195. Rot. *decis.* 153 *num.* 1. *p.* 4. *diuers. & decis.* 172. *num.* 1. *part.* 2. *recent.* vbi quòd iudicis arbitrio remittatur quænam sit iusta causa: & licèt super huiusmodi reuocatione aliqualis cognitio iudicis saltem summaria requiritur, hoc tamen procedit si procurator se opposuerit, aliàs secus, latè Gratian. *discept. forens.* c. 618. *n.* 19. Rot. *d. decis.* 172. *n.* 1. *p.* 2. *recent.* Item licèt procurator post litem contestatam reuocari non possit, fallit tamen in causa appellationis, quia talis procurator censetur effectus dominus instantiæ, non autem causæ, Maresc. *var resol. lib.* 1 c. 61. *n.* 7. Seraphin. *decis.* 1180. *n.* 1. & 2. Adrian. Negus. *q.* 11. *n.* 2. 7 & 8. nisi in mandato adesset clausula *releuans*, &c. quia per eam censetur effectus dominus totius litis, & non solius instantiæ, Maresc. *d. c.* 62. *n.* 8. Seraphin. *d. decis.* 1180. Beltram. *ad decis.* 548. Gregor. *n.* 12. Ferentil. *ad decis.* 440. *Buratti lit. B.*

SVMMARIVM.

1 *Filiusfam. potest esse procurator etiam ad lites futuras, & si est procurator cum alio in solidum, causam prosequetur primum occupans, si aliter, sit procurator posterior tempore, & primus cessat. Item potest appellare ad superiorem, vel admonere dominum vt appellet, licèt non teneatur inuitus appellare.*

2 *Filiusfam. procurator dari potest quando agit nomine alieno.*

3 *Procurator non præsumitur quis constitutus nisi ad causas præsentes, quod intellige vt ibi.*

4 *Procurator simpliciter constitutus cum alio præoccupare non potest, vel solus admitti.*

5 *Procurator in solidum per quæ verba videatur constitutus, remissiuè.*

6 *Procuratores quando plures sunt constituti in solidum occupatio vnius excludit alium.*

7 *Mandatum generale detrahitur per speciale.*

8 *Procurator simpliciter datus ad causam tenetur appellare.*

9 *Procurator simpliciter datus ad agendum non tenetur inuitus appellationem à se interpositam prosequi, fallit in aliquibus casibus de quibus ibi.*

10 *Procurator si non appellauit tenetur parti ad damna, & interesse.*

Cap. Non iniustè. XIV.

Filiusfam. potest esse procurator in iudicio etiam ad futuras lites, & procurator datus compluribus simul in solidum præfertur si præoccupauit negotium, nisi diuerso tempore fuerit datus. Item procurator appellare debet à sententia, nisi ex causa excusetur, quo casu debet domino nuntiare sententiam, appellationem tamen prosequi non tenetur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Anan. Anchar. Butr. Panorm. Henric. Bald. Host. Viuian. *in rationali primi libri iur. Pontif. pag.* 518. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 182. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord p.* 1. & 2.

2 *Quòd filiusfam. in procuratorem*, &c.] Notatur ad hoc quod filiusfam. procurator dari potest quando agit nomine alieno, similis text. *in l. filiusfam.* 8. *vers. ipse quoque. ff. hoc tit. c. qui generaliter*, §. 1. *eod. tit. lib.* 6. Marant. *de ord. iudic. p.* 4. *dist.* 16. *n.* 35. Menoch. *remed.* 15. *recup. n.* 307. D. Barbosa *in l.* 3. *n.* 5. *ff. soluto matrim.* Soar. *recept. sent. verbo, filius, n.* 205. Ascan. *de patria potestate, effectu* 4. *n.* 9. Molina *de iustitia, tract.* 2. *disp.* 228. *versic. excipitur secundò*, Ordin. Regia Lusitan. *lib.* 3. *tit.* 9. §. 5.

Ad futuras.] In dubio enim non præsumitur quis constitutus nisi ad causas præsentes, Bart. *in l. damni*, §. *si is qui vicinas ædes, n.* 2. *vers. sed credo contra, ff. de damno infecto*, vbi quòd non trahitur ad futuras non connexas, vel dependentes, idem Bart. *in l. qui habet* 3. §. *si pupillus, de tutel.* Rot. *decis.* 30. *alias* 564. *hoc tit. in antiq.* vbi quòd mandatum procuratorium generale non extenditur nisi ad causas præsentes, quæ Barth. opinio procedit si tempore, quo mandatum fuit factum, aderant aliæ lites, quo casu cùm censeatur factum ad præsentes, non trahitur ad futuras; secus verò si non adessent de præsenti, quia tunc ad futuras huiusmodi procuratoris constitutione inutilis redditur facta censeretur, Vant. *de nullit. tit. ex defectu mandati. n.* 97 *in fine*, Steph. Grat. *discept. forens. c.* 145. *n.* 29. oprimè Ioseph. Ludou. *Perusina decis.* 37. *n.* 1. *cum seq.* vbi tenet quòd procurator etiam generaliter constitutus ad lites, & causas, regulariter intelligitur constitutus ad lites præsentes tantùm, non autem ad futuras, quamvis procuratorem habentem mandatum generale constitutum censeri ad lites futuras resoluat Flamin. *de resignat. lib.* 9. *q.* 16. *n.* 17.

Simul.] Intellige vbi in solidum vtrique data fuit potestas, nec enim simpliciter constitutus cum alio præoccupare potuit, vel solus admitti, *c. si duo, hoc tit. lib.* 6. *c. pen. in princ. de elect. eod. lib. l. pluribus* 32 *ff. hoc tit.* Syluan. *cons.* 35. *n.* 53. Et per quæ verba videantur constituti procuratores in solidum, vide Flamin. *de resignat. lib.* 9 *q.* 3. *n* 22. & 23. Mascard. *de probat. concl.* 1308. 4. Steph. Grat. *discept. forens. c.* 101. *n.* 2.

Præoccupauit.] Aduerte, quòd quando plures procuratores sunt constituti in solidum, occupatio vnius excludit alium, *d. cap. si duo*, *d. l. pluribus*, Tiraq. *de retractu lig.* § 11. *gloss.* 10. *n* 2. Steph. Gratian. *discept. forens cap.* 201. *à num.* 86. vbi quòd si vnus causam suscipiat, reliqui sine nouo mandato non admittuntur, & est opus noua citatione ad reassumendum, nam plurium procuratorum constitutio ab initio operatur, vt si vnus causam suscipere nolit, alteri id sit integrum.

Reuocato] Similis text. *in l. si quis* 31. §. *vlt. ff. eod.* tradit gloss. *in cap. in Galliarum* 25. *q.* 5. *gloss.* 1. & *ibi* communis *in d. cap. si duo*, Abb. & Imol. *in c. volentes, sup. de officio legati*, Roman. *sing.* 251. Boër. *decis.* 347. cuius rei ratio est, quia hoc est verosimilius & vtilius domino, ne scilicet cùm vterque admittatur, neuter habeat potestatem in solidum, ne mutuo se impediant, & vnus neget quod alius confitetur, vnde quia facilè fuit domino exprimere vtrumque esse admittendum, tacens videtur voluisse arg. *cap. ad audientiam de decim.* consonat reg. *l. rem legatam* 18. *ff. de adim. legatis.* Et generale detrahitur per speciale mandatum, Mascard. *de probat. concl.* 1015. *num.* 26. Monter à Cueua *Aragonia decis.* 36. *n.* 49. vbi etiam concludit per mandatum speciale censeri derogatum generali quando in eadem persona procuratoris sit mandatum, cùm per illud secundum præsumatur à primo recessum, Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præs.* 36. *num.* 6. Thesaur. *decis.* 107. *num.* 5. *vers. sed replicari hîc posset*, Viuian. *decis.* 18. *num.* 3. Intelligendo tamen in casu solùm specialiter prouiso, in quo dumtaxat per speciale mandatum censetur derogatum primo generali, Menoch. *de præs.* 36. *num.* 6. *versic. idem quando constituisset*, Monter à Cueua *d. decis.* 39. *num.* 52.

Appel

8 *Appellare.*] Notatur ad hoc quòd procurator simpliciter datus ad causam tenetur appellare, *l. si procuratorem 8. §. si ignorantes, ad fin. ff. mandati, l. inuitus, C. hoc tit.* Greg. *l. 23. gloss. no. puede seguir, tit. 5. part. 3. & l. 4 gloss. el. alçada, tit. 23. ead part.* Hippol. *sing. 287.* Roman. *sing. 467.* Boër. *decis. 285. n. 9.* Ant. Thesaur. *Pedem. decis. 107. num. 1.* & Gasp. Anton. *quæst. forens. lib. 1. q. 75. num. 1.* Mench. *frequent. cap. 19. num. 1. & cap. 39. n. 6.* Menoch. *cons. 849. à n. 10. & cons. 919. n. 1.* Ioseph. Ludouic. *Perus. decis. 6. num. 7.* Put. *p. 1. decis. 272. & 345.* Soar. *in thesauro recept. sent. lit. P. n. 304.* Rebuff. *ad l. 14 ff. de verbor. signific. pag. 453.* Camill. Borrell. *in summ. omnium decision. tit. 66. de procurat. à num. 330.* Melch. Phæbos *Lusit. decis. 4. num. 12.*

9 *Licèt appellationem prosequi non teneretur inuitus.*] Notatur ad hoc quòd procurator simpliciter datus ad agendum non tenetur inuitus appellationem à se interpositam prosequi, Surd. *decis. 147. n. 3.* Steph. Gratian. *discept. forens. c. 56. n. 25.* etiamsi promiserit patrocinium in causa principali præstare, idem Stephan. Gratian. *c. 155. n. 46.* tenebitur tamen Domino denuntiare appellationem fuisse interpositam, Sigism. Scac. *de appellat. q. 5. art. 1. num. 13.* Fallit tamen in interlocutoria, quia illam tenetur prosequi, ex Paul. *in d. l. inuitus,* Capell. Tholos. *dec. 155. & 195.* Ias. *in l. cùm procurator, v. 6. ff. de noui operis nunt.* Camil. Borrel. *d. tit. 66. n. 338.* Azeued. *l. 20. n. 2. tit. 16. lib. 2. nouæ recop.* vbi resolvit quòd si appellatio ab interlocutoria, vel definitiua sit tractanda in eodem loco, vbi fuit factum pactum de salario pro lite illa præstando in omnibus instantiis, debet ibidem pactum adiuuare vsquequo causa finiatur, secus verò aliàs, de quo Gasp. Anton. Thesaur. *quæst. forens. lib. 1. q. 75. num. 3.* Camil. Borrel. *d. tit. 66. n. 339.* Deinde fallit in procuratore constituto ad defendendum & appellandum, quia tunc tenetur appellationem prosequi, ex Bald. *in l. inuitus, in fine, C. de procurat.* Camil. Borrel. *d. tit. 66. n. 348.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 16. n. 28.* vbi *n. 30.* idem dicit in procuratore effecto domino litis, si adsit clausula, *relevans,* &c.

10 In gloss. *Appellare, in princ.* Notatur ad hoc quòd procurator si non appellauit tenetur parti ad damna & interesse, nisi instam ob causam excusaretur ab interpositione appellationis, & iusto tempore denuntiaret domino contra se latam esse sententiam, vt si vellet, appellet, parens meus ad Ordin. Regiam Lusitan. *lib. 3. tit. 27. §. 1 n. 6.* Lancellot. *de attent. p. 2 c. 12. tit. 50. n. 104.*

SVMMARIVM.

1 *Procurator Vniuersitatis, cuius maiores, & iurati sunt excommunicati, non repellitur ab impetrando, nisi illi in procuratorio sint expressi, vel eorum auctoritate factum sit, vel ad id scienter sint admissi.*

2 *Procuratoris constitutio facta per Vniuersitatem, cuius maiores, per quos eadem regitur, sunt excommunicati, an valeat, ostenditur.*

3 *Notario non creditur asserenti in instrumento totam Vniuersitatem, vel Collegium interuenisse, sed necesse est exprimere singulorum nomina.*

CAP. Consulti, XV. & fin.

1 PRocurator missus ab Vniuersitate ad impetrandum aliquid in qua maiores, & iurati per quos communitas regitur, erant excommunicati tempore electionis procuratoris, non est repellendus ab impetrando, si in literis procurationis excommunicati non sunt expressi, nec eorum auctoritate fuit electus procurator, nec communitas sciens illos esse excommunicatos vnà cum eis elegit procuratorem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Anania, Butr. Imola, Bald. Panorm. Anchar. Host. Henric. Boich. Viuian. *in rationali pr. mi libri iuris Pontificij, pag 521.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 183.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p 2.*

Quòd nisi essent illi, &c.] Vnde à contrario sensu 2 probare videtur text. hìc valere constitutionem procuratoris factam per vniuersitatem, cuius maiores, per quos eadem regitur, sunt excommunicati, vt per Butr. Abb. Cardin. & omnes *in præsenti,* Corset. *in sing. Vniuersitas 2.* Ausrer. *ad Capell. decis. 385.* Licèt enim inspecto iure, vbi Vniuersitas regitur per maiores, ad illos solos pertineat potestas procuratorem constituendi, *l item §. 1. quod cuiusque,* in specie tamen huius text. attenta forsan consuetudine, vel statuto non ipsi soli, sed tota Vniuersitas ad id conuocabatur, & maiores tanquam singuli de Vniuersitate accedebant, vt probat text. hìc in illis verbis, ibi, *ipsa communitas,* &c. quibus consequens est text. hunc non procedere vbi ad actum de quo hìc ius Vniuersitatis remaneret solum penes ipsos maiores, quia tunc tanquam facta per excommunicatos non teneret procuratoris constitutio, ex reg. *potest quis per alium, de regulis iuris, lib 6.* Tu verò, si magis placuerit, dic ex hoc text. colligi officiales Vniuersitatis si sint excommunicati non posse nomine Vniuersitatis constituere procuratorem, vt tenet Ricciul. *in tract. de iure personarum extra gremium Ecclesiæ exist. lib 4. c 26* & ibi declarat procedere in excommunicato notario, secus resoluens quando notarius non sit.

In gloss. *Tales, vlt.* Vide Ant. Gabr. *communm. opin.* 3 *tit. de iudic. concl 2.* Mascard. *de probat. conclus. 1095. num. 24.* vbi resolvit quòd non creditur Notario asserenti in instrumento totam Vniuersitatem, vel Collegium interuenisse, sed necesse est exprimere singulorum nomina.

De Syndico.

TIT. XXXIX.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Panormitan. Bald. Butr. Petr. de Rauenna *in compendio iuris Canon.* Martin. Mesnart. *in epitome Decretal. fol. 44.* Dan. Venator *in analysi methodica iuris Pontificij, à pag. 157.* Goffred. & Hostiens. *in summa huius tit.* Alex. Cassan. & Anast. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretalium.* Barthol. Carthag. *in expos. titulorum iuris Canonici,* nouissimè Ioan Honor. *lib. 1. sum. in Decret.* omnes *sub hoc tit.*

De Syndico vide *l. 13. tit. 2. & l. 98. tit. 18. part. 3.* Guillelm. Durand. *in speculo iuris, lib. 1. partic. 3. sub hoc tit.* Alciat. *lib. 1. pareg. cap. 5.* Auiles, *ad c. 22. Prætorum,* Azeued. *ad Curiam Pisanam, lib. 2. cap. 18. n. 14. & 43.* Fr. Emman. *quæst. Regal. tom. 3. n. 51. artic. 1.* Multa quæ possunt opponi contra Syndicum tradit Rebuff. *in tract. excep. num. 295. cum seqq.* Et quòd non credatur Notario asserenti ad Syndici constitutionem duas partes interfuisse, tenent Feder. de Senis, Card. Alexand. Socin. & alij, quos refert, & sequitur

Mascard. *de probat. concl.* 1095. *n.* 24. Ciuitas vel alia vniuersitas an ex contractu, & obligatione Syndici, vel administratoris obligetur, vide Gail. *de arrestis Imper. c.* 19. Nicol. Losæum *de iure vniuersitatis, p.* 3. *c.* 4. Matth. Coler. *de processibus execut. p.* 2. *c.* 3. *n.* 337. *cum sequentib.*

CAP. Sicut, vnic. *Gregor.*

MOnasteria debent negotia forensia tractare per Syndicum? soluto pretio, expedit enim pro paruo commodo à strepitu causarum seruos Dei esse quietos. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panorm. Butr. Vivian. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 536. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 187. remissiuè Ximen. *in concord. p* 2. refertur ab Ant. August. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1. *tit.* 29. *c.* 1. & habetur *lib.* 2. *epist.* 67. *registri.* B. Gregor. scripta Petro Subdiacono Siciliæ.

De iis, quæ vi, metúsve causa fiunt.

TIT. XL.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabar. Bellam. Ioan. And. Imol. Anan. Bald. Panorm. Butr. Guillelm. Durand. *in breuiario aureo iuris Canon. fol.* 41. Ioann. de Londris *in breuiario sanctorum Canonum, fol.* 166. Petr. de Rauenna *in compend. iur. Can.* Martin. Mesnart. *in epitome Decret. fol.* 44. *verso*, Dan. Venator *in analysi method. iur. Pont. à pag* 140. Goffred. & Host. *in summ. huius tit.* Alex. Cassan. & Anast. Germon *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barth. Carthaginen. *in exposit. titulorum iuris Canon.* nouissimè Ioan. Honor. *lib.* 1. *sum. in Decret.* omnes *sub hoc tit.*

De materia huius tit. tractatum edidit Balthasar Megallon, vide *l.* 56. *tit* 5 *part.* 5. & *l.* 15. *tit.* 2. *part.* 4. Nauar. *tom.* 1. *consiliorum*, vbi sub hoc tit. sex ponit consilia, Sayr. *in floribus decisionum*, Azor. *instit. moral. p.* 1 *lib.* 1 *c.* 10. Guillelm. Durand. *in speculo iuris, lib.* 4. *sub hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Religionem timore mortis professus, nec postea ratum habens, potest egredi, & ducere vxorem.*
2 *Professio non animo, sed tantùm verbis facta ob metum mortis ab alio incussum inualida est.*
3 *Votum metu mortis factum irritum est ipso iure.*
4 *Protestatio valet quando quis metu mortis cogitur matrimonium inire, & clam protestatur se minimè consentire.*
5 *Protestationes clandestinæ ex causa fieri possunt.*
6 *Simulatio cauta, & prouida, quæ tendit ad inquirendam veritatem, licita est.*
7 *Metus non præsumitur.*
8 *Alleganti renuntiasse per metum incumbit onus probandi illum metum.*
9 *Metus qualiter probetur, remissiuè.*
10 *Metus suspicio tollitur si consensus, seu ratificatio superueniat post metum.*

CAP. Per latum. I. *Alex. III.*

RElegionem non liberè professus ex timore mortis ab extrinseco incusso, nec postea ratum habens, potest egredi, & ducere vxorem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Host. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panorm. Anchar. Butr. Henric. Boich. Marc. Mant. Vivian. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 537. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 187. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1 & 2 refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1. *tit.* 30. *c.* 1. & est post Concil. Lateran. *p* 50. *c.* 12. 1

Probat hic textus possessionem non animo, sed tantùm verbis factam ob metum mortis ab alio incussum inualidam esse, nec impedire matrimonium: vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib* 18. *n.* 373. *in fine.* Votum enim metu mortis factum irritum est ipso iure, Fr. Ludou. Lop. *p.* 1. *instruct. conscientiæ, c.* 45. *col.* 4. Emman. Sà *in aphorism. verbo, votum, n.* 8. & *verbo, metus, n.* 2. Tolet. *in summa lib* 4. *c.* 17. *num.* 5. Valent. *in* 2. 2. *disp.* 6 *q.* 6 *puncto* 4. *col. vlt.* Fr. Emman. *in summ. tom.* 1. *c.* 93. *n.* 1. & *quæst. Regul. tom* 3. *quæst.* 17. *art.* 15. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 11. *c.* 15. *q.* 7 & *lib.* 17. *c.* 5. *q.* 9. Menoch. *cons* 2. *n.* 232. *cum seqq.* Nauar. *commento* 4. *de Regularib. n.* 71 Sayr. *in claui Regia, lib* 2. *c.* 2. *n.* 11. & *lib* 6. *c.* 4. *n.* 17. Soar. *de relig. tract. de voto, lib.* 1. *c.* 7 *n.* 9. Sanch. *in præcepta Decalogi, lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 12. Vnde etiam confessio per vim, vel metum extorta non nocet, Mascard. *de probat. in proœmio, q.* 7. *num.* 17. Farin. *in praxi crim. q* 81. *à num.* 16. Aldrete *de religiosa disciplina tuenda, lib.* 1. *c.* 4 *n.* 29. Aduertas tamen hodie inxta Concil. Trident. *sess.* 25. *de reform. cap* 19. illum esse compellendum in Monasterio manere, qui intra quinque annos post professionem non ostenderit se coactum vi, vel metu, & quidem antequam abiiciat habitum, causásque quas prætendit, deduxerit coram superiore suo, & Ordinario, de cuius intellectu latè egi *in meo tract. de officio, & potestate Episcopi, part.* 3. *alleg....*

2

3

Proposuit.] Notatur ad hoc quòd valet protestatio quando quis metu cogitur matrimonium inire, & clam protestatur se minimè consentire, Innoc. *hic n.* 3. Card. *in fine*, Abb. *num.* 14. Doct. *in cap tua, de sponsalib.* Henriq. *in sum lib.* 11. *c.* 11. *n.* 4 *in commento lit. T.* post multos, quos refert, & sequitur Sanch. *de matrim lib.* 2. *disp.* 45. *n.* 22. vbi etiam intelligit dummodo metus cadens sit in virum constantem, aliàs protestatio illa clancula non iuuabit. Vnde notatur hic text. quòd clandestinæ protestationes ex causa fieri possunt, Dec. *cons.* 218. *n.* 3. & ad illud etiam quòd protestatio adiuuat probationem metus, Mascard. *de probat. concl.* 1051. *n.* 10. 4 5

Simulauit.] Aduerte licitam esse simulationem cautam, & prouidam; quæ tendit ad inquirendam veritatem, per *cap. afferte, infr. de præsumpt.* docent Couarru. *lib.* 1. *var. cap.* 2. *n.* 16. Sayr. *in claui Regia, lib.* 12. *cap.* 2. *num* 5. 6

Legitimè probetur fuerit, &c.] Notatur ad hoc quòd metus non præsumitur, ex Mascard. *de probat. concl.* 1051. & ideo cùm præsumi non possit, debet per allegantem probari, *l.* 2. *C. de iis quæ vi*, Menoch. *de præs. lib.* 3. *præs.* 126. Sanch. *de Matrim. lib.* 4 *disp.* 1. Mascard. *concl.* 28. *n.* 13. Rot. *decis.* 5. *num.* 9. *p.* 1. *recent.* & *decis.* 463. *num.* 4. *part* 2 & *in Hidruntina pecuniaria* 27. *Aprilis* 1622. *coram Reuerendiss. P. D Merlino*, non sufficit allegari nisi probetur fuisse iustum, legitimum, & verosimilem, vt per Ioseph. Ludou. *tom.* 3. *commun.* 7

commun. opin. tit. de probat. concl. vnic. verſ. infertur 155. 8 *pag. mihi* 476. & alleganti renuntiaſſe ob metum incumbit onus probandi illum metum, Doct. *in l. interpoſitas, C. de tranſact.* Rebuff. *in tract. de reſciſſione contractuum, gloſſ.* 12. *art. vnic. n.* 2. Maſcard. *concl.* 1052. *num.* 1. Flamin. *de reſignat. benef. lib.* 2. *q.* 1. *n.* 71. *cum* 9 *ſeqq.* Qualiter verò probetur metus, referunt Surd. *deciſ.* 194. *num.* 23. Burſat. *tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 2. *tit.* 11. *n.* 41. Farin. *p.* 4. *deciſ.* 40. & 42. *in nouiſſ. primæ collect.*

10 *At quod facit poſtmodum ratum*, &c.] Notatur ad hoc quòd ſuſpicio metus tollitur, ſi conſenſus, ſeu ratificatio ſuperueniat poſt metum, *l. penult. ff. de condict. ob turpem cauſam, l.* 2. *C. quod metus cauſa, c. cum virum, cap. ſignificatum, infr. de regular.* Menoch. *de arbitrar. caſu* 231. *num.* 14. & 15. Bonacoſ. *commun. crimin. part.* 1. *verbo, metus, fol.* 113 *verſo*, & *part.* 2. *eod. verbo, fol.* 49. & *tom* 1. *commun. opin. lib.* 2. *tit.* 11. *num.* 50. *pag.* 328. Gama *Luſit. deciſ.* 346. *n.* 4. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *q.* 4. *num.* 23. Flamin. *de reſignat. benefic. lib.* 13. *q.* 1. *num.* 121. *cum ſeqq.* Intellige dummodo tempore ratificationis ſublata ſit cauſa metus, quia ea durante metus durare præſumitur, vt voluit gloſſ. *hic verbo, poſtmodum, in princ.* Barth. *in l. ſi ob turpem, n.* 5. *ff. de condict. ob turpem cauſam*, Boër. *deciſ.* 100. *n.* 13. Couar. *de ſponſalib. p.* 2. § 6. *n.* 1. Ranchin. *p.* 4 *concl.* 474. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 126. Maſcard. *de prob. concl* 1051. *n.* 34. Flamin. *d. q.* 1. *n.* 101. *cum ſeqq.* Guttier. *conſ.* 16. *n.* 15. Sanch. *de matrim. lib.* 4. *diſp.* 18. *n.* 7.

In gloſſ. *Non timore mortis.* Circa intellectum huius gloſſæ vide Sanch. *de matrim. lib.* 1. *diſp.* 9. *in fine, verſ. ad vltimum*, Herculan. *in tract. de probatione negatiua in* 5 *modo.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficio ſuo ob metum amiſſionis patrimonij renuntians illud repetere poteſt.*
2 *Metus iuſtus, qui cadit in conſtantem virum, inducit periculum amiſſionis omnium bonorum, vel maioris partis.*
3 *Renuntiatio debet eſſe libera, & voluntaria.*
4 *Renuntiatio beneficij metu facta venit reſcindenda.*
5 *Actus geſti propter metum regulariter veniunt reſcindendi.*
6 *Dotis promiſſio metu facta eſt omnino irrita.*
7 *Iuriſdictio per metum exorta non tenet.*
8 *Votum per metum factum non tenet.*

CAP. Abbas. II.

1 BEneficio ſuo renuntians ob metum ne patrimonium amittat, renuntiatio non tenet, & poteſt illud repetere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Bald. Anan. Panorm. Hoſt. Anch. Butr. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag* 538. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 178. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1 *tit.* 30. *c.* 2. & eſt poſt Concil. Lateran. *p.* 22. *c.* 7.

2 *Quæ eum à domo, & vniuerſa poſſeſſione expellerent.*] Notatur ad hoc quòd periculum amiſſionis omnium bonorum inducit iuſtum metum, qui cadit in conſtantem virum, vt per Menoch. *de arbitr. caſu* 135. *in fine*, & *conſ.* 1 *à num.* 380. Sebaſt. Medic. *de caſib. fort. p.* 1. *q.* 7. *n.* 7. *verſ. quinto modo probatur.* Card. Tuſch. *pract. concl. litera M. concl* 215. *num.* 5. & *concl.* 217. *num.* 8. & 9. Farin. *fragm. crimin. tom.* 2. *lit. M. n.* 89. Maſcard. *de probation. concl* 1051. *num.* 54. Flamin. *de reſignat. benefic. lib.* 13. *q.* 1. *num.* 144. *cum ſeqq.* Sanch. *de matrim. lib.* 4. *diſp.* 5. *num.* 20. Farin. *in praxi crimin. p.* 1. *q.* 15. *num.* 55. Fr. Baſil. Ponci. *de impedimentis matrimonij, cap.* 29. § 6. *verſ. at mihi videtur pag.* 403. Idem dic in amiſſione maioris partis bonorum idque ſiue ſine illis ſuſtentari vita poſſet, ſiue non, argum. *l. propter litem, ff. de excuſat. tit.* ibi, *niſi forte de omnibus bonis, aut plurima eorum parte controuerſia ſit*, & *c.* 1. *de reſtit. ſpoliat. lib.* 6. vbi ſpoliatus dicitur, quia tota ſubſtantia, vel maiori parte deſtitutus eſt, Guttier. *de iuram. confirm. p.* 1. *c.* 57. *n.* 20. Idem etiam in amiſſione magnæ rei, licet non ſit maior bonorum pars, Cotta *in memorab. verbo, abſentes*, Couar. *de ſponſal. p.* 2. § 4. *n.* 18. Arag. *in* 2. 2. *q.* 88. *art.* 3. §. *pro explicat. huius difficultatis*, quibus ampliationibus non obſtat text. *in præſenti*, dum videtur exigere periculum amiſſionis omnium bonorum, quia in eo factum narratur, in quo omnium bonorum amiſſionis metus incuſſus eſt, non verò quicquam decernitur, vt dicit Fr. Baſil. Ponci. *vbi proximè, verſ. nec obſtat.*

Niſi Eccleſiam ſuam penitus abiuraret.] Notatur ad 3 hoc quòd renuntiatio metu facta eſt nulla, debet enim eſſe libera, & voluntaria, Rebuff. *in praxi tit. de reſign. metu exorta, & tit. de vi in reſignat. adhibita.* Corraſ. *de benef. p.* 1. *c.* 8. *n.* 10. & 11. Flamin. *de reſign. lib.* 13. *q.* 1. & 2. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.* 3. *n.* 246. *verſ.* 2. Nicol. Garc. *de benef. p.* 11. *c.* 3. *n.* 1.

Quæ metu, & vi fiunt, de iure debent in irritum reuo- 4 *cari.*] Notatur ad hoc quòd reſignatio beneficij metu facta venit reſcindenda, vt per Fortun. Garc. *de vltimo fine, illat.* 1. *n.* 190. Nauar. *in c. accepta, oppoſit.* 5. *n.* 11. *infr. de reſtit. ſpoliat.* optimè Flamin. *d. lib.* 13. *q.* 2. *à prine.* Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 7. *c.* 27. *q.* 2. Valer. Reginald. *d. tract.* 2. *n.* 333. Actus enim geſti propter 5 metum regulariter veniunt reſcindendi, Seb. Medic. *de caſib. fort. p.* 1. *q.* 7. *n.* 62. Farin. *fragment crimin. p.* 2. *litera M. n.* 25. Anton. Gom. *tom.* 3. *var. cap.* 4. *numero vnic. ad finem, caſu* 6. Gregor. *l.* 56. *verbo, desfecho, tit.* 5. *p.* 5. Padil. *in l. interpoſit. n.* 4. *C. de tranſact.* Menoch. *conſ.* 2. *n.* 17. Seraphin. *de priuilegiis iuramenti, priuil.* 110 *in princ.* Flamin. *d. q.* 2. *n.* 9. Rebuff. *de pacificis poſſeſſ. n.* 230. Sanch. *de matrim. lib.* 4. *diſp.* 8. *n.* 4. Guttier. *eod. tract. c.* 76. *à n.* 2. Sayr. *in claui Regia, lib.* 2. *c.* 2. *n.* 10.

In gloſſ. *Coactus*, ibi, *Item & dos promiſſa propter* 6 *metum.* Notatur ad hoc quòd promiſſio dotis metu facta eſt omnino irrita, vide Nouel. *de dote, part.* 6. *priuil.* 39. *num.* 1. Sanch. *d. lib.* 4. *diſput.* 12. *numero* 23. D. Barboſ. *in rub. ff. ſoluto matrimon. part.* 4 *numero* 28. Grammat. *deciſ.* 103. *num.* 67 *cum ſeqq.* Sebaſt. Medic. *de caſibus fort. p.* 1. *q.* 7. *num* 29. Farin. *fragm. crimin. p.* 2. *lit. M. n.* 27.

In ead. gloſſ. ibi, *Item non tenet iuriſdictio per me-* 7 *tum exorta.* Vide D. Barboſ. *in l.* 1. *ff. de iudiciis, art.* 3. *num.* 45.

In ead. gloſſ. ibi, *Quia votum per metum factum* 8 *non tenet.* Recipitur ab omnibus *in præſenti*, vt per Anchar. *col.* 1. *n.* 3. *verſ. quærit gloſſa*, Ioan. Andr. *n.* 7. Imolam *n.* 4. Butr. *col.* 2. *n.* 9. *verſ. quartus caſus*, Panormit. *col.* 3. *n.* 11. & alios quos refert, & ſequitur Rendina *in promptuario receptarum ſent. tom.* 1. *tit.* 125. *de voto, n.* 1. vide alios plures, quos *ſuprà* retuli *ad c.* 1. *n.* 3. *hoc tit.*

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Electioni de se factæ terrore laicorum renuntians, si renuntiatio iuramento vel fide firmata non sit, regimini ad quod electus fuit, præfici poterit.*
2 *Promissio sub fide idem operatur, quod iuramentum quoad obseruantiam.*
3 *Fidem frangens eadem pœna punitur, qua puniretur frangens iuramentum.*
4 *Fides data per coniunctionem dexteræ habetur loco iuramenti.*
5 *Electioni metu renuntians potest eidem Ecclesiæ præfici, non obstante renuntiatione, nisi fuisset confirmata iuramento.*
6 *Renuntiatio beneficij fieri non potest sine superioris auctoritate.*

CAP. Ad aures. III. *Clem. III.*

1 ELectus ad regimen alicuius Ecclesiæ, si terrore laicorum illi renuntiauit, & non fuit iuramento, vel fide confirmata renuntiatio, potest præfici eidem Ecclesiæ. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Collect. Zabar. Innoc. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anchar. Panorm. Butr. Host. Viuian. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 539. Alagona *in compend. iur. Canonici, pag.* 188. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1 *&* 2. refertur ab Anton. Augst. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 1. *tit.* 19. *cap* 1.

2 *Vel fide interposita.*] Notatur ad hoc quòd promissio sub fide idem operatur, quod iuramentum quoad
3 obseruantiam, Surd. *decis.* 235. *n.* 1. eadem enim pœna punitur frangens fidem, qua puniretur frangens iuramentum, vt per Perez *l.* 1. *gloss.* 1. *pag.* 186. *col.* 1. *vers. quæri solet, tit.* 6. *lib.* 8. *Ordin.* Mendoça *in disputationibus suis, lib.* 1. *c.* 6. *n.* 10. Et fides data per coniunctionem dexteræ habetur loco iuramenti, Surd. *decis.* 234 *n.* 6.

5 *Non impedit, &c.*] Et sic renuntians electioni metu potest eidem Ecclesiæ præfici, non obstante renuntiatione, nisi fortè renuntiatio huiusmodi fuisset confirmata iuramento, vide Flamin. *de resignat. benef. lib.* 1. *q.* 1. *n.* 24. *cum seqq.* vbi *n.* 26. asserit sustentabilem esse responsionem, quæ asserit hunc text. loqui de renuntiatione iuris ad rem, quia loquitur de renuntiante electioni, & *n.* 28. dicit illam veram esse, quæ dictat hunc text. procedere ante absolutionem à iuramento obtentam, námque nisi habeat absolutionem non potest Ecclesiæ præfici, siue iuramentum fuerit factum metu ad renuntiandum, & postea sequuta renuntiatio, siue facta fuerit renuntiatio ob metum, & postea interpositum iuramentum, & ita respondet ad hunc text. Nauar. *in c. accepta, oppositi.* 6. *n.* 6 *infr. de rest. spol.*

6 In gloss. *Laicorum*, ibi, *talis renuntiatio non tenet, etiamsi sponte fieret, quia non est facta in manu Prælati.* Nam renuntiatio fieri non potest sine Superioris auctoritate, neque facta valet, etiam in præiudicium renuntiantis, ita post multos à se relatos resoluit Nicol. Garc. *de benefic. part.* 11. *cap.* 3. *n.* 223. *cum multis seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficio suo renuntiare iurans, & renuntians per metum, qui cadere potuit in constantem virum, illud repetere potuerit.*
2 *Renuntiare Ecclesiæ metu iurans si renuntiauerit, non obstante iuratione, illam repetere potest.*
3 *Excommunicationis timor cadit in constantem virum.*
4 *Metus reuerentialis quando sit sufficiens ad rescindendos contractus, ostenditur.*
5 *Metus cadens in constantem virum quis dicatur, ostenditur.*
6 *Iuramentum vbi non firmat contractum, sed solùm fit de soluendo, facta solutione impletum est, & absque aliqua relaxatione potest solutum repeti.*
7 *Metus an purgetur quoties aliquis sponte soluit quod iuramento per metum promiserat, ostenditur.*

CAP. Ad audientiam. IV. *Innoc. III.*

QVi per metum cadentem in constantem virum 1
iurauit renuntiare, & renuntiauit suo beneficio, sed non iurauit non repetere, potest repetere, & si probat metum, est ei restituendum beneficium. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Host. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anch. Panorm. Butr. Henric. Boich, Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 539. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 188. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 1. *tit.* 23. *c.* 1.

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt, Nau. 2
in c. accepta, infr. de restit. spoliat. in proœm. sub tit. confirmatio duplex summæ principalis, n. 4 *vers. quarto*, & faciunt quæ Soar. *de Religione, lib.* 2. *de iuram. c.* 26. *n.* 9. & *c.* 41. *n.* 18.

Et debuerit cadere in virum constantem. Aduerte ex- 3
communicationis timorem cadere in constantem virum, quod intelliges, si excommunicatio sit iniusta, & de facili appellando superior adiri non possit, vide tradita ad gloss. *verbo, violentia, in c. cùm dilectus, infr. hoc tit.* & Mascard. *de probat. concl.* 1051 *n.* 5. post Cou. Gig. & alios, Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib.* 13. *q.* 1. *n.* 129. *&* 134 *cum seqq. &* 163 *& seqq. &* 215. *cum seqq.* asserit metum non inducere quod index in- 4
stè facit. Sic etiam metus reuerentialis præcedentibus minis, aut verberibus cadit in constantem virum, sufficiénsque est ad rescindendos contractus. Vide Xuar. *tit. de los pleitos, n.* 36 Burgos *cons.* 5. *n.* 11. Flamin. *d. lib.* 13. *q.* 1. *n.* 166 *cum seqq.* Cald. Pereira *de renouat. emphyt. q.* 16. *n.* 59. Molina *de primog. lib.* 2. *c.* 3. *n.* 9. *cum seqq.* Valasc. *cons.* 130. *n.* 11. Cabed. *p.* 1 *decis.* 194. *n.* 29. Sanch. *de matrim. lib.* 4. *disp.* 6. *n.* 7. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 198. *n.* 53. Farinac. *in praxi crimin. p.* 1 *q.* 14. *n.* 48. *& p.* 4. *decis.* 42. *in addit. verbo, reuerentia.* Sufficit etiam si in persona, cui reuerentia debetur, concurrat aliquid, quod sit loco minorum, prout est enormissima læsio, quia tunc etiam absque minis actus rescindetur, Couar. *in c. quamvis pactum, de pactis, lib.* 6. *p.* 1 §. 4. *n.* 7. Menoch. *de arbitr. casu* 136. *n.* 9 *& de præs. lib.* 3. *præs.* 127. *n.* 147 *& cons.* 1. *n.* 49; Ozasc. *Pedè decis.* 179. *n.* 5. Guttier. *cons.* 16. *n.* 16. *cum seqq.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, C. de in integ. rest. verbo, læsis, n.* 40 *col.* 3. latè Farin. *d. q.* 1. *à n.* 166. Vel si importunis precibus, Farin. *p.* 4. *decis.* 40. *addit. vlt.* Metus ideo cadens in constantẽ virũ is est, quan- 5
do aut mors ipsa, aut corporis cruciatus grauis, aut vniuersorum bonorum, aut partis eorum amissio, vel magni lucri subtractio interminatur, vt probat R. P. Franc. Coriolan. Capuccin. *de absolutione à casibus Bullæ in Cœna Domini, n.* 8. *in fine*, & relinqui arbitrio iudicis tenent Doctores citati *ad c. dilectus* 6. *n.* 6. *infr. hoc tit.*

Non

6 *Non obstante iuramento prædicto*, &c. Notatur ad hoc quòd vbi iuramentum non firmat contractum, sed solùm sit de soluendo, facta solutione impletum est, absque aliqua relaxatione potest soluum repeti, gloss. *hic verbo, resignandum*, & Hostiens. *super verbo, non obstante*, Ioan. Andr. *n.* 2. Butr. *n.* 9. Anchar. *n.* 4. Abb. *in princip. n.* 1. Couar. *in d. c. quamvis pactum*, *p.* 2. § 3. *n.* 2. *in princ.* Gutier. *de iuram. confirmat. part.* 1. *cap.* 53. *n.* 8. Si autem iuramentum fuit etiam de non repetendo, non potest solutum repeti ante iuramenti relaxationem, potest tamen ea concedi cùm nullum ius tertio acquisitum sit, & ea concessa potest solutum repeti, & contractus reuocari, gloss. Butr. Abb. Couar. & Gutier. locis proximè citatis. Hæc Sanch. *de matrim. lib.* 1. *disp.* 32. *n.* 7.

7 In gloss. *Ad resignationem*. Notatur ad hoc quòd purgatur metus quoties aliquis sponte soluit, quod iuramento per metum promiserat, sequuntur Ant. *hic n.* 7 *in fine*, & Card. *q.* 3. *ad finem*. Verius tamen est non purgari, cùm enim subsit coniectura solutionis metu periurij incurrendi factæ, non præsumitur spontanea solutio, quare glossam hanc reprobant Host. *hic super verbo, resignauit*, Ioan. Andr. *n.* 8. Anchar. *n.* 5. Abb. *n.* 3. Henric. *num.* 3. & 4. Imola *num.* 4. Bertachin. *in suo repert. lit. M. verbo, metus non præsumitur, sub num.* 60. *vers. metus iuramento*, Nauar. *cons.* 1. *n.* 9. *in* 1. *edit. & cons.* 4. *n.* 9. *in* 3. *sub hoc tit.* Padil. *in l. interpositas*, *n.* 25. *C. de transact.* Seraphin. *de priuil. iuram. priuil.* 29. *num.* 5. & 6. Ioan. Garc. *de nobilit. glos.* 17. *n.* 45. quos refert, & sequitur Sanch. *de matrim. lib.* 4. *disp.* 18. *num.* 10.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus non est, qui absolutè coactus excommunicato communicat, secus si coactio fuit conditionalis.*
2 *Doctores referuntur de intellectu huius text. agentes.*
3 *Principis metu, & Superioris minantis mortem delinquens ab extraordinaria pœna non absoluitur.*
4 *Peccatum mortale pro nullo metu debet incurri.*

Cap. Sacris. V.

1 EXcommunicato communicans inuitus per coactionem non est excommunicatus, quia potius patitur quàm agit, qui verò per metum, est excommunicatus, quia metus licèt attenuet, non tamen prorsus culpam excludit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Host. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anania, Bald Panorm. Anchar. Butr. Henric. Viu. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 540. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 188. remissiuè Ximen. *in concord p.* 1. & 2. refertur ab Anton. Augustt. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 1. *tit.* 23. *c.* 2.

2 Probare videtur text. *in præsenti* nullum metum, nisi vis accedat, excusare communicantem cum excommunicato ea ratione, quia pro nullo metu debet quis mortale peccatum committere, in quo text. hic difficilis reputatur à Doctoribus, variosque patitur intellectus, quos enumerare longum esset, qui eos tamen edisscere cupit, consulat Couar. *in c. alma mater*, *part.* 1. §. 3. *n.* 9. Nauar. *in cap. inter verba* 11. *q.* 3. *præl.* 3. *n.* 4. Soar. *de censur. tom.* 5. *disp.* 6. *sect.* 3. Ioan de Salas *de legibus*, *disp.* 11. *sect.* 3. Azor. *institut. moral. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 11. latè Marc. Alter. *de censur. tom.* 1. *de excommun. lib.* 1. *disp.* 12. *cap.* 3. & Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ exist. lib.* 4. *c.* 44. per totum, vbi per conclusiones, & certos casus materiam textus explicat.

Licèt metus attenuet culpam.] Notatur ad hoc quòd 3
delinquens metu Principis, & Superioris minantis mortem, licèt ab ordinaria criminis pœna excusetur, ab extraordinaria tamen non absoluitur, vt per Tiraq. *de pœnis temper. causa* 36. *n.* 3. *& seq.* Farin. *in praxi crimin. p.* 2. *q.* 97. *n.* 23.

Cùm pro nullo metu debeat quis mortale peccatum in- 4
currere.] Notatur ad hoc quòd mala quæ ex sui natura peccata sunt, & idcirco prohibita, nullo metu excusantur, ideo metus non excusat testem periurantem, Farin. *in praxi crimin. part.* 2. *q.* 67. *num.* 63. Et mulier omnia mala perpeti debet potius, quàm peccare in corpus suum, Surd. *de alimentis tit.* 7. *q.* 16. *num.* 42. quia quod est per se genere suo malum, semper est peccatum, Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 10. *q.* 11. *vers. hac igitur*, & *cap.* 11. *q.* 1 vbi *in vers. ad argumenta*, resolnit in hoc capideo Pontificem negare metum mortis iustam excusationem afferre, quia delinquens conuictus erat, & socius cum excommunicato in crimine, ob quod excommunicationis crimine obstrictus tenebatur, tum quia huiusmodi cum excommunicato commercium erat cum contemptu Ecclesiasticæ censuræ, quo casu debemus potius mortem perpeti quàm Ecclesiæ præceptum cum ipsius contemptu violare, non quia sit præceptum humanum, sed quia contemptus Ecclesiæ est peccatum, quod contra legem naturalem, & diuinam committitur. Vide Sayr. *de censur. lib.* 2. *c.* 14 *num.* 43. Ioan. Baptista Costa *de remed. subsid. remed.* 118. *num.* 7. qui aiunt huius text. sanctionem eò tendere quando contingit communicatio in Diuinis quoad præiudicium Fidei Catholicæ, vel quoad contemptum clauium, seu disciplinæ ecclesiasticæ. Vnde peccare ex contemptu importat duo, nempe actum peccandi, & causam eius, Valent. 1. 2. *disp.* 7 *quæst.* 5 *puncto* 6 *casu* 1. Vasquez 1. 2. *quæst.* 96 *art.* 4. *disp.* 158. *cap.* 4. *num.* 37. Sanchez *in præcepta Decalogi*, *lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 8. & 9. Propter quæ variè Doctores Pontificis mentem interpretati sunt, quidam enim asserunt hunc metus defensione carere, quia in fidei odium, & legis contemptum incussus fuerat, Sot. *in* 4. *sentent. dist.* 22. *q.* 1. *art.* 1. *concl.* 5 *casu* 5. Victor. *in tract. de excommun. q.* 12. A lij intelligunt text. de eo, qui communicat in Diuinis aut leui metu adductus, vel in crimine, Rosell. *verbo excommunicatio* 8. *col.* 1. Angel. *eod. verbo*, §. 18. Armill. *n.* 59 Nauar. *in manuali*, *cap.* 27. *num.* 36. & *in cap. inter verba*, *prælud.* 3. *n.* 4. Couar. *in cap. alma mater*, *p.* 1. §. 3. *num.* 9. Sanchez *de Matrim lib.* 9. *disp.* 31. *n.* 4. latè Paul. Comitol. *responsor. moral. lib.* 6. *quæst.* 30. *per totam.*

Ergo re maturè discussa perpensisque variis ad hunc textum Doctorum resolutionibus difficilem illum reputo, dum probat communicantes cum excommunicatis per metum mortis minorem excommunicationem non euadere; difficultas in hoc est, quia ad incurrendas censuras non sufficit culpa, sed necessariò requiritur contumacia, *cap. quisquis* 2. *q.* 6. *cap.* 1. ibi, *contumacia vitium reprimatur*, *de except. lib.* 6 D. Thom. *ad* 3. *p.* 21. *art.* 3. Sot. *in* 4. *dist. inct.* 22. *quæst.* 1. *art.* 2. Nauar. *in man. cap.* 27. *num.* 9. quam quidem contumaciam non videntur habere illi, qui per metum mortis compulsi communicant cum excommunicatis non animo, & intentione offendendi Ecclesiasticum præceptum, sed magis vt mortis periculum euadant: qua ratione licèt grauiter peccent, *ex gloss. vlt. in cap. non solum* 11. *quæst.* 3. qui apud Saracenos, vel infideles metu mortis compulsi Idolis sacrificant, vel alios ipsorum ritus celebrant animo Fidem Catholicam

tholicam retinentes, quia tamen non agunt pertinaciter, vt est de ratione hæresis, vt probat text. *in cap. dixit 24. quæst. 3.* Castro *de iusta hæreticorum punit. lib. 1. cap. 7. versic. quartum*, & *cap. 9.* ideò pœnas Canonicas eos euadere probant *gloss. 2. in fine*, & Doctores communiter per text. *ibi*, *in cap. nunc autem 21. dist.* Abb. *cons. 4. lib. 1.* testatur Communem Clar. *§. hæresis num. 3.* Simanch. *de Catholicis cap. 17. num. 85.* Vnde quamvis communicantes cum excommunicatis per metum mortis grauiter peccare concedamus, ab excommunicatione tamen, aliisque pœnis Canonicis liberos esse dicendum videbatur. Confirmatur magis difficultas, quia ex causis multo leuioribus, vt necessitate famis, vel causa exigendi debitum excusati communicantes cum excommunicatis, probat text. *in c. quoniam multos, 11. q. 3.* Et constat ex illo vulgari versic.

Vtile, lex, humile, lex ignorata, necesse.

Igitur non est par credere voluisse Ecclesiam obligare subditos cum tanto rigore, vt instante mortis periculo teneamur excommunicatum vitare, contra reg. text. *in c. quod non est licitum, de reg. iuris in antiquis, cap. 2. de obseruat. ieiuniorum*, iuncta communi Theologorum sententia, de qua Sot. *de iustit. lib. 1. quæst. 6. art. 4. col. ante penult.* & latè post multos, quos refert, & explicat Azor. *iustit. moral. part. 1. lib. 1. c. 11. quæst. 1.* & agens de Carthusianis circa præceptum de abstinendo à carnibus quòd ad illud cum mortis periculo non teneantur, disputat idem Azor. *d. p. 1. l. 1. cap. 6. quæst. 7.*

Quibus difficultatibus oppressi Doctores communiter constituunt metum mortis regulariter excusare communicantes cum excommunicatis, ita D. Thom. *in 4. dist. 18. q. 2. art. 4. gl. 3.* vbi Sot. *dist. 22. q. 1. art. 4.* Nauar. *in man. cap. 27. num 36.* Couar. *in cap. alma mater part. 1. §. 3. num. 9.* & post Ledesm. Medin. & alios quos refert, & sequitur Henr. *in summa lib 13. cap. 18. §. 2. iuncta lit. P.* Vgol. *de censur. tab. 2. cap 15. num 4.* Iacob. de Graff. *in aur. decis. lib. 4. cap. 13.* Soar. *tom 5 disp. 4. sect. 1. num. 12.* Azor. *d. quæst. 1.* qui omnes variè torquentur circa intellectum huius text. varias interpretationes, seu magis diuinationes ad illum afferentes. In primis enim. Innoc. *in cap. si verè, de sentent. excommun.* intelligit agere hunc text. de metu leui, qui regulariter non excusat, *l. vani timoris, ff. de regulis iuris.* Sed conuincitur ex litera text. ibi, *pro nullo metu*, &c. Vnde Theologi communiter intelligunt agere de communicantibus in Diuinis; ita D. Thom. Maior, & Ledesma *dictis locis.* Alij ad solos communicantes in crimine, vel in contemptum Clauium, ita Nauarr. Couar. Graff. Henric. Soar. & Azor. *præcitatis locis.* Verùm hi omnes intellectus nimium restringunt literam, & generalitatem huius text. qui indistinctè negat metum quantumcumque mortis sic excommunicantes excusare.

Quare non videtur recedendum à generali regula Pontificis, immo generaliter asserendum nullum metum quantumcunque mortis excusare communicantes cum excommunicato siue in Diuinis, siue in humanis, & tam in crimine, & in contemptum, quàm & fine & extra illud, vt tenebant antiquiores communiter, & constat ex Abb. *n. 7 in fine in præsenti*, & ex Adrian. *in 4. q. de Clauibus q 3. except. 18.* de quo meminit Couar. *d. n. 9. vers. primus.*

Pro resolutione autem difficultatum aduerte illum metum solummodo iustum esse, & excusare in vtroque foro per quem quis eligit minus malum ad vitandum maius, vt probat text. opt. *in l. metum 5. ff. quod metus causa* explicat post D. Thom. Arist. Fortun. & alios, Couar. *de sponsal. p. 2. c. 3. §. 4 n. 2.* & vide quæ scribit Sanch. *de matrim. lib. 4. d. sp. 1. num. 6.* Planè qui eligit peccatum vt mortem effugiat, eligit maius malum, vt euitet minus, ideóque à culpa liberum non esse probat text. *in c. merito, & in illa cauenda 15. q. 1.* cum similibus, quibus probatur eos, qui faciunt aliquid per metum, velle simpliciter id quod agunt, quia coacta voluntas, voluntas est; *l. si mulier §. si metu* ibi, *coactus volui, ff. quod metus causa*, eandémque rationem insinuat Pont. *in hoc cap.* dum reddit rationem differentiæ inter vim præcisam, & metum, quod in prima omnino excusatur, quia magis pati, quam agere videatur, non ita in metu, cùm nullus metus tanti sit faciendus, vt pro eo debeat quis mortale peccatum incurrere, sed oporteat potius omnia mala tolerare, quàm malo consentire, vt inquit text. similis *in cap. itáne 22 q. 5.* ex qua ratione meritò Pontifex generaliter colligit in hoc text. eos, qui per metum mortis cum excommunicatis communicant, neque à culpa liberari, neque per consequens excommunicationem euadere.

Quo retento intellectu non obstant suprapositæ difficultates, nam ad primam de contumacia, respondetur repetita illa contumaciæ distinctione, formalis scilicet, & materialis, in communicante cum excommunicatis per metum mortis, non reperiri contumaciam formalem regulariter, quæ consistit in eo, quòd quis non obtemperat præcepto superioris animo, & intentione ei non obtemperandi, sed tamen non deficit contumacia materialis, quatenus iste legitimè monitus per metum culpabiliter superiori non obedit, vt mortem euadat, quam materialem contumaciam sufficere ad censuras incurrendas docent Couarru. *in cap. alma, p. 1. §. 9. n. 3.* & omnino *vers. est tamen*, & Valent. *tom. 4. disp. 7. q 7. punct. 5.* Illud verò quod in argumento adducebamus de sacrificante Idolis per metum mortis, certum non est, imo contrarium constat ex vsu Ecclesiæ, quæ tales consueuit absoluere, vt testatur ipse Clar. in argumento adducto, contrariumque magis probat *d. cap. non autem*, vbi Marcellinus Papa eo quòd carnificum timore victus ab immanissimo Diocletiano Imp. Idolis thurificare coactus fuit, culpam suam in generali Concilio confessus est, & ideo inquit text. non fuisse depositum, quia prima Sedes à nemine iudicatur, ac subinde non ex defectu culpæ sufficienti ad incurrendas pœnas Canonicas, sed ex defectu potestatis, & iurisdictionis; ex historiis tamen Damasi, & reliquorum constat Marcellinum ipsum Pontificatum deposuisse, quod magis probat Card. Bellarm. *tom. 1. de Roman. Pontif. lib. 4. c. 8. in fine, & de auctoritat. Concil. lib. 2. c. 19 in princ.* reclamantibus aliis, vt per Platin. *in eius vita*, Turrecrem. *de potestate Ecclesiæ lib. 2. cap. 103.*

Ad secundam resp. posse Ecclesiam obligare præceptis suis subditos etiam cum mortis periculo, vt omnes fatentur, imo id intendere quoties materia grauis est bonum publicum concernens, docet Caier. *1. 2. quæst. 96. 4. & 2. 2 quæst. 125 art. 4.* & tenere ferè omnes iuris Pontificis interpretes fatetur contrarium resoluens Azor. *d. lib. 1 cap. 11. q. 1. in princip. & lib. 5. cap. 6. q. 6.* certum est enim in violatione censurarum commune bonum offendi, quod magis consistere noscitur in auctoritate Ecclesiæ, per censuras (quæ sunt ipsius arma) tuenda & conseruanda, *cap. cum inter, de consuetud. cap. 1. de exceptionib. lib. 6. in princip.* & quia licèt leue quid videatur communicare cum excommunicato salutando, colloquendo, vel aliter in humanis, ex prædicto tamen fine debet grauissimum reputari iuncta communi traditione, de qua Azor. *d. lib. 5. cap. 6 quæst 5.* Ad confirmationem autem

autem ex text. *in d.c.quoniam multos*, resp. legem esse Canonicã, quæ speciales casus excepit à generali regula, inter quos non reperitur iste de communicãte per metum mortis, sed potiùs eum excusare noluisse apparet ex litera, cùm enim in præfatione de his fecerit mentionem, qui ignorantia, simplicitate, timore, necessitate, &c. cum excommunicatis communicant, deinde in decisione omnes alios expressit, communicantes verò per timorem omisit, vnde bene succedit reg. text. *in c. nonne, de præs. cum similibus*; neque deest æquissima differentiæ ratio, quando enim quis propter necessitatem famis communicat cum excommunicato, ponitur circumstantia, quæ tollit omnino ipsius actus malitiam, iuxta reg. text. *in c. discipulos, de consec. dist. 5.* vbi gloss. & omnes notarunt, Docuit D. Thom. *2.2.q.66.art.7.* Sot. *de iustit. l. 4. q. 7. art. 1.* Cou. *in reg. peccatum, p. 2. §. 1. n. 3.* quia scilicet intentio petentis alimenta ab excommunicato principaliter fertur secundùm finem illum subleuandi famis necessitatem, petitque ab excommunicato rem sibi debitam ab ipsa lege naturali, talisque petitio est medium naturæ suæ ordinatum ad propriæ vitæ conseruationem, quæ omnia deficiunt in communicante per metum, neque metus circumstantia tollit actus malitiam, neque communicans cum excommunicato petit rem sibi debitam lege naturali, sed potiùs ipsius intentio directè fertur in actum illicitum, quem ipse eligit, vt mortem euadat ex dictis: neque denique actus, quem eligit natura sua ordinatur ad conseruandam vitam, sed ex intentione ipsius metum passi illud medium eligenti contra legis præceptum. Confirmatur hæc differentia ex historia Machabæorum, quos *lib. 1. c. 2. & lib. 2. c. 7* constat propter metu mortis adduci non potuisse vt à patriis legibus recederent, suinasque carnes comederent, quas tamen constat comedisse propter famis necessitatem, atque hanc differentiam sentit Abb. *d. n. 7. in fin.* latiùs explicat Cou. *d. §. 3. n. 9. vers. 1. & vers. 2.* licèt immeritò deinde alias interpretationes magis probet.

SVMMARIVM.

1 *Metum passo non subuenitur si non fuit talis qui cadere potuit in constantem virum.*
2 *Professio facta per dolum an vitietur si in hominem prudentem dolus meritò caderet.*
3 *Resignatio beneficij dolo facta est nulla.*
4 *Nullus tenetur ad quid faciendum cum dispendio salutis corporalis.*
5 *Excommunicationis metus quando cadat in constantem virum, ostenditur.*
6 *Metus qui dicitur cadere in constantem virum, arbitrio iudicis relinquitur.*
7 *Restitutio in integrum non habet locum in spiritualibus.*

CAP. Cùm dilectus. VI.

1 VOuens, vel iurans aliquid, quod seruatum non vergit in dispendium salutis æternæ, debet illud seruare, nec excusat metus, qui non est mortis, vel cruciatus corporis, nec dolus. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Anan. Butr. Imol. Bald. Panorm. Anchar. Host. Henric. Boich. Viu. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 541.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag 189.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 3. Decret. lib. 1. tit. 23. c. 3.*

Nec obstante dolo, &c.] Notatur ad hoc quòd professio per dolum, vel errorem circa substantialia emissa est inualida, nam cùm hic dicatur non interuenisse dolum, sed potius quandam fatuitatem, non obscurè insinuatur aliquem dolum grauiorem, seu magis certum esse sufficientem ad annullandam professionem, quia talis error liberam voluntatem tollit, cùm nihil magis consensui quàm error aduersetur; quare ita tenent Sayr. *in claui Regia, lib. 6. c. 4. n. 13. vers. infertur quarto*, Less. *de iustit. lib. 2. cap. 40 dub. 2. num. 12. versic. ex his patet*, Sanch. *de matrim. lib 10. disput 9. num. 21.* Soar. *tom. 3. de Relig. lib. 6. cap. 5. num 4.* Bonacin. *de legibus disp 4. quæst 2. puncto 3. §. 2 num. 4.* Barthol. de Vecchis *in praxi obseruandæ in admittendis ad Religionis statum nouit. diff. 13. dub. 13. n. 5.* vbi cum Soar. *dicto loco, num. 9.* subiungit hoc procedere non solùm quando error, vel ignorantia contingit per iniuriosam deceptionem, sed etiamsi ex quacunque alia causa naturali, seu extrinseca contingat. 2

Quam ad fatuitatem, &c.] Ergo à contrario sensu quando dolus non pertinet ad fatuitatem, sed in hominem prudentem meritò caderet, vitiabatur professio, Ita Innocent. *hic num. 2.* Ioan. Andr. *num. 2. & 3.* Anchar. *num. 6.* Abb. *num. 12* Sylues. *verbo, religio 3. q. 11.* Nauar. *in cap. non dicatis 12. q. 1. num 63. in 1. edit commento 2. de regularib. num. 31. in 2. edit.* Sfort. Odd. *in tract. de restitut. in integr. p. 2. q. 61. art. 5. num. 31.* Sanch. *de matrim. lib. 10. disp 9. num. 19. & num 20.* cum quo ibi intellige. Videndum tamen est an professio dolo exorta nulla sit, vel exceptione doli mali rescindenda veniat? Et distinguendum puto quòd aut dolus versatur circa substantialia professionis, & tunc quia excludit consensum profitentis, professio eum non ligabit, aut verus dolus, & error est circa causam finalem, & tunc non irritabitur professio, quia non dicitur quis deceptus dum in substantialibus non erat, Sanch. *loco proximè citato*, Fernandez de Ottero *diuers iuris q. 19. part. 1.* vbi subdit professionem validam esse, licèt inducentes profitentem dolo ad profitendum hæreditate ipsius priuentur, quod extenderem non solùm ad Abbates, & superiores monasteriorum, sed ad alios consanguineos qui donationem extorsissent, ad trad. per Molfes. *in addit. ad consuet. Neapol. tit. de remiss. q. 18. n. 13.* Tapia *in auth. ingressi, verbo sua, c. 11. n. 5. C. de sacros. Eccles.* Vnde ex eisdem verbis, *non obstante dolo,* colligunt Doctores resignationem dolo factam esse nullam, Petr. Gregor. *syntagm. iuris, lib. 17. cap. 18. numero 2.* Rebuff. *in praxi benefic. tit. de resignat. dol. num. 1. & consil. 83. num. 2.* Mascard. *de probat. conclus. 1051. num. 53.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 7. c. 26. quæst. 3.* Flamin. *de resignat. benefic. lib. 13. quæst. 3. per totam*, vbi *num. 13.* declarat vt non omnis dolus sufficiat, sed qui cadat in constantem virum, & prudentem. 3

In gloss. *Salutis*, ibi, *Idem si salutis corporalis.* Notatur ad hoc quod nullus tenetur ad quid faciendum cum dispendio salutis corporalis, similis gloss. *in c. vltim. verbo quisquis, 22. quæst. 4. & in c. si verò, verbo, salutis, de iureiur.* Ripa *de peste, part 2. in princ. num. 6 & p. 3. num. 49.* Couar. *lib. 1. var. c. 2. n. 10. vers. quarto.* 4

In gloss. *Violentia*, ibi, *sed ille timor non excusat.* Notatur ad hoc quòd excommunicationis metus non est cadens in constantem virum; ratio est, quia si iusta est medicinalis est, cùm adhibeatur vt resipiscat à culpa, & nunc tenetur sibi consulere obediendo: si iniusta est non ligat, nec sortitur aliquem effectum in foro animæ; & ita eius metus non cadit in constantẽ 5

virum, cùm ei facilè occurri possit appellando, superiorem adeundo: vide tamen quæ dixi *ad c.4. n.3. supra hoc tit.* Seraphin. *de priuilegiis iuram. priuil.29. n.4.* Abb. *in cap. olim in c.n.6 infra de restit. spoliat.* Gig. *de pensionq.36. à princ.* Couar. *de sponsal. p.2 c.3.§.4. n.10.* Bursat. *consil.72.n.54 vol.1.* Padil. *in l. interpositæ, n.14. C. de transact.* Milesi. *in repert. verbo iustus metus,* Mascard. *de probat. concl.1051.n.50.* Flamin. *de resign. l.13.q.1.à n.34.* Azor. *instit. moral. p.1 lib.1 c.10.q.7.* optimè Basil. Ponc. *de impedimentis matrimonij,c.29.§.6. vers. caterum,* Vgolin. *de censur. tab.2.c.24. in princ n.1.* Illustr. D. meum Rodericum à Cunha *in comm. ad c.1. n.1. & 2. dist.74.*

6 In gloss. *Metum,* ibi, *vnde videtur relinquendum arbitrio iudicis.* Notatur ad hoc quòd arbitrio iudicis relinquitur qui metus dicatur cadere in virum constantem, similis gloss. *verbo, cruciatum, in l. interpositæ, C. de transactionib.* Couar. *de sponsalib. 1.2 c.3. §.4. n.8.* Decian. *cons.18. num 131. cum seqq lib.1.* Farin. *fragm. crimin. p.2. lit. M. n 67. cum seqq.* Menoch. *de arbitr. casu 135. num.2.* Flamin. *de resignat. benefic. lib.3. q.1. n.59.* Sanch. *de matrim. lib.4. disp.5. numero 1. & disp.9. num.5.*

7 In gloss. *Ad fatuitatem, vlt.* ibi, *Item nota quòd in spiritualibus non habet locum in integrum restitutio, quia non videntur decipi, qui meliorem vitam elegerunt.* Minor enim quoad professionem & cætera spiritualia censetur maior, circa quæ restituendus non est, vt resoluit Sanch. *de matrim. lib.7 disp.37.n.21.*

SVMMARIVM.

1 *Amissæ res probantur per iuramentum probata violentia per testes, & super valore rerum amissarum taxatione iudicis præmissa, & secuto petentis iuramento sit condemnatio.*

2 *Violentia probata per testes res amissæ probantur per iuramentum.*

3 *Quantitas probari potest per iuramentum mutuantis probata mutui numeratione per testes, qui non recordantur de quantitate.*

CAP. Super eo. VII. & vlt.

Gregor. IX.

1 QVi lite non contestata conqueritur coram iudice spolij se spoliatum per violentiam, & per iuramentum suum res amissas, iudex considerata qualitate personæ, & rerum, & quòd non facilè deiuraret, poterit condemnationem facere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Butr. Anch. Host. Panorm. Bald. Henric. Böich. Imol. Vinian. *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag.* 542. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 189. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.1. & 2.*

2 Collige ex text. quòd probata violentia per testes, res amissæ probantur per iuramentum. Vide *l.9. tit.10. p.7. vbi gloss.9. & l.1. tit.5. lib.4. Ordinam.* vbi Perez *gloss.2. à princip.* Bart. *in l.3. n.16. ff. de aliment. leg.* Iason. *in l. ex maleficiis, n.90. in princ. Instit de action.* Azened. *l.3. n.47 cum seqq. tit.13 lib.4. nouæ recopil.* Bonacos. *tom.1. com. opin lib.3. tit.27. n.1. cum seqq. pag.358.* Seraphin. *de priuilegiis iuram. priuil.31. n.102.* Mascard. *de probat. concl.952. n.13. & concl.1329. n.18.* Cardos. *in praxi iudicum, & Aduocatorum, verbo, interdictum, n.22. in fine.*

Sic etiam probata mutui numeratione per testes, qui non recordãtur de quantitate ea probari potest per iuramentum mutuantis, præcipuè si vltra testium de visu enumerationis deponentium dicta aliæ coniecturæ adhuc conuenerint. Vide Cacheran. *Pedem. decis.96. n.3.* Boer. *decis.339. n.4. in fin.* Ioseph. Ludou. *Peruf. dec.s.100. n.1.* Franc. Viu. *Neap. decis.108.* Surd. *Mantu. decis.199 n.5.* Stephan. Gratian. *Marchiæ decis.109. n.59 & discept. forens. c.144. n.45.* Marc. Anton. Bellon. *Genuensi decis.119. n.4. & decis 141. n.3. & decis.208. n.2.* Cur. Philip. *p.1. §.17. n 25. in fin.* Bellacomb. *tom.1. communium opinion. lib.4. tit.2. n.127. pag.461.* Parlad. *lib.2. rerum quotid. c.18.* Seraphin. *de priuilegus iuram priuil.36.* Mascard. *de probat. concl.184.* Peregrin. *consil.71. n.11. vol.1.* Muscatel. *in sua praxi aurea Ciuili Neapol. p.7 gloss. conclusio, n.24.* Camill. Borrel. *in summa omnium decis. tit.54. n.59.* Vnde debiti substantia vbi probatur status libro scribentis respectu quantitatis, si adsint coniecturæ, Mascard. *concl.973 n.33.* Surd. *decis 199. n.5.* Quid si testes deponant de venditione, asserentes se vidisse perfectè conuentum de re, & pretio, sed non recordari de quantitate pretij, vide Pinel. *in l. rubr. l.2. C. de rescind. vendit. p.2. c.1. n 7.* Bellacomb. *tom.1. comm opin. lib 4. tit.34. n.19.* Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib.2. conel.13. consid.1. n.5.* Mascard. *concl.1403. num.1.* Cald. Pereira *de emptione, & vendit. cap.18. num 16.*

De in integrum restitutione.

TIT. XLI.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hanc rubr. scribentes.*

2 *Restitutionis in integrum materiam qui Doctores tractent, citantur.*

3 *Restituere dicitur à retro & statuo, quasi retro statuere, sicut restituere deducitur à retro dare.*

4 Restituere *verbum amplam in iure habet significationem.*

5 *Restitutio propriè sumpta differt à solutione, & redditione.*

6 *Restitutio differt à satisfactione, in foro tamen conscientiæ frequenter ponitur restitutio pro satisfactione.*

7 *Restitutio in integrum est reintegranda rei vel causæ actio, seu repositio in pristinum statum.*

8 *Restitutionis duo sunt capita, alterum maiorum 24. annis, aliud verò minorum, & illorum, qui iure minorum funguntur, veluti Ecclesiæ, & similium.*

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabar. 1
Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panormit. Butr. Guillelm. Durand. *in breuiario aureo iuris Canonici, fol.42.* Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canonum, fol.166.* Petr. de Rauenna *in compend. iuris Canon.* Martin. Mesnart. *in epitome Decret. fol.44. verso,* Dan. Venator *in analysi methodica iuris Pontif. à pag.11.* Goffred. & Host. *in summa huius tit.* Alex. Cassan. & Anast. Germ. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Lancel. *in instit. Canon.* Canis. *in sum. iur. Canon.* Cafarel. *in erotem. eiusdem iur.* Barth. Carthag. *in expos. tit. iur. Canon.* nouissimè Ioan. Honor. *lib.1. summ. in Decretal.*

*Decretal.*omnes *super hac rubr.& vol.2.repet.in iure Canonico ad primum Decretal.librum*, Quintil. Mandos.in appendice.

2 De materia huius tit. vide *tit.19.p.6. & l.4.& 5. tit.5.lib.4. nouæ recop.* Anton. Gom. *var. tom 2. de contractib c.14.* Rebuff. *ad leges Galliæ, tom.2.tit.de restit. in integr.* Donel.*comm iuris Ciuilis, lib.21 c.4.* Mench. *vsufreq. c.6 § ia n 3.* Morla *in emporio iuris Ciuilis, p.1. tit.5.* Molina *de iustitia tract. 5. disp. 57 c.* Nauar. & Sayr. *sub hoc tit.* Cald. Pereira *in comm. ad l. si curatorem, C.hoc tit.*de quo integros tractatus edidere Ioan. Mauritius, Sfortia Oddus, Iacob.Cujac.& Robert. Lancellot.

3 Restituere dicitur à retro & statuto, quasi retro statuere, sicut reddere deducitur à retro dare *l. verbum reddendi 94 ff.de verbor. signif.* notant Alciat.*in l. restituere autem, n.1 ff. illo tit.* Molin. *de iustit tom.3. disp.714.n.vlt.* Vnde quia per restitutionem minores, Ecclesiæ, seu alij, qui restitutione potiuntur, de quibus vide Conan. *in l cum seqq. ff.hoc tit.* pristinum ius suum recuperant, *l. quod si maior, §.restitutio, ff.*
4 *de minor. l.3. ff. hoc tit. cap.1.infr eod.* in integrum restitui dicuntur; secundùm quam acceptionem verbum hoc amplam in iure habet significationem, sic enim dicitur Princeps restituere natalibus *in l.2. & per tot. ff.de natalib.restit.* restituere famæ, *in l.1. §.ait prætor ff. de postulando*, restituere honoribus, & ordini, *in l.1.C.de sent. passis, c.vlt.in fin.2.q.3* causæque etiam de quibus iterum ex integro cognoscitur, restitui in integrum dicuntur *in l. diuus Adrianus 33.l. Imperatores 34.ff.de re iudic.* prosequuntur Rebuff. & Alciat.*dictis locis*, & Azor. *instit. moral. p.3.lib.... c.1.à princip.* & denique, quia dicta restitutio rem cum omni sua causa in pristinum statum reponit, ac si læsio non interuenisset, *l.restituere 1.& 2.ff.de verbor. signific.*

5 Restitutio in hac significatione propriè sumpta nõ solùm differt à solutione,& redditione, sicut & verbum *restituere*, à verbis soluere & reddere, vt ex *d.l. verbum reddendi 94. l. solutionis verb 176. ff. de verbor. signif. iuncta d. l. restituere 1. & 2.eod tit.* & ex bonis
6 Auctoribus post alios ostendit Azor.*d.c.1.q.2.*sed etiã à satisfactione,hæc namq; generaliter accepta,provt differt à satisfactione in specie,quæ est tertia pars Sacramenti Pœnitentiæ, de qua *in c.satisfactio, de pœn. dist.3.* tunc dicitur quoties desideriũ alicuius implemus, teste Iurecons. *in l.1.in princ ff.qui satisd.cog* ac subinde tantùm importat impletionem eius quod aliquo modo debetur, *l.solutione, l.satisfactio 32 ff de solut.d.l.solutionis verb.*vel remissione pignoris, vel pacto, vel aliquo quocunq; modo, etiam per æquipollens fieri potest *l.si rem 9.§.omnis ff.de pign.act.* Sicque meritò text.*in c.vlt.in princ.de iniur.* ponens regulam generalem pro iniuria, vel damno culpa data satisfactionem fieri præcipit, in idemque est text.*in c.in literis,in fin.de raptor.c. præterea 7.*vbi Abb. *n.3.de vsur.* Restitutio verò necessariò præsupponit cessionem, ac subinde repositionem in eundem statum, quem læsio abstulit,neque alio modo fieri valet, vt tradunt Nau.*in man.c.3.n.1 & c.17.n.11.* Molin. *d.tom.3.disp. 715.n 2.* Azor. *vbi proximè.* Insuper satisfactio propriùs refertur ad iniuriam,restitutio verò ad damnum illatum, vt per Sot.*lib 4 de iustit q.6.art.1.* Vnde propter offensam Deo in peccando illatam rectè dicimus eidem satisfacere per pœnitentiam *c.vlt. de simon.*explicat eleganter Molin. *n.2.vbi proximè*: restituere verò minimè, quia nihil ab eo auferre possumus, quod restitutione reddatur, declarant Sot. *vbi sup.*Petr.Nau.*de rest.lib.1.c.2 n.22.* vbi alias differentias inter vtramque prosequuntur. Nihilominus tamen in iure præcipuè quoad forum conscientiæ frequenter ponitur restitutio pro satisfactione, vel è conuerso,iuxta text.*in reg. peccatum*, iuncta doctrina *glos.2.ibid.de regul.iuris in 6.* intendunt Sot. *vbi proximè*, Nau.*d.c.3.n 1* Fr. Ludou.*in instruct. conscient p.2. c.96.* & meritò, quia satisfactio generaliter sumpta comprehendit etiam restitutionem, iuxta text. *in d. c. vltim.* & restitutio latè accepta satisfactionem, vt deducitur ex doctrina *d.glos 2. in d.reg peccatum*, notant Nau. *d.n.1.* Molin. Petr. Nau. *n.25.dictis locis*; sicut etiam in foro exteriori solutio debiti etiamsi nulla præcedat mora, aut læsio, si tamen præcisam desiderat traditionem, restitutio appellatur, sicque dicitur restitui hæreditas ex Senatuscons. Trebell. iuxta text.*in l. 1.& per tot. ff.ad Trebel.*restitui dos soluto matrimonio.

Omissis,ergo aliis restitutionis speciebus,quæ sub 7
generali nomine comprehenduntur, provt est illa, quæ pertinet ad forum conscientiæ, de qua *in d.reg. peccatum*, illa etiam,quæ fit ratione spolij, de qua *in tit. ff. de vi & vi arm.* & de restitutione spoliatorum, & similes, quas prosequitur Bero. *in hac rubr. n.2.* restitutionem in integrum definit Paul. Iurecons. *lib.1. sent. tit 7.* quod sit reintegrandæ rei, vel causæ actio, quam definitionem explicat Cujac.*ibi in notis*, vt idem importet, ac si diceret Paul.restitutionem in integrum esse actionem restitoriam, vel decisoriam, quæ res nobis certa, seu ius, vel quælibet alia causa reintegratur, in idemque reincidit explicatio eiusdem definitionis quam tradit Donel.*com iuris Ciuilis, lib.21.c.4.* quòd verò ratione rei vel causæ in eadem definitione signetur ex Isidor. *lib 5. etymol.* tradit Cujac.*in rubr. ff eod.tit.*aliam definitionem ex verbis text.*in l.2.C.in quibus causis in integr.rest.* adducit Donel. *vbi proximè*, nempè quòd sit amissæ causæ reintegratio, cui definitioni concidit etiam alia quam Doctores communiter tradere solent, asserentes restitutionem esse repositionem in pristinum statum, vt per Bart.& Doct. per text. *ibi in d. l. quod si minor. §. restitutio*; idem Bart. *in l. interdum, n. 3.* vbi Iason. *n.4.ff.de condict.indeb. & in l. quis proprio, §.idem quæritur, n.1. ff. de procurat.* idem Iason. *in §.rursus n.76. Instit.de actionib.* Ruin. *in l.1.§. renuntiatio, n 201. ff. de noui oper. nunt.* Grat. *cons.40. n.1. lib.1.* & alij, de quibus Cald.Pereira *in l. si curatorem, verbo implorare num.3.* sequuntur Maurit. *de in integr. restit. cap.1. in princ.* Sfort. Odd. & plures ab eo relati *in simili tract. part.1.q.1.n.44.* Menoch. *de recup.in re prælud. num.5.* Morla *in emporio iuris p.1 tit 5.n.3.*quæ omnes definitiones rectè conueniunt restitutioni quatenus est nomen generis de qua agit *tit. ff. de in integr. restit.* comprehenditque cæteras omnes restitutiones, siue maiorum, siue minorum. Quare de illa Doctores sic definientes intelligendi sunt, vt bene aduertit Bero. *num.3. vbi proximè*, sicut etiam de eadem intelligi debet definitio Specul. *in rubric. de in integr. restit.* & alia Hostiens. qui eodem modo definit *in summa eod. tit §.1.* vt iam non immeritò ex aliis fundamentis de prædicta communi definitione dubitauerit Rebuff. *tom. 2. ad leges Galliæ, tit de restit. in præfat. numero 3.* & post eum Cald. Pereira *d. loco num.4* Maurit. *vbi supra* alias tradentes definitiones, vltra illas, de quibus Sfort. ex *num 34.* Aduertere namque debuissent Doctores, iura ab eis citata non loqui,neque definire nisi restitutionem in integrum in genere sumptam, non verò de speciali restitutione minoris tractare, de qua ipsi addunt, quod si de alia restitutione speciali loquuntur, describunt potiùs restitutionis effectum, & non ponunt definitionem, secundùm quem sensum non ineptè Iureconsul-

sub tit. de minorib. in quo de speciali restitutione minorum agitur, posuit *d. §. restitutio*, quinimo aptissimè ad docendum qualiter illa restitutio minorum facienda sit, & idcirco non dicit, restitutio est, sed restitutio in integrum facienda est, vt vnusquisque integrum ius suum recipiat, vt ita signaret se non ponere definitionem restitutionis specialis, sed magis illius effectum, & quid continere debeat.

8 Restitutionis sic in genere definitæ duo sunt capita, vt bene ad propositum notauit Donel. *d. lib. 2 1. c. 5. in princ.* alterum restitutionum maiorum viginti quinque annis, aliud verò minorum, & illorum, qui iure minorum fungutur, veluti Ecclesiæ, & similium, satis deducitur ex serie tit. *ff. de in integr. restit. cum tutilis seq & ex tit. C. de in integer. restit. minor.* iuncto tit. *ex quibus causis maior*, quia verò licèt restitutiones minorum ipsorum sint propriæ, & singulares, ita vt maioribus non competant nisi aliquando personis minorum, vt *suprà*, eæ tamen quæ maiorum sunt, eædem sunt cum minoribus communes, ita vt ex omnibus causis ex quibus maiores ex iisdem quoque minores, non tamen qua maiores restitui possint, cùm eis propter ætatis imbecillitatem plus tribui debeat, non verò minus, vt in terminis docet Bart. *in l. cum filius. §. in hac, n. 4. ff. de verb. oblig.* sequuntur Emman. Costa *in §. cùm in bello, verbo pater, n. 7.* & nemine citato Donel. *vbi proximè.*

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia enormiter læsa in contractu emptionis, vel locationis, potest petere restitutionem in integrum, emptor tamen siue conductor non debet fraudari in pretio suo, vel in sumptibus per eum factis.*
2 *Manifestè apparere, idem est quod legitimè per testes, vel aliter secundum ius.*
3 *Prælatus non potest res Ecclesiæ acquisitas deteriores facere*
4 *Ecclesia habet ius minoris in restitutione consequenda.*
5 *Hospitalia & loca pia, quæ per administratores reguntur, gaudent iure minoris.*
6 *Confratriæ gaudent iure minoris.*
7 *Respublica, ciuitas, & Vniuersitas gaudent iure minoris.*
8 *Fiscus gaudet iure minoris.*
9 *Ecclesia coram quocùdice possit restitutionem in integrum, & rescissionem contractus petere, ostenditur.*
10 *Alienata res per restitutionem in integrum reuocatur, nec satis est supplere lasionem pretij.*
11 *Ecclesia restituta restituendum est pretium ei, qui cum illa contraxit, etsi de illo non fiat mentio in sententia.*
12 *Contractus quoties per restitutionem in integrum rescinditur, tunc emptor de melioratione, & expensis rectè agere, remque ipsam retinere poterit.*
14 *Lasio enormis ad consequendam restitutionem necessariò est probanda.*
15 *Ecclesia restituitur vsque ad quadriennium vtile à principio, data tamen scientia.*
16 *Restitutio enormissima stante lasione peti potest etiam post quadriennium.*
17 *Dictio, semper, aliquando sumitur pro quotiescumque.*
18 *Alienatio rei Ecclesiæ facta cum solemnitate debita sine vlla iusta causa quatuor requisitarum inualida est.*

CAP. Requisiuit. I. *Alex III.*

ECclesia quando est læsa in aliquo contractu, v.g. alienationis, & detrimentum manifestè apparet, est reddenda in pristino iure, & proprietate, quia Ecclesia habet priuilegium minoris, & Episcopus non potest eam deteriorare, restituendi tamen sunt laicis sumptus, & labores, quibus bona fide meliorarunt res Ecclesiæ. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Zabar. Collect. Bellam. Host. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Anchar. Panorm. Butr. Beroi. Mantua, Viu. *in ratio al primi libri iuris Pontif. pag. 544.* Alagona *in compe d. uris Canon. pag. 190. & volum. 2. repet. in iure Canon. ad primum Decretalium librum*, Quintilian. Mandos. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1 & 2.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 1. tit. 31. c. 1* & est post Concil. Lateran. *p. 29. c. 7.* 1

Sub modico censu, &c.] Text. hic difficilis reputatur dum quæritur aduersùs quem contractum concedatur in integrum restitutio, *glos. 1. hic.* & Pinel. alind agens *in l. 2. C. de rescind. vendit p. 3. c. 1. n. 21.* arbitrantur procedere in emptione, & venditione, accipientes verba illa, *sub modico sensu*, pro modica pecunia in vim pretij, & verba in fine, ibi, *coloni*, id est emptores colentes possessiones ipsas: sed quilibet etiam leuissimis tinctus literis fatebitur prædictis verbis manifestam fieri violentiam. Alij intelligunt in locatione ad longum tempus, vt ita sit sensus quòd si Ecclesia lædatur in contractu locationis, restituenda sit circa rem ipsam, non verò ad pensionis supplementum, post alios Pinel. *vbi prox.* sed non placet, quia text. supponit ius & proprietatem possessionum per contractum fuisse translatam ad laicos, patet ibi, *redire*, quod verbum supponit translationem iam præcessisse quoad vtrumque dominium, sanè quamvis locatio ad longum tempus vtile dominium transferat in conductorem, ob idque non possit fieri à prohibito alienare, vt dixi *in collect. ad lib. 3. tit. 13. c. 3. n. 12* nunquam tamen directum: ergo de locatione ad longum tempus intelligi non potest, vt rectè considerant Abb. & Beroi. & alij statim referendi.

Quamobrem iuxta verba huius text. suprà relata cum Fortun. intellige restitutionem fuisse concessam aduersùs contractum censuarium verè & proprè consideratum, certum enim est de ratione census esse quòd vtrumque dominium transferat in accipientem, cùm debita tamen subiectione, quæ domino antiquo præstanda est iuxta formam conuentionis, planè text. hic de conuentione agit per quam omne dominium tam vtile, quàm directum translatum fuit, patet. *ibi*, ad ipsius conuenit ius, & proprietatem redire, vt suprà explicatum fuit. Deinde text. in initio expressè agit de possessionibus sub modico censu concessis, ergo, vt verba hæc in sua proprietate retineantur, & sequentia consonent, omnino oportet intelligere de conuentione censuali, & ita cũ iudicio rectè intelligunt post Abb. Ber. *in præsenti*, alij, quos refert Felician *de censibus in proœmio, n. 9 versic. & quo*, vnico verbo Valasc. *de iure emphyt. quæst. 32. num. 35.* Nec obstat quòd verba illa, ad ius & proprietatem, æquè propriè, immo magis adaptari possunt contractui emptionis, & venditionis, de cuius natura est omne ius & dominium transferre in emptorem, *l. cum manu fata 80 in fin. ff. de contrab. empt.* Respondetur enim priora verba, *sub modico censu*, hunc intellectum non admittere, deinde verbum, *coloni*, infra adiectum propriùs dici de censuariis, quàm de emptoribus, vt

rectè

rectè aduertit Mant. *hic num.26.* Tandem non obstat quòd retento hoc intellectu Ecclesia dici non possit notabiliter læsa ac subinde restitutioni in integrum locus esse non debuerat, contra text. *in præsenti*, quo argumẽto à prædicto intellectu nouissimè, vt ille ait, recedit Mant. *vbi proximè*, neque enim læsio contingere dicitur quamvis res maxima sub modico censu concedatur, quia vt plurimum res quamvis opulentæ per huiusmodi contractum sub minima pensione conceduntur in cognitionem pristini dominij, vt est de natura census. Respon. namque adhuc læsionem considerari posse, quæ sufficiat ad in integrum restitutionẽ, dum in eo quòd res in censum fuerint concessæ, & ideo redire iubentur ad ius & proprietatem Ecclesiæ, tum etiam quia fortè respectiuè ad rem ipsam census fuit modicus, & iniustus, vt text. habet, neque oportet læsionem enormem esse vt restitutioni fiat locus, cùm etiam ob minimam, dummodo maiori rei, vel summæ non præiudicetur, restitutio concedatur, *gloss.* 2. recepta per text. *ibi in l. scio 4. ff de integ. restit.* plures, vt per Cou. *lib 1. var. c.3.n 11. vers.his*, Costa *in §. & quid si tantum, p 2. n 66.* Pinel. *in l.2.C.de rescind. vendit. p.1.n 26.* Padil. *in l.quamvis, n.3. C.de iuris, & facti ignor.* licèt contradicant gloss. & Doctores communiter citati ab iisdem.

2 *Et manifestè apparet.*]Similis text. *in l.quòd si minor 25.§.non semper*, ibi, *manifestè, ff de minorib.* Et intellige, manifestè, id est, legitimè per testes, vel aliter secundùm ius, Ioan. Andr. Host. Butr. Card. *in princ.* Abb. *num.2.in præsenti.* Vnde quando Ecclesia vult in integrum restitui, necesse illa habet plura deducere, & probare, nempè quòd adsit læsio, & quòd illa manifesta sit, Menoch. *cons.114 n 12.* Rot. *in Lunen. Sarzanen. Iurispatronatus 18. Maij 1622.* coram R. P.D.Merlino.

3 *Deteriorem facere.*] Similis text. *in c.2.infr.de donat. gloss.fin.in c.vlt.16.q.6.gloss etiam fin.in c.2.de præscript.* Intellige procedere in rebus acquisitis, non verò in acquirendis. Ego ipse *de offic. & potest. Episcop. p.3. alleg 95.* sicut nec habent locum negligente Prælato, vt si præscriptionem patiatur, latè Cagnol. *in l. non fraudantur, ff. de regulis iuris*, Tiraq. *de iure mariti, gloss.7. n 76. cum seqq.* Poterit tamen Ecclesia agere contra Prælatum, vel eius hæredes, iuxta *l.quicquid C.arbitrium tutelæ*, gloss. *in c.quicunque 12 q.1.* Panorm. *hic n.8.* Beroi. *n 10.* Cou. *lib.3. var.c.2.n.1.* Rebuff. *in compendio alienat.n.32.*

4 *Et Ecclesia iure minoris*, &c.]Notatur ad hoc quòd Ecclesia habet ius minoris in restitutione consequenda, vt per Euerard. *in cent.legali, loco de minore ad Ecclesiam*, Bernard. *reg.219.* Cald. Pereira *in l.si curatorem, verbo, minoribus, n.60.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo, Ecclesia, n.35.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori*
5 *Eccles. decis.103. n.3.in 1.edit. & resol.88. in edit.* Sic etiam iure minoris gaudent Hospitalis, & loca pia, quæ per administratores reguntur, Marant. *de ordine iudic. part.6. tit. de appellat. numero 85.* Tiraq. *de causa, priuil. 138.* Valasc. *consult. 105. numero 44.* Nicol. Garc. *de benefic. part.5. cap.5. num.602.* Garc. Girond. *de priuilegiorum, & exemptionum explicat. n.569.in fine.* Item & capellæ, Cabed. *Lusit.decis.52.*
6 *n.11. p.2.* Et confratriæ Guttier. *canon q.lib.1.cap.35. num.14.* Mascard. *de probat.concl.869.num.10.* Cabed.
7 *Lusit.decis 51.n.2. p.1.* Et Resp. ciuitas, & Vniuersitas, per *l. Rempub C. ex quibus causis maiores, & l. Remp. C. de iure Reip. lib. 11.* Foler. *ad Marant. de ordine iudic.4 p.6. actu 2. n.97. pag. mihi 420.* Balb. *de præscript.3.p.5 princ.q.2.n.5 & 6.* Cald. Pereira *in d.l.*
8 *si curatorem, verbo, minoribus, n.61.* Et fiscus, Greg.

l.3.verbo del Rei, tit.1.p.5. & l. 10 tit 19. p.3. Ioan. Garc. *de nobilit. gloss.3. §.1. num.18.* Peregrin. *de iure fisci, lib 6. tit.2.num.10.* Rebuff. *ad l. bona, ff. de verb. signif. pag.mihi 204.* Cald. Pereira *in d.l. si curatorem, verbo, minoribus, n.61.* Barbosa *in l. si mora num.61. ff. soluto matrim.* Et miserabiles personæ, Bald. *cons. 465 vol. 1.* quem refert & sequitur Rebuff. *ad leges Galliæ, tract.de sent prouision.art.3.glos vlt.vers.10.* Et denique studiosus literarum qui poterit restitutionem in integrum postulare, si eo in studio existente res sua fuerit præscripta, Rebuff. *de priuilegiis schol. priuil.119.*

Dubitari potest coram quo iudice possit Ecclesia 9
restitutionem in integrum, & rescissionem contractus petere, tenent aliqui per hunc text. coram iudice Ecclesiastico petendam esse, vt per Roman. *sing. 112.* Bernard. *reg.219. falle.1.2.* Guttier. *canon q.lib.1. c.34.n.10.* Imo debere illam petere in foro Rei conuenti, melioribus fundamentis resoluunt Couar. *var. lib.1.c.4 n.2.* Cald. Pereira *in d. l. si curatorem, verbo, implorandum, n 32.* D.Barbosa *in l.hæres absens, §.proinde, n.53.ff.de iudicijs.*

Redire.]Ergo per restitutionem in integrum alie- 10
nata reuocantur, nec satis est supplere læsionem pretij, vide Panorm. *in c.constitutus, n.10. infr.hoc tit.* Bald. *in c.cùm causam in 2 n.1. de testib.* Cou. *lib.1. var. c.3. n.11 vers.tertiò.* Pinel. *in l.2 C de rescind.vendit.p 3.c.1. n 20 & 21.* latè Mench. *quæstionum frequent.c.65. per totum.*

Prouidendum.] Ex hoc text. colligit gloss. vlt. *hic* 11
quam sequuntur Doctores, restituta Ecclesia esse restituendum pretium ei qui cum illa contraxit, etsi de illo non fiat mentio in sententia, ita per text. *in l. vnic C de reputat. & l quod si, § restitutio ff. de minor.* resoluunt Gom. *Lusitan. decis.74. n.2.* Molina *de primog lib.4.c.9.n.43* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo, per quod, à princ.* Mench. *quæst. frequ.c.66.* Intellige procedere tantùm vbi pretium versum est in vtilitatem minoris, vel Ecclesiæ, quæ probatio non Ecclesiæ, vel si minori sed aduersario incumbit, *l. si sine 3 §. interposito, ff. de administ. tut.* Bart. *in l 1 C. si aduersus credit.* Pinel. *d.c 1 n 27.* Non procedit tamen vbi minor vult restitui ex eo tantùm, quia pretium solutum amisit, tunc enim eidem incumbit probatio, quo casu loquitur gloss. *in l. prædiorum 9 C. de prædis min.* quam sequuntur plures, de quibus per Pinel. *vbi proximè, n 25.*

Sumptibus.]Illud enim generale est vt quoties con- 12
tractus per restitutionem in integrum rescinditur, tunc emptor de melioratione bus & expensis rectè agere, remque ipsam retinere poterit, donec de expensis satisfiat, vt per Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo, per quod, n 8.*

Ac labore suo.]In hac enim melioramentorum, seu 13
expensarum restitutione ne dum sumptuum pecuniariter factorum circa res, de quibus realiter apparet, sed etiam laborum personalium, & eorum, quos personaliter colonus sustinuit in reddendo rem meliorem mediante opera, & industria ipsius, ita Cald. Pereira *d verbo, per quod, n.11.*

In gloss. *Detrimentum*, ibi, *nam pro modica causa non* 14
datur restitutio. Ergo ad consequendam restitutionem necesse est probare enormem lesionem, similis glos. *verbo, enorme, in c. ad nostram, de rebus Ecclesiæ non alien. & verbo, læsa, in c. vlt. hoc tit. lib. 6.* Xuar. *alleg.21.num.3.* Couar. *lib.1.var.cap.numero 10.* Costa *in §. & quid si tantum p. 2. numero 76.* Rebuff. *tom.2. ad leges Galliæ, tract. de restit. articul.1. gloss.3. n.11.* Sfort. *de in integr.restit. quæst.4. sub n.104.* Flamin. *de resignation.lib.3.q.7.num.27. & lib.11.q.4 n.66. & 67.*

receptior tamen tenet sententia modicam sufficere læsionem, per glos. *in l. 2. C. si aduersus venerit.* Tiraq. *in l. si vnquam, verbo, omnia, n. 15.* Pinel. *in l. 2. C. ae rescind. vendit. p. 1. c. 1. n. 26.* Mascard. *de probat. concl.* 1058. Pereira *in d. l. si curatorem, verbo, vel aduersarij dolo n. 7.* Valasc. *cons. 112. n. 2. & de partit c. 39. n. 8.* Et quælibet iniustitia sufficit pro causa restitutionis in integrum, etiamsi non sit notoria. Cæs. de Graffis *decis. 10. n. 12. de iud.* Seraphin. *decis. 251. n. 2.* Rot. *decis. 351. n. 5 p. 1. diuers. & decis. 381. n. 1. & decis. 635. n. 4 in fin. p. 2. recent. & in Reatina bonorum 10. Ianuar.* 1625. coram bonæ mem. Vbaldo, & *in Romana restitutionis integrum 20. Maij* 1624. coram bonæ mem. Patriarcha Manzanedo, Burat. *decis. 452. n. 6.* vbi Ferentil. *lit. A.* & sufficit quòd sententia ex nouiter deductis iniusta detegatur. Rot. *in Perusina societatis 20. Maij* 1624. coram bonæ mem. Vbaldo.

15 In gloss. *Iure minoris*, ibi, *Sic & Ecclesia, tantùm vsque ad quadriennium, petit restitutionem.* Notatur ad hoc quòd Ecclesia restituitur vsque ad quadriennium vtile à principio, puta tamen scientia, per ea quæ notantur *in c. 1. hoc tit. lib. 6. & in Clem. 1. eod. tit.* Bernard. *reg. 653.* Anton. Gom. *var. tom. 2. c. 14. n. 7.* Mench. *remed. 15. recup. n. 115. & lib. 5. de præsumpt. præs. 71. n. 2.* Surd. *decis. 136. n. 4.*

16 Enormissima tamen stante læsione etiam post quadriennium peti potest restitutio, vt per gloss. *in d. c. 1.* Greg. *l. 10. verbo, mas de la mitad, tit. 19. p. 9.* Turzan. *tom. 1. commun. opin. lib. 2. tit. 24. n. 2. pag. 144.* Costa *in d. §. & quid si tantum, p. 2. à num. 80.* Xuar. *alleg. 21. à n. 3.* Gam. *decis. 233. n. 2.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo, læsis, à princ. & verbo, infrà, n. 9.* Mench. *quæst. freq. c. 71. n. 7.* Flamin. *de resignat. lib. 3. q. 7. n. 84.* Steph. Gratian. *discept. forens. cap. 348. n. 19.* & quo pacto consideretur hæc læsio, Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 21. n. 21.* Vide alia *in cap. 1. hoc tit in 6.*

17 In ead. gloss. ibi, *Debet intelligi illud semper, id est, quotiescunque.* Vide Menoch. *cons. 43. n. 16.* denotat enim dictio, *semper*, perpetuitatem, secundùm Bald. *in l. ab eo, n. 8. C. de fideicom.* Paris. *cons. 90. num. 42. & consil. 92. num. 43. lib. 2.* Cald. Caualer. *decis. 34. num. 8.* & de dictione *semper* egi latè *de dictionibus vsufreq. dict. 361.*

18 In gloss. *Redire*, ibi, *Si verò alienatio*, &c. Notatur ad hoc quòd alienatio rei Ecclesiæ facta cum solemnitate debita sine vlla iusta causa quatuor requisitarum inualida est, Felin. *in cap. quæ in Ecclesiarum, n. 1. supra de constit.* Nauar. *de alienat. rerum Ecclesiæ, num. 9.*

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia læsa propter negligentiam procuratoris, qui iura Ecclesiæ produxit, restituitur.*
2 *Intrusus ille dicitur, qui post electionem, ante tamen confirmationem, administrat.*
3 *Electus ad aliquod beneficium, seu dignitatem ante confirmationem potest renuntiare absque superioris auctoritate.*

CAP. Cùm venissent. II.

Innoc. III.

1 ECclesiæ non præiudicat si eius procurator ex negligentia non exhibet instrumenta, & iura Ecclesiæ, & protestatio prodest, & si pendente lite fiat electio, talis electio non est confirmanda, nec infirmanda. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anania, Host. Butr. Bald. Anchar. Panorm. Henric. Viuian. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 545. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 190. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 1. tit. 24. cap. 1.*

Qui in causis monasterij, &c.] Cùm Capitulum Sede vacante non possit iudicium instituere, nec processus contra Ecclesiam factus valeat, quippè quæ caret legitimo defensore, iuxta text. *in cap. vltim. de sede vacante*, mirum videtur cur in hoc text. monachi vacante Ecclesia possint procuratorem ad iudicia constituere, contra *d. cap. vltim.* & sine auctoritate Prælati, contra *c. causam quæ*, ibi, *cum autem*, &c. vbi gloss. *verbo, assensu, de iudiciis*, iuuat *reg. qui facit 72. lib. 6.* vbi gloss. iura similia citat. Cui difficultati duobus modis potest responderi, primò text. *in præsenti*, agere solùm de negotio & causa electionis, id est, de iure eligendi Prælatum ad Ecclesiam vacantem, quod Sede vacante necessariò est tractandum, nec commodè differri potest, ita gloss. *verbo procuratorem in præsenti*, quam sequuntur Butr. *n. 34.* & alij, *gloss. 1. in c. cùm dilectus, de consuetudine*, Felin. *in cap. edoceri, n. 7. versic. fallit 2. de rescript.* Nec obstabit quòd hic text. extra hanc causam procuratorem admittit ad alias, vt patet ibi, *in causis*, &c. quia respondetur agere de causis, quæ circa ipsum electionis negotium possunt contingere, quæ omnes tanquam accessoriæ ad negotium electionis principale possunt per Capitulum agitari, arg. *c. de prudentia, de donat. inter virum*, sic aliàs quamvis suprema potestas Pontificalis vacante Sede Apostol. non maneat penes Cardinales, possunt tamen facere ea omnia, quæ sunt necessaria ad Summi Pontificis electionem faciendam, *Clement. ne Romani, in princ. de elect.*

Potest & secundo modo hic text. intelligi in causis, quæ mouentur super bonis distinctis, quæ ad solum Capitulum spectant, in quibus illud per se absque Prælato agere potest, argum. *d. cap. edoceri, ad finem*, ibi, *nisi*, &c. ac per consequens poterit super eisdem procuratorem constituere, iuxta hunc text. resoluit Abb. & communis *in cap. vltim.* ac Felin. *vbi proximè*, quod intellige etiam in negotiis grauissimis, & arduis, in quibus consensus Prælati semper requiritur, quamvis bona ad solum spectent Capitulum, iuxta communem *in d. cap. causam, quæ* Felin. *in d. cap. edoceri, versic. prima declar.* Vant. *de nullitat. tit. ex defectu inhabilitatis, num.* 47. Mench. *frequent. cap. 16. à princip.* adhuc enim iudicium super his bonis, cùm ad Capitulum in totum quoad substantiam, & quoad administrationem pertineant, potest Sede vacante non obstante defectu prædicti consensus tractari, vt per Abb. & communem *in d. cap. vltim.* si tamen iudicia moueantur super bonis, quæ non solum ad Prælatū, verùm etiam ad Capitulum pertinent, itavt inter eundem, & Capitulum sint communia, provt in specie *d. cap. edoceri*, dubitant Doctores an Sede vacante possit per Capitulum expediri, resoluendum est quòd non, & ita ampliata decisione *d. cap. vltim.* obseruant *ibi*, Abb. & communis, Innocent. Hostiens. Butr. & Imola *in cap. 1. ne sede vacante*, Abb. *in cap. 1. n. 4 de præscript.* Felin. *in d. cap. edoceri, vers. vacante.* Cuius rei ratio est, quia quantumcunque bona sint communia inter Prælatum, & Capitulum, administratio tamen illorum ad solum spectat Prælatum, iuxta *d. c. edoceri*, ibi,

ibi, *cùm ex officio*, &c. Gom. *in reg. de tribunali q.* 5. Vant. *de nullit. tit. ex defectu mandati à n.* 26. Vnde nil mirum si iudicia super bonis licèt communibus, vsque ad futurum Prælatum suspendantur. Nec obstabit *c. vnic in princ. ne sede vacante lib.* 6. *& c. vlt. de Reg. eod. lib.* vbi Capitulum, & Conuentus succedit in collatione beneficiorum, & receptione monachorum sibi, & Prælato communi, quia procedunt illa iura in his, quæ sunt modici præiudicij, secundùm Abb. *d. n.* 4. secus verò si maximi, vt in his terminis, in quibus agitur de alienatione bonorum Ecclesiæ, quæ magis est præiudicialis, arg. text. *in c. si is cui* 42. ibi, *alienatione*, &c. *de elect. lib.* 6.

2 *Intrusu præsentiens.*] Notatur ad hoc quòd ille dicitur intrusus, qui post electionem, ante tamen confirmationem, administrat, tunc enim sic administrando ipso iure est priuatus, vt per Rebuff. *in sua praxi, reg. de subrogandis coll. tig. gloss.* 4. *n.* 7. Mascard. *de probat. concl.* 936. *n* 7. Selu. *de benef. p* 2. *q.* 7. *n. vlt & p.* 3. *q.* 59. Gom. *in reg. de triennali, q.* 47. *casu* 3. Aloys. Ricc. *in praxi aurea resol.* 224. *n.* 1. *vers.* 4.

3 *Renuntiauit huiusmodi electioni.*] Notatur ad hoc quòd electus ad aliquod beneficium, seu dignitatem ante confirmationem potest renuntiare absque superioris auctoritate, vt per Flamin. *de resign. lib.* 7. *q.* 1. *n* 78. *& n.* 104. resoluit per hunc text. beneficium litigiosum posse absque superioris auctoritate renuntiari, & *num.* 107. tenet intrusum ad aliquod beneficium posse illi renuntiare absque superioris auctoritate.

Ad ius, & proprietatem indicant Sedis Apost. pertinere.] Hæc verba indicant exemptionem confessam, provt asserit Erasm. à Cochier *de iurisdictione Ordinarij in exemptos, p* 1. *q.* 9. *n.* 1. *vers. in primis.*

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia læsa in probatione necessaria omissa, potest petere restitutionem in integrum, non obstante termino iuris probationis exclusiuo. Et restitutionem petere non potest non solum contra priuatum, sed etiam contra Ecclesiam.*

2 *Probatio per testes admittitur in actibus requirentibus scripturam si agatur de scripturæ declaratione.*

3 *Ecclesia læsa, siue minor, restituitur ad probationem omissam.*

4 *Ecclesia læsa in probatione non adstringitur ad probandum quod illam omiserit, sed sat est allegare.*

5 *Ecclesia post conclusum in causa admittitur ad probandum ex capite restitutionis.*

6 *Priuilegiatus contra pariter priuilegiatum an & quando vtatur suo priuilegio, remissiuè.*

7 *Ecclesiæ conceditur beneficium restitutionis in integrum, etiam quando agit de lucro captando, quod facilitate, vel negligentia Prælati amisit, idem de minore.*

8 *Minor contra confessionem delicti quando restituatur ostenditur.*

9 *Ecclesia fungitur iure Imperij.*

CAP. Auditis. III.

1 ECclesia læsa in probatione necessaria omissa potest petere restitutionem in integrum, id est, quod iterum probet non obstante quòd terminus probandi sit elapsus, & hoc etiam si agat contra aliam Ecclesiam, qui vtitur iure minoris. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabarell. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Innoc. Anan. Anch. Butr. Panorm. Henric. Bald. Host. Vinian. *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag.* 545. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 190. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decret. lib.* 1. *tit* 24. *c* 2.

Nisi fortè, &c.] Notatur ad hoc quòd in actibus 2
requirentibus scripturam admittitur probatio per testes si agatur de scripturæ declaratione, vt per Abb. *hic notab* 2. Dec. *in rubr. de constit. n.* 12. vbi Felin. *num.* 6. Aym. *de antiquitat. temporum p.* 1. *fol.* 98 *n.* 25. Burg. *cens.* 2. *num.* 83. Flamin. *de resignat. lib.* 8. *q.* 2. *num.* 25. faciunt quæ Tiraq. *de retractu, tit.* 2. *ad finem, num.* 61.

Restituimus.] Collige Ecclesiam, læsam, siue mi- 3
norem restitui ad probationem omissam, notant omnes *hic, gloss.* 3. *in Clem. vnic hoc tit.* Felin. *in c. Pastoralis, n.* 8. *infr. de excep.* Balb. *de præscript* 1. *p.* 6. *princ. n.* 39. *vers. & generaliter*, Iason. *in repet. l. admonendi, n.* 58. *ff. de iureiur.* Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 34. *num.* 11. *& cons.* 188. *num.* 17. Ioan. Garc. *de nobilitat. gloss.* 6. *§.* 1. *num.* 53. Mascard. *de probation. conc.* 1273. *num.* 11 *cum seqq.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo, sua facilitate, n.* 27. *& verbo, vel aduersarij dolo, n.* 20. *C. de integr. restit.* Sfort. *de in integ. restit. p.* 2 *q.* 65. *art.* 11. *&* 12. Stephan. Gratian. *discept forens. c.* 158. *n.* 3. *& n.* 23. *cum seqq.*

Sicut asserit.] Per hunc text. tenet Abb. *in præsen-* 4
ti, num. 7. Ecclesiam læsam in probatione non adstringi ad probandum quòd illam omiserit, sed sat esse allegare. Vide Afflict. *decis.* 390. *n.* 5. Capic. *decis.* 106. *n* 8. Rebuff. *ad leges Galliæ, tom.* 2. *tract. de rest. art.* 1. *gloss.* 3. *n.* 18. Aufrer. *ad Capell. decis.* 53. Ioseph. Ludou. *tom.* 3. *commun. opinion. tract. de minorib. concl.* 2. Soar. à Pace *in pract. p.* 1. *tom.* 1 *temp* 8. *n.* 122. Mascard. *de probat. conclus.* 1058. *n.* 14. *cum seqq. & concl.* 1274. *n.* 26 Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo, læsis, à princ.* Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 1. *concl.* 143. *n.* 8. *cum seqq.*

Licet autem, &c.] Notatur ad hoc quòd post publicationem testium Ecclesia, vel minor habet restitutionem ad testes producendos super eisdem articulis, vel directò contrariis, ita in effectu gloss. *verbo, omissam*, Abb. *statim in princip.* & reliqui DD. *in præsenti*, gloss. *verbo, lapsum, in Clement. vnic. hoc eod. tit.* Felin. *in cap. intimauit n.* 2. vbi Abb. *num* 2. *de testibus* idem Felin. *num* 6. *post med.* Bellam. *num* 19. & Abb. *num.* 4. *in cap. fraternitatis, de testib.* in minore probat text. *in l minor* 37. vbi gloss. *verbo allegatione, ff. de minor.* resoluunt Iason. *in l. vbi exigitur, n.* 5. *ff. de edendo*, Anton. Gom. *tom.* 2. *var. c.* 24. *num.* 5. Maurit. *de in integrum restit. cap.* 165. *& seq.* Mench. *quæst. frequent. c* 31. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo, vel aduersarij dolo, n.* 9. Contrariam tamen sententiam tenuit Dyn. *in l.* 1. *§. nuntiatio, ff. de noui oper. nunt.* Paul. *in d. l. vbi exigitur*, & est de mente Innoc. *n.* 2. *in præsenti.* Sed eas fœdere distinctionis concordandas esse iudico, vt prima procedat quando nullos omnino Ecclesia, vel minor testes produxit, itavt elapso termino ad faciendas probationes designato sine testibus minoris, vel Ecclesiæ publicatio facta sit, quia eo ipso quòd minor non probauit, nec adducit testes, quos poterat adducere, iuris præsumptione patet illum esse deceptum, & per talem præsumptionem constare de eiusdem læsione, ac proinde oportere, vt illi restitutio concedatur, qua concessa non obstante publicatione testes producere poterit ad suam intentionem fundandam, iuxta iura suprà citata, & in hoc casu intelligi potest dicta sententia communis Canonistarum,

quàm seruari in praxi testatur Aufrer. *ad capel. dec.* 53. Secunda verò sententia, vt procedat quando Ecclesia, vel minor plures, vel aliquos arbitrio iudicis numero sufficientes testes ad probandam intentionem suam adduxit, quorum testimonia per ipsum iudicem legitimè recepta fuerunt, in quo casu non aliter minor restituitur, quàm si probet meliores, & potiores testes prætermisisse, constat namque aduersus illum maximam dari præsumptionem, quòd meliores testes produxit in causa, vt regulariter à litigantibus fieri solet, & vti talem læsionem non habere, ac proinde stante tali præsumptione denegabitur restitutio, donec doceat interueniisse læsionem in eo, quòd meliores testes prætermisit, & in hoc casu procedit opinio Bart. *in l. nam & postea, §. si minor, n 7. ff de iureiur.* vbi Iason. *n.* 19. dicit communem legistarum, Boër. *dec.* 79. *n.* 6. procedit etiam text. *in c. cum venisset 2. vers. nos igitur*, ibi, *intelligentes, quòd monasterij procurator*, &c. *& in c. ex literis 4. in princ.* ibi, *intelligimus, & in vers. perspeximus, hoc tit.*

Nec prædictæ concordiæ refragantur text. *in præsenti*, vbi testes fuerunt producti, patet *in vers. Verum*, ibi, *probantur per testes*, & tamen text. dicit solummodo ad petitionem propositam, & allegationem partis asserentis necessariam probationem fuisse omissam, restitutionē concedit, patet ibi, necessariā (vt asserit) probationem omisit, respondetur cum Imol. *in præsenti*, & Iason. *vbi suprà*, dum dicunt adiiciendum esse verbum, *& probat*, quasi dicat text. vt asserit. & probat, cùm sint termini habiles, quo text. necessariò supponere debet, prout etiam supponit text. sic intelligendus *in c. suscitata*, ibi, *postulauit, quam eidem duximus indulgendam, hoc tit.* Vel melius dicendum est text. *in præsenti* agere de duabus Ecclesiis, inter quas erat controuersia, & à quibus simul petebatur restitutio, patet ibi, *quia tamen vtraque pars*, &c. quo dato cùm nemini resultaret præiudicium in concedenda petita restitutione, nil mirum si non fuisset denegata, & vtriusque partis assertioni tanquam veræ probationi sine alia probatione staretur.

5 *Conclusum.*] Et ita post conclusionem in causa admittitur Ecclesia ex capite restitutionis ad probandum, in quo est notabilis hic text. secundùm Abb. Butr. & alios *in præsenti*, Socin. *reg.* 262. Xuar. *alleg.* 5. *n.* 6. 11. *&* 16. Felin. *in c. fraternitatis, n.* 4. *de restitutis*, Mench. *quæst. frequent. c.* 31. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo, vel aduersarij dolo, n.* 20. Bernard. Græuæ. *d. lib.* 1. *concl* 105. *consid.* 1. *n.* 46. Azeued. *l.* 3. *n.* 26. *tit.* 8. *lib.* 4. *nouæ recop.* Conclusum in causa quando dicatur ostendit optimè Marc. Anton. *variar. resolut. lib.* 1. *resol.* 101.

6 *Vtramque restituimus contra reliquam.*] Notatur ad hoc quòd priuilegiatus vti potest suo priuilegio contra pariter priuilegiatum, vt per Abb. Anton. Card. & Imol. qui articulus licèt sic indistinctè difficilis videatur, pro illius tamen vera resolutione multiplices excogitarunt Doctores nostri distinctiones, vt videre est apud Bart. & reliquos *in auth. quas actiones, C. de sacros. Eccles.* Couar. *in reg. possessor. p.* 2. §. 2. *n.* 4. *& pract. c.* 7. *n.* 4. Tiraq. *de priuilegiis pia causæ priuil.* 26. *vers. sed quid*; Perez *l.* 1. *gloss.* 1. *pag.* 62. *col.* 1. *tit.* 3. *lib.* 1. *Ordinam.* Azeued. *l.* 10. *n.* 5. *tit.* 3 *lib.* 5. *nouæ recop. & l.* 2. *n.* 245. *tit.* 10. *lib.* 8. Alex. *cons.* 155. *n.* 18. *vol.* 5. Decian. *cons.* 102. *in princ. & cons.* 126. *n.* 2. *vol.* 3. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo, læsis, n.* 169. Pechi. *de iure sistendi, c.* 5. *n.* 4. Imber *instit. forens. lib.* 1. *c.* 27. Surd. *de alimentis, tit.* 8. *priuileg.* 61. *n.* 1. Fr. Emman. *q. Regul. tom.* 1. *q.* 9. *art.* 11. Erasm. à Cochier *de iurisd. Ordinarij in exemptos p.* 1. *q.* 44. Ceuall. *communium contra comm. quæst.* 636. *num.* 2. Henriq. *cons.* 20. *num.* 6. latè Hieron. Fernandez de Ottero *Romanarum lucubrat. disput.* 2. *per totam.*

In gloss. *Restituimus* ibi, *in lucro.* Notatur ad hoc 7 quod Ecclesiæ conceditur beneficium restitutionis in integrum, etiam quando agit de lucro captando, quod facilitate, vel negligentia Prælati amisit, vt per Abb. *hic n.* 15 Bernard. *regul.* 219. Palat. *in repet. rub.* §. 47. *n.* 12. Spin. *in speculo testam. gloss* 8. *n.* 63. Sanch. *de matrim. lib.* 5. *disp.* 4 *n.* 15. Et quod minor etiam ad lucrum restituitur, tenent Couar. *variar. lib.* 1. *c.* 5. *n.* 2. Tiraq. *de retractu lig.* §. 35. *gloss.* 2. *n.* 9. Flamin. *de resignat. lib.* 3. *q.* 7. *n.* 41. Cald. Pereira *de resol. emphyt. c.* 14. *n.* 28.

In ead. gloss. ibi, *Item in confessionem.* Aduerte quod 8 si minor legitimè interrogatus, iuxta *l. clarum, C. de auctorit. præst.* confiteatur delictum, vel debitum, de quo non poterat conuinci, restituitur, absque vlla probatione læsionis, vel erroris, quia confitendo censetur læsus, est enim confessio actus sua natura nociuus, *gloss.* 1. per text. *ibi in c.* 2. *hoc tit. lib* 6. Duen. *reg.* 259. *vers. amplia* 5. Vezin. *tom.* 1. *com opin. lib.* 9 *tit.* 2. *n.* 79. *pag.* 444. Clar. *lib.* 5. §. *fin. q.* 55. *n.* 12. *&* 60. *n* 4. Hyppol. *cons.* 26. *n.* 9 *&* 10. Bonacos. *com. crim. p.* 1. *verbo, confessio fol.* 33. *& verbo, minor, fol.* 115. Menoch. *de arbitr. casu* 268. *n.* 2. *& cons.* 110. *n.* 283. Ioan. Garc. *de nobilit. gloss.* 6. §. 1. *n.* 32 Mascard. *de probat. concl.* 1058. *n.* 22. *&* 23. *& concl.* 1273. *n.* 19 *cum seq.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo, sua facilitate, n.* 32. *& verbo, vel aduersarij dolo, n.* 39 Sanch. *de matrim. lib* 7. *disp.* 122. *n.* 17.

In gloss. *Iure minoris*, ibi, *Item fungitur iure Im-* 9 *perij.* Vide Perez *l.* 10. *gloss.* 4. *post princ. tit.* 16. *lib* 4. *Ord.* Ceuall. *commun. contra communes, q.* 500. *à princip.*

SVMMARIVM.

1 *Restitutio conceditur in causa fauorabili, etiam semiplenè probata iusta petendi causa.*
2 *Probatio semiplena sufficit, vt quis restituatur in causa fauorabili.*
3 *Declaratur text. in præsenti.*
4 *Appellatione remota, vel prohibita, adhuc locus est supplicationi, vel reuisioni.*
5 *Appellatio vbi denegatur permissum est vt per viam querelæ ad superiorem adeatur.*
6 *Seruus supplicare potest.*
7 *Sententia pendente supplicatione mandatur executioni præstita cautione quòd omnia restituet.*
8 *Supplicari potest vsque ad biennium.*
9 *Restitutio in integrum quando petitur aduersus sententiam debet plenè, & manifestè constare de læsione ex contractibus.*

CAP. Ex literis. IV.

RESTitutio conceditur in causa fauorabili, vt in 1 matrimonio, licèt causa non sit plene etiam probata, vt si transacto termino mulier vult recognoscere appellationem, quia iurat se deceptam in termino. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Hostiens. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anania, Ancharan. Panormitan. Butr. Henric. Mantua, Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag.* 509. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 190. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 1. *tit.* 24. *cap....*

In

2 *In fauorem tamen matrimonii*, &c.] Notatur ad hoc quòd in causa fauorabili, matrimonij scilicet, & similium, vt quis in integrum restituatur, sufficit semiplena probatio, vt per Abb. *hic n.* 8. Mascard. *de probation. concl.* 1275 *n.* 11. Vbi enim petitur restitutio à Principe per viam supplicationis, ex gratia potest ipse Princeps restituere, præcedente tantùm semiplena probatione, vt per hunc text. tenet Sfort. Oddus *de in integrum rest q.* 36 *art.* 10. *n.* 68. *vers. limita tertiò.*

3 *Ad audientiam restituimus.*] Vide Perez *l.* 8 *gloss.* 7. *pag.* 235. *col.* 1. *ad med. & pag.* 237. *col.* 2. *vers.* 4. *lib.* 2. *Ordin.* Ceuall. *q.* 89. *n.* 4 ideſt, vt perinde audiatur sicut poterat audiri ante sententiam, Sanch. *de matrim. lib* 7. *disp.* 100. *n.* 8. Obstat tamen, quia attento iure potuit mulier de qua agitur audiri contra sententiam, de qua *hic*, ex reg. *c. lator*, & *c. consanguinei*, *de re iud.* ac subinde nec fuit necessaria, nec potuit competere restitutio, iuxta *l. in causa* 2 *in princ. ff de minorib.* vt pungit *gloss. in præsenti.* Vnde hic text. variè intelligitur per DD. *in præsenti*, & præcipuè per Bero. *num.* 17. Communis tamen obtinuit necessariam fuisse restitutionem, quia mulier voluit, & petiit audiri cõtra sententiam ex actis antiquis, processu, & instantia priori ad quã à Pontifice restituitur, siquidem reg. *d. cap. lator*, intelligitur per nouum processum, & instantiam inchoandam, non verò ex actis prioribus, quorum respectu sententia omnino transiit in rem iudicatam, & finem fecit, iuxta text. *in l. properandum*, *C. de iudic. cap.* 2. ibi, *sententia terminari de re iudic.* Sic Butr. Abb. & alij *in præsenti*, Abb. *in d. cap. lator*, *num.* 12. vbi Felin. 8. Couar. *de sponsal. p.* 2 *cap. vlt §. vlt. num.* 12 *vers. secundo.* Pro quibus facit vltra verba text. ibi, *audientiam*, quia vt habetur ad *gloss vlt. c. ad reprimendam*, *de offic. Ordin. & in d. c. lator*, & similibus, retractatur sententia per viam querelæ, quæ noua instituitur contra sententiam. Igitur libellus, & processus nouus in noua instantia requiritur, ac subinde in proposito huius text. competit, & conceditur extraordinarium restitutionis auxilium, quia pinguius, & vtilius est respectu instantiæ eiusdem ad quam sit regressus, iuxta sententiam *gloss. vlt. in l. vlt. C. si aduersus rem iudic.* receptæ ex Pinel. *in l.* 2. *C. de rescind. vend. p.* 3. *c.* 1. *n.* 19. Intellige prædictam communem procedere, & nouũ processum requiri, vbi error sententiæ contra veritatem prolatæ pendet ab errore processus, & probationum, quæ contra veritatem productæ sunt, vt in specie *d. cap lator*, & *d. cap. consanguine* secus verò si processu rectè ritéque ordinato, & probationibus legitimis allatis secundùm veritatem ipsa sententia contra actorum veritatem pronunciata sit, itavt in ea tantùm sit error; inconuenit enim tunc nouam litem instituì, & nouas probationes frustrà afferri, labores, & expensas magis auri, vbi ex eisdem actis, & probationibus sententia emendari, & secundùm veritatem proferri potuit. Sanè mulier hæc restituitur non vt vltimam sententiam retractet, quia nec contra illam agere intendit, sed vt prosequatur appellationem priorem, quam contra priorem sententiam proposuerat, vt satis innuunt verba text. ibi, *de causa prioris appellationis*, &c.

4 In gloss. *Supplicauit*, ibi, *quantumcunque remota sit appellatio.* Notatur ad hoc quòd remota, vel prohibita appellatione adhuc locus est supplicationi, vel reuisioni, vt per Guid. Papæ *decis.* 50. Menoch. *remed* 4 *aspiscendæ*, *n* 895. *cum seqq.* Vincent. de Franchis *decis.* 148. Capic. *decis.* 144. Decian. *resp.* 47 *vol.* 1. Surd. *cons.* 277. Bander. *in tract. reuisionum*, *concl* 27.

5 Valasc. *cons.* 51. *n.* 40. Vbi enim appellatio denegatur permissum est, vt per viam querelæ ad Superiorem adeatur, Roland. à Valle *cons.* 94, *n.* 2. *vol.* 1. Menoch. *de arbitr lib.* 1. *q.* 70. *n* 24. Aldrete *de religiosa disciplina*, *lib.* 2. *c* 28. *n.* 25.

In ead. gloss. ibi, *Nam & seruus supplicare potest*, 6
Vide Perez *l.* 5 *gloss.* 2. *post princ. tit.* 3 *lib.* 2. *Ordin. & l.* 8 *gloss.* 1. *post princ tit.* 4. *lib* 2. Azeued. *l.* 3. *n.* 5. *tit.* 17. *lib.* 4. *nouæ recopil.*

In ead. gloss. ibi, *Sed pendente supplicatione mandetur sententia executioni præstita cautione quòd omnia restituet.* Vide Afflict. *decis.* 341. Magon. *Florent. decis.* 20. *n.* 15. Menoch. *de arbitr. lib.* 1 *q* 70. *n.* 3. *& cons.* 902. *n. vlt.* Caual. *an. decis* 14 *n.* 42. *p.* 1. Alex. Raudens. *resp* 14. *vol.* 1. Lancellot. *de attentis*, *p.* 2. *c.* 19. *n.* 6. *& c.* 7. Bander. *in tract. reuisionum*, *concl* 20. *n* 58. *cum seqq.* Azeued. *l* 14. *n* 49 *tit.* 3. *lib.* 1 *nouæ recop.* Cald. Pereira *in l. si curatorem verbo*, *per quod*, *n* 32. Valasc. *cons.* 51. *n* 28. 7

In ead. gloss. ibi, *Supplicari autem potest vsque ad biennium.* Ita in regno Franciæ, provt referunt Guillelm. *in c. Raymundus verbo mortuo itaque testatore*, *in* 1. *n.* 173. Rebuff. *in tract de reuision. in præfat. num.* 75. In regno Portugaliæ dantur duo menses, per Ordin. Regiam *lib* 3. *tit.* 95. *§.* 3. In regno Castellæ quadraginta dies, vt per Perez *l* 42. *tit.* 4. *lib.* 2. *Ordin.* Soar. à Pace *in pract. tom.* 1. *p.* 7. *c. vnic. n* 96. 8

In gloss. *Ad plenum.* Notatur ad hoc quòd quando petitur restitutio in integrum aduersus sententiam, debet plenè, & manifestè constare de læsione ex contractibus, Mascard. *de probat. concl.* 1274. *n.* 10. 9

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia restituitur etiam contra sententiam Papæ, & causa restitutionis in integrum debet præsentibus partibus tractari.*

2 *Probatio semiplena requiritur in petenda restitutione in causa fauorabili quando argueretur dolus, & fraus aduersarij.*

3 *Citatio vnica ad totam causam admittitur quando pars resideat in longinquis partibus.*

4 *Ingenij bonitas supplet tempus in studentibus.*

CAP. Tum ex literis. V.

SEntentia Papæ contra aliquam Ecclesiam retractatur à successore, vt restituitur Ecclesia in integrum, & præsentibus partibus denuo causa tractatur de iure, præsertim si per subreptionem timetur data. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Zabar. Collect. Bellam. Host. Ioan. Andr. Imol. Anania, Bald. Anchar. Panorm. Butr. Henric. Viuian. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 547. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 191. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 1. *tit.* 24. *cap.* 4. 1

Licèt autem de fraude, &c.] Notatur ad hoc quòd quando simul argueretur dolus, & fraus aduersarij, & essemus in causa fauorabili in petenda restitione, requiritur semiplena probatio, vt per Sfort. *de in integrum rest. quæst.* 36. *art.* 10. *n* 67. Mascard. *de probat. concl.* 1274. *n.* 31. 2

Propter multam locorum distantiam, &c.] Notatur ad hoc quòd si pars resideat in longinquis partibus, itavt valde laboriosum esset eum citare ad singulos actus iudiciales, in hoc casu admittitur vnica citatio ad totam causam, vt per D. Barbosam *in l. ad peremptorium*, *n* 183 *ff. de iudicis*; faciunt quæ Azeued. *cons.* 23. *n.* 73. 3

Quantum

Quando de iure poterimus.] Vide Perez *l.1. gloss.1. pag.492. col.2. vers. quero 15. tit.2. lib.3. Ordin.* Morla *in emporio iuris, p.1 tit.5 in prælud. n.21. & q.3. n.13. & num.32.*

5 In gloss. *Instructus*, ibi, *quandoque enim ingenium*, &c.] Notatur ad hoc quòd ingenij bonitas supplet tempus in studentibus, vt per Marc. Anton. Genuens. *in pract. Eccles. q.613.* Perez *l.1 gloss.1. pag.517. in princ. tit.4. lib.3. Ordin.* Tiraq. *in præfat. primogenit. num.202.*

SVMMARIVM.

1 *Petitio restitutionis in integrum contra sententiam suspendit regulariter executionem sententiæ, nisi contra petentem restitutionem esse suspicio malitiæ.*
2 *Restitutione in integrum postulata non est exequenda sententia, quæ transiuit in rem iudicatam.*
3 *Restitutio petita contra Principis sententiam non habet effectum suspensiuum.*
4 *Suspicio calumniæ cùm adest non est admittendus tertius opponens se executioni.*
5 *Cautio idonea dicitur fideiussoria, seu pignoratitia, non autem iuratoria.*
6 *Restitutio oppositа per viam exceptionis contra sententiam quando impediat executionem, ostenditur.*

CAP. Suscitata. VI.

1 REstitutionem in integrum petens contra sententiam, suspendit executionem sententiæ regulariter, sed si præsumitur malitiosè petere restitutionem, vt differat executionem sententiæ, tunc exequatur sententiã, & pars in cuius gratiam fertur, dare debet cautionem de restituendo totum, quod interim accepit, si petens restitutionem obtinebit in causa. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Butr. Bald. Anchar. Panorm. Henric. Viuian. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.548.* Alagona *in compend. iuris Canonici, pag 191.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Anton. August. *collect.4. Decret. lib.1 tit.24 c.1.*

2 Collige ex text. quòd postulata restitutione in integrum non est exequenda sententia, quæ transiuit in rem iudicatam. Octau. vestr. *in pract. lib.8. c.3. n.16.* Guttier. *pract. lib.1. q.134.* Ioan. Garc. *de nobil gloss §.2. n.21.* Ceual. *comm. contra communes q.135. & q.808. n.44. & q.830. n.23.* Morla *in emporio iuris Ciuilis, p.1. tit.5. q.3. n.18.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo, per quod, n.14 cum seqq.* Flores de Mena *var. lib. 1. q.5. n.49. cum seqq.* Valasc. *de partit. c.39. n.44.* & ex decision. Benintend. *decis 85.* Put. *decis. 256. lib.2.* Capell. Tholos. *decis 54.* Magon. *Florent. decis. 113.* quos refert Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.1. collect 188.* quamvis restitutio altiorem requirat indaginem, nec statim probetur, Menoch. *remed. 4. adipisc. n.911.* Cald. Pereira *d verbo, per quod, n.19. & 22.* vbi *n.25* resoluit quod quando aduersus tertiam sententiam restitutio imploratur, executio impediri nequit nisi incontinenti læsio probetur. Si verò restitutio non iustificetur ex integra probatione læsionis, aut etiamsi iustificetur, ex aliis circunstantiis apparet de malitia petentis restitutionem puta quia in tempore potuit petere, & ob differendam litem non opposuit, vel quòd eam nunc opponit causa morandi executionem, aut quantitas sit parua, nunc non impeditur executio, ita Flores *d q 5 n 59.*

Notatur ad hoc quòd restitutio petita contra 3
Principis sententiam non habet effectum suspensiuum, & ea non obstante mandatur sententia executioni data cautione, quia semper est præsumptio malitiæ contra petentem, vt per Lancellot. *de attentatis c.18. de attentatis restitutione pendente, n.101.* Cald. Pereira *d. verbo, per quod, n.26.* Flores de Mena *d.q.5 n.60.*

Ne verò per excogitatam malitiam, &c.] Notatur ad 4
hoc quòd si adsit suspicio calumniæ, non est admittendus tertius opponens se executioni, vt per Iason. *in l.4. §. condemnatum n.10. ff. de re iudic.* Mich. Graff. *tom.2. com. opin lib.7. tit.16 n.119. pag.283.* Menoch. *remed.15. recup. n.325. cum seqq.* Couar. *pract. c.1. n.2.* Cald. Pereira *d. verbo, per quod, n.27.* Valasc. *de partit. c.39. n.49.* Aloys. Ricc. *d. collect. 188.* vbi plures casus refert in quibus petitio restitutionis in integrum non impedit sententiæ executionem.

Idoneam cautionem.] Fideiussoriam scilicet, vel pi- 5
gnoratitiam, non verò iuratoriam, iuxta text. *in l. si mandato Titij 59. §. vlt. ff mandati, gloss.3. in cap. transmissa, de restit. spoliat.* Duen. *reg.86.* Cotta *in memorabilib. verbo, cautio idonea*, Rebuff. *tom.1. ad leges Galliæ, tract. de sent. execut. art.1. gloss.6. n.31.* Sanch. *de matrim. lib.10. disp.18. n.35.* Farin. *in praxi crim. p.1 q.33. n.43. cum seqq* Steph. Gratian. *discept. forens. c.147. n.22.*

In gloss. *Sententiæ*, ibi, *item licet incontinenti*, &c. 6
Notatur ad hoc quòd restitutio oppositа per viam exceptionis contra sententiam transactam in rem iudicatam, si est euidens, aut incontinenti potest liquidari, ita quòd non requirat altiorem indaginem, nec adsit præsumptio malitiæ, impedit executionem, vt per Flores de Mena *d q.5. n.73.*

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia post peremptorium terminum non auditur de iure communi, auditur tamen per beneficium restitutionis in integrum.*
2 *Primatiæ Hispaniarum causa in Concilio Lateranensi sub Innoc. III. excitata fuit.*
3 *Bracharensis Ecclesia contra Toletanam super Primatia cur ius suum non fuerat prosequuta, ostenditur.*
4 *Bracharensis Ecclesia ad excludendam Toletanam nomine Primatis plura adducere potest.*
5 *Ecclesia, vel minor quando dicunt se læsos propter lapsum temporis, nunc non est opus probare læsionem.*
6 *Mandatum speciale requiritur ad petendam restitutionem.*

CAP. Coram. VII.

Honor. III.

ECclesia post peremptorium terminum de iure 1
communi non auditur, sed per beneficium restitutionis in integrum admittitur. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Zabar. Collect. Bellam. Host. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Anch. Panorm. Butr. Viuian. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.548.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag.192.* remissiuè Casal. *in ann.* & Ximen. *in concord. p.1. & 2.*

Ex huius cap. constitutione comperimus iam à 2
tempore Innocentij III. qui anno Domini 1198. ad culmen supremi Pontificatus ascenderat, super Primatia

Primatia Hispaniarum litem inter Bracharensem, & Toletanum Archiepiscopos motam, & contestatam fuisse, & ad probationem deductam; id enim insinuant, verba illa, *Coram felicis mem Innoc. Papa prædecessore nostro, &c.* Et vt ex annalibus Hispaniæ deducitur. Rodericus Ecclesiæ Toletanæ Antistes summæ facundiæ, & auctoritatis vir ab Alphonso Legionensi Rege Romam ad dictum Innoc. missus anno 1212. vt significaret sibi cordi esse magnam expeditionem parare contra Sarracenos Christiani nominis hostes, dignaretúrque Sanctitas sua pro Cruce signatis Indulgentiam peccatorum concedere, eáque impetrata, & bello feciliter confecto, profligatisque Saracenorũ copiis, rediens dictus Rodericus anno 1215. Romam ad Concilium Lateranense celebratum sub prædicto Innocentio, in quo etiam interfuit Ioannes Bracharensis Archiepiscopus, de Primatia Hispaniarum quæstio excitata fuit inter dictos Archiepiscopos, & Taraconensem, Compostellanum, ac Narbonensem, & cùm vnusquisque ad sui iuris confirmationem argumenta attulisset, ad sententiam non fuit causa deducta, plurimum tamen poterat Toletanus apud Pontificem, etenim concessit, vt per decennium in tota Hispania suum Legatum ageret, & si ciuitas Hispalensis, quæ tunc temporis penes Sarracenos erat, ad Christianos rediret, subdita maneret Toletanæ Ecclesiæ, concessit etiam facultatem dispensandi cum bastardis vsque ad numerum trecentorum, & quòd nominare, & collocare posset Episcopos, & Sacerdotes in ciuitatibus è faucibus Maurorum ereptis, teste Franc. de Pisa *en la historia de Toledo, lib. 4 cap. 17.* & licèt maximam gratiam apud Pontificem fuisset assequutus, non tamen ei tributum fuit ius Primatiæ.

3 Defuncto verò Innocentio succedentéque Honorio III. anno 1216. rescripsit ipse Honor. vt habetur in hoc text. Archiepiscopo, & Capitulo Bracharensi postulantibus per procuratorem suum concedi sibi restitutionis auxilio tempus assignari ad adducẽdas Romam depositiones testium, & munimenta ad instructionem causæ paratas, quid in futurum actum fuerit, constabit è processu: scimus tamen postea cum Saracenis tam in Lusitania, quàm in Castella pluries fuisse dimicatum, & Regem Sanctium huius nominis Secundum Regno pulsum, pro eius restitutione missos ad Innocentium Quartum Summum Pontificem Lugduni Concilium ad instaurationem belli sacri commorantem Antistites Bracharensem, & Conimbricensem, & decreto dicti Pontificis curam Regni commissam Alphonso Comiti Bononiensi, fratri dicti Regis, qui ei in Regno successit: constat etiam ex dictis annalibus Alphonsum prædictum relicta Matilda vxore, cùm qua Comitatum Bononiensem fuerat assequutus, aliam duxisse, propter quod per annos duodecim Regnum Portugaliæ interdicto supponitur à dicto Pontifice: his procellis, & aliis bellorum perturbationibus inter Reges Portugaliæ, & Castellæ excitatis tunc non potuit Bracharensis Ecclesia ius suum prosequi contra Toletanum Archiepiscopum ad eum excludendum à nomine, quod Primatis vsurpauerat, in quo autem Bracharensis Ecclesiæ ius fundetur latissimè deduxi *in meo tract. de offic. & potest. Episcop. p. 1. tit. 3. c. 8. per totum*, vbi videre poteris ad satietatem, & nouissimè Sebast. Cæs. *de Eccles. hierarchia p. 1. disp. 4. de Patriarchis & Primat. disp. 4. §. 5.*

4 *Munimenta.*] Plura pro se ad excludendum Toletanum Archiepiscopum poterat adducere Bracharensis Ecclesia, nisi tunc bellorum perturbationibus impediretur, nam si ad ciuitatis antiquitatem, & primæuam sacri Euangelij prædicationem aduertas inuenies Toleto multis annorum centenariis antiquiorem, & prius tres Episcopos Martyres habuisse, quàm Toletum primum consequeretur, vt *in d. c. 8.* ex antiquissimis historiis clarè ostendi, non enim ad hoc pertentandum opus est Delio natatore, quilibet, vel leuissimè historiarum literis tinctus, si omnia inoffenso pede percurrat, Bracharensem Archiepiscopum totius Hispaniæ Primatem agnoscet, vt agnouit Portugaliæ Collector generalis, & sententia sua confirmauit, cùm anno Domini 1619. Illustr. D. Alphonsus Hurtado de Mendoza vigilantissimus Bracharensis Ecclesiæ Archiepiscopus Vlyssippone, Philippo III. Hispaniarum Rege ibi tunc commorante, in conspectu totius populi Primatiæ ius defendit, inuiolatumque conseruauit. Nec ipsi Castellani (licèt Primatiæ ius ex priuilegio sibi competere præsumant) hac tempestate id diffitentur, nec Bracharensem Ecclesiam a nomine, & priuilegiis Primatis, quæ huc vsque summa cum obseruatione retinet, excludere potestati sunt, cùm sæpe sæpiùs occasio sese obtulisset, transeunte scilicet Illustr. D. Fr. Bartholomæo à Martyribus per ipsam Ciuitatem Toletanam Cruce Primitiali erecta, & in oppido Matritij Toletanæ diœcesis præeunte Primitiali Cruce in funebri pompa, Illustr. D. Fr. Alexij de Menesses magno populi concursu sepulti; quæ cùm ita se habeant, & in dies magis, magísque Bracharensis Primatiæ ius pluribus vetustatis, & monumentorum testimoniis nouiter repertis, & in lucem prodeuntibus clarescat, quæ tot annorum centuriis consepulta delitescebant, iure optimo precari opus est, vt Deus Opt. Max. illi Ecclesiæ vigilantissimum mittat Pastorem, qui dormientem Primatiæ causam feliciter possit ad finem perducere.

Postulatum.] Notatur ad hoc quòd quando Ecclesia, vel minor dicunt se læsos propter lapsum temporis, tunc mox est opus probare læsionem, vt per Mascard. *de probat. concl 1274. n. 15.* 5

Speciale mandatum.] Per hunc text. tenent omnes *in præsenti* quòd ad petendam restitutionem requiritur mandatum speciale, similis text. vbi Bart. & communis, *in l illud 26 §. si talis, ff. de minor. l. vnic.* sic intelligenda, *C. etiam per procurat.* Aufrer. *ad Capell. decis. 55.* Guttier. *pract. lib. 2. q. 87. num. 3.* Mantic. *decis. 11. num. 1.* Couar. *lib. 1 variar. cap. 6. à princip.* Menoch. *cons. 160. n. 288.* Maurit. *de in integr. restit. cap. 23. cum seqq.* Sfort. *cod. tract. part. 3. q. 31. num 12. cum seqq.* Marc. Anton. de Amatis *decis. 97. num. 6.* Pereg. Iannin. *de reali citat. lib. 3. cap. 21. numero 359.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo, implorandum, à num. 14.* Morla *in emporio iuris, part. 1. tit. 5. in princ. num. 22.* Cenal. *communium contra commun. q. 135.* Bernard. Græuæ. *ad practic. Cameræ Imper. lib. 2. concl. 143. consid 1. n. 8.* Stephan. Gratian. *Marchiæ decis. 196. num. 4 & discept. forens. cap. 105. num. 25.* vbi quamvis non sit expressa persona, vel causa, Farin. *part. 4. decis. 54.* Intellige etiamsi consanguineus eam petat, licèt enim aliàs admittatur sine mandato, *l. sed hæ, ff. de procuratorib.* non tamen in causa restitutionis sine mandato speciali, *l. patri 28. de minorib.* docet gloss. *verbo, non, in l. exigendi. C. de procurator.* communis ex Ripa *in cap. cum M. n. 60. de constit.* Tiraq. *de retract. lig. 8. 1. gloss. 10. num 98. & gloss. 13. num. 34.* Mench. *quæst. freq cap. 22. n. 11.* Cald. Pereira *d. verbo, implorandum, num 98.* D. Barbosa *in l. 3. num. 23. ff. soluto matrim.* Intellige etiam procedere tantùm quoties principaliter petitur restitutio, secus vbi incidenter, tunc enim speciale mandatum non requiritur, Bart. *in l. cum procurator*, & *ibi* Iason. *in princ. n. 4. ff.* 6

de noui operis num. Mynsing. *cent.2. obseru 26.vers.verum prædictum dogma*, Hieron. Magon. *Florentina decis.70.n.fin.* Ioseph.Ludou.*cons.30 n* 10. Cald. Pereira *d.verbo, implorandum, n.*11. Kirchou. & Balb. *tom.1. comm.opin lib.2.tit* 23. *à n.*1.*cum seq. pag.*343. Sufficit tamen generale mandatum si procurator fuerit constitutus ad omnia & singula, quæ ipsemet dominus facere posset, etiamsi talia forent, quæ requirerent mandatum speciale, Cassad. *decis.*1.*n.*3.*de procurator.* Mantic.*d.decis.*11.*n.*2.

SVMMARIVM.

1 *Minor restituitur in eo quod contraxit, vel omisit, si probat exinde se læsum, & sit infra tempora restitutionis petendæ.*
2 *Clericus sæcularis admittitur ad retractum.*
3 *Retrahi sola res patrimonij, vel generis potest etiamsi vno, eodémque pretio fuerit vendita cum alia, vel aliis non patrimonialibus, dolo etiam, vel fraude non probatis.*
4 *Restitutio conceditur aduersus lapsum tempus ad retrahendum rem auitam oblato pretio.*
5 *Consuetudo mixta clericorum, & laicorum omnes clericos qui ea vtuntur, ligat.*
6 *Filius per sacerdotium non liberatur à patria potestate.*
7 *Consuetudo valet quòd teneatur quis rem suam vendere.*
8 *Coniunctus pro coniuncto in integrum restitutionem petere potest.*
9 *Minor an debeat probare se esse intra quadriennium concessum ad restitutionem, ostenditur.*
10 *Libellus alternatiuus an admittatur, ostenditur.*
11 *Petitio alternatiua in dubio admittitur quando eius certitudo pendet à facto, seu voluntate conuenti.*

Cap. Constitutus. VIII.

Gregor. IX.

1 MInoris fauore contractus illius deficiens in solemnitate iuris rescinditur.si verò illa non desit,sed minor est læsus,subuenitur ei per beneficium restitutionis in integrum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq.Innoc.Collect.Host.Zabar.Bellam. Ioan Andr. Imol.Anania, Ancharan. Panormitan. Butr. Henric. Bald. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag.* 549. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.*192.remissiuè Casal.*in annot.*& Ximen.*in concord. p.*1.*&* 2.

2 *Vel cùm adhuc existant*, &c.]Notatur ad hoc quòd clericus sæcularis admittitur ad retractum, vt per Tiraq.*de retract. lig.* §.1.*gloss.*8.*n.*41. Perez *l.*6.*gloss.*1. *pag.*213.*col.*3.*tit.*7.*lib.*5.*Ordin.*& vtitur consuetudine quæ dat facultatem retrahendi rem à consanguineo venditam, vt per eundem Tiraq. *de iure primog.q.*44. *n.*9. Surd.*cons.*2 *à n.*3. Greg.*l.*5.*verbo, deue autr, in med.tit.*5. *p* 5.latè Guttier. *pract. lib.*2 *q.*216. *à princ.* vbi *n* 2. asserit quòd clericus potest à laico rem auitam, vel patrimonialem, cui fuit distracta, & *n* 3. quòd clerico vendente rem patrimonialem, vel auitam laico, habet etiam locum retractus, & *n.* 4. quòd in clerico emptore habet locum retractus, & *n.*6.quòd clericus, à quo res retrahitur, conueniendus est coram iudice Ecclesiastico, & *n.*7. quòd retractus habet locum etiamsi venditor, & emptor sint clerici.

Ius offerendi emptus pretium, &c.] Notatur hic 3
text. ad hoc quòd sola res patrimonij, vel generis potest retrahi, etiamsi vno, eodémque pretio fuerit vendita cum alia, vel aliis non patrimonialibus, dolo etiam, vel fraude non probatis, vt per Tiraq. *de retract. lig.*§.21. *à n.*1. Matiens.*l.*7.*gloss.*7.*num.*11. *tit* 11. *lib.*5. *noua recop.* latè Guttier. *pract.lib.*2.*q.*162. *per totam.*

In integrum restituere studeatis, &c.] Notatur in his 4
verbis ad hoc quòd aduersus lapsum tempus ad retrahendum rem auitam oblato pretio, siue tempus illud ad retrahendum incipiat à defuncto, siue à minore, quia minor læsus reperitur, conceditur restitutio, vide Couar. *pract.*c.26.*n.*4.post Guid. & Boër. resoluit Garc.*de nobilit gloss* 6 §.1.*n.*19.

Iuxta municipij Parrosinen.consuetudinem.] Ergo in 5
foro Ecclesiastico causæ sunt decidendæ secundùm consuetudines municipales, sed tu die procedere in consuetudine mixta laicorum, & clericorum, hanc enim omnes clericos, qui ea vtuntur, etiam ligare resoluunt Abb.*hic & in c.cùm causam, not. de re iud.* quem sequuntur Felin.*in cap Ecclesia S. Mariæ n.*81. *de const.*Tiraq.*le mort p* 3.*declar.*8 *n* 4. Greg. Lop.*l.*5. *gloss.*1.*tit.*2 *p.*1.Card. Tusch.*tom.*2 *litera E.com.l.*891. Soar.*de legib.lib* 7.*c.*16.*n.*9.

Emancipauit eosdem.] Igitur per sacerdotium non 6
liberatur filius à patria potestate, sicut per hunc text.tradunt Azened.*l.*8,*n* 12.*tit.*1 *l.b.*5 *noua recop.* & tenent Couar. *in c.quia nos, n.*5.*de testam* Gom.*l* 48. *Tauri, n.*7. Ascan. *de patria potest c.*8. *n.*6. Ferdin. Paëz *de excusandis parentibus ob numerum liberorum, n.*71. Molin. *de iustit tract.*2. *disp.*229.*vers. sextus, in med.* Rebello *de oblig. iustit. p.*2. *lib* 1.*q.*8 *sect.*6 *n.*60. *vers. sed quid*, Sanch. *in præcepta Decalogi, lib* 4. *c.*33. *n.*17. Guttier.*in repet.*§ *sui, n* 8 *Iustit.de hæred qualit.* Cald.Pereira *in l si curatorem. verbo, læsis, n* 130. Valasc.*cons.*108. *n.*6 *cum seqq* licet contrarium teneatur Marta *de Iurisdict. p.*4 *cent.*1.*casu* 27 *n.*5.

Consuetudinem approbatam, &c.] Notatur ad hoc 7
quòd valet consuetudo quòd teneatur quis rem suam vendere, vt per Tiraq.*in præfat.retract num.*13.Surd. *decis* 168 *n.*5.

Pro se, ac fratre suo.]Ergo coniunctus pro coniun- 8
cto in integrum restitutionem potest petere contra id quod*in c.coram, n.*6.*supra hoc tit* dixi, sed Panorm. *hic col. fin.* ex aliorum mente adnotauit fratrem, de quo in præsenti, fratris mandatum habuisse, idque hic tum præsupponit quatenus inquit quòd fratris nomine egit, vt etiam ponderauit Cou.*lib* 1.*var.c.*6. *ante n* 6.quo etiam loco *n. seq.* adnotauit textum perdoctè intelligi posse in fratre eodémque litis consorte, quem posse in integrum restitutionem petere pro minore consorte suo, probarunt Felin. Dec. & Ripa, quorum meminit idem Cou.*dict n* 6 per *Clem. Religiosus de procurat.* sed Couar. *d. loco* hoc omnino non probat priori intellectui magis adhærens, atque etiam Mench *freq.c.*23.*n.*11.*&* 12. & Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo, implorandum, n.* 8. *vers. non etiam obstat.*

Infra tempus ad obtinendum beneficium, &c.] Ergo 9
minor debet probare se esse intra quadriennium concessum ad restitutionem, Abb.& Butr.*hic n.*7. Salyc. & Alex.*num.*2.vbi commendant hunc text.*in l.si minorem, C. hoc tit.* Afflict. *lib* 2.*const rubr.*8. *num.*21. Menoch. *cons.* 100. *num.*289. Sed contrarium verius est, imo quod aduersarius debeat probare maiorem ætatem, & sic effluxum iam esse quadriennium, tenet post Imol.Cost.Curt.& alios, Cald.Pereira *in l.si curatorem, verbo, infra num.*19. vbi *in vers.neque mouere*, asserit quod minor hic petens restitutionem, incautè

cautè agens, expoſuit ſe iam maiorem eſſe, & propterea oportuit illum deducere, & probare non ſe adeò maiorem eſſe vt annum vigeſimum nonum excederet, vel quòd hic text. agit de allegatione partis facta ex ſuperabundanti; vel quòd hic Summus Pontifex ſolùm refert petentis reſtitutionem factam, & allegationem, qui ad maiorem cautelam, & aduerſarij deſtructionem allegauit, & propoſuit adhuc quadriennij tempus lapſum non eſſe, ac proinde negari ſibi reſtitutionis auxilium nullo modo poſſe.

10 *Cuius ſucceſſores exiſtunt*] Vide Cald. Pereira *de renouat. emphyt. p. 16. n. 26.*

11 *Vel venditionem.*] Ergo admittitur libellus alternatiuus, contra notata *in c. 2. de libelli oblat. & in l. Prætor edixit, §. quod autem, ff. de minor.* & quæ tradunt Franc. Marc. *deciſ. 807. n. 4. volum. 1.* Mynſing. *cent. 4. obſeru. 11.* Camill. Borrell. *in ſumma omnium deciſ. tit. 49. de libello, n. 78.* Ea verò ratione admittitur *in præſenti*, quia minores hic probabiliter ignorabant quod remedium ſibi competeret, Innoc. Card. Abb. & communis *hîc*, Iaſ. *in l. vbi autem §. qui illud. n. 5. ff. de verbor. oblig.* Auffrer. *ad Capell. deciſ. 469.* Caſſan. *in conſuet. Burgund. rub. 9. §. 21 gloſſ. vlt. n. 7.* Ximen. Tolet. *in concordantiis*

12 *iuris Canon. ſuper hunc text. p. 1 pag. 147.* De iure enim alternatiua petitio admittitur, quando eius certitudo pendet à facto, ſeu voluntate conuenti, vide Gom. *l. 45. Tauri, n. 159. col. 3. & tom. 2. var. c. 11. n. 40 ad fin.* Pinel. *in l. 2. C. de reſcind. vendit. p. 3. c. 3. n. 8.* Vnde Hippol. de Marſil. *conſ. 49. n. 48.* vult, quòd ſi dominus vēdicat rem emphyteuticam, quòd emphyteuta ceſſauit ſoluere canonem per triennium, vel alienauit rem irrequiſito domino, quòd procedit talis libellus alternatiuus, quia vtraque pars alternatiua concludit, iuxta *l. vlt. C. de iure emphyt.*

Quo circa mandamus, &c.] Vide Iaſ. *in § curare, n. 10. prope finem, Inſtit. de actionibus.* Sarm. *lib. 1. ſelect. c. 13. n. 11. verſ. nec huic opinioni, & de redditibus Eccleſ. p. 1. c. 4. n. 13.* Azeued. *l. 6. n. 3. tit. 10. lib. 9 nouæ recop.* Ceuall. *communium contra communes q. 531.* vbi an contra minorem currat præſcriptio ſtatutaria, Morla *in emporio iuris Ciuilis, p. 1. tit. 5. q. 10 n. 5.*

In gloſ. *Vtraque.* Vide Pinel. *in l. 2. C. de bonis matern. p. 2. n. 110 verſ. prædicta.*

In gloſ. *Conſuetudinem.* Vide Guttier. *pract. lib. 2. q. 150. n. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum poſtulanda eſt ab Ordinario adminiſtrationem habente, vel à delegato ab eo, ſiue hæc cauſa ſit ſpecialiter delegata, ſiue incidat in cauſa generaliter ſibi commiſſa, ab Ordinario vero adminiſtrationem non habente, vel à delegato peti non debet niſi veniat incidenter.*

2 *Reſtitutio in integrum poſtulanda eſt ab Ordinario adminiſtrationem habente, vel à delegato ab eo.*

3 *Eccleſia læſa in contractu per in integrum reſtitutionem laicos coram Eccleſiaſtico iudice conuenire poteſt.*

4 *Delegatus iudex non ſolùm de cauſa ſibi nominatim commiſſa, ſed & de alia quoque, quæ incidenter aduenit, poteſt cognoſcere.*

Cap. Cauſa. IX.

1 BEneficium reſtitutionis in integrum poteſt dare iudex ordinarius habens adminiſtrationem, & eius delegatus, ſiue ſpeciale mandatū habeat de hoc beneficio, ſiue non, ſed incidat in negotio ipſo. At Ordinarius, vel d. legatus, aut arbiter, qui non habēt adminiſtrationem, nō poſſunt, niſi coram eis incidat quæſtio. Item in cauſa matrimoniali vel liberali, aut criminali non poteſt aſſumi arbiter cùm tales cauſæ requirant maiores iudices. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Hoſt. Imol. Anan. Bald. Panorm. Anch. Butr. Henric. Viu. *in ration. prim. libr iur. Pontif. pag. 149.* Alagon. *in compend. iuris Canon. pag. 192.* remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 1.*

Collige ex text. reſtitutionem in integrum poſtu- 2
landam eſſe ab Ordinario adminiſtrationem habēte, vel à delegato ab eo, vt per Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verb. implorandum, n. 19. & 20.* Sbroz. *de offic. Vicarii, lib. 3. q. 13. n. 2.* Nam Eccleſia læſa in contractu de 3
cuius nullitate, vel reſciſſione agitur per in integrū reſtitutionem, laicos coram Eccleſiaſtico iudice conuenire poteſt, vt ex Innoc. ſingulare dicit Rom. *ſing. 112.* Cou. *lib. 1. var. c. 4. n. 2.* Guttier. *canon. lib. 1 c. 34. n. 10.* Lap. *alleg. 65.* Soc. ſen. *conſ. 18. n. 32. vol. 1.* Bellet. *diſquiſit. clerical. p. 1 tit. de fauore cleric. reali, §. 5. n. 56.* Cald. Pereira *d. verbo, implorandum, n. 34.* generale ſeu magis vulgare adducentes brocardicū ex Innoc. quòd quoties Eccleſia vtitur priuilegio aliquo, ſeu iure ſpeciali contra laicos, corā Eccleſiaſtico iudice agere poteſt, D. Barboſ. *in l. hæres abſens. §. proinde, à n. 33. ff. de iudic.* Ordin. Regia Luſit. *lib. 2. tit. 1. §. 6.* quid autem ſeruetur in Francia refert Rebuff. *in tract. except. n. 228.*

Niſi coram eis mota fuerit incidenter.] Notatur ad 4
hoc quòd iudex delegatus non ſolùm de cauſa ſibi nominatim commiſſa, ſed & de alia quoque, quæ incidenter aduenit, poteſt cognoſcere, vt per Tiraq. *in tr. res inter alios, verſ. eáque procedunt, pag. mihi 10.*

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio denegata Eccleſiæ vlterius ſibi non conceditur, niſi ex noua cauſa, reſtituitur tamen appellandum à ſententia denegationis.*

2 *Reſtitutio vbi ſemel denegatur amplius concedenda non eſt.*

3 *Minor reſtituitur ad appellationem omiſſam.*

4 *Minori an currat tempus decem dierum appellandum, oſtenditur.*

Cap. Beneficio. X. & fin.

FEcleſiæ, cui beneficium reſtitutionis negatum 1
fuit, ſi in alio iudicio iterum idem petit beneficium, non conceditur, niſi habeat nouas defenſiones ad impetrandum dictum beneficium, bene tamen conceditur beneficium reſtitutionis ad appellandum à ſententia denegationis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Anan. Anchar. Butr. Panorm. Henric. Hoſt. Viu. *in ration. primi lib. iur. Pont. pag. 551.* Alagon. *in compend. iur. Canon. pag. 192.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 2.*

Poſſe denegari.] Vbi enim ſemel reſtitutio denega- 2
tur, ampliùs concedenda non eſt, *l. 1 & ſeq. C. ſi ſæpius in integrum reſtitutio poſtuletur*, Anton. Gom. *var. tom. 2. c. 14. n. 5 col. 2.* Sfort. *de in integrum reſtit. q. 72. n. 40. & q. 16. n. 7. & 13.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo, implorandum, n. 22.* Donel. *comment. iuris Ciuilis, lib. 21. c. 12. col. 6.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſionum collect. 1525.* vbi multipliciter limitat, *& collect. 1518.*

Præterquam ad appellationem omiſſam.] Notatur ad 3
hoc quòd minor reſtituitur ad appellationem omiſſam, vt per Menoch. *præſumpt. lib. 3 præſ. 82. n. 8. cum*

ſeqq. Maſcard. *de probat. concl.* 960. *num.* 17. *cum ſeqq. & concl.* 1058. *a n.* 17. *& concl* 1273. *n* 6. Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo, vel aduerſarij dolo, n.* 18. Guttier. *practic lib.* 3. *q.* 17. *n.* 17. Flamin. *de reſignat. tom* 2 *lib* 11. *q.* 4. *n.* 56. Azened. *l.* 1 *a num.* 31. *tit.* 18 *lib.* 4. *nouæ recopil.* Ioan. Garc. *de nobilit. gloſſ.* 6. §. 1. *n.* 51. *cum ſeq.* Flores de Mena *var. lib.* 1. *q.* 5. *n* 6. Bernard. Grænæ. *ad practicam*
4 *Cameræ Imper. lib.* 1. *concl.* 143. *num.* 1. *cum ſeq.* Quid ſi procurator non appellauit, vide Cald. Pereira *d. l. ſi curatorem, verbo, ſua facilitate num.* 35. Et an minori currat tempus decem dierum ad appellandum, vide eundem Cald. Pereira *de reſolut. emphyt. c.* 14. *num* 21. *cum ſeq.* Aduertendum duxi cum Bart. *in l. Præſes, n.* 6. *C. de appellat.* quòd quando minor appellauit, & non eſt proſequutus, iſta læſio contingit coram iudice ad quem, coram quo debebat proſequutio fieri; ſi verò minor non appellaſſet, & vellet reſtitui ad appellandum, tunc iſta læſio contingit coram iudice à quo, quia coram eo debebat appellare, vnde coram ipſo reſtitutionem petere debet, de qua doctrina Bartoli vide Gregor. *l.* 1. *verbo, delante, tit* 26. *p.* 3 Aufrer. *ad Capell. deciſ.* 391. Bellacomb. & Villalob. *tom. comm. opin. lib.* 2. *tit.* 22. *n.* 1. *&* 2. *pag.* 341. Rebuf. *tom* 2 *ad leges Gallie, tract. de reſtit. in præfat. n.* 16. Sfort. *de in integrum reſtit. p.* 2. *q.* 71. *art.* 1. *n.* 30. Ioan. Garc. *d. num.* 51. Cald. Pereira *d. verbo, implorandum, n.* 17.

De Alienatione iudicij mutandi cauſa facta.

TIT. XLII.

SVPER hanc rubr. ſcripſerunt Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panormit. Butr. Guillelm. Durand. *in breuiario aureo iuris Canonici, fol.* 43. Petr. de Rauenna *in compend. iuris Canon.* Martin. Meſnart. *in epitome Decret. fol.* 46. Dan. Venator *in analyſi methodica iuris Pontif. à pag.* 149. Goffred. & Hoſt. *in ſumma huius tit.* Alex. Caſſan. & Anaſt. Germ. *in paratitlis ad quinque libros Decretalium*, Barth. Carthag. *in expoſit. tit. iuris Canon.* nouiſſimè Ioan. Honor. *lib.* 1. *ſumm. in decret.* omnes *ſub hoc tit.*

De materia huius tit. vide Adrian. Puluæ. *ad edictum ſuper hunc tit.* Donel. *comment. iuris Ciuilis, lib.* 20. *c.* 3. Cujac. *lib.* 17 *obſeru.* 6. Guillelm. Durand. *in ſpeculo iuris lib.* 4. *ſub hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Reſcripti vigore impetrati contra alienantem conuenitur is, in quem facta eſt alienatio rei cauſa mutandi iudicij.*
2 *Alienans in fraudem cauſa iudicij mutandi tenetur actione in factum ad intereſſe, & damna.*
3 *Alienans rem cauſa iudicij mutandi, & eam recuperans ante litem motam, non incidit in edictum tit. de alienatione, &c. idem in alienante rem, quam nondum tradidit*, n. 4. *& quando agitur actione perſonali*, n. 5.
6 *Calliditas in dubio non præſumitur.*

CAP. Ex quorundam. I. *Alex. III.*

COmmiſſionis literas aliquo impetrante à Papa, 1
ſi aduerſarius malitiosè ad literas illudendas appellat, vel transfert in alterum poſſeſſionem rei, de qua controuertitur, vel malitiosè ſe abſentat, tunc iudex debet cogere eos, qui ingeſſerunt ſe in poſſeſſionem, vt ceſſante appellatione pareat æquitati iuris. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Innoc. Bellam. Io. Andr. Imol. Anan. Anchar. Henric. Panorm. Bald. Hoſt. Mant. Vivian. *in ration. primi libri iur. Pontif. pag.* 554. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 194. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. referunt ab Anton. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1 *tit.* 32. *c.* 1. & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. *p.* 49. *c.* 5.

Commutationem fecerint.] Propter quam alienans 2
in fraudem cauſa iudicij mutandi incidit in edictum huius tituli, & tenetur actione in factum ad intereſſe & damna, eo quòd duriorem aduerſarium conſtituerit, *l.* 1. *l. quia* 3. §. *pen. ff. hoc tit l. vni. C. eod.* Donel. *comment iuris Ciuilis, lib.* 20. *c.* 3 *col.* 1

Primò limita in alienante, qui iterum alienatum 3
recuperat ante litem motam, *l ex hoc*, §. *vlt. & l ſeqq. ff. hoc tit.* Iaſ. *in l. vlt. n.* 135. *C. de iure emphyt.* Tiraq. *de retractu lig* § 1 *gloſ* 9. *n.* 32.

Secundò limita in alienante rem, quam nondum 4
tradidit, vt per Cald. Pereira *de reſolut. emphy. c.* 5. *n.* 38. vbi etiam quando iterum receperit.

Tertiò limita quando agitur actione perſonali, 5
quia hic titulus procedit in actione reali, Surd. *deciſ.* 172. *n.* 2. tunc enim priùs agendum eſt reſciſſoria, ſeu reuocatoria, ex Surd. *deciſ.* 156. *n.* 7.

Calliditatem] Quæ requiritur vt actio ex hoc edicto locum habeat, ceſſat enim data bona fide, *l. nam* 6
etſi §. *alienare, ff. hoc tit* In dubio autem calliditas non præſumitur, ſed ſaltem ex coniecturis probanda eſt, *l. dolum, C. de dolo, l. ſi dolo, C. de reſcind. vendit.* Tiraq. *de retractu lig* §. 26 *gloſ.* 1. *n.* 35. Præſumitur verò quando paulò ante motam litem fuit facta alienatio, ex Surd. *deciſ.* 326. *n.* 87.

SVMMARIVM.

1 *Clericus cauſa mutandi iudicium non debet recipere ceſſionem à laico.*
2 *Ceſſio actionis, ſeu litis facta clerico per laicum non valet tanquam ſimulatè concepta.*
3 *Clericus ratione fori potentior dicitur, eo caſu, quo iuriſdictionis priuilegio laicum coërcere poteſt.*
4 *Potentior ille dicitur, qui ratione officij, quod gerit, vel priuilegij, poteſt vel minari, vel alios vexare.*
5 *Diuitiæ reddunt quem potentiorem.*
6 *Verbum*, afficiant, *ferendam ſententiam ſignificat.*
7 *Ceſſio facta per laicum clerico præſumitur in dubio fraudulenta.*

CAP. Ex parte. II. *Greg. IX.*

CLerici ſub cenſuris prohibendi ſunt ne acci- 1
piant, vel emant quæſtiones, & cauſas ſæcularium, vt trahant ſæculares ad forum Eccleſiæ. Item ceſſiones, & emptiones litium legitimè prohibentur in iure. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Panorm. Hoſt. Anch. Henric. Boich. Butr. Mant. Viu. *in ration. primi libri iur. Pontific. pag.* 555. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 194. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1 *&* 2.

Probat

3 Probat hic text. cessionem actionum, seu litis facto clerico per laicum non valere tanquam simulatè conceptam, Barth. *in l.1.in fin.ff.hoc tit.* Specul.*in tit. de cession.action.*§.1. *col.2.vers.verum si actio*, Nat. *cons.* 474.*n.*49.*vol.*2.*& cons.*530.*n.*11.*vol.*3.Roland.*cons.*36. *à n.*27.*ad fin.vol.*2.quos refert & sequitur Bellet.*disquisit.eleric. p.*1. *tit. de disciplina cleric.* §.21. *n.*24. vbi *n.*29 limitat, si cessio fuit facta per laicum clerico vti coniunctæ personæ, nam clericus ratione fori potentior dicitur, eo scilicet casu, quo iurisdictionis priuilegio laicum coërcere potest, vide Xuar. *alleg.*19 vbi Valdes. Rebuff. *tom.*2. *ad leges Galliæ*, *tit. de cessione actionum*, *art* 1. *glos.*8. *in fine*, Mascard. *de probat.concl.*558.*n.*21.Menoch.*cons.*38.*n.*48. Matiens. *l.*11 *glos.*5. *n.*1. *tit.*10. *lib.*5 *nouæ recop.* Surd.*decis.*22. *num.*29. vbi de cessione facta clerico consanguineo, Alex.Trentacinq.*var.res.lib.*2 *tit.de postulando*, *resol.*2. *n.*4.D.Barbos.*in l.*1.*p.*7 *n.*49.*ff soluto matrim.*Cald.Pereira *de potestate nominandi*, *c.*1.*n.*11. Modern. *de iurisdict. p.*4 *cent.*1.*casu* 35.*n.*22.*& casu* 91.

4 *Potentiorum.*] Potentior ille dicitur, qui ratione officij, quod gerit, potest vel minari, vel alios vexare, vide Menoch.*cons.*28.*n.*31.*& cons.*38.*n.*47.*& lib.*3. *de præs. præs.*129. *n.*37. Vel ratione priuilegij, vt in scholari, Rebuff. *de priuilegiis scholarum*, *priuil.*115. Alex. Trentacinq. *d. resol.*2. *n.*10. Adrian. Puluæ. *ad edictum huius tit. c.*13. D. Barbos. *d. p.*7. *n.*46. *&* 48. nisi pater sit, qui filio suo etiam spurio scholari cedere potest, vt ex Rebuff. resoluit Cald.Pereira *de emptione*, *c.*24.*n.*60.

5 Diuitias reddere quem potentiorem, tenent Rebuff.*d.art.*1.*glos.*5.*post princ.*Cald.Pereira *de potestate nominandi*, *c.*1.*n.*7.vbi *n.*8.dicit quòd nobilitas potentiores homines facit.

6 In glos. *Afficiant*, ibi, *per sententiam, non ipso iure.* Vide Tiraq.*in l.si vnquam*, *verbo*, *reuertatur*, *n.*39.

7 In glos. *A præsumptione*, ibi, *præsumitur nihilominus in fraudem facta.* Notatur ad hoc quòd in dubio cessio facta per laicum clerico præsumitur fraudulenta, Bald. *tom.*2.*commun. opinion.lib.*8.*tit.*29 *num.*10. *pag.*327 quod non procedit in clerico simplici, vt per Mascard.*concl.*558.*n.*21.An verò subiiciatur pœnis, vide Tiraq.*de nobilit. cap.*37.*n.*105. D. Barbos. *d. p.*7.*n.*49.

De Arbitris.

Tit. XLIII.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hanc rubr scribentes.*
2 *Arbitrorum materiam qui tractent, citantur.*
3 *Arbitri in multiplici reperiuntur differentia.*
4 *Arbitrium accipitur pro libera rei propriæ dispositione.*
5 *Arbiter nonnunquam accipitur pro ipso rei suæ domino, & moderatore, interdictum pro iudice ordinario, aliquando pro delegato.*
6 *Arbitri omnes, qui à partibus eliguntur, in duplici reperiuntur discrimine, quidam eliguntur præcedente iuris coactione, alij ex mera partium conuentione, & libera voluntate.*
7 *Arbitri iuris dicuntur electi præcedente iuris coactione.*
8 *Arbitri compromissarij eliguntur ex mera conuentione, & libera voluntate partium.*
9 *Arbitri compromissarij illi sunt qui à partibus eliguntur; vt seruato iuris ordine litem dirimant.*
10 *Arbitri arbitratores dicuntur illi qui à partibus quidem eliguntur, vt de facto procedentes non seruato iuris ordine rem amicabiliter componant.*
11 *Hæc rubr. & alia similis in Sexto Decretal. quæ simpliciter concipitur de arbitris, in quo differat ab illa ff. & C.de receptis arbitr.ostenditur.*
12 *Arbiter compromissarius est ille qui recipit, & recipitur ex omnino libera partium promissione ad litem dirimendam.*

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabar. 1
Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Panormit. Bald. Butr. Mantua, Anchar. Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canonum*, *fol.*166.Guillelm.Durand.*in breuiario aureo iuris Canon. fol.*44. *verso*, Petr. de Rauenna *in compend. iuris Canon.* Martin. Mesnart. *in epitome Decret. fol.* 46. Dan. Venator *in analysi methodica iuris Pontif. pag.* 152. Goffred. & Host. *in summa huius tit.*Alexand. Cassan.& Anast. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Lancel.*in institit. Canon.* Canis.*in sum.iuris Canon.* Cafarel.*in erotem.eiusdem iuris*, Barth. Carthag. *in expos. tit. iuris Canon.* nouissimè Ioan.Honor. *lib.* 1. *summ. in Decret.*omnes *super hac rubr.*

De materia huius tit. integrum tractatum edidit 2
Lanfranc.de Oriano *tom.*3.*tract.Doct. p.*1.*fol.*206. & de arbitris, & arbitratoribus, Petr.Iacob.à Montepessulano, & Baptist.de S. Blasio *tom.*3. *tr. Doct. p.*1. & de arbitris & compromissis Ioan.Baptista Perusin. *tom.*3.*tr.p.*1.*fol.*224.vide Guillelm. Durand. *in speculo iuris*, *lib.*1. *sub tit.de arbitro*, *& arbitratore*, *& l.*4. *sub hoc tit.* Rebuff.*tom.*3.*ad leges Galliæ*, *tract. de arbitris*, Maranta *de ordine iudiciorum*, *p.*4.*dist.*14. Bellacomb. Soar. Viu & alij *tom.*1.*com. opin.lib.*2. *tit.*26.*pag.*346. Donel. *com. iuris Ciuilis*, *lib.*14.*c.*10. Molina *de iustit. tract.*4.*disp.*50.Card. Tusch.*lit. A.concl.*448.*cum seqq.* Camil.Borrel.*in tract.de compromissis*, *& in summa decis.tit.*63.*de compromiss.* Trentacinq. *var.resol.l.*2.*tit de arbitr.* Rendin.*in prompt.recept.sent tit.*5.

Arbitris.] Arbitri in multiplici reperiuntur differentia, vt per glos. *verbo imperare*, *n.l.pen.ff.de recept. arbitr. glos. pen.in l. societatem* 77.§. *arbitrorum*, *ff. pro socio*, post alios Ias.*in* §. *omnium*, *n.*16.*Institit.de actionib.* Baptist.*de arbitr.lib.*1.*c.*2.Rebuff.*tom.*3.*ad leges Galliæ*, *rub.hoc tit art.*1. *glos.*3.*in princ.* Menoch. *de arbitr.q.*1. 3

Aliquando enim arbitrium accipitur pro libera rei 4
propriæ disposition, *l.in re mandata* 21.*C.mandati*, *l. sed etsi* 28.§.*consuluit*,*ff.de petit.hæred.*siue per actus inter viuos, vt in iuribus modò citatis, siue per vltimas voluntates, *l.*1.*Cod.de sacros. Eccles. l.*2. ibi, *sibi fieri vult. ff. de testament. l. in conditionibus* 19.*ff. de condition. & demonstr.* sicut & arbiter accipitur pro ipso 5
rei suæ domino, & moderatore *d.l.in re mandata*; interdum pro iudicio ordinario, *l. quod enim* 81.*ff. pro socio*, melior text.*in l.quisquis* 6.*in princ.*vbi glos.*verbo arbitros*, *C.de pestulando.* Nonnunquam pro delegato, *cap. suspicionis causam* 39.*de offic.deleg.cap.cum speciali* 61 *in princ.de appellat.c.ab arbitris* 11.*de offic. deleg. lib.*6. *l. vlt.* vbi glos. *verbi arbitri*, *C.de iudic* Aliquando compromissarius arbiter à partibus electus dicitur, *c.*1.*hoc tit.c.vlt. in fin. de re iud.l.*3.§.1. *& per tot.ff.de recept .arb.*

Sed arbitri omnes, qui à partibus eligũtur in duplici 6
reperiũtur discrimine; quidã enim eligũtur præcedẽte iuris coactione, alij ex mera partiũ conuentione, & libera voluntate, Priores dicuntur arbitri iuris, *c.*2.*de appel.l.*6.*d.c.cum speciali*, *d.l.vlt.* Posteriores verò cõ- 7 8
promissarij nũcupãtur, de his agitur *in d.c.*1.*in d.c.vlt.*

in d.l.3.§.1.& per tot. ff.de recept. arbitr. Dicuntur autem compromissarij à verbo *compromittere*, quod est simul promittere, solent enim qui arbitros eligunt, vt controuersiam dirimant simul promittere quòd stabunt ipsorum arbitrio, vnde mutua partium promissio de sic stando dicitur compromissum, & ipsi arbitri dicuntur compromissarij, *l. diem proferre 32 §. stari, ff.de recept arbitr.l. penult. ff. de iudic.* Rebuff. *d. tit.1. gloss.2. num.2.* Couar. *lib 4. miscellan. cap.18. num.4.*

9 Rursus ij posteriores in duplici reperiuntur discrimine, quidam enim arbitri simpliciter dicuntur, alij arbitri arbitratores: arbitri illi sunt qui à partibus eliguntur, vt seruato iuris ordine litem dirimant *d.l.1. l.idem 14.§.recepisse ff.de recept arbitr.* bonus text. *in l.*

10 *rem non nouam 12. C. de iudic.* Arbitri verò arbitratores dicuntur illi, qui à partibus quidem eliguntur, vt de facto procedentes non seruato iuris ordine rem amicabiliter componant, de his agitur *in d.§.recepisse, vers.quòd si*, iuncto summario Bart. *ibidem*, si intelligamus dictum vers. aduersatiuè ad casum præcedentem, vt in præcedenti loquatur de arbitro, qui seruato iuris ordine litem dirimit, at verò *in vers. quòd si*, de arbitro, qui non seruato illo ordine rem amicabiliter componit, *d.l rem 12.* ibi, *ex compromisso quod iudicium imitatur*, & ibi, *vel qui arbitrium peragunt*, si aduersatiue intelligatur ad casum præcedentem, *cap per.* ibi, *vel duorum mediatorum, infr.hoc tit.* Constant hæc de arbitris, qui à partibus eliguntur, ex his quæ Doctores tradunt *in d.§. arbitrorum*, vbi Barth. *n.7. & in cap. Quintavallis, de iureiur.* Iason. *in d. §. omnium, n 19 Instit. de action.* Baptist. *de arbitr. lib 1.c.2.& 3.* Blanc. *de compromiss.q 1 ex n.29* Marant. *de ordin.iudic p 4. dist 14 n.2.* Rebuff. *sub hoc tit.art.1. gloss 3. in princip.* Corras. *lib.4 miscel cap 18.* Auendan. *de exequend mandat p 1.c.1.n 26* Couar. *var.lib 2 c.12. ex numer. 2.* Menoch. *de arbitr. casu 339. numer. 6. & 18*

11 Quibus præhabitis circa varias arbitrij significationes, variáque arbitrorum genera aduertere oportet, in hac rub. sicut in tit. ff. & C. *de recept.arbitr* potissimum agi de solis compromissariis, qui spontanea partium promissione recipiuntur, arbitrariáque recipiunt vt fatentur post alios Petr. Iacob. *de arbitr. n.6.* Baptista *eod.tract.lib.1.c 2.n.2.* Corras. *d.lib 4 c.12.* In quo autem differat rubr. illa ff. & C. *de recept.arbitr.* ab hac nostra, & alia simili Sexti Decretal. quæ simpliciter concipitur de arbitris, non explicant Doctores, neque *hic*, neque alibi; sed mihi dicendum videtur discrimen in eo versari quòd Iureconsultorum tempore arbitri, vt plurimum veri & proprij dicebantur illi, qui à partibus eligebantur, & ab eisdem recipiebãtur, vnde compromissarij arbitri nuncupantur, quia ex parte eligentium, & eorum, qui ad arbitria recipiũtur, res merè voluntaria est, vt vocabulum ipsum satis demonstrat, *l.3 §.1.l. idem Pomponius 24.§. recepisse, ff. de recept. arbitr.* Abb. *notab.1.* Card. *q.2. in c 1. infr.hoc tit.* Rebuff. *de tom.3. sup.hoc tit. art.1.gloss.3.n 2.* Verrut. *lib.1.de verborum signif. verbo arbitrium*, Menoch. *vsufreq. c.37. n.26* Corras. *lib 5. miscel. c.11.* ad differentiam illorum, qui iure, seu à prætore dabantur, de quibus *in l. si purè 37.in princ. & in §.1.* ibi, *arbiter à prætore erit dandus, ff.de fideicom.libert. l. lege Iulia 7. in princ* ibi, *arbitriúmve dandum, ff.ad leg. Iul.repetund.d. cap.cum speciali*, ibi, *ex iuncto, d.cap. suspicionis*, ibi, *cogendi*, Blanc. *de comprom. q.1. n.31.* Cum ergo de prioribus principaliter agendum foret à Iureconsultis, & imperatoribus in præd. tit. ff. & C. *de recept. arbitr.* meritò illæ rubricæ concipiuntur, *de receptis arbitris, & qui arbitria recipiunt*, ad insinuandam differentiam illorum, qui inuitis recipientibus & receptis dabantur, aduertit Corras. *d.c.12.* quæ differentia cùm iam apud Summ. Pont. esset notissima, non oportuit illam insinuare, sed satis fuit simpliciter rubricam de arbitris concipere; tum etiam, quia cùm longè frequentior sit vsus illorum, qui ex compromisso recipiuntur, perinde est dicere simpliciter de arbitris, ac de receptis arbitris, eo modo suprà explicato, arg. *l.nam ad ea, 5 ff.de leg.* in simili glos. *verbo contrahitur*, ibi, *quia frequentius fit hic contractus in l.2.ad fin.princ. ff. pro empt. l.iusto 44.in princ.* ibi, *propter assiduam, & quotidianam comparationem seruorum, ff.de v ucap.* expendit illud agens Valasc. *de iure emphyt. p 1 n 5.*

Vnde iam probabiliter definiri potest arbitrum 12
compromissarium esse illum, qui recipit, & recipitur ex omnino libera partium promissione ad litem dirimendam. Loco generis ponuntur illa verba, *omnino libera partium promissio*, quia latiùs patet, & plures sub se continet promissiones omnino liberas, quæ tamen non sunt arbitria, ex compromisso, de quibus agimus. Adieci, *libera*, tum vt ostenderem huiusmodi arbitrum libero partium consensu fuisse electum, tum vt excluderem arbitrum à Prætore datum, & denique illum, qui ad definiendam suspicionis causam assumitur, quia non ex partium compromisso, sed ex iurisdictione à lege data procedit, *d.l. vlt.d.c cum speciali.* Dixi, *qui recipit. & recipitur*, vt ostenderem hanc promissionem spontaneam esse à principio tam ex parte recipientium, quàm eorum, qui recipiuntur, *l.3. §.1.* cum multis *ibid ff.de recept. arbitr.* Tandem dixi, *ad l tem dirimendam*, tum vt significarem arbitrum compromissarium procedere seruato iuris ordine *l.1.l. idem 14 §. recepisse, ff.de recept.arbitr.* tum etiam vt excluderem arbitrum arbitratorem, qui iuris ordinem seruare non tenetur, vt *suprà* dictum est.

SVMMARIVM.

1 *Arbitri sunt in dispari numero eligendi, & eis discordantibus status sententia maioris partis.*
2 *Arbitri compromissarij omnium vt singulorum placito sunt eligendi, quando res ad plures spectat vt singulos.*
3 *Arbitri in dispari numero de consilio sunt eligendi.*

Cap. Sanè. I. *Ex Conc. Afric.*

Arbitri sunt in dispari numero eligendi, & eis 1
discordantibus status sententiæ maioris partis. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Bald. Anania, Panormit. Anchar. Butr. Henric. Vinian. *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag.* 255. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.*194. remissiuè Ximen. *in concord. p. 2.* desumitur ex Concil. Africano *cap.*88. est quoque Mileuitani Concilij *cap.* 24. & apud Græcos Carthagen. *cap.*121. quamvis Burchar. *lib. 1. cap* 68 dicat desumptum ex Concil. Africano *cap.*76. & Ino *part. 5. cap.* 176. *ex cap.*75. refertur ab Anton. Augustin. *collect.1. Decret. lib.2. sub tit. de foro compet c.4.*

Ex communi placito. Notatur ad hoc quòd quando 2
res ad plures spectat vt singulos arbitri compromissarij omnium vt singulorum placito sunt eligendi, sin autè ad plures vt vniuersos, maioris partis placitum sufficiet, vt per Abb. *hic not.1.* Imol. *n.6.* Rebuff. *to. 3. ad*

leges

leges Galliæ, tract. de arbitris, art. 1 gloss. 3. n. 2. Verrut. *lib. 1. de verbor. signific. verbo, arbitrium,* Mench. *vsufreq. c. 37. n. 26.*

3 *Aut vnus eligatur, aut tres.*] Aduerte arbitros in dispari numero de consilio, non autem de præcepto esse eligendos, vnde quamvis in numero pari eligantur, valebit electio, Baptista *de arbitr. lib. 5. c. 4. & lib. 6. c 13.* Blanc. *de compromiss. q. 1. n. 28.*

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium, seu arbitramentum nullum est continens peccatum per partes remissibile.*
2 *Declaratur text. in præsenti.*
3 *Nepos ex filio potest in beneficio aui succedere.*
4 *Archiepiscopus potest exules facere à tota Prouincia delinquentes in sua diœcesi.*
5 *Bannito facta collatio non tenet.*
6 *Arbitrium nullum est, quod alter ex litigantibus super beneficio, in quo ius habet, eidem cedere cogitur, recepto temporali ab illo, qui nullum prorsus ius habet.*
7 *Index contra ipsum actum potest testificari.*

CAP. Non sine. II. *Alex. III.*

1 ARbitrium quando est iniquum, id est, dolo, & fraude factum, est nullum, & non tolerandum, licèt sit iuratum, si est æquum, partes debent illum seruare. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Bald. Anch. Panorm. Bero. Henric. Butr. Viu. *in ration. primi libri iur. Pontif. pag.* 556. Alagona *in compend iur. Canon. pag.* 195. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. Augustt. *collect. 2. Decret. lib. 1. tit. 20. cap. 1.*

2 Dum in hoc text. videtur condemnari arbitrium quo alter ex litigantibus iubetur liti cedere, & ab altero pecuniam recipere vbi controuersia de beneficio erat, cùm Summus Pont. rationem prædicti arbitrij iniqui non reddat, non parum difficile est id intelligere; gloss. post varias rationes illam magis amplectitur *verbo quinque*, quòd pro spirituali iure pecunia data sit, sicque quasi simoniacum putant improbari arbitrium, & hunc intellectum communem testatur Bero. *ibid. n. 44.* Repugnat tamen *cap. nisi essent de præbend.* & communis omnium traditio, quæ habet ex mandato arbitri pro bono pacis pecuniam rectè dari si nulla præcedat conuentio, aut conditio. Constat autem in hoc text. litigantes de pecunia data mentionem egisse, & tamen negotium in potestate arbitrorum fuisse positum, igitur arbitrium quasi simoniacum non debuit improbari. Rursus contrà facit quòd Summus Pont. in hoc text. arbitrium absolutè non condemnat, sed iudici præcipit vt si constiterit esse adeò iniquum, vt fuit à parte relatum, eam absoluat si autem æquum esse videret, seruari iubeat, vnde apertè probat retento eodem casu pecuniam iniquè, & iustè dari potuisse, ac per consequens non bene gloss. affirmat ob id solum arbitrium non valere, quia pecunia data fuit. Quare Host. Innoc. Zabar. *n. 5. oppositt. 6.* Imol. *n. 16.* Abb. 10. Bero. *46. in præsenti*, difficultatem auxerunt & variis modis explicant, à quibus receptum est arbitrium huius text. valere potuisse, quia pecunia data fuit pro bono pacis, iuxta terminos *d. cap. nisi essent*, sed quoniam Presbyter iussus fuit renuntiare suo iuri spirituali, & liti cedere, & ob id quinque marchas recipere, potiùs pro cessione iuris spiritualis pecuniam videtur dare, nec enim arbitri beneficium ius habenti adiudicabant, & pecuniam alteri pro bono pacis iubebant dari, sed vt recepta pecunia iuri suo cederet, quod non licet, iuxta *c. vlt. de rerum permut.* Verùm cùm text. non simoniam arbitrij, sed iniquitatem condemnet, & ita demum sit iniquitas, non videtur illum intellectum verbis text. conuenire.

Pro vero igitur intellectu aduertendum est arbitrium arbitratoris, quod laudum dici solet, euidenter iniquum, vel quod maximam affert læsionem, petita reductione ad arbitrium boni viri coram Ordinario, vel à Principe, aut emendari, aut inualidum declarari posse, quantumvis iuramento fuerit confirmatum, vt Abb. & omnes resoluunt *in c. Quintauallis, de iureiur.* Menoch. *de arbitr. casu 76. in princ.* Roland. *cons. 76. n. 26. l. 1.* intra triginta annos Bapt. *de different. inter arbitrum & arbitratorem q. 84* Alex. *cons. 183. n. 4. l. 6.* Afflict. *decis. 132.* Gasp. Caballin. *miscellaneo. 873* His suppositis dicendum in hoc text. Clericos arbitratores fuisse, & Presbyterum de quo *ibi*, iniquitatem arbitrij Summo Pont. retulisse ex causis in hoc text. expressis; Pontifex verò iudici præcepit, vt si arbitrium adeò iniquum esse viderit, Presbyterum absoluat, & si æquum iudicauerit, seruari iubeat, vnde propter iniquitatem, non propter simoniam tantùm arbitrium rescinditur; potuit enim seruatis seruandis simonia in eo casu abesse, & dari iniquitas, ideo; tantùm Summus Pont. in hoc text. definit iniquum arbitrium, siue in spiritualibus, siue in temporalibus detur, non obstante iuramento rescindendum; si verò quæras in quo iniquitas versetur, dicendum est in eo, quòd is iubebatur causæ cedere, qui euidens ius habebat, quod si in temporalibus fiat vt paruo recepto pretio is, qui meliorem causam videtur habere, liti cedat, iniquum etiam iudicabitur arbitrum, vt Pontifex docet *in præsenti*; augeturque in hoc text. iniquitas ex rationibus per gloss. & DD. suprà adductis, ex quorum mente hic intellectus desumitur, quamvis non ita declarent.

Per manum R. Archidiaconi, &c.] Ergo ad Archidiaconum pertinere potest capellaniæ, seu beneficij institutio, suadent alia huius text. verba, ibi, *eundem presbyterum capellanum iterum ordinauit*, & ibi, *de suo beneficio*, &c. quod videtur aduersari text. *in c. conquerente, de offic. Ordin. & c. nostri, de electi, & c. 3 de instit. cum similibus*, probantibus institutionem beneficiorum de iure pertinere ad Episcopos: vnde tenent aliqui text. *in præsenti*, procedere in priuata præscriptione; alij asserunt non agere de beneficio Ecclesiastico, sed de capellania; nonnulli arbitrantur magis communiter institutionem capellani, de qua *hic*, ab Episcopo diœcesano factam fuisse, ad præsentationem tamen Archidiaconi, qui alias erat Ecclesiæ patronus, & in hunc sensum interpretantur illa verba text. suprà relata, *per manum R. Archidiaconi*, id est, ad præsentationem, tu tamen resolue secundùm ea, quæ habes *ad c. cum satis, sup. de officio Archid.*

Nepos eius, &c.] Notatur ad hoc quòd nepos ex 3
filio potest in beneficio aui succedere, vide tamen quæ latè dixi *ad c. ad extirpanda 11. super gloss. verbo, filij, de filiis Presbyt.*

Extra Prouinciam exulans.] Notatur ad hoc quòd 4
Archiepiscopus potest exules facere à tota Prouincia delinquentes in sua diœcesi, vt per Marc. Anton. Genuens. *in praxi fori Archiep. Neapol. c. 70 n. 17.*

Notatur etiam ad hoc quòd bannito facta collatio non tenet, vt per Abb. *hic nu.* 4. quem referunt Rebuff. *in tract. de pacificis possess. n. 203.* Flamin. *de resignat. lib. 4. q. 3. n. 42.* 5

6 *Vt quinque marchas ab eodem susciperet*, &c.] Notatur ad hoc quòd nullum est arbitrium, quod alter ex litigantibus super beneficio, in quo ius habet eidem cedere cogitur recepto temporali ab illo, qui nullum prorsus ius habet, vt per Abb. *hîc num.* 1. Card. *n.* 5. *oppos.* 6. Butr. *n.* 8. Beroi. *n.* 48. *gloss. verb ex iussione*, vbi communis, *in c. nisi essent* 21. *de prabend. gloss. verbo, illicitè, in cap. cùm pridem* 4 *supra de pactis gloss. vlt. in cap. vlt. per text. ibi, de rerum permut.* D. Thom. *in* 4. *dist.* 25 *quæst.* 3. *art.* 2 *q.* 2 *in resp. ad* 7. & 2. 2 *q.* 100. *art.* 2. *ad* 5. Baptista *de pensionib. q.* 4 *n.* 2. Gig. *eod. tract. q.* 9. *p.* 2. Rebuff. *de pacificis possess. n.* 124. & 127. Guillelm. *in c. Raynutius, verbo, Adiecta, n.* 25. Padil. *in l. vlt. n.* 13. *C. de transact.* Flamin. *de resignat. lib.* 1 *q.* 3. *n.* 4. Soar. *de religion. tom.* 1. *lib.* 4. *de simonia, c.* 55. *n. vlt.*

7 *Vel si arbitrium ipsum moueris*, &c.] Notatur ad hoc quòd index contra ipsum actum potest testificari, vt per Rebuff. *in tract. de reprobat. testium, n.* 275. vbi *n.* 276. dicit quòd eius testimonium inducit præsumptionem.

SVMMARIVM.

1 *Arbiter assumptus in patrimoniali causa clerici non potest adiudicare rem Ecclesiæ possidendum etiam ad vitam clerici.*
2 *Clericus tenetur dotare sororem etiam de redditibus beneficij, in subsidium.*
3 *Sororem vterinam minimè tenetur dotare frater.*
4 *Dotare filiam incestuosam tenetur clericus etiam ex fructibus beneficij.*
5 *Fructus beneficij pro debito patrimoniali clerici non possunt ab arbitrio capi in causam indicati, quod intellige vt ibi.*

Cap. Peruenit. III.

ARbiter electus in causa patrimoniali alicuius clerici non potest arbitrari vt res Ecclesiastica, quam clericus possidet, adiudicetur pro re temporali, quam clericus debet etiam ad vitam clerici, quia factum Prælati, vel delictum personæ non debet venire in damnum Ecclesiæ. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan Andr. Innoc. Anan. Butr. Imol. Bald. Panorm. Anchar. Host. Henric. Cened. *collect.* 102. Vivian. *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag.* 156. Alagona *in compendio iuris Canonici pag.* 195. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 2. *Decret. lib.* 1. *tit.* 20. *cap.* 2.

2 *Sororem G. Clerici*, &c.] Notatur hic text. ad hoc quòd clericus tenetur dotare sororem etiam de redditibus beneficij (non extantibus scilicet parentibus, aut eorum hæredibus, & in subsidium,) vt per Butr. *hîc n.* 2. Imol. *n.* 1. Iason. *in l.* 1 *n.* 29. *ff. soluto matrim.* Lara *in l. si quis à liberis*, §. *idem rescripsit, à n.* 25. & *à n.* 95. *ff. de liberis agnosc.* Nauar. *de spoliis clerical.* §. 18. *n.* 10. Perez *l.* 22. *vers. vtrum autem clericus, tit.* 3. *lib.* 1. *Ordin. & l.* 1. *vers. dubitatur vtrùm pater, tit.* 2. *l.* 5. Ioan. Garc. *de expensis, c.* 3. *à n.* 24. Spin. *in speculo testam gloss.* 14. *rubr n.* 9. & *gloss.* 16. *princ. n.* 13. & *à n.* 119. Matiens. *l.* 8. *gloss.* 1 *n.* 32. *tit.* 8. *lib.* 5. *nouæ recop.* Cened. *ad Decretal. collect.* 102. *num.* 1. Menoch. *cons.* 81 *n.* 2. & *lib.* 4. *de præsumpt. præsumpt.* 189 *num.* 4. Surd. *de alimentis, tit.* 1 *quæst.* 25. Molina *de iustitia, tract.* 2. *disput.* 228. *versic. vtrum frater*, D. Barbosa *in l.* 1. *ff soluto matrim. p.* 4. *n.* 123. *ad fin.* Flamin. *de resignat. benef. lib.* 4. *q.* 7. *n.* 68. Card. Mantic. *de tacitis, & ambiguis conuent. tom.* 2. *lib.* 13. *tit.* 12. *n.* 10. & *tit.* 16. *num.* 31. Modern. *de iurisdict. p.* 4. *casu* 263. *à num.* 4. Rebello *de obligation. iustitiæ, part.* 2. *lib.* 5. *q.* 4. *à n.* 9. Cened. *practic. & canon q. lib.* 1. *q.* 17. *n.* 12. & 15. quæ communis huius text. allegatio ex eo efficaciter non probatur, vt rectè aduertit Abb. *hîc n.* 1. Sororem verò vterinam minimè tenetur dotare frater, vt defendit communis per Abb. *hîc n.* 1. *gloss. vltim. in l. non omni* 16 *C. de administrat. tit. l.* 1. *iuncta gloss. vnic. C. de alendis liber.* Padil. *in auth. res quæ, n.* 62. *C. communia de leg.* plures vt per Tiraquel. *de iure primog. quæst.* 62. *ad finem*; Pinel. *in l.* 1. *part.* 3. *num.* 101. *C. de bonis mat.* Molina *de primog. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 6. Lara *in l. si quis à liberis*, §. *idem rescripsit, num* 94. D. Barbosa *in l.* 1. *ff soluto matrim. p.* 4 *num.* 126 *in princip* Et 4
si clericus etiam in redditibus beneficij tenetur sororem vtrinque coniunctam, vel saltem ex eodem patre natam in subsidium dotare, vt ex hoc text. communiter colligitur, à fortiori tenebitur alere, siue dotare filiam incestuosam, etiam de redditibus beneficij, Abb. *hîc num* 1 vbi indistinctè cum bona conscientia id facere posse testatur Bart. *in l vltim. num.* 7 *ff. de his quibus vt indign.* post alios Couar. *de sponsalib part* 2. *cap.* 8. §. 6. *à princip. & num.* 11. Palat. *in repet. cap. per vestras, de donation. inter virum, & vxor. not.* 3. §. 23. *n.* 13. Anton. Gom. *l.* 49 *Tauri, n.* 37. & *n.* 44. Ripa *in l. si vnquam, n* 68. *C. de reuocand. donat.* Rojas *de success. ab intest. c.* 23. *num.* 56. Molina *de primog. lib.* 2. *c.* 15. *n.* 42. Auend. *resp.* 10. *n.* 5. Nauar. *de spoliis clericorum*, §. *vlt. n.* 11. D. Barbos. *d. p.* 4. *n.* 133. *versic. quæ etiam ratione*, plures per Cened. *d. collect.* 102. *in princ.* Quicquid circa dotis præstationem contrarium teneant Alex. *in l.* 1. *n.* 18. *ff. soluto matrim.* Aretin. *cons.* 68. Ludou. à Sardis *in tract. de naturalibus liberis, cap. de obligatione inter patrem, & filium, num.* 5.

Decimas liberas omnino dimittat.] Notatur ad hoc 5
quòd pro debito patrimoniali clerici non possunt fructus beneficij ab arbitrio capi in causam indicati, vt per Abb. *hîc n.* 2. *not. vlt* plures per Tiraq. *de retract. lig.* §. 1 *gloss.* 7 *n.* 50. quod intellige quando in perpetuum, non verò ad tempus, scilicet interim dum debitum non persoluerit, redditus beneficiorum in causam iudicati capiuntur, provt text. hîc clarè demonstrat, dum considerat Ecclesiæ præiudicium, ibi, *perniciosum existere*, & ibi, *Ecclesiæ*, & gloss. *verbo, existere*, resolvit præindicium hoc de iure Ecclesiæ non inferri, de facto tamen considerat irrogari in eo quòd ille, cui ex causa dotis redditus fuerunt iudicati post clerici dotantis mortem, eos retinere intendebat, in quo Ecclesiæ conditio satis deterior reddebatur, quæ ratio præiudicij sic considerati omnino cessat, quando redditus beneficiorum capiuntur ad tempus, aliam huius rei rationem expendit *gloss. vlt. hic*, Abb. *n.* 4. post gloss. *verbo, perpetua, in cap. ea enim*, §. *perpetua* 10. *q.* 2. *gloss. verbo, eius, per text. ibi in Clement.* 1. *in princ. de rebus Eccles. non alien.* cum his, quæ post alios notant Couar. *lib.* 2. *var. c.* 16. *in princ. & n.* 4 Auendan. *de exequendis mandat. p.* 1. *c.* 4 *à n.* 37. Valasc. *cons.* 76. *n.* 2. *in princip.* quia redditus beneficiorum in perpetuum variari non possunt sine iuris solemnitatibus, *Clement.* 1. *cum supra citatis.*

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Compromitti non potest in mulierem singularem tanquam in arbitratricem, secus si mulier habet aliàs iurisdictionem de iure communi, vel de consuetudine, nam tunc etiam super rebus temporalibus Ecclesiæ potest in eam validè compromitti.*
2 *Compromitti potest in fœminam de temporalibus Ecclesiæ causis.*
3 *Compromitti validè potest in fœminam in illis partibus, in quibus succedunt in Regnis, & in feudis.*
4 *Fœminæ capaces sunt iurisdictionis in consequentiam alicuius dignitatis, maioratus, vel successionis, cui annexa fuerit iurisdictio.*

CAP. Dilecti. IV. *Innoc. III.*

1 FOEminæ in iure remouentur à publicis officiis, & ab arbitrio etiam inter liberos, itaut contemptores arbitrij earum non dent pœnas, tamen ex consuetudine approbata excellentes fœminæ possunt habere ordinariam iurisdictionem in suos subditos; & si arbitrij sententiam ferant inter Ecclesias cùm præsentia, consilio, & approbatione Episcoporum, sententia est seruanda. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Bald. Imol. Butr. Panorm. Innoc. Host. Anch. Henric. Beroi. Cen. *collect.* 122. Viuian. *in ration. primi libri iuris Pontific. pag.* 557. Alagona *in compend. iuris Canon pag.* 195. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 1. *tit.* 25. *c* 4.

2 *In reginam Francorum fuit compromissum.*] Ergo de temporalibus Ecclesiæ causis in fœminam potest compromitti, quasi amicabiles compositrices, iuxta text. sic communiter intellectum *in c. Quintavallis* 23. *infr. de iureiur.* non verò in illas tanquam in arbitrices compromitti valet, quia indecentia, quæ reperitur in eo, quòd arbitria exerceant propter iudiciorum sollicitudinem, *l.* 1. *ff. hoc tit.* omnino cessat quando arbitratoris ministerium exercent, ita Abb. *hic n.* 2. & *in d. c. Quintavallis*, *n.* 1. Dec. *n.* 17. *in l.* 3. *infr. alleganda*, Lanfranc. *de arbitr. p.* 2. *n.* 2. Baptista *lib.* 4. *c.* 12. Blanc. *de compromiss. q* 2. *n.* 34. Orosi. *in l. in multis*, *n.* 2. *ff. de statu homin.* Franc. Conan. *comm. lib.* 1. *c.* 8. *n* 1 plures vt per Duen. *reg.* 308. Quamvis enim fœminæ munus iudicandi directè & per se, vt in iudice, aut simili publico Magistratu, si ad mores ciuiles recipias, exercere non possit, *l. cùm Prætor*, § *minoribus*, *ff. de iudic. l.* 2. §. *& ideò*, *de regulis iuris*, Roman. *sing.* 3 691. *incip. Tu audiuisti*, Duen. *regul.* 311. Azeued. *l.* 70. *n.* 20. *tit.* 9. *lib.* 3. *nouæ recop.* Vincent. de Franch. *decis.* 100. *n.* 8. & *seqq.* Vant. *de nullit. tit. ex defectu iurisdict. delegat. n.* 71. Cabed. *Lusit. decis* 27. *n.* 2. *p.* 1. D. Barbos. *d. l. cum Prætor*, § *vlt. n.* 259. Cened. *ad Decret. collect.* 122. *n.* 1. In partibus tamen, in quibus succedunt in Regnis, & in feudis, possunt exercere iurisdictionem, statnere, & iudicare, ac in eas validè potest compromitti, Host. *hic n* 8. Abb. *n.* 11. Paris. à Puteo, *de syndicatu, verbo, officialis, c.* 3. *n* 6. & 7. Angel. *in l. cùm Prætor*, *ff. de iud.* & *in l. eam quam*, *C. de fideicom.* vbi dicit se vidisse Ioannam Reginam Neapolis sedentem in solio Regio, & ferentem sententiam capitalem, refert Bellet. *disquis. cleric. p.* 1. *tit. de discipl. clerie.* §. 8. *n.* 16. Sic etiam in consequentiam alicuius dignitatis, maioratus, vel successionis in aliquo munere, cui annexa fuerit iurisdictio, capaces erunt iurisdictionis, Abb. *hic n.* 3. *ad finem*, Card. *n.* 6. Butr. *n.* 11. & 17 Tiraq. *l.* 1. *connub. à n* 8. & *de iure primog. q.* 10 *à n.* 2. Anton. Gom. *l.* 7. *Tauri*, *à n. vlt.* Guillelm. *in cap. Raynutius*, *verb. duas habens filias*, *n.* 67. & 119. Molin. *de primog. lib.* 1. *c.* 13. *n.* 14 & 15. Auiles *ad capita Prætorum*, *in proœm. n.* 1. & *verbo*, *Reinal.* 1. *n.* 1. & 8. Perez *l.* 2. *gloss.* 1 *que fuere*, *tit.* 16. *lib.* 2. *Ordin. pag.* 355. Azeued. *l.* 7. *n.* 20. *tit.* 9. *lib.* 3. *nouæ recop.* Cened. *d. collect.* 122. *n.* 2. Vel data legitima consuetudine, quæ ex causa iusta, & maioris boni ratione introducat posse aliquas fœminas veluti excellentes exercere iurisdictionem tam ordinariam, quàm delegatam, & procedit text. *in præsenti*, quia cùm fœminæ verè incapaces iurisdictionis dici non possunt, quamvis moribus ciuilibus remoueantur à publicis officiis non prætextu incapacitatis, aut defectu iudicij, sed solùm ratione indecentiæ, non potest dubitari consuetudinem posse remouere indecentiam, quæ solo iure humano, seu moribus ciuilibus prohibetur, &c.

Fœminæ præcellentes in subditos suos, &c.] Aliqui intelligunt de iurisdictione temporali, quæ non repugnat fœminæ; alij verò meliùs de iurisdictione spirituali, quoniam loquitur de potestate, quam habet fœmina in clericos, quæ non potest esse tempo alis, sed ex speciali priuilegio Papæ illi commissa, vt aduertit Mar. Alter. *de censuris*, *tom.* 1. *de excom. lib.* 3. *disp.* 7. *c.* 5. *in fine* 5

In gloss. *Consuetudinem*, ibi, *Consuetudo ad iurisdictionem*, &c. Vide Paris. *cons.* 15. *n.* 16. *lib.* Dec. *in tract. crim. lib* 4. *c.* 27. *sub n.* 6. Natt. *cons* 98 *n* 4. Schrader. *de feudis p.* 10. *sect* 3. *n.* 5. *cum seqq* Menoch. *cons.* 112. *n.* 25. *vol.* 1. Ambros. *de immunit c.* 14. *n.* 1. Surd. *cons* 465. *n.* 4. Biag. *de consuetud. q* 8 *n.* 17. Sayr. *de censur. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 31. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 194. *num.* 25.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia exempta non potest in præiudicium exemptionis compromittere.*
2 *Alienare non valens compromittere non potest, si celebretur compromissum in forma, quæ alienationem indicat.*
3 *Subditus in iudicem suum ordinarium tanquam in arbitrum valet compromittere.*
4 *Exemptus priuilegio suo renuntiare non potest.*
5 *Sententia pro parte valere, vel approbari potest.*

CAP. Cùm tempore.

ECclesiæ non possunt arbitris committere ea, quæ spectant ad libertatem, & exemptionem, quia sine licentia Papæ non possunt renuntiare priuilegiis libertatis, quæ spectant ad Sedem Apost. etiamsi iurassent, in aliis vero possunt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Innoc. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anchar. Panorm. Butr. Host. Henric. Viu. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 558. Alagona *in compend. iuris Canonici pag.* 195. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decretal. lib* 1. *titul.* 25. *cap.* 2. 1

Iure tamen nequiueris.] Notatur ad hoc quod alienare non valens compromittere non potest, si celebretur compromissum in forma, quæ alienationem inducat, Blanc. *de compromiss. p.* 4. *n.* 28. Tiraq. *de iure mariti*, *gloss.* 5. *n* 202. *cum seq.* Soar. *tom.* 1. *communium opinion. lib.* 3. *tit.* 27. *num.* 118. *pag.* 358. Dec. *in cap. qua in Ecclesiarum*, *n.* 28. *sup. de constit. & consil.* 475. *n.* 11. 2

Anton. Gom. *l.40. Tauri, num. 86. in fine*, Molina *de primogen.lib.4. cap.9. num.8.* Pinel.*in l.1. C.de bonis maternis p.3.num.44.* Menoch. *de arbitr.casu 171. & consil. 1. num.168.* Mafeard. *de probation. concl.1236. num.106.* Surd. *de alimentis, tit.8. priuil.56. num 31.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.379.n.10.* Vnde Rector, vel Prælatus de rebus Ecclesiæ, quæ absque Capituli consensu, ac Superioris auctoritate alienare non valet, compromissum de iure, & arbitrium sine ipsius Capituli consensu facere non potest, vt per Turzan. *tom.1.commun. opinion.lib.1.titul.1.numero 54. pag.152.*

3 *Promisisti arbitrium Magdeburgen. Archiepiscopi*, &c.] Notatur ad hoc quòd subditus in iudicem suum ordinarium tanquam in arbitrium valet compromittere, vt per Abb.*hic n.5.* Blanch.*de compromiss.q.2.à n.41.* Lanfranc.*de arbitris, p.2.n.11.* Rebuff.*tom.3.ad leges Gallia, supra hoc tit.art.2.gloss.10.n.9.* Molina *de iustit.tom.6.disp.39.n.7.* Ludou. Rodolphin.*var.quæst. lib.2.q.18.n.4.cum seqq.* Camill. Borrell. *de compromiss. §.2.g.off.4 n.49.& in sum. omnium decis.tit.63. à n.173.* Balb.Villalob. & Richard. *tom.1.commun opinion.lib.2. tit 26.n.106.cum seqq.* vbi *n.109.* aduertit de iure Ciuili iudicem ordinariũ regulariter non posse esse arbitrum, per text.*in l. Prætor, ff.de tutor.& curat.datis ab his, & in l.sed etsi seruum, §. si quis iudex, ff.hoc tit.* D.Barbosa *in l.1.ff.de iudic.art.1.n.230.& 244.* Ceual. *q 344.*

4 *Sine licentia Romani Pontif renuntiare*, &c.] Notatur ad hoc quòd exemptus priuilegio suo renuntiare non potest, vt per Abb.*hic n.2.& in cap.graue, n.3 de officio Ordin.& in c.1. n.19.de re iudic.* Alber.*in l nemo videtur probare, ff. de regulis iuris.* Castrens. *cons.431. p.1.* Baptista *de arbitr.lib.2.c.4.* Sylueſt.*verbo, exemptio, n.11.* Tiraq. *de retractu lig. §.1. gloss.9 n.121.* Couar. *var.lib 2.c.4.n.1.* Vivian.*tom.1.comm.opin.277.* Surd.*de alimentis, tit 1.q.114.n.2.* Gail.*lib 1. obseruat.40.* Seraphin.*decis.1025.n.16.* Fachin.*cons.55.n.10 & cons.16. n.9.lib.1.* Cened.*canon lib.1 q.26. sub n.9.* Erasm.à Cochier *de iurisd. Ordinarij in exemptos p 2.q.7.n 2.& 3. & p.3. q.34.* Perez *ad l 2.vers.vtrum autem fori, tit.1. lib.3. Ordinam pag.467.* vbi etiam asserit tenere Doctores in præsenti quòd si exemptus renuntiet, processus, vel sententia non tenet, cùm superioris fauorem respiciat tale priuilegium, ne suus subditus iudicetur ab alio.

Vnde ex hoc text.colligitur exemptum sine licentia Summi Pontificis non posse renuntiare exemptioni, cuius decisionis ratio est, quia interest Romani Pontificis, qui est superior, subditos suos ab aliis non iudicari, Abb. *in cap.1.num.19.de re iudic. & in cap. si de terra num.5.de priuileg. & in cap. significasti 27.n.8 in fine & seq.de foro comp.* Armil. *in sum. verbo, exemptio, num. 8.* Galeat. *de renuntiat. tom.2. cent.2 renunt.140. num.18.* Cast. *.cons.432. Videtur dicendum, n.3. lib.1.* late & eleganter Rot. *in una Vlixbonen.monasterij 19 Nouembris 1625.* coram Reuerend. D. meo Coccino Decano, vbi contrariis bene respondet, refert Tamburin. *de iure Abbatum tom.2. disp.11.q.12.*

5 Probat hic text. in citatis verbis non posse Prælatos, & Religiosos renuntiare priuilegio libertatis, & exemptionis sibi à Romano Pont.concesso absque ipsius Pontificis licentia;ratio est,quia cùm exempti à potestate Ordinariorum solo Romano Pontifici subiiciantur, qui subinde eorum efficitur diœcesanus, iuxta text.*in c.auctoritate, iuncta gloss verbo, diœcesani, de priuil.lib.6.* Accedit regula text.*in cap.significasti, de foro comp.* quòd nullus clericus sine proprij diœcesani voluntate potest in iudicem non suum consentire; atque ita hic notarunt Ioan. Andr. Butr. *n.11.* Abb. *num.11.* Socin. *num.42.vers.ex quibus infertur*, Fr. Emman. *quæst. Regul tom.1.q 26.art.1. & tom.2.q.63.art.10.* & hanc rationem, licèt aliam insuper addat, veram & receptam non negat D. Barbosa *ad l.1 art.3.n.47.ff.de iudic.* Verùm licèt hæc ratio efficax sit quando agitur de proroganda iurisdictione iudicis non sui, in quibus terminis procedit *d.c.significasti*, non ita quando agitur de sola renuntiatione priuilegij,quo ab Episcopi iurisdictione quis eximitur, cùm enim in exemptorum fauorem fuerit introductum, non videtur neganda facultas, quòd ei valeat renuntiare, iuxta reg.text.*in cap. si de terra, de priuileg.* & quia per renuntiationem cessante priuilegio Ordinarius ipso iure communi in exemptos vendicat iurisdictionem,faciléque ad ipsum ius commune fit regressus, iuxta reg.*l. si vnus,§.pactus,in fin ff de pactis.* Vnde sub distinctione resoluendum est, est enim priuilegium exemptionis in priuatum singulorum fauorem concessum est,& ei exempti renuntiare possunt, iuxta proximam rationem; aut conceditur in gratiam Sedis Apostol.religionis,ant Ecclesiæ, & procedit text. *in præsenti*, ponit expresè distinctionem Frideric. de Senis *cons.14.* Felin. *in c P. & G. n.13.de officio deleg.*& post Rebuff. Paul. Fusc.*de visit. lib.1.c.8.n.11.*

Vnde colligitur sub eadem distinctione resoluen- 6
dam esse arduam quæstionem, vtrum quando iurisdictio priuatiuè data est alicui iudici, possint subiecti sine eius consensu alterius iudicis iurisdictionem prorogare; negant enim Doctores communiter, sed meliùs latè D.Barbos.*dict.art.3.n.48 cum seqq.* resolvit quòd in priuatam aliquorum gratiam priuatiuè iurisdictio data est, non prohibentur alterius iudicis iurisdictionem prorogare, qui plenè, & eruditè hunc articulum examinat.

Qua etiam ratione procedit dispositio text. *in cap.* 7
per venerabilem, vers.insuper, qui filij sint leg. probantis per locum à speciali subditos, qui Superiorem aliquem recognoscunt, non posse sine eius consensu se subiicere alterius iurisdictioni, procedit enim in iis, quæ supremo Principi sunt reseruata in signum potestatis Regiæ,vel,vt alij volunt,in signum supremæ potestatis, vt est potestas legitimandi spurios, de qua formaliter loquitur ille text. in quibus reseruatis communiter receptum fatentur Doctores non posse inferiores sine proprij Principis consensu alterius iurisdictionem prorogare, propter magnum præiudicium, & iniuriam quæ ipsi Principi infertur, si iis, quæ in suum specialem fauorem, & in suæ supremæ potestatis recognitionem reseruantur, eos possent subiecti priuare, vt explicat *ibi.* Abb. *n.11. & 21.*& post Couar.Pereg. & alios, quos refert D. Barbos.*d.art.3.n 32.*

Sic etiam subiecti vnius Regni sine sui Principis 8
licentia,alterius Regni, seu Principis iurisdictionem prorogare non possunt, quia talis prorogatio cederet in præiudicium, & iniuriam eius Principis, cui subiiciuntur, ita Paul. de Castro *in l. 1. §. & post operis, n.6. ff. de noui operis nunt.* quem sequuntur alij, quos refert, & consuetè obseruari fatetur D. Barbos. *d. art. 3. num. 162. & 164.* & quamvis hæc opinio in rigore disputationis veram esse meritò fateri possit; illa tamen magis recepta est, quæ docet exceptis reseruatis Principi posse subditos vnius Regni in alterius iurisdictionem consentire, vt contra Paul. de Castr.tenuit Alex.*n.20.* & Ias.*in fine, in d. §. & post. operis*, communem testatur Marant. *de ordine iudic. part 4 distinct.12. n.19.* sequitur D. Barbosa *d. art.3. num.163.*

Illis

6 *Illis duntaxat Capitulis exceptis.* Ergo sententia pro parte valere, vel approbari potest, vide Abb. *hic notab.* 3. Tiraq. *de retractu lig. ad finem tit. n.* 114. Blanc. *de compromiss. q.* 9. *n.* 60. Lanfranc. *de arbitr. p.* 5. *n.* 32. Baptistam *lib.* 2. *c.* 15. *n.* 11.

In gloss. *libertatis.* ibi, *Sed quantum ad se potuit renuntiare, & non quantum ad Papam.* Ergo priuilegio renuntiari potest in præiudicium exempti, non verò eximentis. Verùm, vt meliùs dicit Abb. *in præsenti n.* 7. non potest considerari aliquis effectus quantum ad exemptum, nam ius libertatis est ita coniunctum inter exemptum, & superiorem, vt commodè separatio fieri non possit: nec est verum quod ait Alberic. *in l. si quis in conscribendo* 39. *n.* 9. *de Episcop. & cleric.* quòd scilicet possit renuntiari priuilegio specialis exemptionis, quando motu proprio non fuit concessum, quia Sylvest. *in summ. verbo, exemptio* §. 10. dicit contrarium esse verius euidentissima ratione, quia exemptio fit gratia exemptoris, quod dictum sequitur Armill. *eod. verbo, exemptionem n.* 8. Rebuff. *const.* 142. *col.* 2. *vers. exempta*, quem refert Rot. *in d. Vlixbonen monasterij.*

SVMMARIVM.

1 *Arbiter non habet potestatem iudicandi vltra comprehensa in compromisso, ideo coram eo non fit reconuentio.*
2 *Reconuentio non datur coram arbitro.*
3 *Arbiter non habet potestatem iudicandi vltra comprehensa in compromisso.*

CAP. Cùm dilectus. VI.

1 REconuentioni non est locus coram arbitris sicut coram iudice, quia arbiter solùm potest iudicare de his, quæ sunt in compromisso, & non vltrà. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Anch. Panorm. Butr. Mant. Henric. Viu. *in ration. primi libri iur. Pontif. pag.* 558. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 196. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 1. *tit.* 25. *c.* 3.

2 *Coram arbitris tamen reconuenire non potest.*] Notatur ad hoc quòd coram arbitro reconuentio non datur, vt per Lanfranc. *de arbitris, p.* 5. *q.* 16. *num* 32. & 33. Baptistam *eod. tract. lib.* 9. *cap.* 10. Roman. *sing.* 776. Marant. *de ordine iudic. p.* 4. *dist.* 6. *n.* 20. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 44. *n.* 12. Bernard. Muscatel. *in sua praxi aurea ciuilis Neapol. p.* 3. *gl. Allorem, n.* 5 Cardos. *in praxi Iudicum, verbo, reconuentio, n.* 12. D. Barbosam *in l.* 1. *ff. de iudic. art.* 1. *n.* 60. *cum seqq. & in l. qui prior, à n.* 41. *ff. eod.* Alex. Trentacinq. *var. resol. lib.* 2. *tit. de mutuis petitio. resol.* 1. *n.* 49. Ordin. Regiam Lusitan. *lib.* 3. *tit.* 31. §. *vlt.* vbi patens meus.

3 *Cum arbitri iudicare non valeant, nisi de his tantùm,* &c.] Notatur ad hoc quòd arbiter non habet potestatem iudicandi vltra comprehensa in compromisso, vide Ias. *in l. re coniuncti, n.* 253. *ff. de legatis* 3. & *in l. cùm Aquilana, n.* 6. 7. & 8. *ff. de transact. & in l. si curatores, n.* 29. *ff. de offic. procurat. Cæsar.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo, arbitramentum, n.* 3. Camill. Borrel. *in summa omnium dec. tit.* 63. *n.* 239. Azeued. *in l.* 4. *n.* 119. & *num.* 180. *tit.* 21. *lib.* 5. *nouæ recop.* faciunt quæ D. Barbosa *in l.* 2. §. *legatis, n.* 241. *ff. de iudic.* alias erit nullum laudum si vltra ea, quæ in compromisso expressa fuerunt, prolatum fuerit, *l. non distinguemus,* §. *de officio, ff. hoc tit. c. peruenit ad nos, sup. hoc eod. tit.* Valebit tamen in vim pacti, si fuerit à partibus ratificatum, & confirmatum, Afflict. *Neapol. dec.* 117. *n.* 6. Surd. *Mantu. dec.* 53. *n.* 22 Hieron. Magon. *Lucensi dec.* 48. *n.* 17. Cæsar. Barz. *Bonon. dec.* 112. *à n.* 10. Marc. Anton. de Amatis *Marchiæ dec.* 58. *n.* 18.

In gloss. *Nisi de his,* 2. ibi, *vel eis coharentibus.* Putà fructibus, vt per Anton. Blanc. *de compromiss. q.* 9. *n.* 80. Baptist. *de arbitris, lib.* 9. *c.* 16.

SVMMARIVM.

1 *Eligere qui tenetur facto arbitrio cum aliquorum consilio, tenetur illorum consilium in tractatu electionis requirere, sed sequi non astringitur.*
2 *Consilio alicuius iussus aliquid facere, petere quidem illud tenetur, sequi verò minimè.*

CAP. Cùm olim. VII.

1 COnsilium aliquorum requirere obligatus in eligendo requirere debet in tractatu electionis habere consilium cum illis, aliter electio est nulla, non tamen eorum consilium tenetur sequi. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Panorm. Bald. Anchar. Butr. Henric. Viu. *in ration. primi lib. iur. Pont. pag.* 559. Alagon. *in compend. iur. Canon. pag.* 196. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 1. *tit.* 25. *c.* 4.

2 Collige ex text. quòd iussus aliquid facere cum consilio, petere quidem illud tenetur, sequi verò minimè, *l. cùm pater,* §. *mando, ff. de legatis,* Couar. *in c. quamvis pactum, p.* 2. §. 2. *n.* 6. & 7 *vers. secundum,* & *de sponsal. p.* 2. *c.* 3. §. 8. *n* 3. Garc. *reg.* 10. *n.* 1. Menoch. *const.* 69 *n.* 17. & 18. *tom.* 1. & *de præsumpt. lib.* 6 *præs.* 34. *à n.* 25. Gutier. *de tutelis, p.* 1. *c.* 8. *n.* 4. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellar. gl.* 46. *n.* 36. & *seq.* Cald Pereira *de nomin. emphyteus. q.* 1. *n.* 39. plures refert Doctores Sanch. *de matrim. lib.* 1. *disp.* 34. *n.* 24. & multò plures cito ego ipse *Axiom* 93. *n.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Laicus in rebus spiritualibus arbiter esse non potest.*
2 *Compromitti in laicum non potest, super rebus Ecclesiæ, vel spiritualibus causis.*
3 *Arbitrator, seu amicabilis compositor laicus potest esse in rebus Ecclesiæ, vel spiritualibus causis.*
4 *Cõpromitti potest in laicũ super fructibus decimarum.*
5 *Compromissum factum de rebus merè temporalibus, ac ciuilibus Ecclesiæ in laicum, necessario non requirit consensum, & auctoritatem Episcopi.*

CAP. Contingit. VIII.

1 DE rebus spiritualibus in laicum compromitti nõ potest. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panorm. Anch. Butr. Henric. Viu. *in ration. primi libri iur. Pontif. pag.* 560. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 196. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 4 *Decret. lib.* 1. *tit.* 18. *c.* 1. & reliqua pars huius text. habetur *in c. contingit, infrà de dolo, & contum.*

3 Collige ex text super rebus Ecclesiæ, vel spiritualibus causis in laicum compromitti non posse, vt per Felin.

Felin. *in c.2.n.8.* & *ibi* Dec. *n.195. de iudic.* Couar. *de sponsalib.p.2.c.8.§.12.n.2. & pract. c.34. n.1* Marant. *de ordine iudic.p.4.dist.13.n.vlt.* Hippol. *sing.180.* Cened. *ad Decret.collect.176.n.3.* Moneta *de decimis, c.8. q.1.n.21.* Bellet. *disquisit.cleric.p.1.tit. de fauore clericorum reali, §.2.n.59.* Menoch. *de arbitrar.casu 8 à n.5.* Soar.à Pace *in practica, tom.2. prælud.2. à n.2.* Bellacomb. *tom.1.commun.opin. lib.1.tit.2. n.135. pag.162.* Flamin. *de resignat.benefic.lib.9.q.3.n.7.* Zerola *in prax. Episc.p.1.verbo compromissum,§.... pag.101.* latè Steph. Grat. *discept.forens 379. à princ.* vbi resoluit quòd laudum est nullum, si feratur per laicum super rebus Ecclesiasticis quocunque possessorio actum sit, quando interuenit persona clerici rei conuenti, siue agatur actione personali, siue reali, quicquid dicat Praxis Episcop. *d. verbo compromissum §. 3.* Idem Stephan. Gratian. *vbi proximè num.1. cum seqq.* quærit an consensus Episcopi, vel Vicarij habilitet compromissum factum in laicum de bonis Ecclesiasticis?

3 Primò limita in arbitratore, seu amicabili compositore laico vt per Dec. *in c.2.n.4.& 195. de iudic.* Felin. *in c.cùm sit generale, n.3.* & Rip. *n.13. de foro comp.* Couar. *d.§.12.n.2.* Rota *dec.407.n.2.p.1.diuers.* Tiber. Dec. *resp.39.n.38. vol.4.* Viuian. *tom.1. commun. opin. lib.2.tit.26.n.17.pag.349. & n.115.pag.357.* Farin. *in praxi crimin.p.1.q.8.sub n.14.vers. limita primò* Bellet. *d §.2.n.64.* vbi *n.65.* id sublimitat in causis spiritualibus, in quibus transactio fieri non potest.

4 Secundò limita in fructibus decimarum, super quibus potest in laicum compromitti, vt per Rebuff. *in tractatu except.n.218. & de decimis, q.10. n.9.* Camill. Borrel. *de compromiss.§ 2.gl.1.n.327.* latè Moneta *de decimis, c.8.q.1.à n.24.& n.26* cum Borrell. *d.gl.1. n.82.* resoluit causam iuris decimarum, seu ius ipsum decimandi in laicum tanquam in arbitratorem compromitti non posse.

5 In gloss. *Spiritualibus* ibi, *dicas quòd de rebus,* &c. Notatur ad hoc quòd compromissum factum de rebus merè temporalibus, ac ciuilibus Ecclesiæ in laicum, necessariò non requirit consensum, & auctoritatem Episcopi, vt per Viu. *tom.1.commun.opin. lib.2. tit.26.n.17.pag.349. & n.116.pag.357.*

SVMMARIVM.

1 *Compromitti potest in laicum & clericum de re spirituali, & auctoritate superioris.*
2 *Mandatum speciale requiritur ad compromittendum.*
3 *Compromitti de re spirituali potest in laicum, & clericum, seu duos laicos, & clericum.*
4 *Appellandum est ad Ecclesiasticum à sententia prolata in causa commissa clerico, & laico.*
5 *Reductio ad arbitrium boni viri quando petitur in aliqua causa compromissa in clericum & laicum simul, petenda est coram Episcopo iudice clerici.*

CAP. Per tuas. IX.

1 PRocurator cum mandato generali coram delegato cum parte contraria non potest causam compromittere; & arbitrium de licentia delegati potest promulgari per vnum clericum, alterum laicum, & si pars principalis, cuius est procurator, acceptet arbitrium, debet haberi ratum & executioni mandari si verò non acceptet, & in arbitrio fuit apposita pœna de obseruando, procurator conueniri poterit ad pœnam; si non fuit apposita pœna, procurator conuenietur ad interesse, quia suo iuramento se personaliter obligauit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Anan. Anch. Butr. Panorm. Henric. Bald. Cened. *collect.176.* Viu. *in ration. primi libri iur. Pontif. pag.560.* Alagona *in compend. iur. Canon. pag.196. & vol.2. repet. in iure Canonico ad primum Decretalium librum,* Abb. Panorm. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.1. & 2.* fertur ab Anton. August. *collect.4. Decret. lib.1.tit.18.c.2.*

Dedit generale mandatum.] Notatur ad hoc quòd 2
ad compromittendum requiritur speciale mandatum, vt per Marant. *de ordine iudic. p.4.disp.14.n.4.* Zerol. *in praxi Episc. p.1. verbo, compromissum, §.5.* Bernard. *reg.605.* Ioan. Garc. *reg.205. n.2.* Menoch. *vsufreq.lib.3.c.68 n.9.* plures refert Doctores Cened. *ad Decret.collect.176.n.1.*

Per vnum clericum, & duos laicos. &c.] Notatur ad 3
hoc quòd in laicum, & clericum, seu duos laicos, & clericum potest compromitti de re spirituali accedente Superioris auctoritate, vt per Couar. *pract.c.14. n.1. vers. est etiam ratio,* Viuian. *tom.1. commun. opin. lib.2. tit.26. n.17. vers. & sic compromissum,* Bonacos. *communium criminal. p.2. verbo, laicus, fol.45.* Perez *l.1.gl.1.pag.69.col.2 in med.tit.1.lib.1. Ordin & in rubr. tit.1. gl.1.pag.450. lib.3.* Cot. *in memorabilib. verbo, compromissum, in 2.* Rebuff. *de priuilegiis scholatium priuileg.106.vers.septimo,* Felin. *in tract. quando literæ Apostol.noceant,n.6.vers. & induci etiam,* Mascard. *de probationib.conclus.1358.n.66.* Camill. Borrell. *de compromiss. §.2. gloss.1. n.97.* Moneta *de decimis, c.8.q.1. n.23.* Farin. *in praxi criminali, p.2. quæst.8. sub n.24. vers.limita secundò,* Bobadil. *in sua politica, lib.2.c.17. num.93.* Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imp. lib.1. concl.37. consider.2. num.2.* Cened. *collect.176. num.3.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo implorandum, num.6.col.6.* optimè Stephan. Gratian. *discept. forens.cap.100.n.51. & 52.* vbi resoluit quòd in causa 4
commissa clerico, & laico si contingat ab eorum sententia appellari, adeundus erit iudex Ecclesiasticus tanquam dignior, secus tamen dicit quoad reductionem quæ non debet peti coram Superiore arbitratoris, sed coram eo, qui iudex causæ fuisset si de illa compromissum non esset factum, de quo etiam Perez *l.12.vers.quæro, tit.15. l.2. Ord.pag.464.* Sed verius est quando aliqua causa compromittitur 5
in clericum, & laicum simul, & eorum laudum petitur reduci ad arbitrium boni viri, adeundum esse Episcopum iudicem clerici, & non iudicem laici, Felin. *in c.1.n.6.vers.not.2. de præscript.* Bart. *in l. iuris peritis, §.cum oriundus, ff de excusat.tut.* Bald. *in l.præcipimus, in fin. C. de appellat.* Dec. *in rub. de appellat.n.13.* Auffrer. *de potest.Eccles.n.49.* Paris. *cons.45 n.11 & 65. vol.1* Alex. de Neuo *cons.74.n.8.* etiamsi res illa super quam fuit factum compromissum fuerit prophana, Bart. *in repet. l. societatem, §.arbitrorum, ff. pro socio,* Specul. *in tit. de arbitris, §.1. vers.sed quid erit,* Socin. sen. *cons.18. num.31. vol.1.* quod refert, & sequitur. Bellet. *disquisit.cleric.p.1.tit. de fauore cleric. person.§.16. num.5.*

Alia circa intellectu huius text. inuenies *in collect. ad cap. quod in dubiis, n.4. de consecrat. Ecclesia vel Altar.*

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium finitur morte compromittentium, neque transit in ipsorum hæredes, & n.2.*

CAP.

Cap. Exparte. X. *Honor. III.*

1 CAnonici si eligunt duos, & compromittitur negotium arbitris, si ante sententiam moriatur vnus electus, non debent Canonici procedere ad aliam electionem, nisi priùs arbiter iudicet de sufficientia electi, quia iste electus habet adhuc ius ad beneficium, licèt compromissum per mortem vnius compromittentium fuerit finitum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Anchar. Panorm. Butr. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 197. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 561. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant. p.* 1.

2 *Arbitrium sit finitum per mortem, &c.*] Notatur ad hoc quòd arbitrium finitur morte cõpromittentium, neque transit in hæredes ipsorum concordant. *c. vlt. in f. hoc tit. c. pen.* vbi *glos. vnis sup. de officio delegat. l. diem proferre* 32. §. 1. vbi *glos. verbo, morte, l sed & §. vlt ff. hoc tit.* apud Castellanos *l.* 28. *& ibi glos. 2. tit.* 4 *part.* 3. Maranta *de ordine iudic. part* 4 *dist.* 5. *n.* 33. Lanfranc. *de arbitris* 2. *q.* 4. *princ.* Baptista *eod tract. q.* 2. Bouer. *sing.* 6. *n.* 6. Blanc. *de compromiss. q.* 6. *à n.* 1, Hippol. 1. *sing.* 54. Duen. *reg.* 128. Caualer. *decis.* 656. *n.* 4. Mich. Grass. *tom.* 1. *communi opin. lib.* 3. *tit.* 26. *n.* 57. vbi *n.* 59. asserit id procedere quamvis alter ex compromittentibus mortuus sit ciuiliter, & *n.* 59 quamvis res sit indiuidua, & D. Barbosa *ad l. hæres absens, in princ. n.* 30. *& 31. ff. de iudic. & num.* 32. asserit compromissum extingui etiamsi vnus ex compromittentibus decedat postquam iam erat conclusum in causa. Et quòd etiam arbitrium expiret morte illius, qui arbitrium habebat, decidit Rota *in vna Mediolanen. pensionis* 20. *Febr.* 1615. coram bonæ mem. Vbaldo, apud Farin. *dec.* 651. *n.* 2. *p.* 2. *recent.*

SVMMARIVM.

1 *Arbiter post rem iudicatam super discordiis motis assumptus non potest per suum arbitrium sententiam immutare etiamsi de componendo inter partes mandatum acceperit à Papa.*
2 *Sententia in iudicatum transactæ mentio facienda est in rescripto impetrato, aliàs subreptitium erit.*
3 *Compromissum fieri non potest super re iam iudicata, nisi expressè rei iam iudicatæ renuntiatum sit.*
4 *Depositum fieri potest apud iudicem, & arbitrum pro obseruatione sententiæ.*
5 *Intentio scribentis semper attendenda.*
6 *Compromissum est transactio.*
7 *Arbiter postquam acceptauit compromissum non potest amplius illi renuntiare.*

Cap. Exposita. XI.

1 ARbiter electus super aliquas dubitationes ortas post sententiam Legati non debet aliquid immutare, vel iudicare contra sententiam Legati, etiamsi mandatum acceperit à Papa de componendo inter partes. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Panorm. Anchar. Host. Butr. Henric. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 562. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 197. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2.

2 *Per sententiam*, &c.] Notatur ad hoc quòd si lata sententia in iudicatum pertransiuit, rei iudicatæ omnino facienda est mentio, aliàs impetratum rescriptum subreptitium erit, per Alex. *cons.* 266. *column.* 1. *lib.* 2. Menoch. *de arbitr. casu* 202. *à n.* 42. vbi etiam resoluit quòd non sufficit dicere sententiam esse latam, nisi narretur qualiter sententia transiuit in rem iudicatam, vt refert parens meus *in annot. ad Ordin. Regiam Lusit. lib.* 3. *tit* 43. *in princ. n.* 6.

Contra ipsius Legati sententiam, &c.] Notatur ad hoc 3
quòd compromissum fieri non potest super re iam iudicata, nisi expressè rei iam iudicatæ sit renuntiatum, vt per Surd. *decis.* 185. *n.* 12. vbi ex aliis quos ibi refert, declarat etiamsi sententia possit per in integrum restitutionem rescindi.

Obsidum occasione illius compromissi sibi datorum.] 4
Notatur ad hoc quòd depositum fieri potest apud iudicem, & arbitrum pro obseruatione sententiæ, vt per Tiraq. *de retract. lin.* 2. §. 4. *gl.* 7. *n.* 1. Res enim possunt esse apud iudicem, Perez *l.* 1. *gl.* 1. *pag.* 66. *col.* 1. *in princ. tit* 10. *lib.* 3. *Ordin.* Caldeira *de erroribus pragmaticorum, lib.* 3. *c.* 8. *n.* 1.

In glos. *Intentionis*, ibi, *semper recurrendum est ad* 5
intentionem scribentis. Vt per Tiraq. *in l. si vnquam, verbo, libertis, n* 55. *C. de reuoc. don.* nam intentio agentium regulat omnes actus ad finem intentionis, ex citatis per me *in tract. Axiom. iuris vsufr. Axiom* 128. *n.* 4.

In glos. *Cum parte*, ibi, *nam transactio, siue compositio* 6
&c. Ergo compromissum est transactio, vt per Perez *l.* 4. *glos.* 3. *pag* 639. *col.* 2. *in princ. tit* 8. *lib.* 3. *Ordinam.*

Tanquam in arbitrum, &c.] Aduerte arbitrum post- 7
quam acceptauit compromissum non posse amplius illi renuntiare, Baptista Perus. *in tr. de arbitr. lib.* 5. *c.* 3. *n.* 1. *& l. b.* 13. *cap.* 1. *n.* 4 Alex. *cons.* 81. *num.* 2. *lib.* 5. Rota *decis.* 398. *n.* 2. apud Farinac. *p.* 1. *recent.*

SVMMARIVM.

1 *Compromissum factum in duos, siue plures, hoc adiecto vt in casu discordiæ eligatur tertius per eosdem vel alios, non valet.*
2 *Compromissum de incerta persona in arbitrum assumenda, non tenet.*

Cap. Innotuit. XII. *Greg. IX.*

1 COmpromissum factum à partibus coram iudicibus in duos arbitros cũ clauſ. vt in casu discordiæ iudices, vel alij possint eligere, v. g. tertium arbitrum incertum, non valet, quia est contra ius, & si iudices excommunicant partem nolentem obedire arbitro, excommunicatio non tenet post legitimam appellationem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Io. Andr. Imol. Anan. Anchar. Panorm. Butr. Casal. *in annot.* Henric. Viuian. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.* 563. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 197. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1.

Collige ex text. quòd compromissum de incerta 2
persona in arbitrum assumenda, non tenet, concordãt *l. si vnus* 19. §. *si in duos, ff. de receptis arbitr.* apud Lusit. Ordinat. Regia *lib.* 3. *tit.* 16. §. *vlt.* vbi parens meus, & apud Castellan. *l.* 26. *tit* 4. *p.* 3. vbi Greg. Lop. Roman. *sing.* 63. Ioan. Garcia *de expensis, c.* 24. *num.* 27. Mantic. *decis.* 235. *n.* 5. & vide quæ habes *ad cap. seq. n.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Compromissum factum in vnum, vel in plures, vt ipsi per se causam definiant, vel per alios, quos ipsi elegerint, valet.*

2 *Pro*

2 *Pro arbitrij obseruantia agi an possit ad pœnam conuentionalem, remissiuè.*

3 *Compromissum factum in arbitratores duos, quibus data sit facultas eligendi tertium; si inter se dissentiant, validum est.*

CAP. Cùm à nobis. XIII.

1 COmpromissum factum vni, vel duobus sub hac forma, vt ipsi per se, vel alij, quos ipsi arbitri deputabant, rem definiant, cui definitioni starent sub pœna, &c. valet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Host. Anan. Anchar. Panorm. Butr. Henric. Viu. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 563. Petr. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 167. remissiuè, Ximen. *in concord. p.* 1.

2 *Et remissio sub certa pœna*, &c.] Vtrùm pro arbitrij obseruantia agi possit ad pœnam conuentionalem? Vide Abb. *hic n.* 14. & Beroi. 79. idem Abb *in c. suam, n.* 6 *de pœnis*, Bart. & Scribentes *in l.* 4. §. *Cuto, & in l.* 5 §. *si sortem, ff. de verb. oblig.* Mant. *dial.* 45 Strach. *de mercatura, tit. de contractu mercatorum, n.* 24. Gig. *de pensionib. q.* 92. *n.* 10. Nauar. *in manuali, c.* 17. *n.* 125. *& c.* 23. *n.* 68. Couar. *de sponsalib. p.* 2 *c.* 6. §. 8 *n.* 11. Clar. §. *furtum, vers. pœna, &* §. *vlt. q.* 80. Afflict. *dec* 135. Menoch. *de arbitr. casu* 260 *à n.* 13. Mench. *de succes. creatione*, § 10. *n.* 662. Valasc. *cons.* 35. *&* 86. *à princip.* Gutier. *Canonicarum quæst. lib.* 2. *c.* 20. *à n.* 10. Sarm. *lib.* 3. *select c.* 6. *n.* 10. Cabed. *ad Decretal. collect.* 122. Fachin. *controuers. lib.* 1. *c.* 97. *vers. quarta, & lib.* 10. *c.* 94. D. Barbos. *in l.* 2. *n* 42. *ff. soluto matrim.* Surd. *dec.* 259. *n.* 1. *& decis.* 260. *n.* 22. *& cons.* 348. *n.* 7.

3 *Vel duorum mediatorum*, &c.] Notatur ad hoc quòd compromissum factum in arbitratores duos, quibus data sit facultas eligendi tertium, si inter se dissentiant, validum est, vt per Rom. *sing.* 163. *incip. tu habes*, Card. *cons.* 86. *n.* 1. Lanfranc. *de arbitr.* 5 *membro*, § *multis, q.* 1. *n.* 5. Ioan. Baptista Perusin. *cod. tract. lib.* 7. *c.* 1 *volum.* 2. *vers. secunda solutio*, Decian. *cons.* 42. *num.* 5. *&* 8. *lib.* 3. quos refert & sequitur Mantic. *decis.* 235. *n.* 5. contrarium resoluentes si compromissum fiat in arbitros.

SVMMARIVM.

1 *Compromissum ante sententiam latam finitur morte alterutrius committentis, vnde non transit in hæredes committentium nisi de eis sit cautum in compromisso.*

2 *Arbitrium finitur morte committentium, neque transit ad hæredes ipsorum, nisi factum fuisset pro hæredibus.*

3 *Compromissum ad successores non transit, nec ad hæredes.*

4 *Hæredis appellatione in compromissis veniunt hæredes hæredis.*

CAP. Compromissum. XIV. & vlt.

1 COmpromissum morte committentis expirat, & non transit in hæredes committentis, nisi in compromisso fiat expressa mentio de hæredibus. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Bald. Panorm. Butr. Mantua. Henric. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 563. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 198. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 2.

2 De hac eadem conclus. dixi *ad cap. ex parte* 10. *sup. hoc tit.* nisi factum fuisset etiam pro hæredibus, tunc enim non expirare per mortem committentium censuit Rota *in vna Anconitana compromissi* 28. *Ianuar.* 1613. apud Farin. *decis.* 452. *num.* 6. *part.* 1. *in recent.*

3 *Hæredes.*] Notatur ad hoc quòd compromissum ad successores non transit, nec ad hæredes, vt per Couar. *in cap. requisisti, n.* 5. *de testam.* Vide *ad c. præsentata* 58. *infr. de testib.* Aduerte quòd in compromissis 4 appellatione hæredis veniant hæredes hæredis, vt per Tiraq. *de retract. conuent.* §. 1. *gl.* 9. *n.* 22. *in fine*, & faciunt per me dicta *in tract. de appellatiua verborum vtriusque iuris signific. appellat.* 113. *n.* 32. *cum seqq. pag.* 232.

Finis Libri primi Decretalium.

COLLECTA